212 (21) I

GVILIELMI GESENII

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORIS, BORVSSIAE REGI A CONSILIIS IN SENATV SACRO, THEOLOGIAE IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA PROFESSORIS PVBLICI ORDINARII, ACADEMIARVM REGIAE BORVSSICAE ET INSCRIPTIONVM LITTERARVMQVE HVMANIORVM PARISIENSIS, SOCIETATVM ASIATICARVM PARISIENSIS ET ANGLICANAE, SOCIETATIS SCIENTIARVM REGIAE VPSALIENSIS, NVMISMATICAE LONDINENSIS, PHILOSOPHICAE CANTABRIGIENSIS, HISTORICAE THEOLOGICAE LIPSIENSIS SOCII

THESAVRVS

PHILOLOGICVS CRITICVS

LINGVAE HEBRAEAE ET CHALDAEAE

VETERIS TESTAMENTI.

TOMVS TERTIVS

LITTERAS צ — ת CONTINENS,

QVEM POST GESENII DECESSVM PERFECIT

AEMILIVS ROEDIGER

PHILOS. ET THEOL. DOCTOR, LITTERARVM ORIENTALIVM IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS.

EDITIO ALTERA SECVNDVM RADICES DIGESTA PRIORE GERMANICA LONGE AVCTIOR ET EMENDATIOR.

LIPSIAE 1853

SVMTIBVS FR. CHR. GVIL. VOGELII.

VIRIS SVMME VENERANDIS ILLVSTRIBVS

AMICIS INTEGERRIMIS

LVDOVICO CAROLO OTTONI BAVMGARTEN - CRVSIVS

ACADEMIAE IENENSIS ORNAMENTO

ET

IOANNI CAROLO THILO

IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI COLLEGAE

CONIVNCTISSIMO

D. D. D.

A V C T O R.

GVIL. GESENIVS
LITTERARVM HEBRAEARVM CVLTORIBVS
SALVTEM.

Secundum Thesauri mei fasciculum tandem multoque, quam optaveram, serius in lucem publicam emittenti metuendum mihi sane, ne in reprehensiones eorum incurram, qui editionis tamdiu procrastinatae auctorem cunctationis adeoque segnitiei accusaverint et de tali libro unquam absolvendo paene desperandum esse clamitarint. Quanquam ego non is sum, qui omnem culpam a me amoliri et in res externas transferre velim — non enim ita sum χαλκέντερος, ut huius generis lucubrationes laboris plenas sine ea animi relaxatione, quae in studiorum varietate est, absolvere possim — non despero tamen fore, ut a desidiae et inertiae, quae a natura mea alienissimae sunt, crimine me liberem. Ne enim de libris grammaticis dicam multis modis nuper auctis et retractatis, magnam temporis partem, quod inde a primi fasciculi editione effluxit, absumsit Lexicon manuale ante hoc biennium latino sermone primum, post germanice quartum a me editum. Quas quidem editiones quum non sine nova et singulari cura in publicum emittere vellem, multa mihi vel iterum pertractanda vel recens indaganda erant, quae in minoribus editionibus breviter tantum strictimque dici poterant, plenius olim in Thesauro disputanda. Dein in palaeographiae semiticae, maxime phoeniciae, studium denuo delatus, his quaestionibus, quae pridem in deliciis fuerant, et nonnullis fortasse haud infeliciter animadversis ita allectus sum, ut haec inchoata de manibus deponere nollem: tam gnaviter igitur perrexi, frigentibus subinde Thesauri prelis, ut horum quoque studiorum fructus Viris doctis mox examinandos tradere possim *). Quominus autem utrumque hunc librum paene absolutum iam prius ederem, tum diuturnus effecit morbus, quo pectus meum ferme per biennium laboravit, tum singularis et insolita calamitas, qua Deus nuper admodum domum meam afflixit, quae intra quattuor menses me ipsum cum uxore et septem liberis morbo

---

*) Opus, quod molitus sum, palaeographicum prodibit ita inscriptum: *Marmora phoenicia, quae supersunt, omnia* edidit et praemissa *commentatione de litteris et lingua Phoenicum Poenorumque* illustravit *Guil. Gesenius.* Specimen eius dedimus in libello nunc cummaxime edito: Paläographische Studien über phönizische und punische Schrift. Leipzig, bey Fr. Chr. Wilh. Vogel 1835. 4.

gravissimo correptum triumque carissimorum capitum — in his Eduardi mei, egregiae spei pueri — funera vidit. Quae iam tandem tot impedimentis feliciter superatis emittitur nova operis nostri particula, utinam hanc totius libri strenue continuandi pignus et tanquam tesseram benevole excipiant litterarum orientalium cultores; tarditatis autem exprobratores, si qui forte non contenti fuerint excusatione nostra, respiciant, quaeso, ipsius operis rationem, in quo adornando id egi, ut qui festinantiam in eo continuando desideraverint, diligentiam certe et accurationem non desiderent. De consilio et ratione libri in Prolegomenis fasciculo quinto edendis uberius disputaturi, nunc de alterius voluminis ratione paucis dicere satis habemus. Constabit illud tribus fasciculis, quorum duo priores reliquas alphabeti litteras continebunt, tertius praeter Prolegomena comprehendet 1) *Appendicem* s. Paralipomena ad primum maxime operis fasciculum; 2) *Indicem quadruplicem*, a) grammaticum et analyticum, b) latinum, c) subsidiorum, tum manuscriptorum tum impressorum, d) locorum S. S., qui uberius vel nova ratione illustrantur. Omnia autem in scriniis meis ita parata exstant, ut nullus dubitem, quin intra biennii spatium liber emitti possit.

Utinam benignissimum numen, quod post tot acerbissimas calamitates et tristissima funera valetudinem restituit integram, vires largiatur ad opus feliciter perficiendum, idque olim perfectum in sacrarum litterarum et ecclesiae christianae commodum cedere iubeat!

Dabam Halae, Cal. Sept. MDCCCXXXV.

Aemilius Roediger

lecturis salutem.

Tandem post tempus paene nimium interiectum Thesauri Geseniani tomus tertius foras emittitur auctoris obitu interceptus meaque qualicunque opera perfectus. Atque Gesenius quidem ipse opus suum ad verbum שְׁבַר usque (pag. 1358) persecutus erat, quum morti propinquus libri ad finem perducendi curam mihi demandaret. Ego licet viribus meis aliquantulum diffiderem essetque mihi coeptis aliis promissisque satisfaciendum, nolui tamen eius viri, qui auctor semper fautorque studiorum meorum fuerat, voluntati quocunque modo deesse. Itaque laborem, qui nec opinanti mihi inciderat, bono animo suscepi. Sed quum non multo post grammaticam etiam Gesenianam denuo edendi cura ad me conferretur eaque editio fere tertio quoque anno repetenda esset, et praeter has aliasque occupationes morbi casusque funesti intercederent, factum est, ut Thesauri editio ad hunc diem procrastinaretur. *)

Inter ea, quae b. Gesenius sua manu scripta reliquit, paucissima tantum repperi ita exarata, quae prelo subiici potuerint; ea religiose a meis ubique distinxi (v. שׁוֹר pag. 1383, יִשְׁמָעֵאל p. 1441, אַשְׁפֹּת p. 1471 sq., אָתוֹן p. 1512 sq.). Reliqua meopte periculo meoque, ut dicitur, Marte, et ita quidem peregi, ut iisdem fere adminiculis uterer, quae Gesenio ad manus

---

*) Indices, quos bibliopola conficiendos curavit, propediem in lucem dabuntur, iisque Additamenta et Emendationes adiungentur.

fuerant, additis novis non paucis iisque magnam partem praestantissimis, quae nunc denique doctorum hominum studio et labore patefacta sunt. Ceterum in ea operis parte, cuius conficiendae curam susceperam, mihi, quantum fieri posset, ad eum ordinem easque rationes omnia fingenda et accommodanda erant, quas auctor libri in partibus prioribus esset secutus; eamque viam maxime in rebus externis levioribusque ingressus sum, in ceteris, gravioribus potissimum difficilioribusque, meam sententiam obtinui argumentisque confirmavi. Praecipue autem verborum usum sollicite investigavi et, quam planissime potui, explicavi, finitimarum linguarum convenientiam monstravi, locos Veteris Testamenti plurimos exposui, de difficilioribus non raro copiosius disputavi variasque doctorum hominum sententias proposui, denique id omnibus viribus contendi et elaboravi, ut hac opella mea Scripturae Sacrae interpretationi linguaeque hebraeae investigationi nonnihil adiumenti afferretur. Id quod faxit Deus Optimus Maximus!

Dabam Halis Saxonum, Kal. Februar. MDCCCLIII.

צ

Zade (צָדִי), duodevicesima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est, *nonaginta* significans. Nomen huius elementi צָדִי LXX τσαδῆ iam antiquiores, a figura eius quadrata profecti, *venabulum* interpretati sunt vel *hamum piscatorium* (v. Simonis introd. in ling. hebr. p. 65) a צָדָה et צוּד venatus est, piscatus est (cf. צִידוֹן): quae appellatio cum Phoenicia huius litterae forma magis etiam congruere videbatur et propterea plerisque placuit (cf. monumm. Phoen. p. 42). Poterat nimirum vel hamum repraesentare ista figura, vel, quod praestat, uncinum, quo pisces maiores ex aqua extrahantur (Ez. XXIX, 4). Sed rationibus recte subductis valde minuitur veri species. Hamus enim hebraice חַכָּה appellatur, uncinus חָח, et uncini (cui illa figura simillima est) significatum a rad. צָדָה *oculos animumque intendit* (insidiatus est), ad quam referenda est forma צָדִי, vix et ne vix quidem derivabis. Rectiora docere videtur lingua Aethiopica, in qua eadem forma ጸደየ: *Zadai*, qua hoc elementum designant, etiam *tempus metendi*, *messem* significat, et hoc quidem a *desecandi*, *demetendi* significatu, quem infra huic radici (no. I cf. etiam II) vindicavimus. Quae quum ita sint, haud scio an צָדִי (pro צָדִי) *instrumentum messorium*, *falcem* eamque *maiorem* (Sense) significet, quam in legitimis et nativis eius figuris sine negotio et absque nimia imaginandi contentione agnosces. — Alia nuper suasit Hitzigius V. D. (Erfindung des Alphabetes p. 24 sqq.). Qui quum videret, in alphabeto et antecedere et sequi membrorum humanorum nomina: *Ain*, *Phe* ... *Koph*, *Resch*, etiam *Zade* membri nomen esse effecit, et quum praeter nasum vix aliud oris membrum superesset, *nasi* significatum ei tribuit. Sed in his ingenio suo indulsit vir doctus, nil dixit, quod credibile sit. Tantum enim abest, ut *nasi* significatum in linguis Semiticis monstraverit, ut ne *eminendi* quidem vim in radd. צָדָה, צוּד probaverit (remotum enim صَدَفٌ res elata quaevis): neque reputavit, rerum tritarum vocabula in in ipso linguae usu commonstranda esse (ut *Ain*, *Phe*, *Koph*, *Resch*), non artificiosis coniecturis ex etymo exsculpenda. Figura autem litterae, maxime legitima et nativa quam supra dedimus, nihil profecto habet, in quo *nasum* agnoscas: et ne in negligentioribus quidem figuris , ad quas Hitzigius confugit (quanquam earum in hac disputatione prorsus nulla est auctoritas), illam similitudinem demonstravit: quis enim credat unco illo oculi cavitatem exprimi, basin autem nasi prorsu omissam esse? Taceo autem Ewaldum, qui צָדִי i. q. صَدَىً *noctuam* interpretatur (gr. crit. p. 18), huiusque figuram in variis eius litterae formis agnoscere sibi visus est.

Apud Arabes hebraeo צ respondent duae litterae, ص *Zad* vel *Sad* littera sibilans, et ض i. e. t leni cum sibilo pronunciatum, ad quod prope accedit ظ t ad imum palatum prope guttur prolatum, quod (cum Grammaticis Sanscriticis) cerebrale vocaveris. Inde צָדַק صَدَقَ, sed צֹאן ضَأْن oves, adeoque צָמֵא ظَمِئَ sitivit, צֶלֶם ظَلِمَ obscurus fuit. Differunt propterea nonnullarum radicum Hebraearum significationes, prout arabice vel ص vel ض vel ظ littera scribuntur (vide prae ceteris צָלַל): sed plerumque tamen huiusmodi radices eiusdem originis sunt et arcto cognationis vinculo inter se coniunctae, v. צרר صَرَّ et ضَرَّ, בָּצַע بَضَعَ et بَصَعَ. Etiam in lingua Aethiopica pro Zade duae sunt litterae, ጸ *Zadai* et ፀ *Tzappa*, ita ut voces per צ scriptae modo ጸ *Zadai* habeant modo ፀ *Zappa*: sed pronunciationis discrimen nullum est, et errant, qui unum ص alterum ض esse dicunt. — LXX interpretes צ omisso sono dentali ubique mero sibilo exprimunt, ut צְבָאוֹת Σαβαώθ, צִדְקִיָּה Σεδεκίας, צִיּוֹן Σιών, et sic etiam reliqui Graeci cum Romanis, ut in צִידוֹן Σιδών, צָדוֹק Σάδυκος (Philo Bybl.), pun. *Sophonisba* צְפַנְ־שְׁבָּה; perraro Z adhibent, ut Ζωφασημίν צוֹפֵי שָׁמַיִם Sanchun. p. 10 Orell.

Litterae finitimae sunt: a) omisso sibilo ט, quod Aramaei, quippe qui a sibilis alieniores sint, in magno radicum numero frequentant pro צ, v. c. צָבַע, טְבַע tinxit, צוּר ܛܘܪܐ rupes, צָהֳרַיִם ܛܗܪܐ meridies, maxime in his quae Arabes per ض et ظ scribunt, v. c. צלל ضَلَّ,

tinnivit, sed צָלַל ظَلَّ obumbravit, umbra. Rara sunt contraria exempla, velut טְנָא chald. צַנָּא corbis. In ipsa lingua hebraea cognatae sunt radd. נָטַר et נָצַר, טָהַר et צָהַר, טָבַע et צָבַע al., cf. בְּצַר צָפַח et טָפַח abscidit, עָצֵל عطل piger fuit. — b) ד (a quo ض et ظ non multum absunt), v. c. in צָפַן دفن occultavit, צָפוּן دفين thesaurus, צָנַע دَنَعَ humilis fuit, צָנַח دنح, צָפַע دفع, אֶצְבַּע chald. אֶדְבְּעָא digitus, et in ipsa lingua Hebraea צָבַב et דָּבַב. — c) sibilantes molliores, ut ז p. 400, שׂ, ס, velut in עָלַץ, עָלַז, עָלַס exultavit, נָתַץ et נָתַס diruit, צָחַק et שָׂחַק risit cf. صفق et سفق, סָפַק feriit, صقر, زقر, سقر accipiter; ملص, ملط et ملس al. Boch. II, p. 402. Solet in his exemplis mollior forma recentioris aetatis esse et Aramaeis familiaris, sed etiam contra, v. c. קסם صوفي hariolari, פסח فصح pascha. — d) ע, quod Aramaei persaepe ponunt pro צ ض p. 977, adeoque e) ג aliaeque palatinae, quomodocunque explicanda est harum litterarum affinitas, nescio an eodem modo quo in lingua Sanscrita gutturales (g, k) in palatinas (ǵ = dsch, ḱ = tsch) transire solent. Exempla sunt: καχάζω = צחק risit; כָּנַע et צָנַע depressus est, כָּנַר et צָנַר (knarren, schnarren) striduit, צַנְתַּר κάνθαρος cantharus al. — Sunt vocabula, quorum צ modo in sibilantem modo in palatinam transeat v. c. עֵץ chald. אָע et contra קַיִס cf. *exemplum* ital. esempio hispan. egemplo.

צָאַל rad. inusit. et incerta. Arab. ضَأُلَ tenuis, exilis fuit, med. Je ضَالٌ lotus silvestris et aculeata, fortasse vic. radici צָאַן.

צֶאֱלִים pl. δὶς λεγόμ. Iob. XL, 21 de hippopotamo: תַּחַת צֶאֱלִים יִשְׁכָּב (altero membro: בְּסֵתֶר קָנֶה וּבִצָּה), et 22: יְסֻכֻּהוּ צֶאֱלִים צִלְלוֹ (altero membro: עַרְבֵי נָחַל). Plerique veteres, ut Vulg. Pesch. c. Arabe, Kimchius, Aben Esra, *umbras* interpretantur i. e. frutices arboresve *umbrosas*, quasi צֶאֱלִים dictum sit pro צְלָלִים (immo צִלְלִים) cf. מָסַס et מָאַס, מָכַךְ et מָאַךְ. Sed paullulum languet Comm. 22: *tegunt eum umbrae umbra sua*, et recte Abulwalides observat, צאלים ex parallelismi lege speciale plantae arborisve nomen esse. En verba eius: وايضا كان قول יסכהו ערבי נחל هو ضرب مطابق للقسم الاول ... فهو اذا اعنى צאלים نبات مثل ערבי נחל وما يبعد عندي ان يراد به النبات الذي تسميه العرب الضل وهو صدر (sic! انبري ...) ويكون المعنى يغطيه الضل مظللا له i. e. *verba* יסכהו ערבי נחל *respondent prioris hemistichii verbis ... itaque ita statuo* צאלים *plantam esse pariter atque* ערבי נחל *et haud scio an ea ipsa sit quam Arabes appellant* ضل [imo ضال] i. e. *lotus silvestris ... ut sententia sit: tegit eum lotus obumbrans eum.* Praeiverat iam Saadias ms. Comm. 21: تحت الضال *sub loto.* Haec autem lotus silvestris s. Cyrenaica, سدر, سِدْرة, pers. كُنار, aegypt. ⲔⲎⲚⲀⲢⲒ (Peyron p. 68), Rhamnus Lotus Linn. arbor est in Aegypto et reliqua Africa, nec non in Syria crescens, pyri magnitudine, ramis foliisque instar acaciae spinosis, bis quotannis, vere et auctumno, fructus ferens dulces (نَبِق, نَبِقة dictas) cerasis maioribus prunisque similes, quos recentes et virides hodieque in deliciis habent (v. Salmas. exercitatt. Plin. p. 729 sqq. Celsii Hierob. I p. 20—24. Schult. ad Iob. p. 1159. Sprengelii antiquitt. botan. I c. 4 §. 70 sqq.), de quibus fabulosa multa tradiderunt et Graeci et Arabes (Hom. Od. 1, 83, cf. quae laudat Sprengel l. c. §. 70. 72). In Arabiae deserto feras sub hac arbore *umbram* captare Schult. l. c. ex Arabum poëtis observavit: in Aegypto eam crescere, tum Clusius testantur et Belon (ap. Cels. l. c.) tum aegyptiacum eius nomen arguit. Dudum observarunt eruditi homines, *lotum* illam *arborem* non confundendam esse (ut etiam nunc confudit Hirzelius ad Iob. l. c.) cum *loto aquatica* Aegyptiorum, in locis humidis a Nilo inundatis copiosissime proveniente, flore pulchro vel albo vel rosaceo insigni (Nymphaea Lotus, Nymphaea Nelumbo L.): quaeritur tamen, possitne statui etiam Hebraeos, sicut Graecos, utramque illam plantam uno nomine designasse: certe in monumento quodam Aegyptiaco hippopotami venationem repraesentante hanc bestiam in loti aquaticae silva latere video (v. Wilkinson customs and manners III p. 71).

צָאַן rad. inusit. et incerta. Arab. ضَأَنَ est ovibus caprisque abundavit, sed hoc denom. est a צאן ضَأْن pecus, et quaeritur quae huius radix et origo sit. Non apta nuper coniectata sunt: a) צאן pro צָאוֹן, a ضأى sonum tenuem edidit (imo: pipivit) pullus, mus it. porcus, camelus, et ضأى tenue corpus habuit (Maurer); b) a صان custodivit (Fürst), sed haec radix reponendi potius in thesauris, quam gregem custodiendi vim habet. Probabiliora proposuerant c) Bochartus (Hieroz. I, 472 Lips.) et Simonis: צאן pr. צֹנֶא, צֹנֶה a ضنى, ضنا multam prolem habuit (mulier, grex), ضنا المال fecundus fuit grex, ضَنْو copia prolis. Sed neque hoc satisfacit, et videndum sitne d) צאן pro צְאוֹן a יָצָא (cf. Mich. I, 11), coll. צֶאֱצָאִים de prole; vel e) a צָאַן i. q. צָעַן migravit nomadum more, unde צאן pro צָאַן, *pecus migrans, pecus nomadum*, quod mihi quidemprae ceteris placet.

צֹאן, semel צאון Ps. CXLIV, 13 Cheth. nom. collect. 1) *pecus* (gen. —oris) i. e. oves et caprae. (Arab.

ضَانٌ ,ضَأْنٌ ,ضَئِينٌ ,ضَائِنٌ pl. est lanigerum pecus, oves opp. capris, licet الضأن الجبلي de rupicapra dicatur: cum hebraeo צאן significatione convenit غَنَم oves et caprae, ut Hom. μῆλα. Aram. respondet עָאן, עָנָא, ܥܳܢܳܐ, ܥܢ etiam pl. ܥܢܐ ,ܥܢܐ). Gen. XXIX, 10. XXX, 36. 40. XXXII, 6. XXXVII, 12. Ex. II, 16. III, 1 et persaepe. Saepe opponuntur בָּקָר armenta, צאן וּבָקָר pecus et armenta Gen. XII, 16. XIII, 5. XX, 14. XXI, 27. XXIV, 35. 1 Sam. XIV, 32 al. רֹעֵה צאן pastor pecoris Gen. IV, 2. XLVI, 32. 34. Spec. notandum: a) Et *caprinum* et *ovillum* pecus complecti hanc vocem quum multa alia docent tum haec exempla Gen. XXXVIII, 17: אֲשַׁלַּח גְּדִי עִזִּים מִן הַצֹּאן, cf. XXVII, 9. Lev. I, 10: וְאִם מִן הַצֹּאן קָרְבָּנוֹ מִן הַכְּבָשִׂים אוֹ מִן הָעִזִּים Lev. V, 6: נְקֵבָה מִן הַצֹּאן כִּשְׂבָּה אוֹ שְׂעִירַת עִזִּים *femella de pecore, agna aut capella.* XXII, 21: בַּבָּקָר אוֹ בַצֹּאן cf. 19: בַּבָּקָר בַּכְּשָׂבִים וּבָעִזִּים. 2 Par. XXXV, 7: וַיָּרֶם ו׳ לִבְנֵי הָעָם צֹאן כְּבָשִׂים וּבְנֵי עִזִּים. Sed κατ' ἐξοχὴν tamen *oves* significat (v. arab.) capris exceptis. 1 Sam. XXV, 2: לוֹ צֹאן שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים וְאֶלֶף עִזִּים. b) Ut collectivum (pariter atque בָּקָר q. v.) ponitur cum numeralibus, quae modo anteponuntur, ut שְׁתֵּי צֹאן duae pecudes Jes. VII, 21, חָמֵשׁ צֹאן 1 Sam. XXV, 18. מֵאָה צֹאן 1 Reg. V, 3, שִׁבְעַת אַלְפֵי צֹאן Iob. I, 3. XLII, 12, modo postponuntur Num. XXXI, 32. 1 Sam. XXV, 2. 1 Reg. VIII, 63. 1 Par. V, 21. 2 Par. VII, 5. XV, 11. XXIX, 33. Nomen unitatis est שֶׂה *pecus* (—udis) ein Stück Kleinvieh, sive ovis est sive capra. Exod. XXI, 37: *si quis furatus fuerit pecudem ..... restituet quattuor pecudes* אַרְבַּע צֹאן Ez. XLV, 15. (Ita apud Arabes collectivo غَنَم respondet nomen unitatis شَاة). c) Quod ad *sexum* attinet copulatur cum masc. ubi *mares* intelliguntur, ut Gen. XXX, 39: וַיֶּחֱמוּ הַצֹּאן, cum fem., ubi *femellae*, ibid. וַתֵּלַדְןָ הַצֹּאן it. הַצֹּאן תְּבֹאנָה Comm. 38. הַצֹּאן הַמְקֻשָּׁרוֹת Comm. 41. XXXIII, 13. 1 Sam. XVII, 28. De *femellis* κατ' ἐξοχὴν, quibus constare solent greges, ponitur etiam צאן Gen. XXXI, 8. 11. 12. (LXX plerisque locis πρόβατα).

2) *grex* i. q. עֵדֶר (ad no. 1 pertinet עֶדְרֵי צֹאן Gen. XXIX, 2. Mich. V, 7) v. c. צֹאן מַאֲכָל grex esui (mactationi) destinatus Ps XLIV, 12, צֹאן מַרְעִיתִי Jer. XXIII, 1, צֹאן יָדוֹ Ps. XCV, 7. Translate צֹאן נַחֲלָתֶךָ de Israële Mich. VII, 14. צֹאן אָדָם grex hominum Ez. XXXVI, 37. 38.

צַאֲנָן (pecore s. gregibus dives) n. pr. oppidi in tribu Judae Mich. I, 11, probabiliter eiusdem quod צְנָן scribitur Jos. XV, 37.

צֶאֱצָאִים *propagines*, v. rad. יָצָא.

צָבָא *processit, prodiit* miles in bellum cf. צָבָה. (Latius patet arab. صَبَأ prodiit stella, dens, ungula, sq. على pers. et acc. hostis: duxit hostem super aliquem, i. e. monstravit viam, ut eum invadere posset, den Feind Jemandem über den Hals führen: v. Geuh. pag. 134. Firuz. pag. 24. Aeth. ፀብአ: bello aggressus est aliquem, absol. bellum gessit. ፀብእ: bellum, militia, ፀባኢ: bellator, miles. Originem ponunt in emicando, promicando, cf. צָבָה no. 2, videntur etiam cognata esse ضَوْءٌ emicuit lux, יָצָא exiit). Sq. עַל contra aliquem, aliquid Num. XXXI, 7. Jes. XXIX, 7. 8. XXXI, 4. Zach. XIV, 12, absol. Num. XXXI, 42. Transfertur ad militiam sacram i. e. cultum divinum in sacrario ad quem militum instar per ordines procedere solebant. Num. IV, 23: כָּל־הַבָּא לִצְבֹא צָבָא לַעֲבֹד עֲבֹדָה VIII, 24. Adeoque de mulieribus 1 Sam. II, 22: הַנָּשִׁים הַצֹּבְאוֹת פֶּתַח אֹהֶל מוֹעֵד. Ex. XXXVIII, 8.

Hiph. procedere iussit milites in bellum i. e. *conscripsit* milites 2 Reg. XXV, 19. Jer. LII, 25.

צָבָא cstr. צְבָא pl. צְבָאוֹת cstr. צִבְאוֹת, צְבָאָיו, sed צְבָאָיו Ps. CIII, 21. CXLVIII, 2 m. (sed bis tamen cum verbo fem. Jes. XL, 2. Dan. VIII, 12) 1) *militia, bellum.* חֲלוּצֵי צָבָא expediti ad bellum faciendum (v. חָלוּץ). יָצָא בַצָּבָא Num. XXXI, 36. Deut. XXIV, 5, יָצָא לַצָּבָא Num. XXXI, 27. 28 et יָצָא צָבָא Num. I, 3 sqq. egressus est ad militiam faciendam, egressus est in bellum (LXX ἐκπορεύομαι, ἐξέρχομαι εἰς πόλεμον). Similiter de militia sacra Levitarum, צָבָא צְבָא v. rad., et בָּא לַצָּבָא idoneus ad militiam i. e. ad ministerium sacrum Num. IV, 3. 30. 35. 39. — Apud recentiores V. T. scriptores translate de vita gravi et molesta (aegre enim Hebraei hoc tempore ferebant militiam, ut servitutem a peregrinis impositam. Iob. VII, 1: הֲלֹא צָבָא לֶאֱנוֹשׁ עֲלֵי אָרֶץ. XIV, 14 (ubi intelligitur conditio molesta in orco); cf. X, 17: חֲלִיפוֹת וְצָבָא עִמִּי *vices et agmina mecum* i. e. agmina malorum alternis vicibus sibi succedentia me oppugnant. (Cf. similes Arabum locutiones: جيش الهم exercitus curarum Har. 3, pag. 154 Sch., عساكر الكروب exercitus curarum, حروب الكروب bella curarum ib. 132 et Euripid. Med. 1185). Jes. XL, 2 (de servitute Babylonica). Dan. X, 1: *et verum est edictum* וְצָבָא גָדוֹל *et militia* erit *magna* i. e. gravis erit calamitas. Non bene nonnulli: magnum erit bellum: falso autem alii: *mysterium* magnum coll. خبا occultavit.

2) *exercitus* (LXX saepe στρατιά, δύναμις). Ex. VI, 26. 2 Sam. VIII, 16. X, 7 pl. Ex. VII, 4. Ps. XLIV, 10 et saepe. שַׂר צָבָא Gen. XXI, 22. 32. 2 Sam. II, 8. 1 Reg. XVI, 16 al. LXX. ἀρχιστράτηγος. אַנְשֵׁי הַצָּבָא Num. XXXI, 53. 1 Par. XII, 8, עַם הַצָּבָא Num. XXXI, 32 milites.

Spec. a) צְבָא הַשָּׁמַיִם *exercitus coeli* dicitur α) de angelorum agminibus Dei solium stipantibus (στρατιὰ

οὐράνιος Luc. II, 13) 1 Reg. XXII, 19. 2 Par. XVIII, 18. Plur. Ps. CIII, 21: *laudate Jovam, omnes exercitus eius.* CXLVIII, 2: *laudate eum, omnes angeli eius, laudate eum, omnes exercitus eius.* שַׂר צְבָא יְיָ de angelo quodam superiore Jos. V, 14. 15. — β) de sole, luna, stellis, quippe quas ab angelis geniisque coelestibus habitatas esse existimarent. Vide Iob. XXXVIII, 7, ubi angeli et stellae componuntur, XXV, 5 cf. IV, 18 (Ovid. Fast. 3, 111: Libera currebant et inobservata per annum Sidera: constabat sed tamen esse deos. Metam. 1, 73: neu regio foret ulla suis animantibus orba, astra tenent coeleste solum formaeque deorum. Voss. ad Virg. Ge. 1, 32. 4, 225). Jes. XXXIV, 4: *liquefiunt agmina coeli* i. e. lumina, sidera coeli. XL, 26. XLV, 12. Jer. XXXIII, 22. Dan. VIII, 10. Ps. XXXIII, 6. Saepe ubi de cultu stellarum agitur Deut. IV, 19. XVII, 3. 2 Reg. XVII, 16. XXI, 3. 5. XXIII, 4. 5. Jer. XIX, 15. Zeph. I, 5, passim ita ut separatim solis et lunae (Deut. XVII, 3. Jer. VIII, 2) adeoque stellarum (Deut. IV, 19. Dan. VIII, 10) mentio facta sit (cf. Mt. XXIV, 29: ὁ ἥλιος — ἡ σελήνη — οἱ ἀστέρες ... καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν), et צְבָא הַשָּׁמַיִם tanquam generalis locutio adiecta sit, quae omnes coeli incolas, cuncta coeli numina (חֵיל שְׁמַיָּא Dan. IV, 32, rabbin. כחות של מעלה) complectatur. Apud Jesaiam XXIV, 21 צְבָא הַמָּרוֹם exercitus coeli opponitur regibus terrae. — Semel paulo audacius צָבָא (per zeugma) refertur etiam ad *incolas terrae*, vel potius *quicquid terram implet* (alibi מְלֹא הָאָרֶץ), inclusis etiam plantis. Gen. II, 1: וַיְכֻלּוּ הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ וְכָל־צְבָאָם, quae soluto zeugmate ita exprimit Neh. IX, 6: הַשָּׁמַיִם וְכָל־צְבָאָם הָאָרֶץ וְכָל־אֲשֶׁר עָלֶיהָ, cf. Exod. XX, 11: הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ .... וְכָל־אֲשֶׁר בָּם Inde b) Jova appellatur: יְהוָֹה אֱלֹהֵי צְבָאוֹת 2 Sam. V, 10. 1 Reg. XIX, 10. 14. Jer. V, 14. XXXV, 17. XXXVIII, 17. XLIV, 7. Am. IV, 13. V, 14. 15. 16. 27. VI, 8, יְהוָֹה אֱלֹהֵי הַצְּבָאוֹת Hos. XII, 6. Am. III, 13, raro יְהוָֹה אֱלֹהִים צְבָאוֹת Ps. LIX, 6. LXXX, 5. 20. LXXXIV, 9, אֱלֹהִים צ׳ (omisso Jova) LXXX, 8. 15 *Jova deus agminum* coelestium concise יְהוָֹה צְבָאוֹת *Jova agminum*, quae summi dei appellatio in Pentateucho, libris Josuae et Judicum, apud Ezechielem, Iobum et in scriptis Salomoneis nunquam reperitur, apud Jesaiam, Jeremiam, Zachariam, Malachiam (Jes. II, 12. III, 1. V, 7. 9. 16. 24. VI, 3. 6. VIII, 13. 18. IX, 6. 12. 18. X, 26. XIII, 4. XIV, 22—24 cet. Jer. VI, 6. VII, 3. 21. VIII, 3. IX, 6. 14. 16. X, 16. XI, 22. XVI, 9. XIX, 3. XXIII, 15. XXXII, 18. XLIX, 7. LI, 8 cet.) longe frequentissima, etiam in aliis libris perfrequens est 1 Sam. I, 3. 11. IV, 4. XV, 2. XVII, 45. 2 Sam. VI, 18. VII, 8. 26. 27. 2 Reg. III, 14. 1 Par. XI, 9. XVII, 7. 24. Ps. XXIV, 10. XLVI, 8. LXIX, 7. LXXXIV, 2. 4. 13. Mich. IV, 4. Nah. III, 5. Hab. II, 13. Zeph. II, 9, c. art. יְהוָֹה הַצְּבָאוֹת Am. IX, 5, plenius אֲדֹנָי יְיָ צְבָאוֹת Jes. III, 15. X, 23. 24. XXII, 5. 12. XXVIII, 22. XLIX, 22. LII, 4. Jer. II, 19. XLVI, 10. L, 25 (semel אֲדֹנָי צב׳ Jes. X, 16), יְהוָֹה צ׳ אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל Jes. XXI, 10. Jer. VII, 3. 21. VIII, 14. XIX, 3. 15. XXV, 27. XXVI, 27. XXXV, 17. XXXVIII, 17. XXXIX, 16. XLII, 15. XLIII, 10. XLIV, 2. 7. Zeph. II, 9. De grammatica formulae יְיָ צְבָאוֹת ratione saepe ita statuunt, ut ellipsin subesse existiment pro יְיָ אֱלֹהֵי צְבָאוֹת, sed nil opus est ellipsi, quum etiam apud Arabes nominibus propriis personarum attributi instar addantur genitivi ex nomine pendentes, velut عنترة الفوارس *Antara equitum* i. e. qui ab equitibus, quorum dux et princeps est, nomen gerit, nostro more: *Antara dux equitum*; ربيعة المقترين *Rebia pauperum* q. d. *Rebia* pater *pauperum*; (v. Comment. meum ad Jes. I, 9). [Si qui nimis reformidaverint genitivum ex nomine proprio pendentem (cf. gr. §. 113 not. 2), hi certe memores sint, יהוה proprie appellativum esse, et in *creatore* agminum coelestium (v. p. 577) nil offensionis superesse]. Genitivo etiam non obstat illud אֱלֹהִים צְבָאוֹת tribus in Psalmis (quorum duo Asaphi sunt, qui אֱלֹהִים frequentat pro יְהוָֹה) obvium: quod qui scripsit, צְבָאוֹת in יְהוָֹה צְבָאוֹת pro Jovae attributo habuisse existimandus est (cf. אֲדֹנָי צְבָאוֹת Jes. X, 16, κύριος Σαβαώθ Rom. IX, 29. Jac. V, 4), quod etiam seorsim poni et Dei nominibus per appositionem addi posset. — Quaenam autem *agmina* intelligenda sint in formula יְהוָֹה צְבָאוֹת, vix dubium esse poterit conferenti contrarium, צְבָא יְיָ Jos. V, 14. 15, pl. צְבָאָיו יְהוָֹה *agmina* s. *exercitus* Jovae Ps. CIII, 21. CXLVIII, 2, quae locutio non differt a צְבָא הַשָּׁמַיִם *agmina coelestia*, quod et angelos complectitur, qui Jovae qs. milites et satellites habiti sunt (cf. de *castris* angelorum Gen. XXXII, 2. 3), et stellas (cf. Dan. VIII, 10. 11). Respondet igitur יְיָ צְבָאוֹת fere locutioni אֱלֹהֵי שָׁמַיִם, אֱלָהּ שְׁמַיָּא deus coelorum i. e. coelitum, quae recentissimis V. T. libris propria est (v. שָׁמַיִם). Minus recte igitur statuunt, a) qui *agmina* intelligant *Israelis*, quibus Jova praesidio sit (1 Sam. XVII, 45. 2 Sam. V, 24. Ps. XXIV, 10 cf. 8), ita ut *Jova agminum* dei qs. bellatoris vim habeat, certe primis temporibus habuerit (v. Herder Geist der hebr. Poësie II, p. 81 sqq.); b) qui צְבָאוֹת ad *omnes res creatas* referunt (LXX. παντοκράτωρ) idque invito loquendi usu ex etymo (صَبَا emicuit, prodiit) probari posse opinantur (Simonis - Eichhorn). Utrum illud Dei attributum eorum, qui astra colerent, superstitioni opposita fuerit, nec ne, in medio relinquimus. — LXX apud Jesaiam constanter κύριος Σαβαώθ, in prophetis minoribus it. apud Jerem. (octies) 2 Sam. 1 Par. παντοκράτωρ, in Psalmis, apud Jeremiam (11), et aliquoties alibi (Jes. VIII, 13. IX, 13. X, 26. 2 Reg. III, 14) κύριος τῶν δυνάμεων i. e. exercituum, et sic Symm. Theod. Aqu. κύριος στρατιῶν. Symm. Ps. LXVIII, 13 στρατιωτῶν, sed legendum videtur στρατιῶν. Vulg. dominus exercituum. Saad. ap. Jes. ربّ الجيوش, Pesch. plerisque locis ܡܪܝܐ ܚܝܠܬܢܐ potentissimus (quod respon-

det graeco *παντοκράτωρ*), passim ܨܒܐܘܬ ܡܪܝܐ Jes. I, 9, ܡܪܘܬܐ ܡܪܝܐ dominus dominorum III, 1.

צְבָאִים et **צְבָאוֹת** *dorcades*, v. צְבִי rad. צָבָה.

צְבֹאִים n. pr. v. rad. צָבָה.

צְבָא chald. *voluit*, v. צָבָה.

צָבַב in Kal inusit. cogn. דָּבַב, 1) leniter, molliter incessit. 2) fluxit, arab. ضَبَّ fluxit, stillavit aqua, ضَبَّ fudit, effudit. Ad hoc verbum refero

Hoph. (more chaldaeo) הֻצַּב in loco multum et frustra vexato Nah. II, 8: ubi commate aliter diviso ita iungendum videtur: הַהֵיכָל נָמוֹג וְהֻצַּב *palatium dissolvetur et diffluet* i. e. palatia Nínives aquis Tigridis inundata et dissoluta corruent cf. ad rem prae ceteris Diod. 2, 26. Veteres intpp. הֻצַּב sequentis commatis initium primique hemistichii subiectum faciunt. LXX *ἡ ὑπόστασις* (quod alibi pro מַצָּב ponunt 1 Sam. XIII, 23. XIV, 4 de statione militari). Vulg. *miles*, sed Targ. cum Hebraeis מַלְכְּתָא יָתְבַת צְבָא *regina sedens in lectica.* Legebat is הַצָּב *lectica*, lecticam autem de *regina* accepit, quae in lectica gestetur, ut *pilenta* de mulieribus dicuntur, Ham. p. 332 Sch., فِرَاش lectus, stratum, de muliere, coniuge; neque hoc ineptum: inepte autem Rabbini הֻצַּב reginam Assyriae dictam esse observarunt a stando coll. נִצְּבָה שֵׁגַל Ps. XLV, 10, et temere nuper הֻצַּב Assyriacum reginae nomen esse suspicati sunt (Ew. Propheten 1, 350. 356). Alibi הֻצַּב est a נָצַב, quod quomodo huic loco adhibeant, vide h. rad.

צָב m. 1) *lectica*, sella gestatoria, quippe quae *leniter* et *commode* incedat s. gestetur, ut nostr. *Sänfte* ab adj. *sanft*. (Chald. צִיבָא id. Nah. II, 8, צִיבָא Jes. XLIX, 22 Targ.). Plur. בַּצַּבִּים Jes. LXVI, 20. LXX. *ἐν λαμπήναις.* Symm. *ἐν λεκτίσι.* Vulg. in lecticis. Targ. רְהַלִּין al. רְחַלִּין, quod rectum est cf. arab. رَحْل sella camelina, lectica. Pesch. ܦܘܪ̈ܝܐ currucae. Num. VII, 3: עֶגְלֹת צָב *currus lecticae* i. e. lecticis similes, lecticarum instar vel commodiores vel velo tecti (q. d. Kutschwägen). Alex. *ἅμαξαι λαμπηνικαί.* Aqu. *ἅμαξαι σκεπασταί.* Vulg. plaustra tecta, et ita etiam Onk.

2) *lacertae* species Lev. XI, 29, arab. ضَبّ lacerta Libyca s. crocodilus terrestris, lacerta in desertis vivens, ab aqua abhorrens (secundum Arabes neque bibens neque mingens), de qua permulta, etiam fabulosa tradunt Damirius, Kazwinus al., v. Bocharti Hieroz. II, 463—486 Lips. Adde haec Meidanii proverbia, no. 377: احيى من الضب longaevior lacerta Libyca, no. 385: اخب من الضب astutior lacerta Libyca cf. Ibn Mokri apud J. H. Schult. ad Meid. p. 245. Origo est vel in molli teneroque incessu, qui vestigia in arena vix relinquat (v. rad.), vel in eo quod terrae adhaereat, arab. ضَبَّ terrae adhaesit.

צֹבֵבָה c. art. הַצֹּבֵבָה (molliter incedens) n. pr. mulieris 1 Par. IV, 8.

צָבָה 1) i. q. צָבָא *processit in bellum*, bellum gessit. Sq. acc. *bello aggressus est*, *oppugnavit* aliquem (ut aethiop. ፀብአ: sq. acc. Ps. XXXIV, 1. Act. XXVI, 11, sq. በ Luc. XIV, 31). Jes. XXIX, 7: צֹבֶיהָ *oppugnantes eam.* — 2) prodiit stella i. q. arab. صبا *prodiit*, *exiit*, dein *splenduit*, *micuit*, unde צְבִי splendor. — 3) *prominuit* (arab. صبا Conj. I et ضبا Conj. II imminuit in rem), inde *intumuit* (venter) Num. V, 27, et translate 4) *propensus fuit*, voluit, cf. חָפֵץ et אָבָה. (Arab. صبا id. Chald. et syr. צְבָא, ܨܒܳܐ (q. v.).

Hiph. causat. no. 3 *tumefecit*, Num. V, 22.

צְבָא chald. fut. יִצְבֵּא *voluit*, v. rad. hebr. no. 4. Dan. IV, 14. 22. 29. 32. V, 19. 21. VII, 19. In Targg. saepe pro אָבָה, חָפֵץ. Syr. id. Inde צְבוּ.

צָבָה (nomen). In מִצָּבָה Zach. IX, 8 Hebraei צָבָה dictum volunt pro צָבָא, quod etiam in codd. et in Keri exstat. Sed praestat מִצָּבָה accipere pro מַצָּבָה, nisi ita legere mavis, v. נָצַב.

צָבֶה f. צָבָה adj. *tumens* Num. V, 21, v. rad. no. 3.

צְבוּ chald. 1) pr. *voluntas*, *studium*, deinde 2) *negotium*, *res*, syr. ܨܒܘ, quod in N. T. saepe ponitur pro gr. *πρᾶγμα* Mt. XVIII, 19. Hebr. VI, 18. X, 1. Ita vicissim Dan. VI, 18: דִּי לָא תִשְׁנֵא צְבוּ בְּדָנִיֵּאל a Theodotione redditur: *μὴ ἀλλοιωθῇ τὸ πρᾶγμα ἐν τῷ Δανιήλ.* Vulg. ne *quid* fieret contra Danielem. Cf. חֵפֶץ no. 2 et quae ibi observavimus.

צְבִי, in Pausa צֶבִי Dan. VIII, 9 m. 1) *splendor*, *decus*, idem fere quod כָּבוֹד, תִּפְאֶרֶת. (Respondet syr. ܨܒܝܬܐ decus, ornamentum, cuius ת proprie servile dein radicale factum est in ܨܒܬ ornavit, ܬܨܒܝܬܐ ornatus). Jes. IV, 2. XXIII, 9. XXIV, 16. Ez. VII, 20. XXVI, 20. צְבִי תִפְאַרְתּוֹ Jes. XXVIII, 1. 4, עֲטֶרֶת צְבִי ib. 5. צְבִי מַמְלָכוֹת decus regnorum, de Babylonia Jes. XIII, 19. אֶרֶץ הַצְּבִי terra decora s. pulchra (q. d. die Krone der Länder) Dan. XI, 16. 41, צְבִי אֶרֶץ decus terrae Ez. XXV, 9, צְבִי לְכָל־הָאֲרָצוֹת XX, 6. 15, et c. art. הַצֶּבִי Dan. VIII, 9 de terra sancta (et sic saepius apud Rabbinos). Plur. cstr. צִבְאוֹת (v. infra no. 2) Jer. III, 19: נַחֲלַת צְבִי צִבְאוֹת גּוֹיִם *possessio decoris decorum* i. e. omnium pulcherrima *inter populos*, cf. עֲדִי עֲדָיִים Ezech. XVI, 7. Sic Targ. Kimchi, J. D. Mich., et nescio quid

obstet, צבאות pro plurali constr. habere. Alii: *possessio decora inter agmina populorum*, quod frigidius videtur.

2) *caprea*, *dorcas*, a formae pulchritudine dicta, arab. ظَبْيٌ, aram. טַבְיָא, ܛܒܝܐ, fera e genere cervino et velocissima (2 Sam. II, 18. 1 Par. XII, 8. Prov. VI, 5 cf. Sir. XXVII, 22 al. 20) et timidissima (Jes. XIII, 14), cuius caro in deliciis habita est Deut. XII, 15. 22. XIV, 5. XV, 22. 1 Reg. IV, 23 (V, 3). Vide Bocharti Hieroz. II p. 304 Lips., ubi צבי recte ad universum *caprearum* et *dorcadum* genus refertur, non ad certam quandam speciem, ut voluerant Oedmannus fasc. I c. 1 et Rosenm. in append. ad d'Arvieux de moribus Scenitarum Lips. 1789. LXX. δορκάς, semel Jes. l. c. δορκάδιον, quod quidem vc. graecum ab oculorum pulchritudine et *acumine* visus petitum est, Vulg. *caprea*. Ad agilitatem et pernicitatem eius pertinent verba Cant. II, 9: דּוֹמֶה דוֹדִי לִצְבִי (cf. Vers. 8), et 2 Sam. I, 19: הַצְּבִי יִשְׂרָאֵל עַל בָּמוֹתֶיךָ חָלָל *caprea* tua, *o Israël, in montibus tuis confossa est.* Intelligitur Jonathan (Comm. 25), quippe qui ποδὰς ὠκύς esset, quae quidem virtus in militibus magni aestimaretur (cf. II, 18). הַצְּבִי cum art. positum est pro: *caprea* κατ' ἐξοχήν, *caprea Israëlis*, v. p. 361 A litt. c. Alii *decus* (Israëlis) interpretantur: sed illud magis convenit sequentibus, comparatur enim Jonathan cum caprea a venatoribus confossa. Quum hanc bestiam nitidam et venustam in deliciis haberent Orientales (cf. יַעֲלָה, אַיָּלָה), adeo per eam obtestari solebant. Cant. II, 7: *obtestor vos, o filiae Hierosolymorum*, בִּצְבָאוֹת אוֹ בְּאַיְלוֹת הַשָּׂדֶה *per capreas aut per cervas agri.* III, 5. Sed cum his verbis componi non debebat formula Arabum بِهِ لَا بِظَبْيٍ, qua imprecantur hominem ἐπιχαιρέκακον, hac sententia: *cum invadat* malum, *non dorcadem* i. e. non innocentem, innoxium illum. Cf. Meidan. 1, 148 no. 2 Freyt. Simile est proverbium: بِهِ لَا بِكَلْبٍ نَابِحٍ بِالسَّبَاسِبِ *eum invadat, non canem latrantem in deserto.* Plur. צְבָיִם 2 Sam. II, 18, צְבָאִים 1 Par. XII, 8, fem. צְבָאוֹת Cant. l. c.

צִבְיָא (caprea femina) n. pr. idque, ut videtur, mulieris 1 Par. VIII, 9.

צִבְיָה (caprea femella) n. pr. matris Joasi regis 2 Reg. XII, 2. 2 Par. XXIV, 1. De hoc n. pr. aram. טַבְיְתָא gr. Δορκάς, Δόρκαλις, v. intpp. ad Act. IX, 36 et Boch. Hieroz. II, p. 305 Lips.

צְבִיָּה f. *caprea* s. dorcas *femina*. Cant. IV, 5: *duae mammae tuae ut duo hinnuli* תְּאוֹמֵי צְבִיָּה וְגוֹ׳ *gemelli capreae, qui inter lilia pascuntur.* Comparantur mammae virginis pudicae timide quasi sub veste alba latentes cum hinnulis et venustissimis et pavidissimis inter liliorum latebras pascentibus.

צְבֹאִים (vel dorcades i. q. צְבָאִים; vel i. q. צבעים ferae rapaces, pro בית צבאים) Hos. XI, 8, et צְבֹיִם, צְבֹיִּים Gen. X, 19. XIV, 2. Deut. XXIX, 22 n. pr. oppidi in valle Siddim cum Sodoma et Gomorrha a mari mortuo hausti.

צָבַט pr. comprehendit, ut arab. ضبط, aeth. ፀበጠ: Talmud. בית הצביטה locus comprehensionis i. e. ansa, manubrium Chagiga 3 init. Cogn. est צְבָת forceps, a prehendendo dicta. Sq. dat. *porrexit* alicui. Semel legitur Ruth II, 14: וַיִּצְבָּט לָהּ קָלִי *et porrexit ei tostum.* Targ. אושיט. LXX ἐβούνισεν (cumulabat), vel quod liberius vertit interpres vel quod expressit ויצבר.

I. **צָבַע** rad. in verbo inusit. *tinxit*, *intinxit*, inde *colore imbuit*, vic. טָבַע q. v. (Arab. صبغ, melit. *sebagh*. Aethiop. ጸበኀ: tinxit, intinxit, sed per ע አጽብዕት: digitus. Cf. infra chald. Samaritani habent ࠀࠑࠑࠏࠄ parum, paullulum, pr. punctum, ein Tippchen).

צְבַע chald. in Pe. inusit. Pa. *intinxit*, *immersit*, inde *rigavit* Dan. IV, 22. Ithpa. אִצְטַבַּע pass. ibid. IV, 12. 20. V, 21. Theod. bis ἐβάφη. In Targg. saepe pro: intinxit, immersit in aquam ad lavandum. Syr. id. etiam de baptismo, et ita apud Zabios.

צֶבַע m. *tinctura*, inde *vestis tincta*, *colorata* Iud. V, 30. (Chald. צִבְעוֹן coloratus, colore infectus).

צִבְעוֹן (coloratus) n. pr. filii Seïr, phylarchae Choritarum Gen. XXXVI, 2. 20. 24. 29.

אֶצְבַּע Jes. LVIII, 7) c. suff. אֶצְבָּעִי pl. אֶצְבָּעוֹת f. (Lev. XIV, 16) pro צבע c. Aleph prosthetico 1) *digitus* Cant. V, 5, spec. digitus index, ab intingendo dictus (minime a prehendendo, v. צבע no. II) Lev. IV, 6 sqq. IX, 9. XIV, 16. Num. XIX, 4. Sed in formula שְׁלַח אֶצְבַּע Jes. LVIII, 9 *digitum protendit* in ludibrium (arab. صَبَّعَ) *medius* potius digitus intelligendus est (infamis digitus Pers. 2, 33) cf. Iuven. 10, 52. Mart. 2, 82, 2. Ad nutus secretos dolosorum hominum pertinet מוֹרֶה בְּאֶצְבְּעֹתָיו Prov. VI, 13. *Digito* s. *digitis* aliquid facere dicunt Hebraei, ubi nos *manu*, *manibus*. Jes. II, 18: לַאֲשֶׁר עָשׂוּ אֶצְבְּעֹתָיו i. e. *operi manuum eius.* XVII, 8. Ps. CXLIV, 1 (cf. XVIII, 35), inde Exod. XXXI, 18: *tabulae inscriptae* בְּאֶצְבַּע אֱלֹהִים *digito divino*, ubi nostro more diceres: manu Dei (non quasi Jova ipso extremo digito in lapidem qs. insculpserit). Deut. IX, 10. Ex. VIII, 15: אֶצְבַּע אֱלֹהִים הוּא *hic Dei digitus est* i. e. ipsius Dei virtute hoc factum est cf. Luc. XI, 20. *Digiti* pro manu dicti sunt etiam Prov. VII, 3. — De mensura digiti transversi Jer. LII, 21.

2) sq. רַגְלַיִם *digitus* pedis (gr. δάκτυλος) 2 Sam. XXI, 20. (Arab. إِصْبَعٌ, أُصْبُعٌ digitus, etiam de mensura, syr. ܨܒܥܐ id., de digito indice v. BH. p. 215 lin. 11).

אֶצְבַּע f. chald. id. pl. Dan. V, 5, de digitis pedum ib. II, 41. 42.

II. צָבַע i. q. سبع *rapuit* fera, unde سَبْعٌ, سَبُعٌ, سَبُعٌ fera rapax, leo. Vicina videtur haec radix verbis שָׁבַע et סָבָא, et nescio an origo sit in sanguine sorbendo. Possit aliqua necessitudo extorqueri inter hanc et inter *tingendi* notionem (no. I): sed nulla veri specie.

צָבוּעַ *hyaena* i. q. ضَبُعٌ rabbin. צָבוֹעַ hyaena, pl. צבועין ferae rapaces (v. Boch. l. c., nam Buxtorfius hunc significatum omisit). Semel legitur Jer. XII, 9: הַעַיִט צָבוּעַ נַחֲלָתִי לִי *numquid bestia rapax, hyaena est hereditas mea mihi?* LXX. ὕαινα. Quod Targ. Pesch. Hieron. עיט צבוע interpretantur *avem versicolorem*, ab hoc contextu prorsus alienum est. Vide Boch. Hieroz. II, 163 sq. Lips. adde Venemam ad Jer. l. c., et ad ضَبُعٌ Har. 6, 254 Sch. vit. Tim. 1, 212.

צְבֹעִים (*hyaenae*), inde גֵּי הַצְּ׳ n. pr. vallis (1 Sam. XIII, 18) in agro Benjaminitarum, omisso גֵּי de oppido ibidem sito Neh. XI, 34. Aqu. 1 Sam. φάραγξ τῶν ὑαινῶν. Targ. חֵילַת אַפְעַיָּה quod non est *vallis draconum*, ut Hebraei volunt, sed *hyaenarum* cf. syr. ܐܦܥܐ hyaena Sir. XIII, 21. Lex. Adl. ضَبُعٌ ܐܦܥܐ.

צָבַר fut. יִצְבֹּר *congessit*, *coacervavit* Ex. VIII, 10, ut frumentum Gen. XLI, 35. 49, aggerem Hab. I, 10, thesauros Iob. XXVII, 16. Ps. XXXIX, 7. Zach. IX, 3. (Chald. צְבַר id., in Targg. saepe pro לִקֵּט, unde צִבּוּר congregatio, coetus, ecclesia. Arab. ضَبَرَ I. II. collegit, max. in fasciculos, إِضْبَارَةٌ fasciculus chartarum. Vic. est צָבַר q. v.).

צִבֻּרִים m. pl. *acervi* (capitum). 2 Reg. X, 8.

צָבַת rad. inusit. et paullulum incerta. Baal Arûch ei colligendi vim tribuit, sed omnia quae citat exempla hodie in Talmude צָוַת scripta sunt, coniungendi et consociandi significatu. Sed certum est צבתים manipuli Misn. Menachoth fol. 71 A. Et sic

צְבָתִים pl. *manipuli*, ut bene Vulg. Ruth II, 16.

צַד latus, v. צָדַד.

צְדָא chald. consilium, v. rad. צָדָה.

צָדַד rad. inusit. Arab. صَدَّ avertit se, alienus fuit ab aliquo, IV. avertit, prohibuit aliquem a re, أَصَدُّ aversus, alienatus, inimicus; ضَدَّ avertit, prohibuit. III. contrarius fuit alicui, repugnavit ei, c. acc. p., ضِدٌّ contrarius, hostis. Talmud. צַדֵּד latus obvertit alicui. Sed haec omnia denominativa videntur a צַד latus, pr. latus obvertit alicui, discessit ab eo (v. Buxt. lex. chald. h. v.).

צַד c. suff. צִדּוֹ pl. צִדִּים m. 1) *latus* rei. בְּצַד in latere v. c. arcae Gen. VI, 16, hominis 2 Sam. II, 16. Ez. XXXIV, 21. מִצַּד a latere i. e. ad latus (v. מִן no. 3, b), pers. Ruth II, 14. 1 Sam. XX, 25: מִצַּד שָׁאוּל. Ps. XCI, 7 (in utroque hoc loco opponitur lateri dextro), vel rei Deut. XXXI, 26: מִצַּד אֲרוֹן בְּרִית *a latere arcae foederis*, spec. loci Jos. XII, 9: מִצַּד בֵּית־אֵל. 1 Sam. VI, 8. XXIII, 26. 2 Sam. XIII, 34. Gestare (infantem) עַל צַד super latere dicunt, ubi nos: in ulnis Jes. LX, 4. LXVI, 12. Cum He parag. צִדָּה 1 Sam. XX, 20. Plur. צִדִּים Ex. XXVI, 13. XXX, 4. XXXVII, 27.

2) Plur. צִדִּים Iud. II, 3 *adversarii, hostes* cf. Schult. Opp. min. p. 150. Vulg. hostes. Targ. מְעִיקִין oppressores. LXX. συνοχαί. Sed hi interpretes expressisse videntur scripturam צָרִים (cf. συνοχή pro מָצוֹר Jer. LII, 5. Mich. V, 1): quae et ipsa praeferenda videtur (v. Studerum ad h. l.) coll. Num. XXXIII, 55, ubi respondent verba: וְצָרְרוּ אֶתְכֶם.

צַד chald. id. מִצַּד a latere, a parte Dan. VI, 5. לְצַד in latus i. q. adversus. Vulg. contra. Int. hebr. לְנֶגֶד Dan. VII, 25. (Apud Rabbinos צַד, c. partt. בצד, לְצַד, מצד creberrimum est. In Targg. dicunt etiam לְצִיד, syr. ܨܝܕ, ܠܘܬ apud).

צִדִּים c. art. הַצִּדִּים n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. XIX, 35.

צְדָד vel **צְדָד** (arab. صَدٌّ, صُدٌّ alvei vallisque tractus) c. He locali צְדָדָה n. pr. oppidi in septentrionalibus Palaestinae finibus Num. XXXIV, 8. Ez. XLVII, 15. Hodieque exstat (etiam in Berghusii mappa Syriae notatus est) vicus صدد inter Hems et Palmyram (v. Ibn Challican no. 152, II p. 85, lin. 11 ed. Wüstenfeld) teste Arabe quodam, qui nuper cum Elia Smith eum locum adiit, in parva oasi situs cum veterum aedificiorum ruderibus, v. Roediger in Encycl. germ. Sect. I vol. 34 p. 16 s. v. *Emath*. Cod. Sam. Num. l. c. habet צרדה et Alex. Vatic. Σαραδάκ (Alex. Σαλαδάκ, quod corruptum ex Σαδαδάκ, Ald. Compl. Σαδαδά), cf. צְרֵדָה. Sed hic locus minime in extremis terrae sanctae finibus situs erat.

I. צָדָה 1) pr. *desecuit*, *demessuit*, unde nomen *Zade* litterae, v. supra p. 1143. (Aeth. ጸደየ: messis eiusque tempus, aestas. Radix primaria est צד, unde חֲצַד chald. syr. sam. ܚܨܕ messuit, עֲצַד عضد q. v. desecuit ramos arboris, unde מַעֲצָד securis. Ex Indo-

germm. congruit *caedo*. Quomodo haec notio cum *oculos intendendi* et *insidiandi* vi no. II, concilietur, infra dicetur. Inde

2) *vastavit* regionem, urbem: vastatio enim saepe messi comparatur, adeoque regiones vastatae qs. novacula detonsae sistuntur, v. Jes. VII, 20. Chald. צְדָא in Targg. persaepe pro שָׁמֵם, quandoque etiam pro נָתַץ, v. Buxt. p. 1887 sqq. Syr. ܨܕܝܐ et ܨܕܝܘܬܐ vastitas, desolatio. Nasor. ܨܕܐ vastavit.

Niph. vastari (de urbibus). Zeph. III, 6. Parall. נָשַׁמּוּ. Hieron. desolatae sunt.

II. **צָדָה** 1) pr. oculos intendit in aliquid, spectavit aliquid. (Ita syr. ܨܕܐ, unde ܨܕܝܐ et ܨܕܝܘܬܐ intentio oculorum, ܨܕܝܐ prospiciens, ܨܕܝܐ visus acutus, ܨܕܘܝܐ speculator, et vic. ܨܕ, in Pe. v. c. ܒ ܥܝܢܐ ܨܕܐ defixus s. intentus est oculus in al. 1 Sam. XII, 3. Aph. defixit oculos in al. sq. ܒ Prov. IX, 18. XXIII, 5. 31. Origo, si quid iudico, est in *acie* oculorum et *acri* visu, ita ut haec significatio cum *secandi* et metendi vi, de qua no. I, in unam notionem coeat). Inde

2) *intendit animum* ad aliquid (sein Absehen, seine Absicht auf etwas richten) *spectavit*, *quaesivit* aliquid. Sq. acc. 1 Sam. XXIV, 12: אַתָּה צֹדֶה אֶת־נַפְשִׁי לְקַחְתָּהּ *tu quaeris vitam meam ut eam adimas* i. q. בִּקֵּשׁ אֶת נַפְשִׁי לְ׳, du trachtest mir das Leben zu nehmen i. e. insidiaris vitae meae, ut Vulg. Absol. Ex. XXI, 13: וַאֲשֶׁר לֹא צָדָה *qui autem non intendit* sc. eum interficere. Optime Saad. وإن لم يعتمد لقتله. Sed Vulg. qui autem non est insidiatus. Cf. ad sententiam Comm. 14 (ubi זִיד eodem sensu). *Insidiandi* significatu usitatius est צוּד q. v.

צְדָא chald. *consilium*, *industria* (v. rad.) Dan. III, 14: הַצְדָא *an consilium* erat, an de industria factum est? Non bene vett. verss. *an vere?*

צְדִיָּה f. *consilium*, *industria* (Absicht). Inde בִּצְדִיָּה de industria Num. XXXV, 20, opp. בִּלֹא צְדִיָּה Comm. 22.

צָדַק fut. יִצְדַּק 1) *iustus fuit*, gerecht seyn. Cf. de huius notionis ambitu s. צַדִּיק. (Arab. صدق verax, sincerus fuit, fidem servavit in promissis, II. sincere egit, veracem habuit aliquem, صِدْقٌ, صَدْقٌ veritas. Aeth. ጸድቀ: iustus fuit, IV. iustum declaravit, pronunciavit in iudicio, ጻድቅ: et ጸዲቅ: iustus, probus, ጽድቅ: iustitia. Syr. ܙܕܩ i. q. hebr. iustus, aequus, conveniens fuit, ܙܕܩܐ ius, lex, debitum. Originem Schult. de defect. hodiernis § 214 — 224 ponit in *rigore*, duritia, coll. صَدْقَة lancea dura, al. aequabilis, equidem malim in *recto*, quo pertinet etiam صدقوا القتال Abulph. p. 177. Wakid. Hamak. p. 143 i. e. recte, probe pugnarunt. Et *recti* quidem notionem in hac radice primariam esse, alia quoque physicae potestatis vestigia suadent, velut מַעְגְּלֵי צֶדֶק Ps. XXIII, 3, הֹלֵךְ צְדָקוֹת Jes. XXXIII, 15. Cf. nostr. *recht*, *gerecht*, hebr. יָשָׁר et contra עִוָּה, עָוֶל. *Puritatis* vim habes in verbo Niph., sed haec secundaria videtur). Tribuitur Deo Ps. LI, 6, legibus eius Ps. XIX, 10.

2) *iustam causam habuit* (Recht haben) a) sensu forensi. Gen. XXXVIII, 26: צָדְקָה מִמֶּנִּי *eius* (Thamari) *causa iustior est quam mea*. Iob. IX, 15. 20. X, 15. XIII, 18. XXXIV, 5. Opp. רָשַׁע iniustam causam habuit. b) *veram sententiam dixit* inter disputantes. Iob. XXXIII, 12: זֹאת לֹא צָדַקְתָּ *hoc non recte dixisti*. Inde c) *causam obtinuit*, *iustificatus est*. Iob. XI, 2. XL, 8. Jes. XLIII, 9. 26. XLV, 25. Ez. XVI, 52.

3) *rectus*, *probus*, *integer fuit* (v. צַדִּיק no. 3) Iob. XV, 14. XXII, 3. XXXV, 7, sq. לִפְנֵי יי׳ Ps. CXLIII, 2, עִם אֵל Iob. IX, 2. XXV, 4, מֵאֱלוֹהַּ (cf. מִן no. 2, c) IV, 17 i. e. iudice Deo.

Niph. pr. iustus declaratus est, inde *ab iniuriis vindicatus est*. Dan. VIII, 14: נִצְדַּק קֹדֶשׁ. Non male Theod. καθαρισθήσεται, Vulg. *mundabitur*.

Pi. inf. צַדְּקֵת Ez. XVI, 52 1) *iustum s. probum*, *insontem reddidit* (lat. eccl. *iustificavit*). Ez. XVI, 51: *iustificasti sorores tuas sceleribus tuis* i. e. effecisti, ut illae paene insontes viderentur. 52. Similiter Jer. III, 11: צִדְּקָה נַפְשָׁהּ ... יִשְׂרָאֵל מִבֹּגֵדָה׳ *iustam se praestitit Israël prae Juda*, iusta apparet, si cum illa comparatur. — 2) *iustum* s. insontem *declaravit* aliquem Iob. XXXIII, 32, sq. נַפְשׁוֹ se ipsum XXXII, 2.

Hiph. 1) *iustum s. probum*, *pium reddidit* aliquem, exemplo et doctrina, sq. acc. Dan. XII, 3, sq. לְ Jes. LIII, 11. — 2) i. q. Pi. no. 2. *iustum declaravit* aliquem a) sensu forensi, *absolvit* eum iudex Ex. XXIII, 7. Deut. XXV, 1. 2 Sam. XV, 4. 1 Reg. VIII, 32. Ps. LXXXII, 3. Prov. XVII, 15. Jes. V, 23, *fecit*, *ut vinceret causa* alicuius Jes. L, 8. b) *declaravit*, *aliquem recte dixisse* (jem. Recht geben), probavit sententiam alic. v. Kal no. 2, b. Iob. XXVII, 5.

Hithpa. purgavit se (a suspicione) Gen. XLIV, 16.

צָדוֹק (iustus) n. pr. virorum, quod gerunt 1) socer Usiae regis 2 Reg. XV, 33. 2 Par. XXVII, 1, alii 2) 2 Sam. VIII, 17. XV, 24. 3) 1 Par. V, 38. 4) Neh. III, 4. X, 22. 5) Neh. III, 29. XIII, 13. 6) XI, 11.

צַדִּיק adj. 1) *iustus* (gerecht), LXX paene constanter δίκαιος, de iudice vel rege, qui ius tuetur et exercet 2 Sam. XXIII, 3, inde sexcenties de Deo ut iudice iusto Deut. XXXII, 4. Iob. XXXIV, 17. Jer. XII, 1. Ps. XI, 7. CXIX, 137, tum in puniendo 2 Par.

XII, 6. Esr. IX, 15. Thren. I, 18. Dan. IX, 14, tum in remunerando Ps. CXII, 6. CXXIX, 4. CXLV, 17. Jes. XXIV, 16 (ubi Deus vocatur הַצַּדִּיק κατ' ἐξοχήν), tum quatenus promissis stat Neh. IX, 8: וַתָּקֶם אֶת־דְּבָרֶיךָ כִּי צַדִּיק אָתָּה *et implesti verba tua, quia iustus est.* Comm. 33. Jes. XLV, 21.

2) *qui iustam causam habet* (der Recht hat) a) in causa forensi (opp. רָשָׁע). Ex. IX, 27: יי הַצַּדִּיק וַאֲנִי וְעַמִּי הָרְשָׁעִים *Jehovae causa iusta est, mea meique populi causa iniusta.* XXIII, 8. Prov. XVIII, 17. b) in assertione, qui rectum verumque dixit, unde adv. *recte, vere* Jes. XLI, 26 (cf. XLIII, 9, ubi eodem contextu est אֱמֶת). Inde

3) de homine privato: *iustitiam exercens* in alios homines (Prov. XXIX, 7), legibus divinis obediens, inde *probus* (*rechtlich*), *honestus*, *pius*, *integer* (quae omnia etiam Cicero iustitiae nomine comprehendit, Offic. 2, 10: iustitia, ex qua una virtute boni viri appellantur; de fin. 5, 23: iustitia ... cui adiuncta sunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quaeque sunt generis eiusdem. Partit. 22 extr. iustitia erga deos religio, erga parentes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animadvertendi lenitas, amicitia in benevolentia nominatur). Gen. VI, 9. VII, 1. Ps. V, 13. XI, 3. XXXI, 19. XXXIV, 20. XXXVII, 25. LXXII, 7. Iob. XII, 4. XVII, 9. Saepe copulatur cum תָּמִים Iob. XII, 4, נָקִי Ex. XXIII, 7, sexcenties opponitur רָשָׁע Prov. X, 3. 6. 7. 11. 16. 30. Gen. XVIII, 25 cet. Simili modo atque Cicero ll. cc. Hebraei homini iusto tribuunt benignitatem et liberalitatem Ps. XXXVII, 21. Prov. XII, 10. XXI, 26, temperantiam et sobrietatem in edendo Prov. XIII, 25 et in loquendo XV, 28, veritatis amorem XIII, 5, sapientiam IX, 9. Emphat. de immunitate a peccatis usurpatur Eccl. VII, 20: *non exstat homo iustus in terra, qui faciat bonum et nunquam peccet.* Paulo ante Comm. 16 verba: *ne sis nimium iustus ..... ne perdaris*, intelligenda videntur de propriae virtutis admiratore (צַדִּיק בְּעֵינָיו Iob. XXXII, 1). — Jes. XLIX, 24 Alb. Schultensius (de defect. l. c.) צַדִּיק *strenuum bellatorem* reddit, qs. idem sit quod עָרִיץ Comm. 25, sed שְׁבִי צַדִּיק est: praeda iustis ablata. Vide supra ad rad.

צֶדֶק, in Pausa צֶדֶק Ps. IV, 6. IX, 5. XV, 2. XLV, 5. CX, 4 et saepe, c. suff. צִדְקִי m. 1) sensu physico, ut videtur (v. ad rad.), *rectitudo* i. q. יֹשֶׁר. Ps. XXIII, 3: מַעְגְּלֵי צֶדֶק *orbitae rectae.* — Dein sensu ethico 2) *rectum*, *ius fasque* (das Recht), *quod ita esse vel fieri debet* cf. יֹשֶׁר no. 2, a. Ps. XV, 2: פֹּעֵל צֶדֶק *faciens rectum*, recte agens, cf. עֹשֵׂה צֶדֶק Jes. LXIV, 4. Ps. XLV, 8. Iob. VIII, 3. XXXVI, 3: לְפֹעֲלִי אֶתֵּן צֶדֶק *creatori meo tribuam ius* i. e. ius suum vindicabo. Inde שָׁפַט צֶדֶק iudicare ius i. e. iuste Jer. XI, 20, מִשְׁפַּט צֶדֶק iudicium iustum Deut. XVI, 18. Jes. LVIII, 2. מֹאזְנֵי צֶדֶק, אַבְנֵי צֶדֶק trutina iusta, pondus iustum Lev. XIX, 36. Iob. XXXI, 6. Ez. XLV, 10. זִבְחֵי צֶדֶק sacrificia iusta i. e. debita, rite oblata Deut. XXXIII, 19. Ps. IV, 6. LI, 21. C. Suff. *ius, iusta causa* alicuius. Ps. VII, 9: *iudica me* כְּצִדְקִי *secundum ius meum.* XVIII, 21. 25. Iob. VI, 29, cf. Ps. XVII, 1. Saepe iunguntur צֶדֶק וּמִשְׁפָּט rectum et iustum, Ps. LXXXIX, 15. XCVII, 2. It. *rectum, quod loquimur* i. e. *verum* Ps. LII, 5. Jes. XLV, 19 cf. XLVIII, 1. — 3) *iustitia* i. q. צְדָקָה, velut iudicis Lev. XIX, 15, regis Jes. XI, 4. 5. XVI, 5. XXXII, 1, Dei Ps. IX, 9. XXXV, 24. 28. L, 6. LXXII, 2. XCVI, 13, inde *probitas, integritas* (v. צַדִּיק no. 3) Jes. I, 21. LI, 1. 7. LIX, 4. Ps. XVII, 15. Hos. II, 21. — 4) *liberatio*, *salus*, *felicitas* (utpote virtutis praemium, v. Jes. XXXII, 17). Ita saepe ubi in altero membro est יֶשַׁע, יְשׁוּעָה Jes. XLI, 2. XLV, 8. LI, 5. Dan. IX, 24. Ps. CXXXII, 9 (cf. V. 16). De servo Dei Jes. XLII, 6: קְרָאתִיךָ בְצֶדֶק *vocavi te cum salute* i. e. ut cum salute venires, salutem afferres (cf. Jer. XXVI, 15), et in eandem sententiam de Cyro XLV, 13: אָנֹכִי הַעִירֹתִהוּ בְצֶדֶק *ego excitavi eum*, ut *cum salute* veniret, it. i. q. בְּרָכָה LXI, 3: אֵילֵי הַצֶּדֶק *terebinthi benedictionis* (auf denen Gottes Seegen ruht, gesegnete Terebinthen, ut nos: geseegnetes Land). Frequentius etiam ita utuntur vc. צְדָקָה (q. v.), et frustra haec significatio huic voci abiudicata est a Moellero (de authentia Esaiae p. 186) et Kleinerto (die Echtheit der Jes. Weissagungen I, pag. 255 sqq.). Cf. צְדָקָה no. 4.

צְדָקָה f. 1) *rectum*, *ius.* (Originis vestigium habes in הֹלֵךְ צְדָקוֹת Jes. XXXIII, 15). 2 Sam. XIX, 29: *quid iuris mihi amplius est?* Neh. II, 20. Joël II, 23: הַמּוֹרֶה לִצְדָקָה *pluvia secundum ius* i. e. pluvia iusta, quae agro ex naturae quasi lege competit.

2) *iustitia*, ut regis Jes. IX, 6. XXXII, 16. 17. LX, 17, Dei Jes. LIX, 16. 17, quae tum in puniendis improbis cernitur Jes. V, 16. X, 22, tum in piis liberandis, vindicandis et remunerandis Ps. XXIV, 5. XXXVI, 11. Plur. *iuste* (*benigne*) *facta* Ps. XI, 7. CIII, 6. Iud. V, 11: צִדְקֹת פִּרְזֹנוֹ בְּיִשְׂרָאֵל *beneficia imperii eius in Israëlem* i. e. auxilium, quod iis praestitit, victoria, quam iis largitus est.

3) In privatis hominibus: *probitas*, *pietas*, *virtus.* Jes. V, 7. XXVIII, 17. XLVI, 12. LIV, 14. LIX, 14. עָשָׂה צְדָקָה LVI, 1. LVIII, 2. Gen. XV, 6: *probitati ei duxit* (Deus), pro documento probitatis vel pietatis habuit. Deut. VI, 25. Plur. צְדָקוֹת recte facta Jes. LXIV, 5. צִדְקַת יְהוָה pietas, qualis Deo placet Prov. V, 9. Passim spec. est benignitas et misericordia Ps. XI, 4. XXIV, 5, liberalitas Prov. X, 2. Mich. VI, 5. LXX saepius ἐλεημοσύνη Deut. VI, 25. XXIV, 13. Ps. XXIII, 5. XXXII, 5. CII, 6. Jes. I, 27. XXVIII, 17. LIX, 16.

4) *salus* i. q. צֶדֶק no. 4 ubi vide (parall. יְשׁוּעָה, תְּשׁוּעָה) Jes. XLV, 8. XLVI, 13. XLVIII, 18. LI, 6. 8. LIV, 17. LVI, 1. LVII, 12. LIX, 9. 17. LXI, 10. 11. Ps. XXIV, 5 (parall. בְּרָכָה).

צִדְקָה chald. *liberalitas*, *beneficentia* Dan. IV, 24. Ita saepe apud Talmud. et Rabbinos. Cf. sam. צדקה de

eleemosynis, arab. صَدَقَة, syr. ܙܕܩܬܐ, aeth. ጽድቅ: id. cf. צְדָקָה no. 3 fin., صدق V. eleemosynam dedit.

צִדְקִיָּהוּ gr. Σεδεκίας (iustitia Jehovae) n. pr. quod gesserunt 1) rex Judae, filius Josiae (Jer. XXXVII, 1), Jojachini antecessoris patruus 2 Reg. XXIV, 17. 1 Par. III, 15 (non *frater*, etsi 2 Par. XXXVI, 10 legatur אָחִיו, quod minus accurate dictum est, unde in mss. בֶּן־אָחִיו et sic omnes vett. praeter Targ.), prius Mattanja dictus, donec a Nebucadnezare Judaeis rex impositus est. Nono imperii anno, postquam Zedecias Aegyptiorum auxilio fretus a Chaldaeis defecerat, Nebucadnezar Hierosolyma oppugnavit, et post biennium cepit: regem in fuga correptum oculis Riblae effossis Babylonem duxit, ubi mortuus est. 2 Reg. l. c. et sqq. 2 Par. XXXVI, 10 sqq. Jer. XXXVII — XXXIX. — 2) propheta mendax sub Ahabo 1 Reg. XXII, 24. 2 Par. XVIII, 10. 23, it. צִדְקִיָּה 1 Reg. XXII, 11. 3) Jer. XXIX, 21. 22. 4) 1 Par. III, 16. 5) Jer. XXXVI, 12.

צָהַב *fulsit, splenduit* instar auri. In Talmude saepius de vultu fulgente s. nitente, de pilo fulvo al. v. Buxt. p. 1892. Arab. صهب fulsit, dein de colore rubro fulvoque capilli humani, unde صهب السبال de Graecis, quippe qui rufis capillis sint, صَيْهَب dies locusque apricus. Nasor. צהיב fulgens. De origine v. s. v. צָחַח.

Hoph. part. מֻצְהָב *fulgens* instar auri (de vase aeneo) Esr. VIII, 27.

צָהֹב m. *rufus,* de capillo Lev. XIII, 30. 32. 36. LXX. ξανθίζων.

צָהָה rad. inusit. *apricus*, inde *exsiccatus fuit, sitivit*, vic. verbis צָחָה et צָחַח ubi vide. Chald. צְהָא et צְהָא sitivit, צַהוּתָא, צַחוּתָא sitis; syr. ܨܗܐ et nasor. id. He littera in semivocalem emollita inde ortae sunt radd. a) צְוָא, ܨܘܐ chald. et nasor. exaruit, arab. صَوَى, صَوِيَ exaruit (palma, mamma), صَاوٍ aridus: b) צָיָה, unde צִיּוֹן, צִיָּה, צִי, צִיּוֹן, quae vide infra. Sed med. י ortum esse ex ה quum alia arguunt tum ה subinde servatum, ut in צִיּוֹן arab. صهيون.

צָהַל 1) i. q. צָהַר, זָהַר (v. ad rad. צָחַח) *splenduit*, v. Hiph. Transfertur 2) ad vocem acutam et claram, unde *hinnivit* equus (arab. صهل, syr. ܨܗܠ) Jer. V, 8. L, 11: *iubilavit, clamorem sustulit* (prae laetitia) homo Jes. XII, 6. LIV, 1. Jer. XXXI, 7. Esth. VIII, 15, sq. בְּ de aliqua re Jes. XXIV, 14. Semel de clamore, quo auxilium imploratur Jes. X, 30: צַהֲלִי קוֹלֵךְ *clama* tota *voce tua*, pr. vocem tuam, de quo accusativo v. gr. §. 135, 1 not. 3. (Acutae vocis notionem habes in utroque elemento, unde צהל conflatum est, צל et הל, v. ad rad. עקש p. 1062).

Hiph. causat. Kal no. 1 *splendere fecit*. Ps. CIV, 15: *et vinum* quod *laetificat cor hominis*, לְהַצְהִיל פָּנִים מִשָּׁמֶן *quo splendet vultus magis quam oleo* i. e. cuius potu vultus exhilaratus magis splendet (cf. אוֹר פָּנִים), quam si unguentis esset delibutus. Recte Targ. לְאַנְהָרָא, Aben Esra et Kimchi: לְהָאִיר. Sed non erat quod לְהַצְהִיל explicarent לְהַצְהִיר, quum haec notio primaria verbi צהל esse videatur.

מִצְהָלָה f. *hinnitus* Jer. VIII, 16. XIII, 27.

צָהַר *splenduit*, ut verba affinia זָהַר, טָהַר q. v., cf. ad צָחַח. Arab. ظهر apparuit, prodiit, manifesta fuit res, IV. manifestavit.

Hiph. denom. a יִצְהָר: *oleum fecit* i. e. torculari expressit (Oel keltern). Iob. XXIV, 11. Ita Targ., Aben Esra, Kimchi. — Vulg. *meridiantur* i. e. aestui meridiano expositi sudant, quod praefert Alb. Schult. coll. ظهر IV. meridie aliquid fecit: sed minus apte ad בֵּין שׁוּרוֹתָם, quod antecessit. In domibus enim umbram captant, non soli expositi sunt.

צֹהַר *lumen*. Gen. VI, 16: צֹהַר תַּעֲשֶׂה לַתֵּבָה *lumen facias arcae* h. e. fenestras lumen intromittentes, gr. φῶτες. Memoratur fenestra arcae VIII, 6: *et aperuit Noachus* אֶת־חַלּוֹן הַתֵּבָה *fenestram arcae*: ex quibus verbis tamen nequaquam efficias, unam tantum arcae fenestram fuisse, quum etiam germ. dicas: er sieht aus dem Fenster, er steht am Fenster, licet permultas fenestras habeat ista domus. Unam intelligunt Theod. θύραν. Symm. διαφανές. Gr. Venet. φωταγωγόν. Targ. נְהוֹר, Vulg. *fenestram*. Abulw. Kimchi, Luth., sed Saad. ضيا lucem (ad verbum), Pesch. ܢܘܗܪܐ, de cuius significatione dubitare non debebant (v. Mich. ad Castell. p. 246), nam Ephraemus (1, 147 E) explicat ܡܢܗܪܢܐ ܐܘܟܝܬ ܟܘܐ *luminaria i. e. fenestrae*. Eodem vc. Syrus usus est Ez. IV, 2 pro כָּרִים, ubi legisse videtur כַּוִּים fenestrae. Collective accipiendum esse צֹהַר, arguit etiam sexus femininus, sequitur enim: אֶל אַמָּה תְּכַלֶּנָּה *usque ad ulnae longitudinem facias eam* i. e. lucem, fenestras. — *Dorsum arcae* i. e. tectum (v. מִכְסֶה VIII, 13) intelligebant Alb. Schult. cl. dial. p. 287 et J. D. Mich. in suppl. coll. ظَهْر dorsum, صَهْرَة testudo: sed illud cum certo linguae usu multo magis convenit.

Dual. צָהֳרַיִם *meridies* pr. lumen duplex i. e. splendidissimum. (Cf. *duae noctes* vit. Tim. 1 p. 606 l. 10 pro nocte horrida. Ewaldus, gr. §. 362, dualem explicat de tempore, quod solem in coelo culmine stantem antecedat et sequatur, sicut עַרְבַּיִם sit tempus, quod

solis occasum antecedat et sequatur. Sed huius locutionis aliam rationem esse, supra vidimus v. עֶרֶב. — Chald. טִיהֲרָא, טִיהַר, syr. ܛܗܪܐ, arab. ظَهِيرَة Cor. 24, 57 id., ظَهَرَ II. IV. meridie fecit Cor. 30, 17, iter ingressus est). Gen. XLIII, 16. 25. Deut. XXVIII, 29. 2 Sam. IV, 5. 1 Reg. XVIII, 26. 27. 29. XX, 16. 2 Reg. IV, 20. Cant. I, 7. Ps. LV, 18. XCI, 6. Am. VIII, 9. — Milites tempore meridionali propter solis aestum plerumque otiari solebant, sed nonnunquam impetum faciebant, ut imprudentes somnumque captantes facilius opprimerent: unde בַּצָּהֳרַיִם Jer. VI, 4. XX, 16 (ut בַּלַּיְלָה de impetu subitaneo, cf. Cor. 9, 82. *Felicitatis* imaginem praebet Iob. XI, 17. Ps. XXXVII, 6. Jes. LVIII, 10 opp. לַיְלָה.

יִצְהָר m. 1) *oleum*, idque recens et hornum (quo differt a שֶׁמֶן, ut mustum a vino), a splendore pellucido dictum (cf. זָהָב Zach. IV, 12). Kimchi: נקרא השמן כן בעת חידושו אחר הדריכה, Credner ad Joël I, 10. Itaque saepissime coniungitur cum תִּירוֹשׁ musto Num. XVIII, 12. Deut. VII, 13. XI, 14. XII, 17. XIV, 23. XXVIII, 51. 2 Par. XXXI, 5. XXXII, 28. Neh. V, 11. X, 38. XIII, 12. Joël I, 10. II, 19. 24. Hos. II, 24. Hagg. I, 11. שְׁנֵי בְנֵי הַיִּצְהָר Zach. IV, 14 *duo filii olei* i. e. oleo uncti. Recte Kimchi: הם זרובבל בן שאלתיאל ויהושע בן יהוצדק שנמשחו בשמן זה למלוכה וזה לכהונה *intelliguntur Serubabel f. Schealtiel et Josua f. Jozadak, quoniam uncti sunt oleo, alter ad imperium, alter ad sacerdotium.* Eadem dederat iam Abulwalides.

2) n. pr. filii Kehath Ex. VI, 18. Num. III, 19. Patron. יִצְהָרִי Num. III, 27.

צֹהַר (pro צֹהַר, צָהַר splendor) Jes. V, 30 *lunam* significare volunt nonnulli intpp. Hebraei, ut Saad. Jarchi, a splendore dictam. Apta sane sententia: *luna et sol obscurantur in coelis eius.* Sed nimis incerta tamen ista significatio cf. ad עֲרִיפִים.

צֹחַר (pro צֹהַרֶת) n. pr. viri 1 Par. IV, 7.

צוֹא *sordidus,*

צוֹאָה f. *excrementa*, v. rad. יָצָא p. 616 A.

צַוָּאר *collum*, v. rad. צוּר.

צוֹבָא n. pr. civitatis Syrae, v. rad. יָצַב.

צוּד pr. *insidiari*, vic. verbo צָדָה (cf. צֹדֶה נֶפֶשׁ 1 Sam. XXIV, 12 et צוּד נֶפֶשׁ Prov. VI, 26) et eiusdem originis, sc. ab oculis in aliquid intentis et a speculando. Inde 1) *venari* feras, de venatore. Gen. XXVII, 3: צוּדָה לִּי צֵידָה *venare mihi ferinam.* Comm. 5. 33. Jer. XVI, 16. Poët. etiam tribui videtur bestiae rapaci, ut leoni (tigris venatur Val. Flacc. 1, 493, quas venabatur leo Gell. 5, 14 extr.). Iob. XXXVIII, 39: הֲתָצוּד לְלָבִיא טָרֶף *num venaris leaenae* pro leaena *praedam?* X, 16: כַּשַּׁחַל תְּצוּדֵנִי *sicut leo venaris* persequeris *me.* Sunt qui interpretentur: sicut *leonem* venaris me (Jarchi), sed concinnior est oratio, si Deus leoni comparatur, ut saepe Jes. XXXI, 4. XXXVIII, 13. Jer. XXV, 37. 38. Hos. V, 14, qui Arabibus quoque venator appellatur, صَيَّاد, أَصْيَد (v. infra). Metaph. Ps. CXL, 12: *vir violentus* רָע יְצוּדֶנּוּ לְמַדְחֵפֹת *malum persequitur eum usque ad ruinam.* — 2) *aucupari* Lev. XVII, 13 (qui locus ad venatum et aucupium pertinet). Thren. III, 52: צוֹד צָדוּנִי כַּצִּפּוֹר *insidiantur mihi, ut avi,* et sic saepe de insidiis, quae hominibus tenduntur. צוּד נֶפֶשׁ פ׳ insidiari vitae alic. Prov. VI, 26. Thren. IV, 18: צָדוּ צְעָדֵינוּ *insidiantur gressibus nostris.* Mich. VII, 2: אִישׁ אֶת־אָחִיהוּ יָצוּדוּ חֵרֶם *retia ponunt quisque fratri suo.* (Arab. صاد med. Je, venatus est, etiam pisces, صَيْد animalia, quae venatu capiuntur, صَيَّاد venator, piscator, leo, أَصْيَد it. de leone. Melit. *sâd* c. derivv. de venatu et piscatu. Chald. et syr. ܨܕ de venatu, aucupio, piscatu).

Pil. insidiatus est Ez. XIII, 18. 20.

Hithpa. הִצְטַיֵּד (denom. a צַיִד, צֵידָה) *commeatu instruxit se* Jos. IX, 12. (Aram. אִזְדַּוַּד, ܐܙܕܘܕ Jos. l. c. Arab. تَزَوَّد id.).

צַיִד m. 1) *venatio* Gen. X, 9. XXV, 27. — 2) *fera venando capta, caro ferina* (Wildpret) Gen. XXVII, 5. 7. 19. 25. 33. Prov. XII, 27, *praeda* (avis rapacis) Iob. XXXIX, 3 (XXXVIII, 41). Inde 3) *cibus* quicunque (hominum) Neh. XIII, 15. Ps. CXXXII, 15, spec. *commeatus* Jos. IX, 5. 14. Cf. צֵידָה.

צֵידָה, צֵדָה f. i. q. צַיִד no. 3 *commeatus*, spec. itineris Gen. XLII, 25. XLV, 21. Ex. XII, 39. Jos. IX, 11. Iud. VII, 8. XX, 10. 1 Sam. XXII, 10. Ps. LXXVIII, 25. (Arab. زَاد, aram. זְוָדָא, ܙܘܕܐ).

צַיָּד m. *venator* Jer. XVI, 16.

צִידוֹן et **צִידֹן** Gen. X, 15 n. pr. (fem. Jos. XI, 8. XIX, 28, ubi urbs intelligitur, masc. ubi gens Sidoniorum Gen. l. c. צִידֹן בְּכֹרוֹ) *Sidon*, urbs nobilissima Phoenicum, a *piscatu* nomen habens (v. supra de usu Arabum et Aramaeorum, cf. Iustin. 18, 3: condita urbe, quam a piscium ubertate *Sidona* appellaverunt: nam *piscem* [imo: *piscatum*] Phoenices *sidon* vocant). Urbium Phoeniciarum antiquissima erat (צִידֹן בְּכֹר כְּנַעַן Gen. l. c.), plenius צִידוֹן רַבָּה appellata (vel *Sidon magna* vel *Sidon metropolis*) Jos. XI, 8. XIX, 28, mercatura et naviga-

tione florentissima (Jes. XXIII, 2. Ez. XXVII, 8. Il. 5, 289. 23, 743. Od. 4, 613. 619. 15, 113—119), ab architectorum etiam dexteritate nobilis (1 Reg. V, 21): Aseritis assignata quidem (Jos. XIX, 28), sed imperio eorum nunquam subiecta (v. Iud. I, 31. III, 3. X, 12. XVIII, 7). Cum Tyro copulatur Joël IV, 4. Jer. XXV, 22. XXVII, 3. XLVII, 4. Zach. IX, 2. Nom. gent. צִידֹנִי *Sidonius* Iud. III, 3. Ez. XXXII, 30, pl. צִידֹנִים, צִדֹנִים 1 Par. XXII, 4. Esr. III, 7 (ubi copulantur cum Tyriis, v. infra), צִידֹנִין 1 Reg. XI, 33, pl. fem. צִדְנִיּוֹת *Sidoniae* 1 Reg. XI, 1 in plerisque libris (cf. infra formam Syram), sed cod. Erf. 5 צִדֹנִיּוֹת (nisi mavis cum ed. Bragad. צִדֹנִיּוֹת, certe צִדֹנִיּוֹת cf. עַמֳּנִיּוֹת Neh. XIII, 23 Keri). Haud ita raro autem *Sidonis* nomen ad universam Cananaeam borealem s. *Phoenicen* Graecorum (*Sidoniam* dixeris cum Homero Od. 13, 285, ut בָּבֶל *Babylonem* significat et *Babyloniam*) translatum est, ita ut Tyrum etiam complectatur (v. comment. ad Jes. XXIII, 2, quae quum scriberem, nesciebam, similia iam binis verbis dixisse Masium ad Jos. XIX, 29, paullo uberius exposuisse Desvignolium, chronol. sainte II p. 25). Ita Jes. XXIII, 2: סֹחֵר צִידוֹן ubi LXX. *μετάβολοι Φοινίκης*. Comm. 4. בַּת צִידוֹן Comm. 12. Deut. III, 9 (LXX. *Φοίνικες*). כָּל־צִדֹנִי Ezech. XXXII, 30, כָּל־צִידֹנִים Jos. XIII, 6, et eodem modo accipienda videntur 1 Reg. XI, 5: עַשְׁתֹּרֶת אֱלֹהֵי צִדֹנִים. Comm. 33. 2 Reg. XXIII, 13: עַשְׁתֹּרֶת שִׁקֻּץ צִידֹנִים (nam Astarte ab omnibus Phoenicibus culta est), prae ceteris autem 1 Reg. XVI, 31, ubi Ethbaal appellatur מֶלֶךְ צִידֹנִים, etsi aliunde constet (Menand. ap. Jos. Antiqu. 8, 13 §. 2), eum *Tyri* regem fuisse. (Contra Gen. XLIX, 13. Jos. XIII, 4 Sidonis proprie dictae fines intelligendi sunt). Atque amplior iste significatus ipsis quoque Phoenicibus, praeterea Graecis et Romanis haud incognitus erat. Ita enim accipienda epigrapha numi Tyrii regnante Antiocho IV cusi: לצר אם צדנם (cusa) *a Tyro*, *metropoli Sidoniorum* cf. *μητρόπολις Φοινίκων* Strab. XVI p. 756. Grut. p. 1105 (v. monumm. Phoen. p. 263, ubi Hamakerum refellimus, de illo numo secus statuentem): Hesych. *Σιδώνιοι*, *Φοίνικες* cf. supra LXX intpp., et apud Homerum *Σιδονίους* saepe Phoenices esse, non Sidonios tantum, vel ex Virgilio probes, qui etiam Tyrios *Sidoniorum* nomine comprehendit, inde *urbs Sidonia* de Carthagine a Tyriis condita Aen. 1, 677. 678, *Sidonia Dido*, quae Tyro oriunda erat Aen. 1, 446. 613. 9, 266. 11, 74. (In numis Sidoniis vulgaris epigraphe est לצדן, לצדנם v. Monumm. phoen. tab. 34 et p. 264 sqq., gentil. הצדני pro gr. *Σιδώνιος* habes in inscr. Athen. 1 lin. 2 ib. tab. 9, et in numo Tyrio, de quo supra, לצר אם צדנם tab. 9. Syr. nomen urbis scribitur ܨܝܕܘܢ, ܨܝܕܢ, incolarum ܨܝܕܢܝܐ Iud. III, 3. X, 12. XVIII, 7, arab. صيدون, hodie صيدا a pleniore صيدان, gentil. صيداني, gr. gentil. scribitur *Σιδώνιος*, poët. *Σιδόνιος*). De situ veteris urbis v. Strabo XVI p. 756, de hodierna صيدا dicta Abulf. Syria p. 93 et quae laudat Winerus in Realw. II, 535, ad historiam eius cf. Menand. Ephes. ap. Jos. Antiqu. 9, 14 §. 2. Herod. 7, 96. 99. 100. 8, 67. Diod. 16, 42. Relandi Palaest. p. 1010.

מְצַד 1 Par. XI, 7. XII, 8. 16 (ubi in editt. est מְצָד, ad analogiam chaldaei מְצָדְתָּא, sed invito vero etymo, quod Patach etiam in regimine non admittit) plur. מְצָדוֹת *arx*, *castellum montanum*, dictum ab insidiando et speculando, ut מִצְפֶּה a צָפָה (cf. צוד et ad rad. צָדָה). 1 Par. XI, 7: וַיֵּשֶׁב דָּוִיד בַּמְצַד וגו׳ *et habitavit Davides in arce* (Zionis): *propterea appellata est urbs Davidis*. Ibid. XII, 8. 16 (c. art.) de arce Davidis in montanis Judae saepius הַמְּצוּדָה dicta, q. v. Plur. arces montanae 1 Sam. XXIII, 14. 19. XXIV, 1. מְצָדוֹת סְלָעִים Jes. XXXIII, 16. De arcibus Moabitarum Jer. XLVIII, 41, Babyloniorum LI, 30. Copulatur cum cavernis Iud. VI, 2. Ezech. XXXIII, 27. (Chald. מְצָדְתָּא id. v. Buxtorf. p. 1240, arab. مَصَادٌ vertex montis, ut lat. arx de castello montano dicitur et de cacumine montis. Utrumque vc. Lexicographi inepte ad rad. مصد retulerunt cf. etiam طَوْدٌ arx, castellum montanum. Ab eo est n. pr. *Μασάδα* Jos. bell. jud. 7, 8 arcem illam paene inexpugnabilem designans, quae a sicariis contra Romanos defensa est).

מָצוֹד cstr. מְצוֹד Prov. XII, 12 m. 1) *captura*, *praeda* Prov. l. c. — 2) *rete* venatoris. Cum suff. מְצוֹדוֹ Iob. XIX, 6. Plur. מְצוֹדִים Eccles. VII, 26. (Syr. ܡܨܘܕܬܐ, arab. مَصِيدٌ rete). — 3) De munimentis explicant i. q. מְצַד Eccl. IX, 14: בָּנָה עָלֶיהָ מְצוֹדִים גְּדֹלִים, sed de aggeribus oppugnantium haec vox dici non potest, et nil dubito quin cum 2 codd. legendum sit מצורים cf. Deut. XX, 20: וּבָנִיתָ מָצוֹר עַל הָעִיר. Ez. IV, 2. Mich. IV, 14.

מְצוֹדָה f. 1) *rete* (piscatoris) Eccl. IX, 12. — 2) *arx* i. q. מְצַד Jes. XXIX, 7. Plur. Ez. XIX, 9.

מְצוּדָה f. 1) *captura*, *praeda* Ez. XIII, 21. — 2) *rete* Ezech. XII, 13. XVII, 20. Ps. LXVI, 11. — 3) i. q. מְצַד, מְצוּדָה *arx*, *castellum montanum* Iob. XXXIX, 28 (ubi non opus est, ipsum montis cacumen intelligere). מְצוּדַת צִיּוֹן arx Zionis 2 Sam. V, 7. 1 Par. XI, 5, הַמְּצוּדָה c. art. de eadem 2 Sam. V, 9: sed alibi in historia Davidis הַמְּצוּדָה *arx* s. *castellum κατ' ἐξοχὴν* est castellum montanum in vicinia vallis Rephaim et Bethlehemi 1 Sam. XXII, 4. 5. XXIV, 23. 2 Sam. V, 17 (cf. ad hunc locum יָרַד 1, litt. *γ*, *δ*). XXIII, 14. 1 Par. XI, 16, idem quod 1 Par. XII, 8. 16 appellatur הַמְּצַד. Translate Deus appellatur *arx*, i. e. praesidium alic. Ps. XVIII, 3: יְהוָה סַלְעִי וּמְצוּדָתִי. XXXI, 4. LXXI, 3. XCI, 2. CXLIV, 2, et ita בֵּית מְצוּדוֹת Ps. XXXI, 3.

צָוָה in Kal innsit. pr. statuit (stellen), vic. שָׁוָה, unde צִיּוּן. (Syr. ܨܘܐ, in ܐܨܘܐ ܨܘܐ posuit cippum Ez. XXXIX, 15 Pesch., arab. صُوَّة cippus. Iubendi significatum Arabes habent in transp. وَصَّى, cf. חִוָּה, وحى indicavit. Syllaba primaria צו convenit cum צב in יָצַב, נָצַב).

Pi. צִוָּה fut. apoc. יְצַו, וַיְצַו, imp. צַוֵּה Ps. XLIV, 5, apoc. צַו (cod. צוי = צַוֵּי Lev. VI, 2. XXIV, 2. Num. V, 2) 1) *constituit* (bestellen). Num. XXVII, 19: *siste eum* (Josuam) *ante Eleasarum* .... וְצִוִּיתָה אֹתוֹ לְעֵינֵיהֶם *et constitue eum coram iis.* Primariam vim, de qua צִוָּה est i. q. כּוֹנֵן, habes fortasse in Ex. XVIII, 23: *si hoc facies* יְצַוְּךָ אֱלֹהִים וְיָכָלְתָּ עֲמֹד *stabiliet s. firmabit te Deus poterisque consistere.* LXX. κατισχύσει σε ὁ θεός. a) aliquem super aliqua re i. e. praefecit rei sq. acc. pers. et עַל rei 1 Sam. XIII, 14: וַיְצַוֵּהוּ יְהוָה לְנָגִיד עַל עַמּוֹ. XXV, 30. 2 Sam. VI, 21. VII, 11. 1 Paral. XXII, 12. Neh. V, 14. VII, 2. — Jes. XLV, 11: עַל בָּנַי וְעַל פֹּעַל יָדַי תְּצַוֻּנִי pr. *praeficite me liberis meis et operi manuum mearum* i. e. tuto potestis creaturarum mearum curam mihi committere. — b) *instituit, condidit.* Ps. VII, 7: מִשְׁפָּט צִוִּיתָ *iudicium institue.* LXVIII, 29: צִוָּה אֱלֹהֶיךָ עֻזֶּךָ *condit* imperat *Deus tuus potentiam tuam.* CXI, 9: צִוָּה בְרִיתוֹ *instituit foedus eius.* — Jes. XLV, 12: *manus meae expanderunt coelos* וְכָל צְבָאָם צִוִּיתִי *et omnem exercitum eorum condidi* i. e. creavi, esse iussi. XLVIII, 5 (parall. עָשָׂה). *Promittendi* vis, quam nonnulli uni alterive exemplo adhibuerunt (v. Knapp. ad Ps. LXVIII, 29. CXIX, 151) idoneo fundamento caret.

2) *iussit, praecepit, mandavit,* absol. Ps. XXXIII, 9: הוּא צִוָּה וַיַּעֲמֹד, sexcenties sq. acc. pers. (ut iubere aliquem) Gen. XXVI, 11: וַיְצַו אֲבִימֶלֶךְ אֶת־כָּל־הָעָם. XLIV, 1. Num. XXXVI, 2 al. (v. infra), rarius sq. עַל (cf. פָּקַד) Gen. II, 16: וַיְצַו יְיָ אֱלֹהִים עַל הָאָדָם. XXVIII, 6. 2 Par. XIX, 9. Esth. II, 10. 20. IV, 17. Jes. V, 6. Am. II, 12. Nah. I, 14, sq. אֶל Gen. L, 16. Ex. XVI, 34. Num. XV, 23, sq. לְ Ex. I, 22. 1 Sam. XX, 29. Jes. XIII, 3. Jer. XXXII, 23. XLVII, 7. Diserta mandati verba adiiciuntur praemisso לֵאמֹר Gen. II, 16. XXVI, 11. XXXII, 5. L, 16. Ex. V, 6 et saepe.

Praeterea *id quod* quis fieri iubet, ponitur a) in acc. Gen. XLVII, 11: כַּאֲשֶׁר צִוָּה פַרְעֹה *secundum id quod iussit Pharao* i. e. quemadmodum iussit. Ex. VII, 10. 20. XXXIX, 43, inde sq. acc. pers. et rei: iussit aliquem aliquid. Gen. VI, 22: כְּכֹל אֲשֶׁר צִוָּה אֹתוֹ אֱלֹהִים. VII, 9: כַּאֲשֶׁר צִוָּה אֱלֹהִים אֶת־נֹחַ. 16. XXI, 4. Ex. VII, 6. XII, 50. XXV, 22. XXXIV, 4. XXXIX, 1. 5. 7. 1 Par. XXII, 13. Neh. VIII, 1. Ita dicunt: *iubere mandatum, iussum,* it. *praeceptum, legem,* pro dare mandatum, legem ferre. Ex. XVI, 16: זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר צִוָּה יְיָ. XXXV, 4. Num. XXX, 2. 1 Reg. XIII, 21: הַמִּצְוָה אֲשֶׁר צִוְּךָ יְיָ. Num. XXX, 17: הַחֻקִּים אֲשֶׁר צִוָּה יְיָ. Jos. I, 7: תּוֹרָה אֲשֶׁר צִוְּךָ מֹשֶׁה, et c. dat. pers. Deut. XXXIII, 4: תּוֹרָה צִוָּה לָנוּ מֹשֶׁה. Neh. IX, 14. צִוִּיתָה פִקֻּדֶיךָ mandata dedit Ps. CXIX, 4. — b) in Gerundio, Gen. L, 2: וַיְצַו יוֹסֵף אֶת־הָרֹפְאִים לַחֲנֹט אֶת־אָבִיו. Exod. XXXV, 1. 29. XXXVI, 5. Lev. VII, 36. 2 Sam. VII, 7. Jer. XXVI, 8. Ubi iussu cavetur, *ne* quid fiat i. e. *vetatur* aliquid, ponunt מִן sq. inf. Jes. V, 6: אֲצַוֶּה עַל הֶעָבִים מֵהַמְטִיר, vel לְבִלְתִּי sq. inf. Gen. III, 11. Jer. XXXV, 8. — c) in fut. praevio אֲשֶׁר (ut) Esth. II, 10: מָרְדֳּכַי צִוָּה עָלֶיהָ אֲשֶׁר לֹא תַגִּיד, omissa coniunctione Thren. I, 10: צִוִּיתָה לֹא יָבֹאוּ, saepius cum Vav Gen. XLII, 25: וַיְצַו וַיְמַלְאוּ *et iussit et impleverunt* i. e. eo iubente impleverunt (cf. אָמַר no. 3). Ex. XXXVI, 6. 1 Reg. V, 31.

3) c. acc. pers. (sine mandati mentione): *amandavit* aliquem, *cum mandatis misit* aliquem. Jer. XXIII, 32: אָנֹכִי לֹא שְׁלַחְתִּים וְלֹא צִוִּיתִים *ego neque misi neque amandavi eos.* XIV, 14. Is *ad* quem mittitur et cui mandata mittuntur, ponitur praevio עַל, Esth. IV, 5: וַתְּצַוֵּהוּ עַל מָרְדֳּכָי *et amandavit eum ad Mardochaeum* Esr. VIII, 17. 1 Par. XXII, 12. Jes. X, 6; sq. אֶל Jer. XXVII, 4. Esth. IV, 10. — Persona vel res, *de* qua mandata dantur, ponitur praevio עַל Gen. XII, 20: וַיְצַו עָלָיו פַּרְעֹה אֲנָשִׁים. 2 Sam. XIV, 8, sq. אֶל Ex. VI, 13: וַיְצַוֵּם אֶל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. XXV, 22. Jes. XXIII, 11. Jer. XLVII, 7, sq. לְ Ps. XCI, 11: כִּי מַלְאָכָיו יְצַוֶּה לָּךְ *nam angelis suis mandata dat de te.* — Haud raro Deus hoc modo *amandare* s. mittere dicitur etiam res inanimatas, ut benedictionem Lev. XXV, 21: וְצִוִּיתִי אֶת־בִּרְכָתִי לָכֶם *et mittam vobis benedictionem meam.* Deut. XXVIII, 8. Ps. CXXXIII, 3, gratiam Ps. XLII, 9. XLIV, 5, gladium Am. IX, 4. Adde Iob. XXXVIII, 12: הֲמִיָּמֶיךָ צִוִּיתָ בֹּקֶר *tune unquam amandasti auroram?* misisti auroram, ut Deus quotidie fecit et XXXVI, 32: וַיְצַו עָלֶיהָ בְמַפְגִּיעַ *et mittit eam* (lucem i. e. fulgur) *contra hostem.* — Spec. dicunt צַו לְבֵיתוֹ 2 Reg. XX, 1. Jes. XXXVIII, 1 et צִוָּה אֶל בֵּיתוֹ 2 Sam. XVII, 23 extrema mandata dedit familiae suae i. e. testamentum condidit (sein Haus bestellen). Cf. rabbin. צַוָּאָה testamentum, et arab. وَصَّى v. c. Cor. 36, 50: لَا يَسْتَطِيعُونَ تَوْصِيَةً *non poterunt testamentum facere,* et أَوْصَى Hebr. IX, 16. 17., وَصِيَّة testamentum Hebr. VIII, 8 sqq. IX, 16. 18. Erp. Cor. Sur. 2, 176).

Pu. צֻוָּה *iussus est.* Gen. XLV, 19 Lev. VIII, 35: כֵּן צֻוֵּיתִי *ita iussus sum,* hoc mihi mandatum est. Ezech. XII, 7: כַּאֲשֶׁר צֻוֵּיתִי *ut iussus sum.* XXIV, 18. XXXVII, 7. Sq. בְּ eius qui mandata dedit Num. XXXVI, 2.

צַו et **צָו** m. *mandatum, praeceptum* (ut תַּו, קַו, a radd. תָּוָה, קָוָה. Hos. V, 11: כִּי הוֹאִיל הָלַךְ אַחֲרֵי צָו *placuit ei sequi mandatum.* Si modo sana est scriptura, צו non aliud mandatum esse potest quam Jerobeami de colendis vitulis aureis. Sed LXX reddunt τὰ μάταια, Pesch.

ܣܪܝܩܘܬܐ *vanitates*, et non possunt non legisse שַׁו pro שָׁוְא Iob. XV, 31, quod persaepe *μάταιοι, ματαιότης* redditur. Atque hanc scripturam vulgari praefero. Nam *ire post vanitatem* est *sectari vana idola* (הַבְלֵי שָׁוְא Ps. XXXI, 7), cf. de eadem re formulam הָלַךְ אַחֲרֵי הַהֶבֶל 2 Reg. XVII, 15. Jer. II, 5, et הָלַךְ אַחֲרֵי הַבְּעָלִים Jer. II, 23 al. (v. הָלַךְ אַחֲרֵי p. 378 A). Contra nusquam dicitur *ire post mandatum* pro *sequi mandatum*. — Hieron. צו *sordidum* interpretatur i. e. idola sordida, et sic nuper Böttcherus specc. p. 171: „nachgegangen ist es dem Dreck": sed, ut alia taceam, a צֹאָה, צוֹאָה (p. 616), quorum ו servile est, non radicale, צַו cum Vav mobili formari non poterat. — Jes. XXVIII, 10. 13 frivolis et temulentis hominibus inter pocula de praeceptorum divinorum, quibus obruantur, multitudine conquerentibus haec verba tribuuntur: כִּי צַו לָצָו צַו לָצָו קַו לָקָו קַו לָקָו *nam mandatum ad mandatum, mandatum ad mandatum, praeceptum ad praeceptum, praeceptum ad praeceptum* זְעֵיר שָׁם זְעֵיר שָׁם *paullulum hic paullulum illic* i. e. praeceptum praecepto, lex legi additur a sacerdotibus et prophetis, in dies novis iisque minutissimis praeceptis vexamur et fatigamur. Paronomasia voces balbutiente ore cum ludibrio editas imitatur: et propter hanc ipsam propheta pro מִצְוָה optavit צַו vocabulum insolentius et fortasse novum, quippe quod synonymo קַו responderet. Ex vett. intpp. צַו *ἐντολὴν* primus vertit Symmachus, dein Saadias, Abulwalides et Hebraei paene omnes. Pro imperativo habuerunt Targ. et Hieron., qui paronomasiam et ipse imitaturus reddit: *manda, remanda, manda, remanda.* Syrus צַו ducit a צוֹא, קַו a קוֹא, hac sententia: *sordes super sordibus, vomitus super vomitu:* illudque nuper probavit etiam Böttcherus l. c. qui צַו *sordes* (Dreckchen) et קַו *filum* de re parva et exili dicta existimans ita vertit: dass (es) Drecklein auf Drecklein (setzt), Drecklein auf Drecklein, Dräthlein auf Dräthlein cet., alios praeterea de h. l. ingenii lusus in medium protulit vulgari interpretationi, de qua fastidiosius iudicat vir doctus, nullo modo aequiparandas.

צִי (pro צְוִי) m. *navis*, a *statuendo* et *erigendo* s. exstruendo dicta cf. סְפִינָה. Firmaret hoc etymon arab. „صَوَايَة navigiolum" Castell. col. 3144, nisi haec ipsa vox, quam Geuharius et Firuzabadius ignorant, admodum suspecta esset. (Errorem latere in his Castellianis, vel ex eo apparet, quod additur: „*lendex*" vox nihili, fortasse *l. index*, *lapis index*, cui responderet صوانة per Nun scriptum). Vulgo צִי repetebant a צִי aridus, quia navis *locus siccus* sit in mediis aquis, vel a נָצָה pro נְצִי, quia *volet* per undas (Sim.). Jes. XXXIII, 21: אֳנִי שַׁיִט וְצִי אַדִּיר *navis remis agitata et trieris magna* (Vulg.). Pl. צִים Num. XXIV, 24. Ez. XXX, 9, צִיִּים Dan. XI, 30. Sed צִיּוֹת Ps. CV, 41 est a צִיָּה. Michaëlis in suppl. p. 2085 observat, *navis* significationem a vett. intpp. in uno Jesaiae loco, ibique a Chaldaeo, Syro, Vulgato exprimi, ipsamque illam potestatem in dubium vocat. Sed cave credas. Contra eam vim *constanter* exprimit Vulg. voce *trieris*, adde in Num. Targ. צִיצַן *naves*, Gr. Venet. *ναῦς*, Ar. Erp. مراكب navigia, Saadias in Polygl. quidem „الدارمين *qui surripiunt*", sed haud dubie legendum الزامين *vascula*, *navigia*, ut apud Jes. l. c. زقمين. Jes. Aqu. *τριήρης ὑπερμεγέθης*. Targ. רוּרְנֵי בְּבַתָּא Liburnica magna [sed Syrus, quem laudat Mich., h. l. alia omnia habet]. — Aliud צִי, צִים v. rad. צָיָה.

צִיּוּן *cippus, monumentum*, a statuendo dictum, sive sepulcrale 2 Reg. XXIII, 17. Ez. XXXIX, 15, sive viae monstrandae Jer. XXXI, 21. Plur. Jer. l. c. (Syr. ܨܘܝܐ lex. Adl. ܐܝܟ ܥܠ ܩܒܪܐ . ܢܝܫܐ ܕܥܠ ܟܐܦܐ (علامة؟) ܢܝܫܐ *signum lapideum*, *cippus lapideus*. Arab. صُوَّةٌ pl. صُوًى lapis viae index, pl. أَصْوَاءٌ sepulcra. Chald. צִיּוּן i. q. hebr. Apud Talmudicos est etiam verbum צַיֵּן signare, notare v. c. sepulcrum ut locum immundum v. Buxt. 1898, quo de more sepulcra signandi v. Pococke nott. misc. ad Port. Mosis p. 75 sqq., ubi etiam de nostra voce docte agit: „Unde [e syr. ܨܘܝܐ] confirmatur Ebn Jannabii [Abulwalidis] sententia, qui nominis ציון thema statuit צוה, non ut alii צין, auctoritate linguae Arabicae motus, quod in illa idem vocatur صوة a themate صوا.., quamvis alias ציון affinitatem habere posset cum Arabum صان custodire vel صوان lapis durioris genus, qui forsan ad hunc usum frequenter adhiberi solitus. Ita et R. Tanchum locum istum explicans ציון dicit esse صوة, quod est (inquit) حجر يعمل على القبر او في الطريق علامة *lapis vel super sepulcrum vel in via positus in signum*, ita ut Jer. l. c. ציונים dicuntur علامات على الطرق وكذلك البنا يجعل على القبر علامة له يسمى ציון כה הציון הלז يقول الاوايل ציון לבית הקברות اى علامة وحاجز تمتنع الناس العبور للقبر *signa viis apposita, atque ita structura sepulcro imposita in signum appellatur Ziun, ut ubi dicitur: Quod est signum illud? atque ita dicunt Majores, Ziun iuxta locum sepulcrorum i. e. signum s. septum quo impediuntur homines ut per sepulcra transeant.* Locus allatus est 2 Reg. XXIII, 17 ad quem nomen illud explicans dicit esse الحاجز الدابر بالقبر ليبعد عنه من يخشا אל טמאה وكذلك הציבי לך ציונים وقيل حجر كبير او بناية على القبر يكون رسم وعلامة *septum sepulcro circumdatum ut elongetur ab ipso qui immunditiam cavet atque ita dicitur statue tibi Ziunim vel iuxta alios lapidem magnum s. aedificium super sepulcrum, ut sit in indicium et signum.*" Nobis quoque verbum צַיֵּן denom. esse videtur a צִיּוּן.

מִצְוָה f. *praeceptum*, *lex* (LXX plusquam centies *ἐντολή*, aliquoties *ἔνταλμα*, *πρόσταγμα*). Dicitur a) de praecepto humano, מִצְוַת הַמֶּלֶךְ Jes. XXXVI, 21. Esth. III, 3. 2 Par. VIII, 15. XXX, 12. מִצְוַת יְהוֹנָדָב אֲבִיכֶם Jer. XXXV, 18. Jes. XXIX, 13: מִצְוַת אֲנָשִׁים מְלֻמָּדָה

praeceptum hominum (populo) *inculcatum.* — b) de praecepto divino, tum de singulis praeceptis, tum de universa lege (cf. תּוֹרָה, מִשְׁפָּט). Lev. IV, 13: אַחַת מִכָּל־מִצְוֹת יְיָ אֲשֶׁר לֹא תֵעָשֶׂינָה *unum ex omnibus praeceptis Jovae, quae fieri non debent,* quibus verbis describitur *interdictum.* (Rabbini distinguunt מִצְוַת עֲשֵׂה = Gebot, et מִצְוַת לֹא תַעֲשֶׂה = Verbot). Saepissime in pl. מִצְוֹת יְיָ *praecepta Dei,* quae saepe copulantur cum synonymis חֻקִּים, חֻקּוֹת, תּוֹרוֹת, מִשְׁפָּטִים, עֵדוֹת Gen. XXVI, 5. Ex. XVI, 28. Deut. VI, 2. XI, 1. XXX, 10. 1 Reg. II, 3. 1 Par. XXIX, 19. 2 Par. XXXIV, 31. Esr. VII, 11 al. Collect. Deut. V, 28: כָּל־הַמִּצְוָה וְהַחֻקִּים. VI, 1: זֹאת הַמִּצְוָה וְהַחֻקִּים. VIII, 1. XI, 8. 22. XV, 5. XVII, 20. XXVII, 1. מִצְוַת הַלְוִיִּם est quod Levitis ex praecepto debetur i. q. מִשְׁפַּט לֹ׳. Neh. XIII, 5.

צָוַח *clamavit, vociferatus est* prae laetitia Jes. XLII, 11. (In Targg. צְוַח persaepe pro צָעַק, צְוָחָא clamor. Syr. ܨܘܳܚܳܐ clamor, querela. Sam. ࠑࠅࠇࠄ id. Arabes contractius dicunt med. quiescente صَاحَ pro صيح. Utrumque emollitum putem e duriore צָרַח, صرخ, cf. Jes. XLII, 11 et 13). Inde

צְוָחָה f. *clamor* tum laetus Jes. XXIV, 11, tum lugubris dolore extortus et auxilium implorans i. q. זְעָקָה Jer. XIV, 2. Ps. CXLIV, 14. C. suff. צִוְחָתֵךְ clamor a te (Babylon) vexatorum Jer. XLVI, 12 (cf. זַעֲקַת סְדֹם Gen. XVIII, 20). LXX ter κραυγή.

צוּל rad. inusit. i. q. צָלַל no. III q. v., *devolutus, demersus est* in profundum. Inde

צוּלָה f. *gurges, maris, vorago* Jes. XLIV, 27. Schult. ad Har. 3 p. 152 hoc dictum vult a صَالَ saeviit, ferociit, quod vix aptum fuerit, cum صال potius insiliendi, impetum faciendi potestatem habeat, ut de camelo admissario. De vera etymi ratione v. ad צָלַל.

מְצוּלָה f. *gurges, vorago* a) maris. Jon. II, 4. Ps. LXIX, 16. CVII, 24. Plur. מְצוּלוֹת יָם Ps. LXVIII, 23. Mich. VII, 19. b) fluvii. Iob. XLI, 23, pl. מְצוּלוֹת יְאוֹר Zach. X, 11. c) coeni. Ps. LXIX, 3: בִּיוֵן מְצוּלָה. (Targg. paene ubique retinent מְצוּלְתָא. Apud Talmudicos est etiam fossa, fovea profunda).

מְצֹלָה tantum in pl. מְצוֹלוֹת *gurgites* maris Ex. XV, 5. Neh. IX, 11, metaph. Ps. LXXXVIII, 7.

מְצֻלָּה v. rad. צָלַל no. II.

צוּם *ieiunare.* (Arab. صام, melit. *sôm* id., syr. ܨܳܡ, chald. nasor. sam. id. Aeth. ጾመ: ieiunare, ጾም: ieiunium. Origo est in ore clauso, vide de radd. in m exeuntibus supra ad דָּמַם pag. 344. Singulari modo transfertur apud Nasoraeos v. c. ܨܳܡ ܦܘܡܗ ܡܢ cohibuit s. abstinere fecit os ab al. re, et sic ܨܳܡ ܠܒܐ ܡܢ cohibuit cor, ܨܳܡ ܐܝܕܝܗ ܡܢ cohibuit manus a re). Ubique de ieiunio, quod cum luctu coniunctum est, et ad ascesin sacram pertinet Iud. XX, 26. 1 Sam. VII, 6. XXXI, 13. 2 Sam. I, 12. XII, 16. 21—23. 1 Reg. XXI, 27. Esr. VIII, 23. Neh. I, 4. Esth. IV, 16. Jes. LVIII, 3. Jer. XIV, 12. Cum suff. (quod dativi vim habet) Zach. VII, 5: הֲצוֹם צַמְתֻּנִי *num ieiunastis mihi?* Inde

צוֹם pl. צוֹמוֹת Esth. IX, 31 m. *ieiunium* idque sacrum ad ascesin pertinens 2 Sam. XII, 16. Jes. LVIII, 5. 6. Dan. IX, 3. Zach. VIII, 19. Esth. IV, 3. Neh. IX, 1. קָרָא צוֹם convocavit ieiunium 1 Reg. XXI, 9. 12. Esr. VIII, 21. קַדֵּשׁ צוֹם instituit ieiunium sacrum Joël I, 14. II, 15. Ps. LXIX, 11: בַצּוֹם נַפְשִׁי *in ieiunio est anima mea,* cf. ad נֶפֶשׁ no. 2. LXX. νηστεία.

צוּעַ rad. inusit. Arab. صاغ formavit, finxit, it. conflavit, artem aurifabri exercuit. V. VII. pass. صَائِغ formans, aurifaber. Sed Hebraeis de *arte statuaria* dictum videtur, v. צַעֲצֻעִים. (Vic. est radici צוּר, غ enim et ר litterae sunt soni cognati).

צַעֲצֻעִים m. pl. *opus statuarium.* 2 Par. III, 10: *fecit duos Cherubos* מַעֲשֵׂה צַעֲצֻעִים *opere statuario* (Vulg.), *eosque auro induxit.* (LXX. ἔργον ἐκ ξύλου. Nonnulli Hebraei: opere tornatili). Ex 1 Reg. VI, 23 eos ex lignis olivarum factos esse apparet. Cf. J. H. A. Dorien de opere Zaazyim in Ugolini thes. VIII no. 6.

צוּף *fluere, redundare.* (Chald. Ithp. effluxit. Talmud. etiam in Kal, Machs. cap. 4. Syr. ܛܳܦ, chald. טוּף redundavit, natavit. Aeth. ጸፍጸፈ: guttatim fudit, ነጸፍጻፍ: gutta, stilla. (Vicinae radd. sunt זוּף, זוּב, ubi vide). Thren. III, 54: צָפוּ מַיִם עַל רֹאשִׁי *obruerunt me aquae.*

Hiph. 1) *redundare fecit* Deut. XI, 4. 2) *natare fecit* (v. supra Syr.) 2 Reg. VI, 6.

צוּף m. 1) *favus* mellis, ita dictus quia mel in eo redundat. Prov. XVI, 24: צוּף דְּבַשׁ אִמְרֵי נֹעַם instar *favi mellis* (i. e. melle pleni) sunt *verba iucunda.* LXX. κηρίον μέλιτος. Vulg. favus mellis. Targ. כַּבְּרִיתָא דְדוּבְשָׁא

favus mellis. Pesch. ܕܒܒܝܬܐ ܕܕܒܫܐ id. *). Plur. Ps. XIX, 11: נֹפֶת צוּפִים *destillatio favorum* i. e. mel dulcissimum. LXX. Vulg. Targ. Pesch. ut supra. Kimchi: חַלַּת דְּבַשׁ, sed haec non est *placenta mellita* a pistore facta, ut post alios nuper volebat Fürstius, sed (ut dudum observavit Fullerus in Misc. 6, 16) *placenta* cellularum ab apibus ex cera facta i. e. *favus*. Etenim s. v. יער ipse Kimchius addit: שיוציאו ממנו הדבש *ex quo educitur mel*. — 2) n. pr. filii Elkanae 1 Sam. I, 1. 1 Par. VI, 20 (ubi in Keri est צִיף), qui צוֹפַי scribitur ib. Comm. 11.

צָפָה f. *inundatio*. Ez. XXXII, 6: *et irrigabo sanguine tuo* אֶרֶץ צָפָתְךָ *terram tuam Nilo inundatam*. Compellatur Pharao. Targ. terram tuam pinguem s. fecundam. Non bene Rosenm. *terram natationis tuae* (v. Hiph. no. 2) i. e. in qua instar belluae natas.

צַפְצָפָה f. auctoribus interpretibus Hebraeis *salicis species*, quae ita dicta est, quippe quae in locis *inundatis* crescat. Ita Talmud. Succ. 3 §. 3, ubi haec in Gemara leguntur: איזהו ערבה ואיזהו צפצפה ערבה קנה שלה אדום ועלה שלה משוך ופיה חלק צפצפה קנה שלה לבן ועלה שלה עגול ופיה דומה למגל *quaenam salicis species vocatur* ערבה *et* צפצפה? *Prior caudice rubro est, folio oblongo, huiusque ora glabra: posterior autem caudice albo, folio rotundo, sed dentato instar falcis messoriae.* Adde Dachsium et Cramerum ad Succ. l. c. Arab. صَفْصَفَةٌ et صَفْصَافٌ species salicis, Abulf. apud Cels. Hierob. II, 180. Inde gr. Σαφσάφ quod du Fresne in gloss. p. 1338 explicat: χυλὸς τῆς ἰτέας (de quo succo v. Rauwolf itin. 1 c. 9). Ita Ezech. XVII, 5: *posuit* (surculum vitis) *ad aquas multas* צַפְצָפָה שָׂמוֹ *salicem fecit eum* i. e. ut instar salicis inundaretur. Alii *inundationem* reddunt, hac sententia: *ad inundationem posuit eum* (עַל ex superioribus repetentes): alii denique (Celsius l. c. Rosenm. ad h. l.) *in planitie posuit eum* coll. صَفْصَفٌ planities Cor. 10, 106, cui tamen nulla cum rad. hebraea necessitudo est.

צוּץ i. q. נָצַץ et נוּץ (cf. זוּז) 1) *micuit*, v. Hiph. — 2) *floruit* (de qua translatione v. p. 56 A). Praet. צָץ Ez. VII, 10: צָץ הַמַּטֶּה *floret virga* vos castigatura.

Hiph. fut. יָצִיץ part. מֵצִיץ (Cant. II, 9), *micuit, splenduit* (pr. splendorem edidit, cf. הֵאִיר) Ps. CXXXII, 18, inde *promicuit* i. e. furtim prospexit (pr. oculos micare fecit). Cant. II, 9: מֵצִיץ מִן הַחֲרַכִּים *promicans ex clathris*. (Talmud. הֵצִיץ id., ut בני מציצי עינא filii micantes oculis Cheth. fol. 60, 2. Arab. وَصْوَصَ et وصوص furtim prospexit mulier per foramina veli, cf. nostr. blinken, blinzen). — 2) *floruit* (pr. flores produxit) Num. XVII, 23. Ps. XC, 6. CIII, 15, metaph. Ps. LXXII, 16: יָצִיצוּ מֵעִיר כְּעֵשֶׂב הָאָרֶץ *efflorescunt* homines *ex urbibus ut herba agri*. XCII, 8: וַיָּצִיצוּ כָּל־פֹּעֲלֵי אָוֶן. Jes. XXVII, 6.

צִיץ m. 1) *lamina* aurea in fronte summi sacerdotis, a splendendo dicta Ex. XXVIII, 36—38. XXXIX, 30. Lev. VIII, 9 (cf. Ps. CXXXII, 18). — 2) *flos* Num. XVII, 23. Ps. CIII, 15. Iob. XIV, 2. Jes. XXVIII, 1. XL, 6—8. Plur. צִצִּים (pro צִיצִים v. Lgb. §. 37, not. 1). 1 Reg. VI, 18. 29. 32. — 3) *pluma, penna*, quae potestas quomodo ab efflorescendo proficiscatur v. ad נָצַץ, נוּץ. Jer. XLVIII, 9: תְּנוּ צִיץ לְמוֹאָב כִּי נָצֹא תֵּצֵא *date pennam Moabo, nam avolando avolabit*. (Chald. צִיץ ala Ps. CXXXIX, 9, it. pinna piscium Lev. XI, 9). — 4) n. pr. oppidi aliunde non cogniti 2 Par. XX, 16.

צִיצָה f. *flos* i. q. צִיץ no. 2. Semel legitur Jes. XXVIII, 4: צִיצַת נֹבֵל quod reddunt *flos marcoris* i. e. flos marcescens, cf. צִיץ נֹבֵל Comm. 1. Sed fac in forma feminea ἅπαξ λεγομένῃ nil offensionis esse, duplex superest in ista scriptura difficultas: una in נֹבֵל, cui vis abstracti vix tribui potest, altera eaque maior in eo quod Comm. 4, ubi צִיץ נֹבֵל iterum memoratur, articulum desideras (*die welke Blume*). Quae quum ita sint, nil dubito, quin Comm. 4 reponendum sit צִיץ הַנֹּבֵל το ἄνθος τὸ ἐκπεσόν (ח in ה mutato, vocibusque aliter divisis): articulum autem non raro soli adiectivo et participio anteponi docetur gr. §. 109, 2, a.

צִיצִת (pro צִיצִית) f. pr. quod *flori pennaeve simile est*, a צִיץ cum terminatione adj. fem.), inde 1) *antiae* (cf. ad rad. נָצָה no. 1. 2). Ez. VIII, 3: *prehendit me* בְּצִיצִת רֹאשִׁי *per antias meas*. Targ. בְּסַעַר רֵאשִׁי *pilis capitis mei*.

2) *peniculamenta* s. *fimbria comata* (Franze, Troddel), quam Israëlitae ex lege Num. XV, 38. 39 in oris vestimentorum gerebant „ut praeceptorum divinorum memores essent." Cod. Sam. in pl. legit [Samaritan] i. e. צִיצִיּוֹת, quae est Rabbinorum forma, chald. צִיצִיְתָא Targ. Jon., צִיצִין Targ. Hieros. Pesch. ܓܕܝܠܬܐ. (Alibi צִיצִית de villis lanae dicitur Dav. K. ad Iud. IV, 19). LXX. κράσπεδα. Vulg. *fimbriae*. Onk. כְּרוּסְפְּדִין. Ex

---

*) Dubitatur, quae sit genuina huius vocis forma in lingua Chaldaea et Syra, utrum per Beth an per Caph. Hoc genuinum censent Fullerus in Miscell. 6, 16. Mich. ad Cast. p. 398, illud Buxt. et Schaaf. v. כבריתא. In libris Chaldaicis plerumque ב reperiri videtur (v. Buxt. s. utraque forma); in Syriacis tamen scriptura ܟܒܪܝܬܐ *favus* (e forma *orbiculari*) satis certa videtur, v. Castell. ed. Mich. p. 394, adde Amirae gr. p. 49. Ephr. II, 237 F.

N. T. constat, Pharisaeos in his fimbriis producendis sibi placuisse (Mt. XXIII, 5). De Judaeorum circa eas traditionibus et praeceptis v. Buxt. lex. chald. p. 1907. Carpz. Apparat. antiq. p. 197 sqq. Paulus Comment. in N. T. III p. 347.

I. צוּק *angustum, arctum, coarctatum esse.* (Arab. ضاق med. Je. Cor. 9, 119: ضاقت عليهم الارض angusta iis fuit terra. Melit. *dejjek* arctavit, *dik* angustia. Aeth. ጠፈቀ: coarctavit, compressit, ጸበቀ: angustus fuit. IV. coarctavit. Vicina sunt עוק, adeoque עָנַק, חָנַק et quae his finitima sunt).

Hiph. הֵצִיק 1) *arctavit, coarctavit, pressit* aliquem, sq. dat. Deut. XXVIII, 53 sqq. Jer. XIX, 9, spec. urbem *obsidione pressit*, sq. dat. Jes. XXIX, 2. 7. Part. מֵצִיק *oppressor* Jes. LI, 13. — 2) *ursit* aliquem, *institit* alicui a) precibus, sq. acc. Iud. XIV, 17, sq. dat. XVI, 16. b) Iob. XXXII, 18: הֱצִיקַתְנִי רוּחַ בִּטְנִי *urget me spiritus pectoris mei* (es drängt mich der Geist meiner Brust), tantus est animi mei fervor, ut eum cohibere non possim, quominus erumpat.

צוֹק m. *angustiae* (temporum) Dan. IX, 25 et

צוּקָה f. id. Prov. I, 27. Jes. VIII, 22. XXX, 6.

מָצוֹק m. *angustiae.* Copulatur cum צַר et מָצוֹר Deut. XXVIII, 53. 55. 57. Jer. XIX, 9. Ps. CXIX, 143. אִישׁ מָצוֹק qui in angustiis versatur 1 Sam. XXII, 2.

מְצוּקָה f. id. Iob. XV, 24. Zeph. I, 15 pl. Ps. XXV, 17. CVII, 6. 13. 19. 28.

מוּצָק Iob. XXXVI, 16, in Pausa מוּצָק XXXVII, 10 et sine ea Jes. VIII, 23 m. verbale Hoph. 1) *coarctatum, angustum.* Iob. XXXVII, 10: רֹחַב מַיִם בְּמוּצָק *latitudo aquarum* abit *in angustum*, fit angusta (sc. gelu et glacie). Cf. XXXVI, 16: רַחַב לֹא מוּצָק תַּחְתֶּיהָ, quod eodem modo accipiendum est, non referendum ad יָצַק fudit. — 2) *angustiae* Jes. VIII, 23. Aliud v. sub rad. יָצַק.

II. צוּק 1) i. q. יָצַק *fudit.* Bis fut. יָצוּק Iob. XXIX, 6. XXVIII, 2: וְאֶבֶן יָצוּק נְחוּשָׁה *et lapis funditur* ut fiat *aes* i. e. lapidem aerosum liquefaciunt, ut vertatur in aes fusum. Metaph. Jes. XXVI, 16: צָקוּן לַחַשׁ *preces fundunt*, ut Virg. Aen. 6, 55. (צָקוּן Milra est praet. Kal cum Nun paragogico, pro צָקוּ). Saad. صبوا صبا fundebant fusionem i. e. preces (q. d. Ergüsse). Kimchi: שפכו תפלה cf. שָׁפַךְ שִׂיחַ Ps. CII, 1. Al. *exprimunt gemitus* (Sim. Eichhorn), sie pressen Seufzer hervor: sed צוּק no. I in Kal vim intransitivam habet, et ne Hiphil quidem (Iob. XXXII, 18) sententiam idoneam praeberet. — 2) i. q. הִצִּיק *statuit*, unde מָצוּק columna.

מָצוּק *columna*, v. rad. II, 2. Kimchi: עַמּוּד, מַעֲמָד. Bis legitur. 1 Sam. II, 8: מְצֻקֵי אֶרֶץ quod bene Kimchius עמודי ארץ. (Vulg. cardines terrae. Syr. profunda terrae). Translate de rupe praerupta, columnae simili. 1 Sam. XIV, 5: הַשֵּׁן הָאֶחָד מָצוּק מִצָּפוֹן מוּל מִכְמָשׂ וְהָאֶחָד מִנֶּגֶב מוּל גָּבַע *scopulus unus* erat *columna a septentrione e regione Michmas, alter ab austro e regione Geba.* Gr. anon. ἀκρωτήριον. Vulg. prominens. Targ. מִסְתַּכְיָא speculans. (Talmud. צוק est mons altus et praeruptus, Mischna Joma, c. 6, ubi Bartenora: כל הר וזקיף נקרא צוק. Baba mezia c. 7: עלהה לראשי צוקין ונפלה *si ascenderit in cacumina scopulorum et ceciderit.* Gem. fol. 36, 2. Apud Simon. ed. 3 laudatur quoque طاق الجبل mons elatus, rupes montium eminentes, Cast. col. 1487, sed omnes annotant, hoc vc. Persicae originis esse idque conferre cunctor).

I. צוּר fut. יָצוּר apoc. וַיָּצַר (ut vic. צָרַר) *coarctare, premere, comprimere*, inde

1) *colligare* (i. q. צָרַר no. 1), ut pecuniam in fasciculum vel crumenam (צְרוֹר). Praet. Deut. XIV, 25: וְצַרְתָּ הַכֶּסֶף בְּיָדְךָ *et colligabis pecuniam tecum* (non: in manu tua). Fut. 2 Reg. V, 23: וַיָּצַר כִּכְּרַיִם כֶּסֶף בִּשְׁנֵי חֲרִטִים. XII, 11.

2) a) *premere aliquem* hostili modo, *urgere, persequi* (drängen), sq. acc. Ex. XXIII, 22: וְצַרְתִּי אֶת־צֹרְרֶיךָ. Deut. II, 9: אַל־תָּצַר אֶת־מוֹאָב. 19. Sq. עַל 2 Reg. XVI, 5, sq. לְ 2 Par. XXVIII. 20. Part. צָרִים persecutores Esth. VIII, 11. — b) *obsidione premere, obsidere* urbem, sq. acc. urbis 1 Par. XX, 1, plerumque sq. עַל Deut. XX, 12. 2 Sam. XI, 1. 1 Reg. XV, 27. XVI, 17. XX, 1. 2 Reg. VI, 24. 25. XVII, 5. XVIII, 9. XXIV, 11. Jer. XXI, 4. XXXII, 2. XXXVII, 5. XXXIX, 1. Ez. IV, 3. Dan. I, 1, sq. אֶל Deut. XX, 19, absol. Jes. XXI, 2. Etiam sq. עַל 2 Sam. XX, 15 et אֶל 1 Sam. XXIII, 8 eius qui in urbe obsidetur. (Chald. id. צִיר obsidio). Metaph. Ps. CXXXIX, 5: אָחוֹר וָקֶדֶם צַרְתָּנִי *undique obsides me*, ut te effugere nequeam LXX. Vulg. Pesch. *formasti me*, male, quum de formando homine comm. demum 13 — 18 agatur. — c) sq. acc. et עַל: *propulit aliquid contra* rem (eine Sache gegen die andere hindrängen, andrängen, andringen lassen). Jes. XXIX, 3: וְצַרְתִּי עָלַיִךְ מֻצָּב *propello contra te* (Hierosolyma) *stationes* (ich lasse sie gegen dich andringen). Similiter Iud. IX, 31: הִנָּם צָרִים אֶת הָעִיר עָלֶיךָ *ecce! propellunt* i. e. concitant *urbem contra te*, et Cant. VIII, 9: *si ianua est soror* (i. e. facilis accessu) נָצוּר עָלֶיהָ לוּחַ אָרֶז *eam coarctabimus* s. *includamus valvis cedrinis* (pr. werden wir eine zederne Thür gegen sie andrängen). Male al. צוּר h. l. ad fingendi potestatem referunt.

3) a) *secare* (pr. cultro premere, insistere cf. גָּדַר no. 1. 2), unde צוּר acies, rupes acuta; dein b) *fingere* i. q. יָצַר no. 1. (Syr. ܨܪ formavit, ܨܘܪܬܐ imago, ܨܝܪܐ formator, pictor. Chald. Nasor. id. Arab. صور id. Sur. 3, 4. 64, 3). Reperitur tantum in fut. (reliqua tempora a יָצַר) וַיָּצַר Exod. XXXII, 4. 1 Reg. VII, 15, אֱצוּרְךָ Jer. I, 5 Chethibh.

צוּר m. pl. צֻרִים, semel צוּרוֹת Iob. XXVIII, 10. 1) a) *rupes*, pr. acuta et praerupta (a rad. no. 3), qualem describit Virg. Aen. 8, 233: stabat acuta silex, praecisis undique saxis. LXX. πέτρα. (Chald. syr. טוּרָא, ܛܘܪܐ mons, etiam arab. طور v. c. طور سينا mons Sinae, etsi hanc vocem Syriacam esse annotent). Ex. XVII, 6. XXXIII, 21. 22. Deut. XXXII, 13. Iud. VI, 21. XIII, 19. Iob. XIV, 18. XVIII, 4. XIX, 24. XXIV, 8. XXIX, 6. Prov. XXX, 19. Ps. LXXVIII, 20. CV, 41. Jes. II, 10. XLVIII, 21. Metaph. dicitur de *loco*, in quo quis tutus est ab hostibus (cf. Ps. XXVII, 5: בְּצוּר יְרוֹמְמֵנִי *in alta rupe collocavit me* Deus i. e. tutum me praestitit. LXI, 3), inde *refugium*, *praesidium*, spec. de Deo, qui Israëlitarum *refugium* et *praesidium* est. Deut. XXXII, 37: צוּר חָסָיוּ בוֹ; צ׳ מָחְזִי Ps. XCIV, 22, צוּר מָעוֹז rupes refugii Jes. XVII, 10. Ps. XXXI, 3, צ׳ יְשׁוּעָתִי Deut. XXXII, 15, צ׳ יִשְׁעִי 2 Sam. XXII, 47. Ps. LXXXIX, 27, צ׳ לְבָבִי Ps. LXXIII, 26. צ׳ יִשְׂרָאֵל 2 Sam. XXIII, 3. Jes. XXX, 29, et c. suff. צוּרִי rupes mea (Davidis) Ps. XVIII, 3. 47. XIX, 15. XXVIII, 1, c. art. הַצּוּר Deut. XXXII, 4. De quovis *deo tutelari*. Deut. XXXII, 31: לֹא כְצוּרֵנוּ צוּרָם LXX οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς ἡμῶν ὡς οἱ θεοὶ αὐτῶν, et sic saepe צוּר reddunt θεός, maxime in Psalmis. 1 Sam. II, 2: אֵין צוּר כֵּאלֹהֵינוּ. Alia translatione (a lapicidinis ducta) dicitur de conditore gentis Jes. LI, 1: *considerate rupem, unde excisi estis.* — Vett. intpp. nonnullis locis, sed paucissimis, צוּר *creatorem* interpretantur (a צוּר no. 3, b), LXX κτίστης 2 Sam. XXII, 32, Theod. πλάστης Deut. XXXII, 4, Saad. خالق ibid.: male profecto, neque assensum praebere debebant Dathius et Vaterus ad Deut. l. c. — b) *lapis*, *silex*. Jes. VIII, 14: צוּר מִכְשׁוֹל. Iob. XXII, 24: צוּר נְחָלִים *silices rivorum* (gr. §. 106, 3, c).

2) *acies* (v. rad. ibid.). Ps. LXXXIX, 44: צוּר חַרְבּוֹ *acies ensis*, de qua analogia Jos. V, 2. 3: חַרְבוֹת צֻרִים essent *cultri acuti* (cf. צֹר Ex. IV, 25), et ita Targ. Sed LXX. Vulg. Syr. Arab. *cultros lapideos* (arab. ظُرَرٌ lapis acutus instar cultri) intelligunt, quibus in castrando et circumcidendo uti solebant veteres (Herod. 2, 86. Plin. 35, 46), atque huic sententiae favent verba Alexandrini interpretis (post Jos. XXIV, 30 inserta, quae ab interpretibus neglecta esse miror): ἐκεῖ ἔθηκαν εἰς τὸ μνῆμα εἰς ὃ ἔθαψαν αὐτὸν (Josuam) ἐκεῖ τὰς μαχαίρας τὰς πετρίνας, ἐν αἷς περιέτεμε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ .... καὶ ἐκεῖ εἰσιν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, quae hoc certe probant, in Palaestinae, ut in nostrae regionis, sepulcris cultellos saxeos repertos esse et apud veteres incolas in usu fuisse.

3) *forma* Ps. XLIX, 15 Keri, gall. *taille* a *tailler*, a rad. no. 3, b.

4) n. pr. virorum a) phylarchae Midianitarum Num. XXV, 15. XXXI, 8. Jos. XIII, 21. b) 1 Par. VIII, 30. IX, 36.

צוֹר Ps. LXXXIII, 8. LXXXVII, 4. Ez. XXVI, 15. XXVII, 8. 32. XXVIII, 12. Hos. IX, 13. Zach. IX, 3, sed plerisque locis (licet codd. inter se discrepent) defect. **צֹר** Jos. XIX, 29. 2 Sam. XXIV, 7. 1 Reg. VII, 13. IX, 11. 12. 1 Par. XIV, 1. 2 Par. II, 2. 10. Jes. XXIII, 1. 5. 8. 15. 17. Jer. XXV, 22. XXVII, 3. XLVII, 4. Ez. XXVI, 2. 3. 4. 7. XXVII, 2. XXVIII, 2. Zach. IX, 2 n. pr. f. (rupes q. d. Rupella, la Rochelle) *Tyrus*, urbs Phoenicum maritima eaque perantiqua (Jes. XXIII, 7 cf. Ios. Ant. 8, 3, 1, non eiusdem auctoritatis sunt Herod. 2, 44. Arrian. 2, 16. Curt. 4, 4. Euseb. praep. 1, 10), aedificiorum naviumque copia et splendore (Ez. XXVII, 4 sqq. unde כְּלִילַת יֹפִי ib. 3), situs amoenitate (Hos. IX, 13), institorum nautarumque frequentia (Ez. XXVII, 12—25 cf. Am. I, 9 Joël III, 6), imperio denique in regiones transmarinas (צֹר הַמַּעֲטִירָה Jes. XXIII, 8) nobilissima. — Prima eius mentio est Jos. XIX, 29, ubi עִיר מִבְצַר צֹר ponitur in termino Aseritarum cf. מִבְצַר צֹר 2 Sam. XXIV, 7. Regnante Davide et Salomone reges eius (v. חִירָם) cum Israëlitarum regibus foedus iunxerunt 2 Sam. V, 11. 1 Reg. IX, 11 sqq., iidemque postea cum Ahabo affinitate devincti sunt (1 Reg. XVI, 31 cf. צִידוֹן). Invasit eam primus Salmanassar, Assyriorum rex, anno 721 a. Chr., qui urbes Phoenicias in continente sitas, in his Sidonem et Palaetyrum expugnavit, urbem vero in insula sitam navibus expugnare non potuit (v. Menand. Ephes. ap. Jos. Ant. 9, 14 §. 2, cf. Jes. XXIII). Denuo oppugnata est a Nebucadnezare per tredecim annos (Jos. Ant. 10, 11 §. 1. c. Ap. 1, 21), quo tempore Ezechiel interitum ei minatur (c. XXVI—XXVIII): sed non captam esse urbem, ex ipsius prophetae verbis XXIX, 18. 19 efficitur, quibus accedit constans veterum scriptorum silentium. Vide comment. ad Jes. 1, p. 711 sqq. Veterem de Tyro a Nebucadnezare capta sententiam tueri quidem studuit Hengstenbergius, de rebus Tyriorum, Berol. 1832 p. 32 sqq. sed argutias eius diluerunt Winerus (Leipz. Litt. Zeit. 1833 no. 75.) et prae ceteris Hitzigius ad Jes. p. 273 sqq. Tertio demum impetui succubuit urbs munitissima, ab Alexandro Magno, qui septem mensium laboribus aggere facto insulam cum continente iunxerat, expugnata (Diod. 17, 40. Curt. 4, 2). Ab eo tempore Tyrus in peninsula sita erat (Plin. 5, 19: Tyrus quondam insula ..... nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens), et ita etiamnunc est, vid. Volney Reise in Syrien II, 157 sqq. Pococke II, 161 sqq. Buckingham p. 33. 48. Legh p. 249. 250, nuper *M. R. Wilde* Narrative of a Voyage to Madeira cet. including a visit to Algiers, Egypt, Palestine, Tyre. Dublin 1840 T. II. p. 117, qui novam regionis iconographiam dedit. — A Tyro insulari scriptores profani omnes distinguunt *Palaetyrum* (Παλαίτυρον, τὴν παλαιὰν Τύρον Diod. 17, 40 s. Tyrum veterem Iustin. 11, 10), quam ut in continente sitam iam Salmanassari tempore memorat Menander l. c., Alexander Magnus autem excidisse dicitur, ut lapides obsidentium aggeribus adhiberet (Diod. 17, 40): licet Strabonis

tempore adhuc superesset a nova Tyro triginta stadiis remota meridiem versus (XVI p. 757), eo, ut videtur, loco, ubi hodie sacellum *Marschuk* Wildii, Pocockii *Smashuk* ذيب معشوق?) in rupe situm, unde canales et aquaeductus veteres novam Tyrum versus descendunt. Volney l. c. p. 160: „Wenn man auf dem Isthmus fortgeht, so trifft man nach dem festen Lande zu in kleinen Entfernungen Ruinen von Arkaden an, die in gerader Linie nach einem kleinen Hügel führen, dem einzigen, den es in der Gegend gibt. Dieser Hügel ist kein gemachter, wie die in der Wüste: es ist *ein natürlicher Felsen*, der ungefähr hundert und funfzig Schritte im Umkreise hat, und vierzig bis funfzig Fuss hoch ist." „Zu Pferde hat man von diesem Felsen bis Sur eine Viertelstunde weit." Iam si quaeris, utra in V. T. memoretur et quaenam inter utramque ratio intercesserit (qua de re magnopere dissentiunt eruditi, v. Hengstenberg l. c. p. 1 sqq.): fatendum est, vix quidquam in V. T. inveniri, quod ad hanc quaestionem dirimendam valeat, scriptores sacros autem in Tyro describenda urbis imaginem nobis exhibere, quae *ad mare* quidem, sed *in continente* tamen, certe in peninsula, sita fuerit. Ita Jos. XIX, 29: עִיר מִבְצַר צֹר in extremis finibus Aseritarum non potest non continentis oppidum esse: apud Ezechielem autem tam certum est quam quod maxime, Tyrum nobis urbem sisti et maritimam (XXVI, 12. 14. 19. XXVII, 2: יוֹשֶׁבֶת עַל מְבוֹאֹת יָם. 27. 29) et continenti adhaerentem, quippe quae a copiis pedestribus et equestribus aggerum turriumque ope oppugnanda sit (XXVI, 7—10): insularem urbem describi neque (cum Winero, Realw. II, 741) ex XXVI, 17. XXVII, 4. 25 (qui loci ad imperium Tyri in maria pertinent), neque ex XXVII, 32. XXVIII, 2 efficias, quae omnia de peninsula dici poterant. Idem dicendum de מָעוֹז הַיָּם Jes. XXIII, 4. Ab his discrepant, quae apud scriptores profanos (v. supra), de Tyro prius insulari narrantur, eaque vix inter se concilies, nisi cum Hengstenbergio (l. c. p. 1 sqq.) Tyrum insularem iam ante Alexandrum isthmo cum continente cohaesisse censeas, cuius solum humile aliis temporibus aqua marina inundatum fuerit. *Rupis* nomen, quod urbs gerebat, a rupe petitum esse potest, qua constabat sive peninsula sive insula (v. צְחִיחַ סֶלַע Ez. XXVI, 4. 14), idque veri simillimum: sed potest etiam cum eorum opinione conciliari, qui *veteris Tyri* s. *Palaetyri* primas origines in מִבְצַר צֹר apud Josuam quaerunt, nam in huius etiam loco *rupem* esse supra vidimus. — De historia et geographia urbis v. Vignolium in chronologie de l'histoire sainte II, 1 sqq. Vitringae et Gesenii commentt. ad Jes. XXIII. Relandi Palaest. p. 1046 sqq. Cellarii not. orb. ant. II, 381 sqq. Wineri Realw. II, 739 adde ex Arabum scriptoribus Abulf. Syriam p. 95. Gol. ad Alfrag. p. 135.

Apud ipsos Phoenices צר scribitur, ut in tit. Melit. 1 בעל צר de Hercule, et in numis Tyriis לצר et אם צדנם, v. monn. Phoen. tab. 6. 34 cf. p. 97. 261 sqq. Cf. supra ad צִידוֹן. Syris est ܨܘܪ, Chaldaeis צוֹר, arab. صور et الصور. Gr. *Τύρος* repetitum est a forma Aramaea etiamnum in appellativo usitata טוּרָא, ܛܘܪܐ: sed praeterea exstat alia, quae sibilum servavit, *Sarra* Ennii ap. Fest. et *Sara* Plaut. Truc. 2, 6, 58, unde *Sarranus* Virg. Ge. 2, 506.

Gentil. est צֹרִי *Tyrius* 1 Reg. VII, 14. 2 Par. II, 13 pl. צֹרִים 1 Par. XXII, 4. Esr. III, 7. Neh. XIII, 16.

צֹר v. צָרַר.

צוּרָה f. *forma* Ez. XLIII, 11, pl. ibid. Vide צוּר subst. no. 3.

צוּרִיאֵל (*rupes mea est Deus*) n. pr. viri Num. III, 35.

צוּרִישַׁדָּי (*rupes mea est Omnipotens*) n. pr. viri Num. I, 6. II, 12.

צִיר m. (a rad. no. 3) 1) *forma* Ps. XLIX, 15 Chethibh. 2) *imago, idolum* Jes. XLV, 16. Aliud v. ad rad. צִיר.

צַר in Pausa צָר v. צָרַר.

צֵר n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. XIX, 35.

מָצוֹר m. c. suff. מְצוֹרְךָ Ez. IV, 8 pr. coarctatio, inde 1) *angustiae* Deut. XXVIII, 53 sqq. Jer. XIX, 9. — 2) *obsidio* Ez. IV, 7. 8. V, 2. Zach. XII, 2. מֵי מָצוֹר aquae in usum oppugnatorum Nah. III, 14. בּוֹא בְּמָצוֹר obsideri, de urbe 2 Reg. XXIV, 10. XXV, 2. Jer. LII, 5, cf. הָיָה בְּמָצוֹר Ezech. IV, 3, יָשַׁב בְּמָצוֹר 2 Par. XXXII, 10. Jer. X, 17. — 3) *agger* s. *vallum* obsidentium. Deut. XX, 20. Mich. IV, 14. Ez. IV, 2. Inde 4) quodvis *munimentum*, *arx* Hab. II, 1. עִיר מָצוֹר oppidum munitum Ps. XXXI, 22. LX, 11, plur. עָרֵי מָצוֹר Mich. VII, 12. 2 Par. VIII, 5. Aliud מָצוֹר Aegyptus, v. s. מָצַר.

מְצוּרָה f. 1) i. q. מָצוֹר no. 3 *agger* obsidentium Jes. XXIX, 3. — 2) *munitio*, *urbs munita* 2 Par. XI, 11, plenius עָרֵי מְצוּרָה 2 Par. XIV, 5, עָרֵי מְצֻרוֹת ib. XI, 10. 11. 23. XII, 4. XXI, 3.

II. צִיר vel צָיַר *ferre, portare.* Aeth. ጸዐረ: id. IV. onus imposuit, ጾር: onus, ጸዋሪ: portator. Fortasse cogn. aram. סְבַר, ܣܒܰܪ portavit. Inde

צַוָּאר cstr. צַוַּאר Jer. XXVIII, 10 sqq. c. suff. צַוָּארִי, semel צַוְּרֹנִים Neh. III, 5 pl. cstr. צַוְּארֵי (tanquam a sing. fem. צַוָּארֶת), semel צַוְּארֹתֵיכֶם Mich. II, 3. m. *cervix* cum collo (*τράχηλος*), a *portando* dicta, est enim membrum in quo onera, iugum gestantur (v. mox), ut שְׁכֶם cervix (cum humeris) a ጸወረ: portavit, gestavit. Certe nil equidem dubito, quin vera haec sit vocis origo,

in quam, post plures infelicis operae conatus [huic enim, quam in lex. man. ed. 3 adoptavi, ab angustia et tenuitate colli, non multum tribui ipse] sero incidi poteratque nemo in eam incidere, quam qui (quod plurimi neglexerunt) memor esset, *cervicem* potius quam collum significare vocem, certe a cervicis potestate proficiscendum esse. Ab עֹרֶף ita differt, ut hoc (quod *iubam* proprie significat) ubique posteriorem colli partem denotet, צַוָּאר anteriorem etiam complectatur, etsi rarius. (Chald. צַוַּאר, syr. ܨܘܪܐ, sam. per ב ࠑࠅࠁࠀࠓ, ࠑࠁࠓ id.). Est igitur 1) *cervix*, in qua onera et iugum gestantur Gen. XXVII, 40. Deut. XXVIII, 48. Jes. X, 27. Jer. XXVII, 2. 8. 11. XXVIII, 10. 11. 12. 14. XXX, 8. Thren. V, 5. Hos. X, 11, cf. Mich. II, 3. Jes. LII, 2. Neh. III, 5; in qua vestes gestantur (cervix cum humeris) Iud. V, 30: *vestis picta* לְצַוְּארֵי שָׁלָל *cervicibus captivae*, a puella captiva in cervicibus gestanda; cui pedes imponunt victores Jos. X, 24 (ubi male vertunt: *colla*). De cervice equi Iob. XXXIX, 19, crocodili XLI, 14 (ubi sedes roboris est). Eodem pertinet locutio בְצַוָּאר Iob. XV, 26. Ps. LXXV, 6 (ubi עָתָק est acc. a verbo pendens) *cervice* sc. prona s. rigida, dura, quo significatur pertinacia, procacitas, fastus. (Cod. Nas. II, 70 lin. 4: ܨܘܪܗ ܠܡܣܪܚܘ ܡܬܚܛ *collum eius ad pertinaciam erat porrectum*. Cf. gr. τραχηλιάω erecto collo incedo, superbio, τραχαλᾶς i. e. θυμικός, μεγάλαυχος, epith. Constantini Magni, it. ὑψαυχενέω, ὑψαυχενίζω. Sed haec pertinent potissimum ad נְטוּיוֹת גָּרוֹן Jes. III, 16. Contra ad fastum cum fastidio coniunctum pertinent haec Hamâsae ap. Schult. ad Iob. l. c. [p. 118 Freyt.] في انوفنا واعناقنا ابأ *in nasis et cervicibus nostris superbia* s. fastidium, ubi Schol. يقال في انف فلان خنزوانة وفي عنقه صور *dici solet in naso eius est fastus et in collo eius fastidium* et [p. 526 Freyt.] نقيم سالفة العدو الاصيد *corrigamus collum hostis fastidiosi* i. e. fastum eius retundamus. Namque أَصْيَدُ et صَوَرٌ propriae sunt voces de homine fastidioso, qui collo retorto et naso adunco cuncta cum contemtu aspicit). — 2) *collum* (non exclusa cervice) intelligitur in his Cant. I, 10: *pulchrum est* צַוָּארֵךְ בַּחֲרוּזִים *collum tuum in monilibus.* IV, 4. VII, 5. Gen. XXVII, 16. XLI, 42. עַד צַוָּאר usque ad collum Jes. VIII, 8. XXX, 28 (de aqua ad collum ascendente, qua vita in discrimen adducitur). Hab. III, 13 (ubi aedificia ad hominis altitudinem diruuntur). *Colla* etiam dicuntur trunci capite abscisso Ez. XXI, 34. — Plur. usurpatur tum a) significatione plurali, *cervices* (die Nacken) Jos. X, 24, *colla* Iud. VIII, 21. 26; tum b) singulariter (ut gr. τὰ τράχηλα, lat. cervices), max. in hac locutione: נָפַל עַל צַוְּארֵי פ׳ ruit in amplexus alic. Gen. XXXIII, 4. XLV, 14. XLVI, 29, et בָּכָה עַל צַוְּארֵי פ׳ flevit in amplexibus alic. XLV, 14. XLVI, 29. (Cod. Sam. in his exemplis sing. צואר).

צַוַּאר chald. id. Dan. V, 7. 16.

צַוְּרֹן pl. צַוְּרֹנִים Cant. IV, 9 dimin. praecedentis: *collula* i. e. colla venusta, vel potius (ut צוארים de collo) sing. collum venustum, vox blanda. Verba sunt: *cor meum vulnerasti* .... בְּאַחַד עֲנָק מִצַּוְּרֹנָיִךְ *una catenula*, quae *de collulo tuo* dependet. LXX. Vulg. Pesch. *collum*. Alii, ut Coccejus, Hartmannus (Hebräerin III, 269) interpretabantur: *collaria*, *monilia* coll. سِوَارٌ, سُوَارٌ armilla, et ita Ewaldus ad Cant. l. c. *collare* a collo: negaverat enim וֹן diminutiva indicare (gr. cr. 249). Sed verum agnovit in gr. min. §. 349.

צוּת semel in Hiph. הַצִּית *incendit* Jes. XXVII, 4 i. q. הִצִּית rad. יָצַת q. v. (Vestigium eius in linguis cognatis non reperi).

צָחַח rad. inusit. i. q. צָחָה *nituit*, *apricus fuit*. (Arab. ضحا et ضَحِيَ apricatus est, ضُحًا tempus quo sol splendet, Sonnenschein. Syr. ܨܚܘܐ serenitas. Aeth. ጸሐወ: serenum fuit coelum, ጸሐይ: et ፀሐይ: sol). Inde *aridus fuit*, *sitivit*. (Chald. צְחָא sitivit).

צָחֶה (formae קָטֵל) adj. *aridus* (siti) Jes. V, 13.

צִחָא, **צִיחָא** (aridus, sitiens) n. pr. viri Esr. II, 43. Neh. VII, 46. XI, 21.

צָחַח 1) *nitidus fuit*, *candidus fuit*, Thren. IV, 7: *candidiores erant lacte*. — 2) *sole collustratus*, *apricus fuit*. (Arab. ضَحٌّ campus apricus, et ipse sol, syr. ܨܚ fulsit, splenduit sol Jon. IV, 8, ܡܨܚܝܢܐ calidus, chald. צַחְצַח splendere fecit, polivit, צַחְצוּחַ fulgor lancearum. Ceterum nitendi splendendique significatus late patet in radd. a stirpe bilittera צח, neque non litteris emollitis זה, צה et sibilo abiecto טה, נה ordientibus, cf. צָחָה, צָחַר et nas. צחם splenduit stella; צָהַב, צָהַר, צָהַל; זָהַב, זָהָה, זָהַר; טָהַר, נָהַר).

צְחִיחַ m. *apricum*. Ezech. XXIV, 7. 8. XXVI, 4. 14: צְחִיחַ סֶלַע *rupes aprica* i. e. arida.

צְחִיחָה f. *regio aprica* i. e. arida Ps. LXVIII, 7.

צְחִיחִי, pl. ־יִּים Neh. IV, 7 Cheth. id.

צַח m. adj. 1) *nitidus*, *candidus* Cant. V, 10, spec. 2) *sole collustratus*, *serenus*. Jes. XVIII, 4: חֹם צַח *calor serenus*. Jer. IV, 11: רוּחַ צַח *ventus serenus* i. e. *calidus*. 3) trop. *clarus*, *perspicuus*, de vocibus Jes. XXXII, 4. (Arab. ضَحْضَحَ clarus, manifestus fuit, cogn. est صَحَّ sanus, integer fuit).

צַחְצָחוֹת pl. f. *loca aprica* i. e. arida. Jes. LVIII, 11. (Arab. ضحضاح dicitur etiam de nitore deserti, ubi aquae speciem refert (v. שָׁרָב) diss. Lugd. II, 1085, sed propterea ap. Jes. l. c. non debebant *aquam* micantem interpretari Drissenius et Haitsma l. c.).

צָחַן rad. inusit. Syr. et nas. ܨܚܢ sordidus, dein impudicus fuit. Chald. צְחַן id. צַחֲנָא pisciculi salsi, a foetore dicti. Arab. transp. صنخة sordes. Origo est in foetendo, cf. זָנַח et سنخ foetuit.

צַחֲנָה f. *foetor* Joël II, 20.

צָחַק *risit.* (Arab. ضحك, syr. et nasor. ܓܚܟ Syllaba primaria est חך, unde chald. חוּךְ *ridere*, nasor. أمنم Cod. Nas. 1, 216, 17. 164, 4, eaque onomatop., ut sanscr. *kakh* ridere, gr. καχάζω, καγχάζω, lat. *cachinnor*, nostr. *gackern*, *kichern*. Ceterum haec rad. exceptis locis Iud. XVI, 25. Ez. XXIII, 32 in solo Pentateucho obvia est, atque scriptores recentiores et poëtae pro ea utuntur molliore forma שָׂחַק. Cf. צָחַק). Gen. XVII, 17. XVIII, 12. 13. 15, sq. לְ aliquem XXI, 6.

Pi. 1) *lusit*, pr. iterativum: identidem risit i. e. *iocatus est.* Gen. XIX, 14: וַיְהִי כִמְצַחֵק בְּעֵינֵי חֲתָנָיו *et iocari videbatur generis suis* (Hor. Ep. 1, 17, 61: credite, non ludo). b) canendo, et saltando. (Sic χόροι, παίζοντες Hesiod. sc. 277). Ex. XXXII, 6: *ederunt, biberunt et surrexerunt ad ludendum* i. e. ad saltandum. Gen. XXI, 9: *et vidit Sara filium Hagaris* מְצַחֵק *ludentem* i. e. exultantem, saltantem. Convivium enim pater instituerat (Comm. 8), in quo filiolus saltando novam gratiam inibat a patre. Qua re novercae invidia et zelotypia ita resuscitata est, ut pueri matrisque expulsionem a marito flagitaret (Comm. 10). Rei gestae ratio egregie illustratur his Mt. XIV, 6: γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου, ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ καὶ ἤρεσε τῷ Ἡρώδῃ· ὅθεν μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι ὃ ἐὰν αἰτήσεται. Male LXX et Vulg. addunt: ludentem *cum Isaac filio suo*, in eo enim caussa odii recondescendis esse non potuit: et ridicule Hebraei pueros faciunt de hereditate futura inter se disceptantes (cf. Comm. 10). Iud. XVI, 25, ubi Philistaei Simsonem occaecatum per ludibrium coram se saltare (et fidibus canere) iubent. — c) de lusu amatorio cum mulieribus, caresser une femme, ein Weib liebkosen. (Cf. gr. παίζω Naeke Choeril. p. 245, lat. *ludo*, v. c. turpe est nescire puellam ludere Ovid., quod adeo de ipsa re Venerea dr.: ludite ut lubet, et brevi libros date Catull., cf. Barth. ad scriptt. Ven. p. 183. intpp. ad Petron. 10 p. 43 sqq. Ita etiam Rabbini de usu coniugii). Gen. XXVI, 8: *et lusit Isaacus cum Rebecca uxore*, intelligendae sunt blanditiae, oscula, nullo modo venereus complexus. Sq. בְּ Gen. XXXIX, 14. 17: *accessit ad me servus iste Hebraeus* לְצַחֶק בִּי *ut luderet mecum* i. e. ad lusus Venereos sollicitare me volebat homo impudens, Josepho enim tribuit mulier, ad quae ipsa eum sollicitaverat dicendo: שִׁכְבָה עִמִּי. Pesch. ܕܢܕܡܟ ܥܡܝ *ut dormiret apud me.* Targ. Onk. utrumque exprimit: *ut mihi illuderet et ut mecum dormiret.*

צְחֹק m. *risus*, *ludibrium.* Gen. XXI, 6: צְחֹק עָשָׂה לִי אֱלֹהִים *risum mihi paravit Deus*, passive: sequitur: *omnes audientes deridebunt me.* Ez. XXIII, 32.

יִצְחָק (ridens, ludens, cf. varias allusiones ad etymon Gen. XVII, 17. 19. XVIII, 12. XXI, 6. XXVI, 8, γέλωτα interpretatur Melo ap. Euseb. praep. evang. 9, 19) n. pr. *Isaacus*, filius Abrahami et Sarae, pater Jacobi et Esavi v. Gen. XXI. XXII. XXIV—XXVII. Saepissime copulantur tres Israëlitarum maiores: *Abraham*, *Isaac*, *Jacob* Ex. II, 24. VI, 3. 8. XXXIII, 1. Lev. XXVI, 42. Deut. I, 8. IX, 5, et sic: *deus Abrahami*, *Isaaci et Jacobi* Exod. III, 6. 15. 1 Reg. XVIII, 36. Ter scribitur per שׂ (a forma recentiore שָׂחַק) Ps. CV, 9. Jer. XXXIII, 26. Am. VII, 9 (ubi idem valet quod *Israël* in altero membro). Ita etiam Pesch. ܐܝܣܚܩ. Arab. اسحق. LXX. Ἰσαάκ.

צָחַר rad. inusit., arab. صحر Conj. XI. intense canduit. Cf. Schult. ad Ispah. p. 4. Lette ad cant. Deb. 10. Inde صحارى regio candida s. nitida i. e. aprica, deserta. Affinis est צָהַר (vide ad rad. צָחַח). Hinc

צַחַר m. *candor.* Ez. XXVII, 18: צֶמֶר צַחַר *lana candida* i. e. nobilissima. Hieron. lana coloris optimi. Non bene Mich. lana deserti.

צָחֹר adj. *candidus.* Iud. V, 10: *asinae candidae* i. e. albae subrubrae, prorsus candidae enim non reperiuntur, quanquam hunc colorem in asinis, camelis, elephantis in deliciis habent Orientales. (Arab. أصحر pr. albus, sed teste Camuso usurpatur de camelo et asina subrubris, in quibus candor rubori mixtus est). Vulg. nitentes. Pesch. ܐܬܢܐ ܚܘܪܬܐ, quod Arabs reddit اتن الاشهب *asinae ex albo fuscae.* In omnibus linguis colorum, max. candidi et nigri, nominibus ita abuti solent. Ita nos dicimus vinum *album* opp. rubro, panis *albus*, contra linteum *nigrum* (schwarze Wäsche) pro sordido, farina *nigra*, lat. vaccinia *nigra* i. e. caerulea, arab. أحمر ruber, de cute alba Europaeorum opp. nigra Arabum, *purpurea* nix i. e. candida, et sexcenta eiusdem generis.

צֹחַר (candor) n. pr. virorum 1) filii Simeonis Gen. XLVI, 10. Ex. VI, 15, qui etiam זֶרַח Num. XXVI, 13. 2) Gen. XXIII, 8. XXV, 9. 3) 1 Par. IV, 7.

צִיבָא v. rad. נָצַב.

צַיִד *venatio*,

צַיָּד *venator*,

צֵידָה *praeda*, *commeatus*,

צִידוֹן *Sidon*, v. s. rad. צוּד.

צָיָה rad. inusit. i. q. צָהָה *apricus*, *aridus fuit*, q. v. Adde ܐܪܥܐ ܨܗܝܐ terra siticulosa, sicca BH. 421 lin. 20. Nas. ܒܝܬ ܨܗܘܢ id. Cod. Nas. II, 2 l. 13.

צָיוֹן m. *ariditas*, concr. *locus aridus* Jes. XXV, 5. XXXII, 2.

צִי *navis*, v. צָוָה.

צִיָּה f. *ariditas* Iob. XXIV, 19, unde אֶרֶץ צִיָּה terra ariditatis i. e. arida Jes. XLI, 18. LIII, 2. Jer. II, 6. Ez. XIX, 13. Hos. II, 5. Joël II, 20. Ps. LXIII, 2. CVII, 35, et omisso אֶרֶץ id. Ps. LXXVIII, 17. Jes. XXXV, 1. Jer. L, 12. LI, 43. Zeph. II, 13. Plur. צִיּוֹת Ps. CV, 41.

צִיּוֹן n. pr. f. *Sion* gr. *Σιών*, collis Hierosolymitanus, in quo condita erat arx regia et superior antiquiorque urbis pars, etiam *urbs Davidis* appellata 2 Sam. V, 7. 1 Reg. VIII, 1. 1 Par. XI, 5. 2 Par. V, 2. Vergebat is ad meridiem et occasum (v. Neh. XII, 31—37, historiam obsidionis a Romanis factae ap. Jos. bell. jud. lib. VI et BH. 282 lin. 5: ܒܓܒܐ ܬܝܡܢܝܐ ܒܕܘܟܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܨܗܝܘܢ *in australi parte, in loco, qui Zion appellatur*), neque vero ad septentrionem, ut post Aben Esram (ad Ps. XLVIII, 3) volebat Lightfoot (Opp. I, 553. II, 187) falsa interpretatione locorum Ez. XL, 2 et Ps. l. c. deceptus. Hunc enim sic accepit: *pulchre assurgit gaudium totius terrae, mons Zion, in partibus septentrionalibus urbis Regis magni* i. e. Jovae. Sed vide s. v. יַרְכָה p. 631 B. Ampliore significatu Zion s. *mons Zion* (Jes. VIII, 18. XVIII, 7. XXIX, 8. Ps. CXXV, 1). non potest non etiam Moriae collem comprehendisse: constanter enim sacri scriptores eum *Jovae sedem* faciunt Ps. II, 6 (צִיּוֹן הַר קָדְשִׁי). IX, 12. XIV, 7. XX, 3. L, 2. LIII, 7. LXXVI, 3. LXXXIV, 8. CXXVIII, 5. CXXXII, 13. Jes. II, 3. XVIII, 7. Am. I, 2. A poëtis et prophetis adeo sexcenties pro ipsa urbe Hierosolymorum ponitur Jes. VIII, 18. X, 24. XXXIII, 20. XXXV, 10 cet. eiusque civibus Jes. I, 27 (fem.). XLIX, 14. LII, 1. Ps. XCVII, 8. Zeph. III, 16. Iidem poët. appellantur עַם בְּצִיּוֹן Jes. XXX, 19, בְּנֵי צִיּוֹן Ps. CXLIX, 2, בַּת צִיּוֹן Jes. LII, 2. LXII, 11. Ps. IX, 15 al. (v. בַּת no. 6, p. 219), et יוֹשֶׁבֶת צִיּוֹן Jes. XII, 6. Et *filia* quidem *Zionis* (i. e. Zionitae) dicitur etiam de incolis eius in exilio degentibus Zach. II, 11. 14 cf. Jes. XL, 9, neque non de ipsa urbe Jes. I, 8 (v. בַּת p. 220). הַר בַּת צִיּוֹן mons Zionitarum i. q. הַר צִיּוֹן Jes. X, 32. XVI, 1. Sed plur. בְּנוֹת צִיּוֹן sunt mulieres Hierosolymitanae Jes. III, 16. 17. IV, 3. Cant. III, 11. — Semel Zion ponitur sq. genit. צִיּוֹן קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל *Zion* arx *numinis sancti Israëlis.* Jes. LX, 14. (Syri et Arabes hoc nomen scribunt صهيون, ܨܗܝܘܢ, quae caussa est, quod nos quoque radicem posuimus צָהָה = צָיָה, ita ut צִיּוֹן esse videatur locus apricus. Sed fatendum est, etiam alias ultro se offerre origines, velut aeth. ጸወን፡ arx, asylum, locus munitus, ተጸወነ፡ asylum petiit, ጸወነ፡ instar asyli fuit, it. arab. صُهْوَةٌ arx, adeoque hebr. צִיּוּן cippus, tumulus, v. צָוָה).

צִיִּים vox in solo Plurali obvia, quam *deserticolae* interpretantur (a צִי i. q. צִיָּה, et syllaba formativa ־ִי), sed dubiae interpretationis. Abulw. المفازيين, Kimchi: יושבי מדבר. Exemplorum duplex est genus. 1) In aliis צִיִּים manifesto sunt *bestiae deserticolae*, eaeque fortasse ululantes (Jes. XIII, 21) et cadavera vorantes (Ps. LXXIV, 14). Jes. XIII, 21: וְרָבְצוּ שָׁם צִיִּים וּמָלְאוּ בָתֵּיהֶם אֹחִים *et habitant ibi Zijjim et implent domos eorum ululatibus*: ita enim nunc interpretari malim, quam אֹחִים bestias ululantes intelligere (p. 69 B). LXX. *θηρία*, Vulg. bestiae, et sic Pesch., sed Targ. תַּמְוָן simiae. Sequuntur struthiones, satyri, thoes. XXXIV, 14: וּפָגְשׁוּ צִיִּים אֶת־אִיִּים *occurrunt Zijjim thoibus*, in quo paronomasia inest. (LXX. Vulg. daemonia. Targ. simiae). Adduntur eodem contextu thoes, struthiones, Lilith. Jer. L, 39 (LXX. *ἰνδάλματα* i. e. *φαντάσματα*. Vulg. dracones. Targ. simiae). Tribus his locis accensendus est quartus Ps. LXXIV, 14, ubi de monstris marinis (Aegyptiis) a Deo trucidatis: תִּתְּנֶנּוּ מַאֲכָל לְעָם לְצִיִּים *das eos cibum genti illi, deserticolis* i. e. bestiis deserticolis carnivoris. (Targ. serpentibus s. draconibus. Sed LXX. Vulg. populis Aethiopum. Kimchi: לאנשי הספינות nautis, a צִי navis, cf. ad Ps. LXXII, 9). — 2) Alterum genus est eorum locorum, in quo ad *homines* refertur. Sine dubio ita accipiendus est locus Ps. LXXII, 9: לְפָנָיו יִכְרְעוּ צִיִּים *coram eo procidunt deserticolae* i. e. populi nomades, Arabes, parall. *et hostes eius pulverem lambunt.* Abulw. et Kimchi: *populi deserticolae*, sed hic addit: „aut navarchae, sequuntur enim reges Tartessi.“ (LXX. Vulg. *Aethiopes.* Targ. אִיפַּרְכַיָּא praefecti, *ἔπαρχοι.* Pesch. *insulae* = אִיִּים). Plerique huc etiam referunt Jes. XXIII, 13 de Chaldaeorum terra: אַשּׁוּר יְסָדָהּ לְצִיִּים *Assyria eam assignavit deserticolis* sc. Chaldaeis (vide p. 602): fatendum tamen, etiam *bestias* h. l. intelligi posse, ut sententia sit: *Assyria eam destinavit bestiis deserti* i. e. eam desertam esse voluerat. (Saad. جعلوها مفازات fecerunt eam desertam). In hac certe quaestione locus in dubiis poni poterit. — In altero genere non multum est difficultatis: in priore

genere autem neglectis inanibus eorum coniecturis, qui *simias* (Targ.), *serpentes* (Mich. suppl. 2086), *vampyros* (Aurivill. diss. p. 298) interpretati sunt, tres potissimum opiniones aliquo numero esse videntur. Una 1) est eorum, qui in generali bestiarum *deserticolarum* vi acquiescunt, coll. etiam arab. صوة i. e. جماعة السّباع agmen ferarum. Sed obstat quod bis sibi opponuntur צִיִּים et אִיִּים Jes. XXXIV, 14. Jer. l. c. „Quis ferat sic loquentem, *occurrent ferae thoibus*, et *habitabunt ferae cum thoibus*, quasi thoes non essent ferae." Boch. Hieroz. II, p. 211 Lips. Videtur igitur certa quaedam bestia κατ' ἐξοχὴν *deserticolae* nomen gessisse. Ac Bocharto l. c. 2) צִיִּים sunt *feles agrestes*, coll. arab. ضيون felis. Bene hoc quadrat ad tres priores locos, sed alienius est a quarto: praeterea ضيون felis non bene convenit cum etymo vocis צִיִּים (nisi forte statues ضيون pro ضيوان eiusdem originis esse atque צִי proprie *agrestem* felem significasse, cuius nomen dein ad domesticam translatum sit). Simile quid dederat R. Salomo: *martes*, certe Graeci *felem* et *martem* una voce (γαλῆ) exprimunt. [Ceterum Rosenm. ad Bochartum l. c. pag. 209 non *contra* eum disputat, ut observat Winer. pag. 817, sed eum vindicat]. Non contemnenda etiam 3) Saadiae et Abulwalidis sententia, qui *bubones* reddunt. Saad. ap. Jes. bis الصدا i. e. *bubones*. Abulw. *explicant* الصدى *id est bubo mas: neque tamen hoc ita intelligendum est, quasi solos mares dicat S. S. citra femellas. Bubo* enim teste Plinio 10, 13 deserta loca, nec desolata tantum, sed dira etiam et inaccessa habitat, unde arab. ام الخراب *mater deserti* dicitur, et nomen eius arabicum idem etymon habet atque Hebraeum. Nam صدا, صدى est *bubo*, et *sitis* a rad. صدى sitivit, ut צִיִּים a צִיָּה, צָחָה, et *bubones* ita dicti videntur a locis desertis, quae habitent. Addi potest, bubonis mentionem paene desiderari in descriptionibus dirae solitudinis, ut Jes. et Jer. ll. cc., eundemque cadaveribus etiam vesci, ut צִיִּים Ps. l. c.

צִין (quod exstat in novem decemve codd. Kenn.) s. צִן n. pr. deserti ab austro Palaestinae, ab occidente Idumaeae, in quo oppidum קָדֵשׁ s. קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ, Num. XIII, 21. XX, 1. XXVII, 14. XXXIII, 36. XXXIV, 3. 4. Jos. XV, 1. 3. Cum He parag. צִנָּה Num. XXXIV, 4. Jos. XV, 3. V. Relandi Palaestina p. 113. Ligthfoot. Opp. II, 425. Situs eius bene definitur in *Palmer Bible Atlas* tab. V ab occidente vallis el Ghor mare mortuum inter et sinum Aelaniticum. (Talmud. צִין palma humilior).

צִיץ *lamina, flos,*

צִיצָה *flos,*

צִיצִת *ansa, fimbria*, v. rad. צוּץ.

צִיר rad. in verbo dubiae auctoritatis. Ut ex derivatis colligitur 1) *in orbem ivit* (vic. דּוּר, חוּר, טוּר), unde צִיר cardo, tormentum; 2) *ivit* (arab. صار med. Je ivit, pervenit cf. סוּר), unde צִיר no. 3 nuncius. Inde

Hithpa. Jos. IX, 4: וַיֵּלְכוּ וַיִּצְטַיָּרוּ esse possit: *et iverunt et in viam se dederunt.* Kimchi: ענין שליחות *mittendi vim habet*, itaque: *missi sunt, dimissi sunt.* Sed quum aliud huius et formae et significationis vestigium neque in Hebraismo neque in Aramaismo reperiatur, praeterea *in viam se dederunt* prorsus redundet post וַיֵּלְכוּ, praeferenda est 6 codd. scriptura וַיִּצְטַיָּדוּ *et commeatu se instruxerunt*, ut Comm. 12, quam exprimunt vett. omnes, LXX. ἐπεσιτίσαντο καὶ ἡτοιμάσαντο. Vulg. tulerunt sibi cibaria. Targ. Pesch. אִזְדַּוַּדוּ, ܙܘܕܘ. Arab. تزودوا. Vel sic וַיֵּלְכוּ redundat quidem, sed ex noto linguae idiomate (pag. 377 B. sup.) praemittitur verbo sequenti, neque ad iter pertinet. Etiam reliqua pars commatis 4 et comma quintum ad commeatum parandum pertinent, itineris mentio sequitur demum comm. 6: וַיֵּלְכוּ אֶל יְהוֹשֻׁעַ. Vulgatam erant qui explicarent: *finxerunt se legatos.* Male: non enim se legatos esse fingebant Gibeonitae, quum vere legati essent, sed fingebant se venire e terra longinqua. Cf. Cappelli Crit. sacr. T. II. p. 784. de Rossi ad h. l.

צִיר m. 1) *cardo* ianuae. Prov. XXVI, 14. (Chald. et talm. saepe. Syr. ܨܝܪܐ. Arab. صير Ex. XXVI, 17 Saad. pro hebr. יָד, et صائر Kam. p. 1177 v. اسكفة, ubi haec sunt verba: والساكف اعلاه الذى يدور فيه الصائر *et* שאכף *est pars* ianuae *superior, in qua vertitur cardo.* Utraque vox deest apud Freytagium). — 2) *tormentum, dolor* pl. צִירִים i. q. חֲבָלִים *dolores* parturientis. 1 Sam. IV, 19: נֶהֶפְכוּ עָלֶיהָ צִרֶיהָ *vertebant se apud eam tormina* (die Wehen fingen an sich zu winden bei ihr). Translate de summo terrore et pavore, qui cum tremore et doloribus parturientis comparari solet. Jes. XXI, 3: צִירִים אֲחָזוּנִי כְּצִירֵי יוֹלֵדָה. XIII, 8, et sic Dan. X, 16. (Arab. صار med. Vav. V. contorsit dolore. Syr. ܨܘܪܐ v. Mich. ad Cast. p. 755. Lex. Adl. ظلمة غشية العين caligatio, deliquium animi, non accurate). — 3) *nuncius* ab eundo dictus (v. rad. no. 2, non a premendo et urgendo „weil er es *dringend* hat", ut volebat Böttch. specc. p. 144). Prov. XIII, 17. XXV, 13. Jer. XLIX, 14. Ob. 1. Plur. Jes. XVIII, 2. LVII, 9. — Aliud v. ad rad. צוּר.

צְלָא chald. *declinavit, inclinavit,* in Targ. saepe pro נָטָה, spec. *inclinavit aurem* (Ps. XL, 2. Prov. V, 13), *attendit, auscultavit.* Et sic syr. ܨܠܐ. Inde

Pa. oravit, precatus est (pr. auscultare fecit) Dan. VI, 11. Esr. VI, 10. Persaepe in Targ. et syr. ܨܰܠܺܝ. Arab. صلا tert. Vav id., unde صَلَوةٌ, صَلَاةٌ preces factae, aeth. ጸለየ፡ precatus est, ጸሎት፡ preces, precatio.

צָלָה *assavit* 1 Sam. II, 15. Jes. XLIV, 16. 19. (Arab. صلا et صلى I. II. IV. assavit carnem, صَلِيٌّ assatus, tostus, صَلًى assatum, tostum. Praeterea in hoc verbo est *calefaciendi* vis, inde Conj. II. flexibilem fecit, nam frigida sunt rigida, calida mollia. Neque tamen propterea cum Io. Simoni *precandi* vim in chald. צְלָא ad calefaciendi et *emolliendi* potestatem revocaverim, praesertim cum illa ab inclinando et auscultando facilius repetatur. Etiam in lingua arab. صلا pro صلو precatus est et صلا, صلى assavit duo verba diversa esse videntur).

צָלִי m. *assatum* Jes. XLIV, 16. צְלִי אֵשׁ Exod. XII, 8. 9.

I. צָלַח et **צָלֵחַ** (Jer. XII, 1) fut. יִצְלַח pr. fidit, secuit, perrupit. (Chald. fidit ligna, in Targ. Gen. XXII, 3. 1 Sam. VI, 14. Syr. id. v. 1 Sam. VI, 14. Ps. LXXIV, 6 ibique Arabem. Aph. perrupit, unde ܨܠܚܐ hernia, ܨܠܝܚܐ excisus. Vic. חָלַח). Inde

1) *transiit* fluvium. 2 Sam. XIX, 18: צָלְחוּ הַיַּרְדֵּן Targ. גזו transierunt. Vulg. irrumpentes Jordanem (v. chald.). Cf. Ps. CXXXVI, 13 Targ. צְלַח יַמָּא דְסוּף *secuit mare algosum.* Abulw. شقوه جوازا وكذلك تقول العرب أيضا قطعت النهر قطعا *fiderunt eum transeundo, et ita Arabes utuntur etiam verbo* قطع *fidit, pro pertransiit flumen.* (LXX. Pesch. κατεύθυναν pontem struxerunt, cf. arab. صلح IV. concinnavit, aptavit).

2) *pervasit, invasit* aliquem. De spiritu Jovae aliquem invadente, sq. עַל Iud. XIV, 19: וַתִּצְלַח עָלָיו רוּחַ יְיָ. Comm. 6. XV, 14. 1 Sam. X, 6. XI, 6, sq. אֶל XVI, 13. XVIII, 10. (Pesch. hoc verbum retinet, sed in Aph.). Abulw. معنى الجميع نفوذ الامر *his omnibus locis penetrandi vim habet*, prope igitur abest a לָבַשׁ q. v. De igne et poët. de Deo, sq. acc. Am. V, 6: פֶּן יִצְלַח כָּאֵשׁ בֵּית יוֹסֵף *ne pervadat instar ignis domum Josephi.*

3) *bene processit, successum habuit* res, cf. nostr. durchgehen, guten Fortgang haben, lat. lex perfertur, hebr. אָשֵׁר, כָּשֵׁר, *prosperata est* res. (Chald. צְלַח prosperatus est, pro hebr. צָלַח et שָׂכַל. Aph. trans. et intrans. Arab. صَلَحَ recte se habuit res, integer, probus fuit homo). Jes. LIII, 10: חֵפֶץ יְיָ בְּיָדוֹ יִצְלָח *causa Jovae manu eius prosperabitur.* LIV, 17: *nullum telum contra te cusum successum habebit* i. e. tibi nocebit. Jer. XII, 1: מַדּוּעַ דֶּרֶךְ רְשָׁעִים צָלֵחָה. Dan. XI, 27. Ez. XVII, 15. Num. XIV, 41. De planta bene crescente (fortkommen) Ez. XVII, 9. 10. De homine, qui prospera fortuna utitur Ps. XLV, 5. Jer. XXII, 30. Sq. לְ: *profuit* ad aliquid, *aptus fuit* ad rem Jer. XIII, 7. 10. Ez. XV, 4. XVI, 13. (Arab. صَلَحَ sq. ل aptus, idoneus fuit ad al.).

Hiph. 1) causat. Kal no. 3 a) *prosperum successum dedit, prosperavit* α) Deus aliquid. Gen. XXIV, 41: הִצְלִיחַ יְיָ דַּרְכּוֹ. Comm. 56. XXXIX, 3. 23. β) aliquem, sq. acc. pers. 2 Paralip. XXVI, 5, sq. לְ pers. Neh. I, 11. II, 20. γ) absol. Ps. CXVIII, 25: יְהוָה הַצְלִיחָה. — b) *prospere perfecit* negotium (etwas durchsetzen). 2 Par. VII, 11: *et quaecunque Salomo in animo habebat* הִצְלִיחַ *prospere perfecit* i. e. id ei bene cessit. Ps. I, 3: *quaecunque agit* יַצְלִיחַ *bene perficit* s. bene cedit ei. Dan. VIII, 25: הִצְלִיחַ מִרְמָה בְּיָדוֹ *perficit fraudem manu sua.* Jes. LV, 11. Impr. הִצְלִיחַ דַּרְכּוֹ, דְּרָכָיו consilia sua prospere perfecit, prospero successu usus est. Deut. XXVIII, 29. Jos. I, 8. Jes. XLVIII, 15. Ps. XXXVII, 7.

2) intrans. *prosperum successum habuit* a) res, negotium (דֶּרֶךְ) Iud. XVIII, 5 (pr. der Weg führt durch, führt zum Ziel). b) aliquis, omisso acc. דַּרְכּוֹ, דְּרָכָיו. 1 Reg. XXII, 12. 15. 1 Par. XXII, 13. XXIX, 23. 2 Par. XVIII, 14. XX, 20. XXXII, 30. Jer. V, 28. XXXII, 5. Dan. XI, 36. Prov. XXVIII, 13. Addito לְ rei Jer. II, 37: לֹא תַצְלִיחִי לָהֶם *successum non habebis* quod attinet *ad illa* quibus confidis.

צְלַח chald. i. q. hebr. צָלַח, Aph. הַצְלַח (forma hebr.) 1) trans. fecit, ut aliquis bene procederet i. e. ad munera publica et honores cito promovit (schnell avanciren, sein Glück machen lassen) Dan. III, 30, *prospere peregit* aliquid Esr. VI, 14. — 2) *prosperatus est* i. e. ad magnos honores evectus est Dan. VI, 29, *prosperata est* res Esr. V, 8.

II. צָלַח i. q. chald. זְלַח fluxit, effusa est aqua, syr. ܐܨܠܚ effudit, infudit; aspersit. Lex. Adl. سكب رش صب. Inde

צַלַּחַת tantum in pl. צְלָחוֹת *patinae* 2 Par. XXXV, 13. (Chald. צְלוֹחִיתָא patina, neque non lecythus, ampulla, in Targg. pro hebr. צְלֹחִית, צַלַּחַת, et pro צַפַּחַת. Syr. ܨܠܘܚܝܬܐ phiala, it. ܨܠܚܐ patera, calix, lex. Adl. قدح فنجان كاس طاسة. Arab. زلحة patina, زُلَّحٌ patinae magnae, زَلَحْلَحَةٌ scutella expansa et non profunda, aeth. transp. ጸሕል፡ patina).

צְלֹחִית f. id. 2 Reg. II, 20.

צַלַּחַת f. 2 Reg. XXI, 13. Prov. XIX, 24. XXVI, 15.

I. צָלַל rad. onomatop. *tinnivit* aes, metallum, v. צִלְצַל no. 1, מְצִלְתַּיִם, *striduit* cicada, v. צְלָצַל no. 2. (Arab. صَلَّ sonuit aes ferrumve inter se collisum, klirren, klappern, صَلْصَلَ sonuit frenum, monile, qui quidem sonus est crepitus, tinnitus. Syr. ܨܠ tinnivit 1 Sam. III, 11. Jer. XIX, 3. Pesch. Lex. Adl. طَنَّ, deest autem ap. Cast., ܨܠܝܠܐ tinnitus. Aeth. ጸንጸለ: per dissimilationem, quam vocant, tinnivit, ጸንጸል: tintinnabulum, nola. Vicina sunt in linguis Semiticis جُلْجُلَة cymbalum, vit. Tim. I, 466. hist. Joctan. p. 70. Avic. 1, 321, ܓܠܓܠܐ BB. ap. Cast., et طَنَّ tinnivit, it. per r صَرَّ striduit gryllus, calamus, porta, dens; sonuit auris, quanquam haec radix sonum paullo acutiorem exprimit, cf. גָּלַל et גָּרַר; صِرْصِر gallus a canendo, adde aegypt. ⲤⲈⲚⲤⲈⲚ sonus aeris. In Indogermanicis hanc radicem habes cum sibilo et sine eo: *schallen* vet. germ. sup. *scellan*, unde *Schelle*, it. *gellen*, cf. הָלַל hallen). In verbo dicitur a) de aure *tinniente*. 1 Sam. III, 11: כָּל־שֹׁמְעוֹ תְּצִלֶּינָה שְׁתֵּי אָזְנָיו *tinnient audienti ambae aures* sc. prae horrore. 2 Reg. XXI, 12. Jer. XIX, 3. (Cf. طَنَّ de aure tinniente vit. Tim. II p. 294 lin. 4). b) Hab. III, 16: לְקוֹל צָלְלוּ שְׂפָתַי *ad rumorem crepitant labia mea*, int. dentium cum labiis collisorum strepitum, nam labia ipsa non crepitant. Ut hoc in medio positum et intellectu facillimum est, ita miror, id nemini interpretum in mentem venisse, qui ista vel pure et incongrue dicta esse censuerunt (Mich.) vel in iis explicandis misere se torserunt (Schnurrer, Rosenm. Hitzig).

צִלְצַל (formae סַמְגֵּר), in Pausa **צְלָצַל** (Deut. XXVIII, 42 cstr. צִלְצַל Iob. XL, 31. Jes. XVIII, 1) pl. צִלְצְלִים cstr. צִלְצְלֵי (v. ad no. 1) m.

1) *instrumentum tinniens*. Inde a) צִלְצַל דָּגִים Iob. XL, 31 *hasta* vel *iaculum piscatorum* (Harpune), quo in hippopotamo capiendo et occidendo uti solebant veteres Aegyptii (v. Wilkinson customs and manners of the ancient Egyptians III, p. 72. 73). — b) pl. צֶלְצְלִים 2 Sam. VI, 5 cstr. צִלְצְלֵי Ps. CL, 5 *cymbala* (die Becken), eaque maiora, laminae aeneae paullulum excavatae, quae collisae crepitum et tinnitum efficiunt, haud dissimilia cymbalis, quibus musici nostri castrenses utuntur, arab. صَنْج (ortum ex صَنْجَل). Jos. Ant. 7, 12 §. 3: κύμβαλά τε ἦν πλατέα καὶ μεγάλα χάλκεα. Niebuhrius (itin. I p. 181) duplex eorum genus describit, alterum minus, quod digitis affixum mulieres saltantes concrepabant (nostr. Castagnetten), alterum maius, quale supra memoravimus (tab. 28). Andreas a Belluno, commentator Avicennae (ap. Lorsb., Archiv f. morg. Litt. I p. 121): „Algielagiel est instrumentum factum ex duabus laminis aurichalci, quarum figura est in modum scuti parvi rotundi et est habens in medio quandam concavitatem et fit sonitus percutiendo artificiose laminas praedictas ad invicem. Et est valde in usu in Syria.“ (Syr. ܨܠܨܠܐ, ܨܨܠܐ id. Plura vide ad rad.).

2) bestiola *tinniens* s. alis stridens i. e. *cicada*, *gryllus* isque *stridulus*. Deut. XXVIII, 42. LXX et Vulg. male: *rubigo*, sed bene reliqui intpp., dummodo eos recte intelligas neque pendeas e Vers. lat. Polygl. vel Michaëli suppl. 2094. Targ. סַקְאָה species locustae (non rubigo) v. Talmud. Taan. fol. 6, 1 ibique glossam. Pesch. ܨܪܨܘܪܐ gryllus, v. infra. Saad. فرس equus, int. cicadam (Heupferd). Arabs Erp. الجراد. Sam. [Samaritan] haud dubie gryllus isque tinniens, n pro l posito, v. supra aeth. Gr. Venet. τέττιξ. Contra ἐρυσίβην et *rubiginem* unquam pro *cicada* dictum esse (ut vult Mich. pag. 863. 864), temere dictum et non credibile. (In aliis linguis per r scribitur, syr. ܨܪܨܘܪܐ Deut. l. c., Joël I, 4. II, 25, ܨܨܪܐ 2 Sam. XVII, 13, cod. Pocock. ܨܪܨܪܐ, arab. صَرَّار اللَّيل gryllus noctu stridens, صِرْصِر, صَرْصُور 2 Sam. l. c. vers. Ar. De verbo صَرَّ v. supra ad rad. Habent vocem adeo Armeni ծղրիդ *zenzgai*, in quo agnoscis semit. צנצל, l in ע mutato, qua de re vide p. 977, adde de hac mutatione in lingua Armena St. Martin mémoires sur l'Arménie I, 215. His autem, quae laudavimus, abunde refutatur Bochartus Hieroz. III, 259 sqq., qui *gryllum* ita dictum vult, quippe qui solem *obumbret*, a צָלַל no. II). — Quum igitur צְלָצַל tum de *tinnitu* metalli armorumque strepitu, tum de *stridore* alarum locustae (vom Schwirren der Grille) dici posset, nihil dubii supererit, quid sibi velint

3) verba Jes. XVIII, 1, quibus Aethiopia insignitur: הוֹי אֶרֶץ צִלְצַל כְּנָפָיִם *terra stridoris alarum* i. e. strepitus exercituum (Land mit schwirrenden Flügeln i. e. mit waffenklirrenden Heeresflügeln) i. e. repleta copiis arma cum tinnitu concutientibus. *Alae* enim appellantur exercitus (v. כָּנָף no. 2, c): et in duplici utriusque vocis (צלצל et כנפים) usu ingeniosus inest verborum lusus. Doederlinius reddebat: *heus terra* (Judaea), *stridet alis* i. e. exercitus Aethiopum citissime advolat. Aliis a) א׳ צִלְצַל כְּנָפַיִם est terra umbrae alarum (Pesch. Aqu.), quod Saad. Abulw. explicant: *terra cuius alae* i. e. latera *obumbrata sunt*, alii: cuius alae Israëli refugio sunt (cf. Jes. XXX, 2). Sed forma duplicata tum apud Hebraeos tum in linguis cognatis nunquam obumbrandi, sed ubique tinnitus et stridoris habet significatum. b) LXX οὐαὶ γῆς πλοίων πτέρυγες, et Targ. *vae terrae, in quam navibus veniunt ex terris longinquis, quarum*

vela expansa sunt, ut aquilae volantis. Quam *navium* significatum veteres doctores ex alis collegisse videntur, quae passim cum velis comparatae sunt (v. ad Jes. XI, 14), coll. fortasse arab. ظُلْظُلْ naves (Kamûs p. 1495 lin. 16). Sed cum Hebraeae linguae usu, in qua צלצל congruit cum صلصل et صرصر (non cum ظلظل), huic glossae Arabicae nulla est necessitudo, et Alexandrini interpretis, qui in hoc quidem loco totus coecutit, perexigua est auctoritas.

מְצִלָּה pl. מְצִלּוֹת f. *tintinnabula* Zach. XIV, 20 int. laminas aeneas rotundas equis ornatus caussa appensas, quae collidentes tinnitum facerent. L. c. tituli memorantur iis inscripti. In anaglyphis Persepolitanis et Aegyptiacis huiusmodi scutula etiam phaleris equorum affixa reperiuntur.

מְצֶלֶת, tantum in dual. מְצִלְתַּיִם (ut gr. *κυμβάλω*, —*οιν* Arrian.) i. q. צֶלְצְלִים (q. v.) *cymbala* musica 1 Par. XIII, 8. XV, 16. 19. 28. XVI, 5. 42. XXV, 1. 6. 2 Par. V, 12. 13. XXIX, 25. Esr. III, 10. Neh. XII, 27.

II. צָלַל *tenebris certe crepusculo tectus s. obscuratus, obumbratus est*, v. Hiph. (Etiam in linguis cognatis tum *umbrae* tum *tenebrarum* et crepusculi significatio late regnat. Arab. ظَلَّ II. obumbravit, IV. umbrosus fuit dies, ظِلّ umbra, it. crepusculum matutinum, opp. فَيْءٌ crepusculum vespertinum, it. obscuritas noctis, nox. Aeth. ጸለለ: obumbravit. IV. umbram petiit, captavit, fecit, sed ጸላሎ: tenebrae. Apud Aramaeos in טלל praeterea *tegendi* vis est, v. p. 550, eaque primaria est. *Obscuritatis* et *umbrae* vim habes etiam in vic. צֶלֶם. Ad tegendi vim cf. germ. vet. sup. *scato* = Schatten, gr. *σκότος*, sanscr. *tschad* obtegere). In Kal semel legitur Neh. XIII, 19: וַיְהִי כַּאֲשֶׁר צָלֲלוּ שַׁעֲרֵי יְרוּשָׁלַם לִפְנֵי הַשַּׁבָּת וָאֹמְרָה וַיִּסָּגְרוּ הַדְּלָתוֹת *et quum tenebris* s. crepusculo vespertino *tectae essent portae urbis ante sabbatum*, i. e. pridie sabbati s. imminente sabbato tempore vespertino (opp. אַחַר הַשַּׁבָּת) *valvas claudi iussi*, ne sc. mercatores intrarent et ultro citroque eundo sabbati quietem turbarent. A solis occasu enim ordiebatur sabbatum Lev. XXIII, 32. Clericus verba צָלֲלוּ שַׁעֲרֵי י' intelligit de *umbris* montium, quae solis descensu longiores factae, portas urbis occupaverint, at non ad umbram h. l. pertinet verbum, sed ad *tenebras* vel *crepusculum*. Vide צֵל Jes. XVI, 3 et צַלְמָוֶת, it. supra Arabum atque Aethiopum usum et lat. umbra noctis Virg. Ecl. 8, 14. Aen. 9, 373, spissae noctis umbrae 2, 261, nox involvens magna umbra terramque polumque 2, 251, ad umbram i. e. usque ad vesperam Hor. Ep. 2, 2, 185, inducit nox terris umbram id. Serm. 1, 5, 10, obruit umbris nox terram Lucr. 6, 864. Bene Kimchi: כלומר שהעריב השמש וצללו שערי ירושלים. Memorat etiam aliam explicationem: כאשר נשתקעו מלכנס בשערי ירושלם כלומר שהיה ערב *quum submersae essent portae* in tenebras, *ita ut intrari non posset i. e. quum vespera esset* (coll. צָלְלוּ Ex. XV, 10): sed non probat, et recte quidem. Temere et neglecta totius loci ratione Böttcherus (spec. p. 149 not.) צלל ad *stridorem* valvarum claudendarum refert, in quam sententiam poterat conferre صَرَّ striduit porta (v. supra ad rad.); sed quid sibi volunt haec: *et quum striderent portae, valvas claudi iussi?*

Hiph. part. מֵצַל obumbrans Ez. XXXI, 3.

צֵלֶל c. suff. צִלְלוֹ Iob. XL, 22, pl. צְלָלִים Cant. II, 17. IV, 6 cstr. צִלְלֵי Jer. VI, 4 m. *umbra* Iob. l. c., pl. Jer. l. c. צִלְלֵי עָרֶב cf. Ps. CII, 12. CIX, 23. Virg. Ecl. 2, 67: et sol crescentes decedens duplicat umbras, et contra de sole meridionali Ovid. Met. 3, 50: fecerat exiguas iam sol altissimus umbras. 144. 14, 54. Adde Plin. 16, 13 s. 24: tantaque est vis eius ut ne matutinas quidem occidentesve umbras, quamvis sint longissimae, ... attingat.

צֵל m. (semel fem. 2 Reg. XX, 11. Jes. XXXVIII, 8, ubi יָרְדָה non potest non referri ad צֵל, cf. צִלָּה et sexum fem. in *σκιά*, umbra) c. suff. צִלּוֹ *umbra*. Arab. ظِلّ, syr. ܛܶܠܳܠܳܐ v. rad.). Iud. IX, 36. Ps. LXXX, 11. Cant. II, 31. Ez. XVII, 23. XXXI, 6. Hos. XIV, 8 al. צֵל נָטוּי umbra protensa i. e. sub vesperam longior facta Ps. CII, 12 cf. CIX, 23. Jer. VI, 4. — Iob. XVII, 7: יְצֻרַי כַּצֵּל כֻּלָּם *membra mea instar umbrae* sunt *cuncta*, i. e. tam macra, emarcida, ut vix umbra corporis supersit, ut spectro similior sim, quam homini. (Sic arab. ظِلّ spectrum, vana species, tum vivi, tum mortui. Hariri Cons. 39 p. 431 de Sacy: ابن سبيل زاده في زبيل وظله غير ثقيل وما يبغي سوى مقيل *ego viator, viaticum eius in sacco, umbra eius haud gravis est, nil petit nisi mansiunculam*, ubi *umbra eius* est ipse viator macer et extenuatus, spectro quam vivo homini similior. In Graecis *Οἰδίπου σκιά* Aesch. Theb. 984, ubi Schol. *τυφλωθεὶς εἴδωλον εἶναι ἐδόκει, καὶ οὐ τέλειος ἄνθρωπος.* Eumenid. 362. Eurip. Androm. 745. Liv. 21, 40: effigies, imo umbrae hominum, fame, frigore, illuvie, squalore enecati. Eodem redit quod manes *umbrae* vocantur). Metaph. a) de re fluxa et fugace. Iob. VIII, 9: צֵל יָמֵינוּ עֲלֵי אָרֶץ Ps. CII, 12. Eccles. VI, 12. VIII, 13. 1 Paral. XXIX, 15, sic צֵל עוֹבֵר umbra transiens Ps. CXLIV, 4. b) de *tutela* et *praesidio*, α) servata umbrae imagine, ut Gen. XIX, 8: בְּצֵל קֹרָתִי *in umbra trabis meae* i. e. sub praesidio domus meae, *sub umbra alarum tuarum* Ps. XVII, 8. XXXVI, 8. LVII, 2. LXIII, 8. Jes. XXV, 4: *tu Jova es* צֵל מֵחֹרֶב *umbra* i. e. tutela *ab aestu.* XVI, 13: שִׁיתִי כַלַּיִל צִלֵּךְ בְּתוֹךְ צָהֳרַיִם *fac umbram tuam ut noctem tempore meridiano*, obtege nos umbra tua ceu

noctis umbra i. e. refugium tutum praesta nobis; β) neglecta, v. c. *in umbra* i. e. tutela *manus* eius Jes. XLIX, 2. LI, 16 (cf. Carm. sam. 3, 10: *dextra tua obumbrat* i. e. protegit *omnia tua*), *in umbra* Dei Ps. XCI, 1. Thren. IV, 20, *in umbra* Aegypti Jes. XXX, 2, Hesbonis Jer. XLVIII, 45. Eccl. VII, 12: בְּצֵל הַחָכְמָה בְּצֵל הַכָּסֶף *in umbra sapientiae* sumus *in umbra pecuniae* i. e. sapientia hominibus non minus tutum praesidium praebet, quam pecunia. Inde de deo hominum tutela Ps. CXXI, 5: *Jova umbra tua ad dextram tuam.* Num. XIV, 9: סָר צִלָּם מֵעֲלֵיהֶם *recessit tutela eorum ab iis*, int. idola. (Cf. Hamas. Schult. p. 425, it. lat. *umbra* de tutela ap. Forcell. h. v.). — *Umbram* ad *crepusculum vespertinum* (v. rad. Kal) referunt nonnulli interpretes Iob. VII, 2: *sicut servus anhelat* avide exspectat *umbram* i. e. vesperam, finem laborum: neque male, licet etiam propria *umbrae* significatio sufficiat. Namque post labores in aestu meridiano exhaustos appetit tempus quo in umbra se recreet.

צִלָּה (umbra) n. pr. uxoris Lamechi Gen. IV, 19. 23.

צִלְּתַי (contr. ex צִלַּת יָהּ umbra s. praesidium Jovae) n. pr. virorum 1) 1 Par. VIII, 20. 2) XII, 20.

מְצִלָּה f. *locus umbrosus* Zach. 1, 8. (Cf. aeth. ምጽላት፡ tabernaculum ex frondibus factum).

Composita sunt:

צַלְמָוֶת vc. mere poët. *tenebrae mortis* (i. e. qualis in mortuorum sede, in orco est, cf. מָוֶת no. 2) i. e. *tenebrae densissimae.* Proprie de caligine orci et locorum subterraneorum Iob. XXXVIII, 17: שַׁעֲרֵי צַלְמָוֶת de portis orci, X, 21: אֶרֶץ חֹשֶׁךְ וְצַלְמָוֶת de orco. XXVIII, 3: אֶבֶן אֹפֶל וְצַלְמָוֶת de aere subterraneo. X, 22. XII, 22. Dein de *tenebris* quibuscunque i. q. חֹשֶׁךְ, quocum saepe copulatur, quanquam fortius est Iob. III, 5. XXIV, 17. XXXIV, 22. Ps. XXIII, 4. Am. V, 8. Jer. XIII, 16. De carcere caliginoso Ps. CVII, 10. 14. Metaph. de malo et calamitate Ps. XLIV, 20. Jes. IX, 1, de afflictione Iob. XVI, 16. Desertum appellatur אֶרֶץ צַלְמָוֶת Jer. II, 6, quippe quod invium sit. — De origine veteres paene omnes in eo consentiunt, vocem compositam esse ex צֵל (h. l. tenebrae, v. ad rad.) et מָוֶת. LXX exceptis paucis locis σκιὰ θανάτου et sic Symm. Iob. XXIV, 17. Aqu. Theod. Iob. XXXIV, 22. Vulg. umbra mortis, Targ. טוּלָא דְמוֹתָא, טוּלֵי מוֹתָא, Pesch. ܛܶܠܳܠܶܐ ܕܡܰܘܬܳܐ. Ita quoque Rabbini vetustissimi, licet alia opinio, de qua revocatur ad rad. צלם, iis non ignota sit. Abulw. عندنا لفظة مركبة من צֵל וּמָוֶת *de nostra sententia compositum est ex* צֵל *et* מָוֶת et s. rad. צלם: وليس عندى צַלְמָוֶת من هذا اللغة كما زعم قوم شبهوا עַבְדוּת מַרְדּוּת קַדְרוּת وشبهوا تحرك واو צלמות وان لم تتحرك واو עבדות بتحريك מַרְדּוּת קַדְרוּת *et de mea sententia* צ' *non est huius radicis*, *sicut nonnulli affirmant*, *qui conferunt nomina* עַבְדוּת, מַרְדּוּת, קַדְרוּת, *etsi Vav in nominibus modo laudatis non sit mobile.* Paullo inferius addit, minime provocari posse ad exempla qualia sint שְׁוָרִים שׁוֹר, עֲיָרִים עִיר, quippe in quibus Vav et Jod radicale sit, contra in לְמָוֶת servile. Kimchi: ונכון שיהיה צ' מלה מרכבת מצל ומות כמו שפירש אותו הגאון רב סעדיה ז"ל שתי מלות כלומר צל מות. Et recte quidem: nam צַל pro צֵל habes etiam in צַלְמוֹן, בְּצַלְאֵל, et מָוֶת in altera parte compositorum חֲצַרְמָוֶת, עַזְמָוֶת: neque in sententia ulla est difficultas, dummodo recte explicetur (non *umbra mortis* sed *tenebrae orci*): contra fac, quod concedi nequit, צַלְמוּת esse pro צַלְמוּת coll. arab. ظُلْمَة tenebrae, vel sic desiderabis caussam emphaseos, quae huic vocabulo, ut synonymorum fortissimo, inest.

צַלְמֻנָּע (fort. pro צֵל מֻמְנָע umbra denegata i. e. cui umbra denegata est, cui otium non datum est cf. *umbram* de otio Carm. sam. 1, 9. 5, 9. 10) n. pr. ducis Midianitarum Iud. VIII, 5. Ps. LXXXIII, 12.

צֶלְצַח (umbra solis i. e. umbra quae tutela est a Sole, a צֵל et צַח i. q. ضُحَى sol) n. pr. oppidi Benjaminitarum 1 Sam. X, 2.

צְלֶלְפּוֹנִי (umbra respiciens me) n. pr. viri, c. art. 1 Par. IV, 3.

בְּצַלְאֵל (in umbra Dei) n. pr. 1) viri, qui Mosi in sacrario condendo operam suam praestitit Ex. XXXI, 2. XXXV, 30. 1 Par. II, 20. 2) Esr. X, 30.

III. צָלַל *devolutus est*, *deorsum volutus est.* Ita semel Ex. XV, 10 de Aegyptiis in mari rubro submersis: צָלְלוּ כַּעוֹפֶרֶת בְּמַיִם אַדִּירִים *deorsum voluti sunt instar plumbi in aquis potentibus.* LXX ἔδυσαν (cf. δῦναι κόλπον θαλάσσης Il. 18, 140, ἐς πόντον δύσασθαι). Vulg. *submersi sunt.* Onk. אִשְׁתְּקַעוּ. Jon. שְׁקַעוּ. Pesch. ܐܶܛܰܒܰܥܘ. Saad. رسخوا. Sam. servato verbo Hebraeo אצטללו. — Ex usu verborum צלל no. I. II hunc locum vix et ne vix quidem explicaveris: nam neque *strepitus* plumbi hominumque in maris gurgites devolutorum poterat verbo צָלַל no. I exprimi, quod sonos ab hoc admodum diversos designat: neque *tenebrarum* et *umbrae* significatum in צלל no. II ad maris *profunda* referre voles, ita ut צלל sit: profundum petiit. Itaque vix dubito, quin צלל pariter atque גָּלַל (de litteris צ et ג inter se permutabilibus v. pag. 1144 A) *volvendi* et *devolvendi* potestatem habeat, cuius aliud quoque vestigium exstat in צְלוּל Iud. VII, 13, et proprie *sonum* exprimat, *qui cooritur*, *ubi res graves in aquam profundam quasi per orbem devolvuntur* (den kullernden, gurgelnden Laut, wenn etwas in einen tiefen Wasserschlund hinabkräuselt), unde מְצוּלָה, צוּלָה, *gurges* aquarum, quae vox latina et *guttur* et aquae *vora-*

ginem notans et ipsa onomatopoëtica est ut vic. *γαργαρεών*, *gurgulio* (v. ad גָּרַר, גַּרְגַּר), a sono illo gargarizante. Utrum huc pertineat صَلْلٌ undae maris, صَلِيلٌ fluxus aquae, non definio: sed vix crediderim.

In tribus radicibus צָלַל I. II. III. ad unam notionem revocandis plures ingenium exercuerunt, in his Stickelius in ind. ad Alii sent. pag. 57 his verbis: „صَلَّ radicis et cognatarum primigenia significatio quaerenda est in vibrante et incerto motu, ut sonorum ex tintinnabulo, unde صَلَّ צָלַל tinnivit; ut umbrarum e. c. ex arboribus vento motitatis, unde ظَلَّ צָלַל obumbratus est; ut rerum citato cursu volutarum, unde צָלַל ruit, volvit se, vel etiam personarum incerto tramite vagantium, unde ضَلَّ erravit, dein abditus fuit, disparuit, periit." Quibus in collaudandis multus est Maurerus ad Ps. p. 31, sed vereor ut merito. Nam a) צָלַל no. I, صَلَّ *tinnivit, striduit* cum cognatis manifesto e sono facticium itaque primarium est neque aliunde ortum esse potest; b) צָלַל no. II, ظَلَّ, aram. טְלַל obumbratus, caligine tectus, it. tectus est (cf. טִלֵּל Neh. III, 15, chald. טְלַל texit) ad *tegendi* vim tam aperte redeunt, ut nulla probabilitate *umbrae* vim repetas ab *arboribus motitatis*, praesertim quum haec ipsa significatio, pariter atque generalis illa *incerti motus* soli ingenii lusui debeatur. ضَلَّ enim est *erravit* II. seduxit, quod e *declinando* natum est coll. צָלַע. Haud felicius denique c) *volvendi* et *devolvendi* vim Exod. XV, 10 ab incerto illo motu duxeris: quis enim dicat *plumbi* deorsum ruentis et in gurgites devoluti motum incertum et vibrantem esse, similem motui arborum a vento agitatarum? Non magis placent alia huius generis pericula, quae singularum radicum rationibus recte perspectis sponte corruunt.

צְלוֹל, in Keri צְלִיל m. *κολλύρα* s. *placenta rotunda*, a volvendo dicta, ut haec ipsa vox graeca, i. q. כִּכָּר a כָּרַר, quod vic. est radd. גָּלַל, גָּרַר (unde גַּרְגַּר granum rotundum), adeoque צָלַל. Semel Iud. VII, 13: *ecce somniavi* וְהִנֵּה צְלוֹל לֶחֶם שְׂעֹרִים מִתְהַפֵּךְ בְּמַחֲנֵה מִדְיָן *et en placenta panis hordeacei, quae devoluta est in castra Midianitarum.* Ita omnes veteres. LXX *μαγίς ἄρτου κριθίνου.* Symm. *κολλύρα.* Aqu. *ἐγκρυφίας.* Vulg. et videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volvi. Targ. חֲרָר דִּלְחֵם שְׂעֹרִין (quo alibi עֻגָה exprimitur 1 Reg. XVII, 13). Pesch. ܦܶܐܣܬܳܐ placenta, firmante hanc sententiam etymo, ut vidimus. Adde chald. צַלְצוּל et גַּלְגּוּל cingulum, utrumque manifesto a volvendo. Etiam in rad. צָלַל no. I praeter formas per צ scriptas habes alias cum ג, velut جلجلة tintinnabulum. Nonnulli צְלוֹל l. c. non ad *figuram* paniculi referre volebant, sed *ad strepitum* paniculi devoluti (das Gepolter, Gerolle, Gerassel), quod nullo modo licet, quum antecedat הִנֵּה et rem flagitet oculis non auribus percipiendam. Strepitum intelligit etiam Böttcherus specc. p. 150, sed quod explicat: „Gerassel eines (umstürzenden) Schobers oder (locker hingeworfener) Schober, Schütte selbst" ad nostrum locum non magis aptum est, quam linguarum rationibus accommodata sunt, quae addit: „dagegen bleibt צְלוֹל selbst als Schütte, Schober, mit צָלַל, טִלְטֵל, צֵל u. a. ebenso vereinbar, wie Schütten (engl. shed) mit Schütten, Schleudern, Schützen, Schatten, auch wohl etwas Aufgeschüttetes." Sed haec singula refellere longum est.

צלם (vic. verbo צָלַל no. II) verb. inusit. Arab. ظَلِمَ I. IV. obscura fuit nox, ظُلْمٌ, ظَلَمٌ f. ظُلْمَةٌ, ظُلُمَةٌ obscuritas. Aeth. ጸልመ: obscurus, tenebrosus factus est. IV. obscuravit, ጸሊም: niger, fuscus. Inde

צֶלֶם c. suff. צַלְמוֹ m. 1) *umbra*, de re vana et inani. Ps. XXXIX, 7: אַךְ בְּצֶלֶם יִתְהַלֶּךְ אִישׁ *tantum in umbra ambulat homo* i. e. versatur in rebus vanis et inanibus, v. הִתְהַלֵּךְ בְּ pag. 380 A; de falsa et fallace specie rei Ps. LXXIII, 20: *sicut somnium postquam evigilavit* quis, אֲדֹנָי צַלְמָם תִּבְזֶה ita, *Domine, umbram eorum contemnes* i. e. cum contemtu abolebis. Intelligitur falsa et fallax felicitatis species. — 2) *imago* (ab adumbrando dicta, ut gr. *σκιά, σκίασμα, σκιαγραφέω*). De filio *ad imaginem* patris Gen. V, 3, de homine ad imaginem Dei creato I, 26. 27. IX, 6. Plur. *imagines, simulacra* rerum 1 Sam. VI, 5. 11. Ezech. XVI, 17. XXIII, 14, spec. idolorum Num. XXXIII, 52. 2 Reg. XI, 18. Ez. VII, 20. Am. V, 26. (Syr. ܨܰܠܡܳܐ id., unde ܨܰܠܶܡ depinxit, figuravit, arab. صَنَمٌ imago, idolum, l in n mutato).

צְלֵם Dan. III, 5. 7. 10. 12. 14. 18 et **צֶלֶם** II, 31. III, 1. 19 emphat. צַלְמָא Dan. II, 31. 32. 34. 38. III, 2. 3. 15, chald. i. q. hebr. no. 2 *imago*, *idolum*.

צַלְמוֹן (umbrosus) n. pr. 1) montis in Samaria prope Neapolin Iud. IX, 48, quem eundem LXX. Vulg. et recentiores multi intelligunt etiam Ps. LXVIII, 15, hac sententia: *quum omnipotens dispersisset reges in ea* Cananaea תַּשְׁלֵג בְּצַלְמוֹן *niveum erat* (impers.) *instar Zalmonis* nivibus tecti, da war es schneeweiss wie der Zalmon, i. e. campi albebant ossibus occisorum (cf. Virg. 12, 36: campique ingentes ossibus albent). Observant quidem, Zalmonem, ut mediocris altitudinis montem, *nivosi* montis imaginem praebere non posse, sed quidni possit? Quis negaverit, eum per hiemem nivibus tectum fuisse et hodieque tegi, et quonam iure hoc contextu montem flagitabis etiam per aestatem nivibus obrutam? Alii: omnia nivea erant *in Zalmone* sc. ossibus occisorum, quibus verbis alludatur ad pugnam quandam in illis regionibus pugnatam. Aliis denique 'צ h. l. est

appellativum *umbrae* significatu i. q. צֵלֶם (Targ. Theod. Kimchi, Luth.) hac fere sententia: *niveum* i. e. clarum, lucidum *factum est in tenebris* (Luth. so wird es helle, wo es finster ist), vel: *tum refrigerabitur in umbra* (Schnurrer), quorum neutrum magnopere placet, quanquam posterius praestat. — 2) tribuni militum Davidis 2 Sam. XXIII, 28.

צַלְמֹנָה (umbrosa) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. XXXIII, 41.

צָלַע *claudicavit*. Gen. XXXII, 32: וְהוּא צֹלֵעַ עַל יְרֵכוֹ *et claudicavit in femore suo*. Cod. Sam. צלוע. Onk. eodem vc. מַטְלַע. Part. f. הַצֹּלֵעָה coll. pecus *claudicans* i. e. aestu et itinere fessum, translate de Israëlitis Mich. IV, 6. 7. Zeph. III, 19. Arab. ظَلَعَ claudicavit, ظَلْعٌ claudicatio: ضَلِعَ curvus, al. claudus fuit naturae vitio. Syr. ܨܠܥܐ claudicatio.

Primarium non esse hunc significatum, vel ex eo apparet, quod *costae* et *lateris* significatus in צלע inde repeti non potest. Sed quaenam est origo? Claudicandi quidem vim apte natam dixeris ab extrahendo et luxando coll. chald. צְלַע extraxit i. q. חָלַץ cf. ad יָקַע: sed costae significatum eo ex fonte non derivaveris. Itaque *eminendi, prominendi* significatum primam existimo, ut arab. ضلع prominuit, exseruit se dens. IV. protrudit dentem, germen plantae, coll. دلع exseruit, prominuit, unde צֵלָע ضِلْعٌ costa, dens maior (cf. ضَلِيعٌ, أَضْلَعُ magnis dentibus praeditus): a *costa* proficiscitur *lateris* significatio, et ab ea *claudicandi* id est *in latus inclinandi*, arab. ظلع inclinavit in latus, claudicavit, ضَلَعَ inclinavit, inclinavit se (cf. chald. צְלָא inclinavit), med. E. claudus fuit.

צֵלָע cstr. צֶלַע (Milel) Ex. XXVI, 26. 27. 35. XXXVI, 31. 32, semel צְלַע Milel 2 Sam. XVI, 13 (sed alii codd. צֶלַע v. J. H. Mich.) c. suff. צַלְעִי Jer. XX, 10, pl. צְלָעִים 1 Reg. VI, 34, alibi צְלָעוֹת f. (Ex. XXV, 12. XXXVI, 31. XXXVII, 3, sed cod. Sam. masc., et sic צלעים m. 1 Reg. l. c.) 1) *costa*. (Arab. ضِلْعٌ, chald. עִלְעָא, syr. ܐܠܥܐ id.) Gen. II, 21. 22. Plur. *trabes*, *asseres*, qs. costae aedificii (Gerippe, Rippenwerk) 1 Reg. VI, 15. 16. VII, 3 cf. Comm. 2, ubi eodem significatu habes כְּרֻתוֹת.

2) *latus* a) hominis. Iob. XVIII, 12: אֵיד נָכוֹן לְצַלְעוֹ *exitium paratum est* imminet *lateri eius*. Inde qui aliquem custodiunt et comitantur, dicuntur *custodire latus* eius, ut Jer. XX, 10: שֹׁמְרֵי צַלְעִי Vulg. *custodientes latus meum*, de familiaribus. (Sic Arabes dicunt Cor. 4, 40: صَاحِبٌ بِالْجَنْبِ comes in latere, de comite itineris, جَارُ الْجَنْبِ protector lateris Kam., جَانِبٌ, جَنِيبٌ qui alicui ad latus est Elmac. Sarac. 247. Ham. Sch. 430, رعى جانب servavit latera alic. vit. Tim. p. 352 Gol., جانب ممنوع latus munitum, quod ei tribuitur qui magna amicorum corona cinctus incedit. Eutych. Ann. 1, 290. Ibn Doreid 170 sqq. Scheid. in Lugdd. p. 968. Lat. tegere latus alic. i. e. comitari eum Hor. Serm. 2, 5, 18, claudere latus Iuven. 3, 131. Davis. ad Hirt. b. Alex. 52, Hesych. in ἄπλευρος). b) rerum inanimatarum, ut montis 2 Sam. XVI, 13, tabernaculi sacri Ex. XXVI, 26. 27, altaris XXVII, 7. XXXVIII, 7, arcae foederis XXV, 12. XXXVII, 3, צֶלַע צָפוֹן latus septentrionale Ex. XXVI, 35. Plur. צְלָעִים (m.) *latera* seu *valvae* ianuae 1 Reg. VI, 34.

3) *conclave laterale* templi 1 Reg. VI, 5. Ez. XLI, 6. Horum enim *triginta* (Jos. Ant. 8, 3), secundum Ez. XLI, 6 *triginta tria* (sed de scriptura loci adi Böttch. p. 261) templum a tribus lateribus circumdabant, in tres contabulationes divisa, v. יָצוּעַ p. 617 B. Dicitur etiam collect. *de integra serie* s. *contabulatione* horum *conclavium* 1 Reg. VI, 8, et, ut יָצוּעַ, de universa hac aedis parte tres contabulationes continente Ez. XLI, 5. 9. 11. בֵּית צְלָעוֹת Ez. XLI, 9 est spatium inter murum templi et murum externum, intra quod haec conclavia erant. Josephus l. c. περιῳκοδόμησε δὲ τὸν ναὸν ἐν κύκλῳ τριάκοντα βραχέσιν οἴκοις, οἳ συνοχή τε τοῦ παντὸς ἔμελλον ἔσεσθαι διὰ πυκνότητα καὶ πλῆθος ἔξωθεν περικείμενοι· καὶ δὴ καὶ τὰς εἰσόδους αὐτοῖς δι' ἀλλήλων κατεσκεύασεν, ἕκαστος δὲ τῶν οἴκων τούτων εὖρος μὲν εἶχεν πέντε πήχεις, μῆκος δὲ τοὺς αὐτούς, ὕψος δὲ εἴκοσι. ἐπῳκοδόμηντο δὲ τούτοις ἄνωθεν ἕτεροι οἶκοι, καὶ πάλιν ἄλλοι κατ' αὐτῶν, ἴσοι καὶ τοῖς μέτροις καὶ τῷ ἀριθμῷ. Sed de altitudine secus docetur 1 Reg. VI, 10, ubi singulis contabulationibus *quinque* tantum ulnae, integro igitur aedificio *quindecim* tribuuntur. Vulg. plerumque *tabulata*. Targ. מְחִיצָה.

4) n. pr. oppidi Benjaminitarum, in quo Saulus sepultus est Jos. XVIII, 28. 2 Sam. XXI, 14.

צֶלַע m. claudicatio, inde *casus* Ps. XXXV, 15. XXXVIII, 18.

צָלַף rad. inusit., syr. *fregit*, *vulneravit*, unde

צָלָף (fractura, vulnus) n. pr. viri Neh. III, 30.

צְלָפְחָד (fractura s. ruptura prima, fort. primogenitus, cf. פֶּטֶר) n. pr. viri Num. XXVI, 33. XXVII, 1. XXXVI, 2. Jos. XVII, 3.

צָלַק rad. inusit. chald. *fidit* i. q. חָלַק. Inde

צֶלֶק (fissura, cicatrix, talm. צַלֶּקֶת) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. XXIII, 37. 1 Par. XI, 39.

צָמֵא in praet. omisso א צָמִתִי Iud. IV, 19, צָמַת Ruth II, 9 fut. יִצְמָא *sitivit* Ex. XVII, 3. Iud. XV, 18. Jes. XLVIII, 21. XLIX, 10. LXV, 13. Iob. XXIV, 11. Metaph. צָמָא לֵאלֹהִים sitire Deum (nach Gott dürsten) i. e. desiderio eius ferri, cf. διψῶντες τὴν δικαιοσύνην Mt. V, 6, lat. sitire honores, artes. Ps. XLII, 3, LXIII, 2. (Arab. ظمى id. Aeth. ጸምአ: id. ጽምእ: sitis).

צָמָא m. *sitis.* Neh. IX, 15. 20. Ps. LXIX, 22. CIV, 11 al. צָמָא לַמַּיִם Am. VIII, 11 (par. רָעָב לַלֶּחֶם). Cum praef. בְּ plerumque articulum sibi praepositum habet (ex lege s. v. הַ no. 2, b), velut מוּת בַּצָּמָא Iud. XV, 18. Jes. L, 2, הָמִית בַּצָּמָא Exod. XVII, 3. Hos. II, 5, cf. Jes. XLI, 17. Jer. XLVIII, 18. Thren. IV, 4. Am. VIII, 13, sed sine art. est Deut. XXVIII, 48. 2 Par. XXXII, 11.

צָמֵא adj. *sitiens* 2 Sam. XVII, 29. Jes. XXI, 14. XXIX, 2. XXXII, 8. LV, 1, it. *terra sitiens* i. e. deserta XLIV, 3 (adeo lat. *sitientia* i. e. regiones aridae Plin. N. H. 10, 73. 12, 28. 25, 11). — Fem. Deut. XXIX, 18: *ut auferatur (potu) satiatus cum sitiente* i. e. ut auferantur ad unum omnes. Cf. de huiusmodi locutionibus hominum rerumque universitatem designantibus pag. 1008 A. Alex. αμαρτωλός, ἀναμάρτητος, Abulw. Kimchi: probus, improbus (cf. Gen. XVIII, 23. 24), malim: dives et pauper. Alii neutr. *irriguum cum sitiente* i. e. terra irrigua et fertilis cum sterili, sed verbum סְפוֹת obiectum sibi poscit, quod vivum sit. Ad sententiam verborum cf. Jes. XXXVI, 12.

צִמְאָה f. *sitis*, translate de coeundi ardore Jer. II, 25.

צִמָּאוֹן m. *regio sitiens* i. e. arida Deut. VIII, 15, Jes. XXXV, 7. Ps. CVII, 33.

צָמַד in Kal inusit. 1) *ligavit, alligavit*, v. Pu. Hiph., vic. rad. צָמַם (cf. צָמַם et עָמַד). Arab. ضمد religavit, obligavit v. c. vulnus. Aram. צְמַד ܨܡܕ id., צְמִיד copulatus, coniunctus. Spec. iugo alligavit, inde 2) *iugo, imperio, disciplinae subiecit*, et in conj. pass. *subditus est, serviit.* Sic aeth. ገዐምደ: iugo, disciplinae subiecit, ተገዐምደ: pass. serviit, pec. de cultu divino, ገዐምድ: et ገዐማድ: famulus, spec. Dei, ተገዐማድ: λατρεία. Inde nil dubitans explico

Niph. נִצְמַד לְבַעַל *serviit Baali* i. e. coluit Baalem Num. XXV, 3. 5. Ps. CVI, 28. Vett. intpp. vel utcunque sententiam reddiderunt, ut LXX. Vulg. ἐτελέσθησαν, *initiati sunt*, vel ex *alligandi* significatione effecerunt: *adhaeserunt* Baali, Targ. אִתְחַבַּר, אִדְבַּק, Saad. لزم, Kimchi: חבור ודביק et ita recentiores, praeter Mich. suppl. 2100, qui reddebat: vitta sacra caput religavit in honorem Baalis: quae non excogitassent, si Aethiopum usum supra memoratum vel cognitum habuissent vel reputassent.

Pu. part. *alligatus* (de gladio) 2 Sam. XX, 8.

Hiph. metaph. *nexuit* dolos Ps. L, 19.

צָמִיד m. 1) *armilla*, ab alligando dicta Num. XXXI, 50, pl. Gen. XXIV, 22. 30. 47. Ez. XVI, 11. XXIII, 42 —, 2) *operculum vasis* (coriaceum), quippe quod filo alligetur. (Arab. صِمَادٌ corium, quo operitur os ampullae). Num. XIX, 15: *et omne vas apertum* אֲשֶׁר אֵין צָמִיד פָּתִיל עָלָיו *super quo non est operculum et filum.*

צֶמֶד c. suff. צִמְדּוֹ, pl. cstr. צִמְדֵי m. 1) *iugum*, ζεῦγος, *par*, *biga* iumentorum copulatorum (cf. ad rad. no. 2), ut צֶמֶד בָּקָר 1 Sam. XI, 7. 1 Reg. XIX, 19. 21, צֶמֶד חֲמוֹרִים Iud. XIX, 10, צ׳ פְּרָדִים 2 Reg. V, 17. (Aeth. ዐምድ: iugum, par boum, መዐምድ: lorum quo iugum alligatur). Etiam de equitibus 2 Reg. IX, 25: רֹכְבִים צְמָדִים *equitantes per paria, bini.* Jes. XXI, 7: צֶמֶד פָּרָשִׁים *paria equitum* (gr. §. 106, 3). Comm. 9. — 2) *iugum* s. *iugerum* agri i. e. tantum agri quantum uno boum iugo per diei spatium arari potest (cf. Varr. R. R. I, 10, 1. Paulsen Ackerb. d. Morgenl. p. 81. Rosenm. Morgenl. no. 502, adde فدّان par boum it. iugerum agri ap. Hauranitas, Burckhardt itin. syr. p. 295) 1 Sam. XIV, 14. Jes. V, 10.

צָמַח fut. יִצְמַח *progerminavit.* (Chald. id. Origo est in promicando, syr. ܨܡܚ splenduit, nas. transp. ܨܡܚ id. Vide rad. prim. צַח s. צָחַח). Proprie de plantis Gen. II, 5. XLI, 6. 23. Ex. X, 5. Ez. XVII, 6, de pilis Lev. XIII, 37. Semel trans. Eccl. II, 6: יַעַר צוֹמֵחַ עֵצִים *silva germinans arbores.* Metaph. a) de hominibus, quippe qui plantis assimilentur. Iob. VIII, 19 (cf. 16). Jes. XLIV, 4. Zach. VI, 12. b) de malo Iob. V, 6, de veritate Ps. LXXXV, 12, de primis rerum gerendarum initiis Jes. XLII, 9. XLIII, 19. LVIII, 8.

Pi. i. q. Kal, de capillo Iud. XVI, 22. Ez. XVI, 7, de barba 2 Sam. X, 5. 1 Par. XIX, 5.

Hiph. *germinare fecit* Deus plantas Gen. II, 9. Ps. CIV, 14. Iob. XXXVIII, 27, terra plantas Gen. III, 18. Jes. LXI, 11, it. omisso acc. germinare fecit terra sc. plantas Deut. XXIX, 22. Sq. dupl. acc. Ps. CXLVII, 8: מַצְמִיחַ הָרִים חָצִיר *faciens ut montes germinent gramen*, et altero acc. omisso: germinare fecit (Deus) terram Jes. LV, 10. Translate Deus dicitur הִ׳ קֶרֶן לְ Ez. XXIX, 21. Ps. CXXXII, 17 i. e. potentia et auctoritate augere aliquem; הַצְמִיחַ צֶמַח צְדָקָה Jer. XXXIII, 15, הִ׳ צְדָקָה oriri iubere salutem Jes. XLV, 8. LXI, 11.

צֶמַח in Pausa צָמַח Zach. III, 8 c. Suff. צִמְחוֹ m. 1) *germinatio* (das Sprossen). Ez. XVII, 9: טַרְפֵּי צִמְחָהּ folia quae in ea germinarunt. Comm. 10. — 2) *germen*, ubique collect. *quae progerminant* ex terra, *proventus* terrae, *fruges* Hos. VIII, 7, plenius צֶמַח הָאֲדָמָה Gen. XIX, 25, צ׳ הָאָרֶץ Ps. LXV, 11. Jes. LXI, 11, צ׳ שָׂדֶה Ez. XVI, 7, et sic צֶמַח יְהוָה Jes. IV, 2 proventus Dei i. e. proventus agri terrae sanctae Dei beneficio concessus i. q. פְּרִי הָאָרֶץ in altero hemistichio (v. פְּרִי pag. 1125), ut טוּב יי et טוּב הָאָרֶץ de eadem re, v. טוּב. Integrum locum ita interpretor: *erit proventus Dei decori et ornamento, eruntque fructus terrae ornatui et splendori Israëlitis superstitibus* i. e. universa terra sancta pulchrius efflorescet et frugum fructuumque copia ornabitur eorum in gratiam, qui ex illis cladibus superstites erunt. Reliquae huius loci interpretationes et contextui et parallelismo verborum non accommodatae sunt: in his sententia eorum qui cum Targ. צֶמַח יי germen s. sobolem Dei i. e. Messiam intelligunt, cui praeter alia obstat פְּרִי הָאָרֶץ in altero hemistichio. Sed Messias haud dubie intelligendus est Jer. XXIII, 5. XXXIII, 15, ubi Davidi promittitur צֶמַח צַדִּיק, צֶמַח צְדָקָה germen iustum i. e. soboles iusta, et Zach. III, 8. VI, 12, ubi Messias ellipt. צֶמַח soboles sc. Davidis appellatur.

צָמַם rad. inusit. 1) *nexuit, ligavit* vic. זָמַם. Arab. ضَمّ I. III. VIII. coniunxit duas res. Aeth. ፀመመ: obligavit vulnus, chald. צַמְצֵם strinxit, arctavit. (Valde incertum, ne dicam falsum, quod addunt طَمّ torsit crines, مطموم plexus nexusque capillus. Nam quod طَمّ IV. X. est: tonsilis fuit capillus حَانَ لَهُ أَنْ يُجَزّ Kam. p. 1657, id profectum est a notione multitudinis, abundantiae et nimii, quae in hoc verbo inest, non a nectendo, etsi capillus abundans et intonsus crispari soleat). — 2) i. q. chald. צַמֵּם, צַמְצֵם *texuit, operuit, velavit*. Gen. XXIV, 65. XXXVIII, 15 Targ. Inde

צַמָּה f. *velum* muliebre Jes. XLVII, 2. Cant. IV, 1. 3. VI, 7. Symm. in Cant. *κάλυμμα*, LXX Jes. *κατακάλυμμα*. Pesch. ib. ܡܟܣܝܬܐ velum. Abulw. מַסְוֶה. Contra Kimchius, Jarchius, intelligunt *crines plexos*, et sic Schult. ad Iob. V, 5 et ad Har. 1, 19 coll. شعر مطموم: sed iam vidimus, in hac glossa capilli nexi et plexi notionem sine ratione sumi.

צַמִּים m. (formae צַדִּיק) *laqueus*. Iob. XVIII, 9: יַחֲזֵק עָלָיו צַמִּים *prehendit eum laqueus*. Parall. פַּח, et eodem contextu Comm. 8: רֶשֶׁת, שְׂבָכָה, Comm. 10: חֶבֶל, מַלְכֹּדֶת. (Ita omnes recentiores praeeunte Schult. et J. D. Michaëli. Sed LXX. Vulg. Pesch. sitientes, Targ. praedones, sec. Kimchium quippe qui hispidi, capillo promisso immanes sint, a צַמָּה crinis). Translate *exitium* (cf. מוֹקֵשׁ). Iob. V, 5: וְשָׁאַף צַמִּים חֵילָם *et inhiat exitium opibus eorum*, ubi exitium apposite laqueo hianti et insidianti comparatur. Vett. interpretes praeter Targ. omnes צַמִּים reddunt *sitientes* (avidi) i. q. צְמֵאִים (Saad. العطاش), eosque sequuntur etiam recentiores non pauci coll. רָעֵב in hemistichio primo. In hanc sententiam certe legendum esset צְמִים, licet huius formae aliud exemplum a rad. לא non exstet. Singularis opinio est Abulwalidis, qui צַמִּים explicat ضَمَّان (pro ظَمَّان) i. e. ارض صلبة terra dura et arida, idque hemistichium reddit: يلتهم الضمان كسبه ومالهم *deglutit terra arida et sterilis quaestum et opes eius.*

צָמַק *exaruit*, de mammis Hos. IX, 14. Talmud. de carne exsiccata, v. Buxt. h. v. Arab. صَامِق esuriens vel sitiens.

צִמּוּק m. *uvae passae* (Venetiis *simmuki*), nostr. Rosinentrauben. 1 Sam. XXX, 12: שְׁנֵי צִמֻּקִים. XXV, 18: מֵאָה צִמֻּקִים. 2 Sam. XVI, 1. 1 Paral. XII, 40. LXX *γόμορ* (i. e. עֹמֶר fasciculus, racemus) *σταφίδος*. Vulg. ligatura uvae passae. Targ. אִתְכְּלָא דְעִנְבִין יְבִישִׁין *racemus uvarum siccarum*. Kimchi: עֲנָבִים יְבֵשִׁים. In Targ. צִמּוּקָא repetitur Num. VI, 3. Jon. Nah. III, 12. Placentae ex uvis passis factae sunt אֲשִׁישִׁים q. v.

צָמַר rad. inusit. fort. i. q. זָמַר et arab. صرم abscidit.

צֶמֶר in Pausa צָמֶר Lev. XIII, 48, c. suff. צַמְרִי Hos. II, 7. 11 m. *lana*, ut videtur, ab abscindendo dicta, ut גֵּז vellus a גָּזַז, קְוֻצּוֹת antiae, a praecidendo. (Aeth. ፀምር: lana, vellus, syr. ܥܡܪܐ, chald. עַמְרָא id., Lev. XIII, 47 sqq. Deut. XXII, 11. 2 Reg. III, 4. Prov. XXXI, 13. Jes. I, 18. LI, 8. Ez. XXVII, 18. Ps. CXLVII, 16. גִּזַּת צֶמֶר vellus lanae Iud. VI, 37. De vestibus laneis Ez. XXXIV, 3. XLIV, 17.

צַמֶּרֶת f. *lana* translate de *fronde* arboris spec. cedri, ut gr. *λάχνη*, *κόμη*, lat. coma arborum, translatione ab animalibus ad plantas facta (cf. נָמַל no. 3. 4; יוֹנֶקֶת, פָּרַח et contra *οἶος ἄωτον* Hom. Od. 1, 443). Ez. XVII, 3. 22. XXXI, 3. 10. 14.

צְמָרִי Gen. X, 18 n. pr. gentis Cananaeae. Probabiliter intelligendi sunt cives Simyrae, urbis Phoeniciae ad Eleutherum (*Σιμύρα* Strab. XVI, 753 Casaub. Ptol. 5, 15. *Σίμυρα* neutr. et *Σίμυρος* Steph. Byz. Simyra Mel. 1, 12. Plin. 5, 20 s. 17), arab. صمر جبيل Simyra ad Byblum Assem. 1, 504, cuius ruinas *Sumra* dictas memorat Shaw, Travels p. 269. Ex vett. Hieron. (apud

quem Bochartus Emesam reposuit pro Edessa), Targ. Hieros. Saad. حمص *Emesam* reddunt, non recte, quum haec a Phoenicum finibus longe absit. Hamakerus (misc. phoen. 287 sqq.) Tamyrae fluvii inter Sidonem et Berytum accolas intelligere volebat, nullo argumento satis idoneo.

צְמָרַיִם n. pr. oppidi in tribu Benjamin Jos. XVIII, 22, a quo nomen traxisse videtur הַר צְמָרַיִם in montanis Ephraim (quae ad agrum Benjaminitarum pertinebant) 2 Par. XIII, 4.

צָמַת pr. *tacuit, siluit*, ut arab. صمت, syr. ܨܡܬ obmutuit (eiusdem familiae atque צום, דום, דָּמַם et multa alia in ם exeuntia, v. pag. 344 B); trans. *exscidit, perdidit*, pr. ad silentium redegit. Thren. III, 53. Sic aeth. አጽመተ፡ exstirpavit.

Niph. exstinctus est, de rivis Iob. VI, 17, de homine XXIII, 17.

Pi. i. q. Kal Ps. CXIX, 139.

Hiph. i. q. Kal Ps. XVIII, 41. LIV, 7. LXIX, 5 (ubi Olsh. pro מַצְמִיתַי legit מֵעַצְמוֹתַי cl. membro parall.) LXXIII, 27. XCIV. 23. CI, 5. 8. CXLIII, 12.

Pil. צִמְּתַת id. Ps. LXXXVIII, 17, ubi צִמְּתוּתֻנִי legitur pro צִמְּתוּנִי, quod a nemine declaratum video. Equidem non dubitaverim, Kibbuz pro Schwa mobili positum esse propter sequens ṷ de lege quam exposui Lgb. p. 68. 69. Monn. Phoen. p. 436.

צְמִיתֻת f. *interitus, mors.* Lev. XXV, 23. 30: לַצְּמִיתֻת usque ad mortem i. e. in perpetuum, לְעוֹלָם. Male alii: ad silentium i. e. ita ut venditori in posterum silendum sit.

צִן n. pr. v. צִין.

צָנָא et **צָנָה** rad. inusit., unde

צֹנֶא Num. XXXII, 24 (ubi cod. Sam. צאן) et **צֹנֶה** Ps. VIII, 8 i. q. צֹאן *pecus* q. v. Arab. ضنا IV. multum pecoris habuit, ضَنْءٌ proles, fetus Geuh. p. 140 Scheid. Si haec forma nativa esset, nescio an radici tribui possit *modestiae* et *humilitatis* notio i. q. צָנַע, unde non inepte *ovis* dicta esse possit. Sed vide צֹאן.

צָנַח *descendit, demisit se*, מֵעַל הַחֲמוֹר de asino Iud. I, 14. Jos. XV, 18. Targ. אִתְרְכִינַת *demisit se*, quo eodem utuntur Gen. XXIV, 64 pro וַתִּפֹּל. Semel de inanimatis Iud. IV, 21: *percussit clavo tempora eius* וַתִּצְנַח בָּאָרֶץ *et descendit* clavus *in terram*. LXX. Vat. et Alex. διεξῆλθεν (non bene Compl. Ald. διήλασεν), Vulg. Syr. Targ. נְעַצַת בְּאַרְעָא infixit se in terram, cf. ad hoc verbum Gen. XXVIII, 12. XXX, 38. 1 Sam. XXVI, 7, ubi est infixit in terram. Qua in infigendi notione (ثبت) Abulwalides primam verbi Hebraei vim ponit; equidem malim in *demittendo*, nam vic. est צָנַע submissus, transl. modestus fuit, et جنح inclinavit se, v. ad צ. Quod praceunte Schroedero conferunt זָנַח ,زنخ ,سنخ, nulla fit probabilitate, quum sidendi notio in his mere coniecturalis sit, v. ad זָנַח.

צָנַם pr. *durus fuit.* (Talmud. פַּת צְנוּמָא frustulum durum, aridum, צוּנְמָא lapis. Syr. ܨܘܢܡܐ lapis Iob. XLI, 16, lex. Adl. حجر الدخان صوان صنم *lapis fumosus* (marmoris species?), *lapis durus*, *simulacrum* (?). Sam. id. pro hebr. חַלָּמִישׁ, ࠑࠅࠓ ࠇࠋࠌࠉࠔ pro צוּר חַלָּמִישׁ Deut. VIII, 15, et ࠇࠋࠌࠉࠔ ࠑࠅࠓ pro חַלְמִישׁ צוּר XXXII, 13). Inde *sterilis fuit*, quippe quod solum durum sterile sit (cf. גַּלְמוּד). De aristis Gen. XLI, 23. Cod. Sam. ࠀࠑࠌࠇࠍ. Targ. נְצָן. Saad. ضاويات graciles, tenues. Gr. Venet. μικρός. Sed hoc coniecturale est. Reliqui vett. omiserunt.

I. צָנַן i. q. שָׁנַן *acuit*, pass. *acutus fuit.* Inde

צְנִינִים pl. m. *spinae, aculei* Num. XXXIII, 55, ubi cod. Sam. ࠇࠋࠌࠉࠌ. Sunt qui spinas a custodiendo (imo tegendo) dictas velint (v. צָנַן no. II), neque male dicas, rosam spinis quasi protegi et defendi. Sed ita formam activam desideres, quae protegentem, defensorem significet (צֹנֵן), quum צָנִין vim passivam habeat, ut שָׁנוּן acutus. Jos. XXIII, 13.

צְנִים m. pl. id. Prov. XXII, 5, de spinis, quibus agri sepiuntur Iob. V, 5: אֶל מִצִּנִּים יִקָּחֵהוּ *adeo ex mediis spinis petit eum* (messem i. e. mergites) sc. esuriens. Septem codd. Ross. habent מִצְּנִּים, alii מִצִּינִים hac, nisi fallor, sententia: *in horrea sua rapit eum*, coll. صان med. Vav custodivit, it. reposuit, recondidit, مَصَان repositorium, locus ubi aliquid reconditur. Videntur hanc scripturam iccirco optasse librarii nonnulli, ut difficultatem effugerent, quae in duplici particula אֶל מִן inesse videretur. Sed haec speciosa magis quam vera est (v. ad אֶל B, 6 p. 104).

צִנָּה pl. צִנּוֹת pr. spinae, translate *hami s. unci* piscium Am. IV, 2. Parall. סִירוֹת spinae, unci. Contra חוֹחַ (p. 497) est: uncus, dein spina.

II. צָנַן i. q. גָּנַן *texit*, *protexit* (de necessitudine litterarum צ et ג vide p. 1144 A). Cf. etiam صان med. Vav custodivit, it. reposuit, aeth. ጸወነ፡ protexit, munitione defendit, ጽዉን፡ protectus, tutus.

צִנָּה f. *scutum* idque maius totum fere militis corpus tegens, quale gravis armaturae milites gerebant, div. a מָגֵן (v. 1 Reg. X, 16. 17), quocum saepissime copulatur (Ez. XXIII, 24. XXXVIII, 4. XXXIX, 9. Jer. XLVI, 3. Ps. XXXV, 2). LXX plerumque θυρεός, ὅπλον. 1 Par. XII, 8. 24. 34. 2 Par. IX, 15. XI, 12. XIV, 7. XXV, 5. נֹשֵׂא הַצִּנָּה scutum ferens, 1 Sam. XVII, 7. 41. Metaph. Ps. V, 13. XCI, 4. Aliud v. s. rad. no. I, aliud no. III.

צִנְצֶנֶת f. *vasculum*, ab asservando dictum, de vasculo, in quo manna ante Jovam deposita est Exod. XVI, 33. LXX στάμνος χρυσοῦς. Vulg. vas. Targ. צְלוֹחִית. Pesch. ܨܘܨܢܐ. Saad. et Abulw. برنية i. e. vas fictile, vitreum.

III. **צָנַן** *frigui*. Ita in Talmude אִצְטַנֵּן frigefieri, de re calida (v. Buxt.). Abulw. وفي قول الاوايل חמירה שחבעה מרבישין עליה בשביל שלא תצטנן وايضا הלוקח מן הנחתום מעשר מן החמה על הצוננת ומן הצוננת על החמה. Posterior locus est Demai c. 5 fol. 16, priorem non inveni. Utrumque laudat etiam Kimchius. Inde צִנְּתָא frigus Iob. VI, 16. Gen. VIII, 22 Targ. Hieros. Sam. ࠇࠍࠂࠄ id. Gen. XXXI, 40, ࠇࠑࠍࠄ Gen. VIII, 22. Inde

צִנָּה f. *frigus*. Prov. XXV, 13: כְּצִנַּת שֶׁלֶג וגו׳ *sicut frigus nivis tempore messis sic legatus fidelis mittentibus eum*. Targ. Vulg. Gr. Venet. Abulw. كبرودة الثلج. Intelligitur nix potu refrigerando adhibita. Alii *vas* interpretabantur coll. צִנְצֶנֶת.

צֹנֶה v. צֹאנֶה s. rad. צָאן.

צָנַע *deflexit, depressit*. Part. pass. צָנוּעַ depressus, inde *submissus, modestus*. Prov. XI, 2. (Chald. צְנִיעַ id. Aph. אַצְנַע deposuit, reposuit, niedersetzen. Radd. vicinae sunt a) prima rad. mutata כָּנַע Hi. depressit, cf. ad צ litt., et دنع submisit se alicui, et in malam partem, abiectus, vilis fuit. b) tertia mutata: צָנַח descendit, demisit se, et جنح inclinavit).

Hiph. sq. לֶכֶת *modeste ivit* Mich. VI, 8.

צָנַף fut. יִצְנֹף *obvolvit, circumvolvit* spec. tiaram Lev. XVI, 4, *convolvit* rem, Jes. XXII, 18: צָנוֹף יִצְנָפְךָ צְנֵפָה *convolvendo convolvet te convolutum* instar glomeris. (Fortasse eiusdem originis est صنف, صنفة ora vestis).

צְנֵפָה f. *res convoluta, glomus* Jes. XXII, 18.

צָנִיף m. *tiara, fascia* capiti *circumvoluta*, qualem gerunt mulieres Jes. III, 23, reges Jes. LXII, 3 Keri, summus pontifex Zach. III, 5, alii viri nobiles Iob. XXIX, 14.

צָנוֹף id. Jes. LXII, 3 Chethibh.

מִצְנֶפֶת f. *tiara* summi sacerdotis Ex. XXVIII, 4. 37. 39. XXIX, 6. XXXIX, 28. 31. Lev. VIII, 9 XVI, 4, regis Ez. XXI, 31. Josephus (Ant. 3, 7 §. 3) hac voce etiam de sacerdotum gregariorum tiara (מִגְבָּעָה q. v.) utitur, et ita Talmudistae. De forma eius v. Jos. l. c. et bell. jud. 5, 5 §. 7 cf. Braunium de vestitu sacerd. p. 624 sqq.

צִנְצֶנֶת v. צָנַן no. II.

צָנַק rad. inusit. (vic. rad. צוּק) *angustus, coarctatus est*. Cf. etiam חָנַק. Sam. ࠇࠍࠒ coarctavit, clausit. Arab. ضنك angustus fuit. Inde

צִינֹק m. Jer. XXIX, 26: *et dabis eum* אֶל־הַמַּהְפֶּכֶת וְאֶל־הַצִּינֹק. Vulgo *carcerem* interpretantur. LXX *κατάκλεισμα*. Vulg. *carcer*. Pesch. ܡܣܟܪܬܐ. Sed contextui accommodatius est vinculi genus captivum *coarctans*, ut מַהְפֶּכֶת. Ita Symm. *μοχλός* et intpp. Hebraei apud Kimchium: כלי מסגר לידים (ut ביאר לצואר מסגר מַהְפֶּכֶת). Eiusdem originis est زناق compedes quattuor pedum, pars capistri mentum coercens.

צָנַר rad. inusit., quam onomatopoëticam censeo et vicinam verbo כָּנַר (de necessitudine litterae צ cum palatinis v. s. צ), pr. *striduit*, nostr. *schnarren, schnurren* (ut illud *knarren*), spec. de sono stridulo aquae cum strepitu deorsum latae, ut in catarractis, aquaeductibus (*rauschen*). Inde צִנּוֹר. Eandem potestatem habuisse videntur כָּנַר et quadrilittera צַנְתֵּר, גִּנְסַר, unde יָם־כִּנֶּרֶת et יָם־גִּנֵּסַר (mare Galilaeum) fort. mare catarractae (a Jordane magno strepitu in hunc lacum illabente), et צַנְתֵּר *cantharus* i. e. canalis.

צִנּוֹר m. *catarracta*, a strependo dicta v. rad., Ps. XLII, 8, *aquae ductus* 2 Sam. V, 8. (Chald. id. praeterea: verticillum fusi, it. foramen cardinis liminis, in quo cardo versatur, utrumque a sono stridulo, ersteres vom *Schnurren*, letzteres vom *Knarren*. Inde etiam arab. صنار et صنارة caput fusi muliebris). LXX. Vulg. in Ps. *καταῤῥάκται, catarrhactae*. Symm. *κρουνοί*, et Aqu. ap. Sam. *κρουνισμός*.

* * *

צַנְתֵּר pl. צַנְתְּרוֹת f. *canales*, per quos oleum lecythi in singulas candelabri lucernas influit Zach. IV, 12. (Chald. צַנְתְּרִין tubi, canales Esth. I, 2. Idem vc. est κάνθαρος, *cantharus*, צ et כ permutatis, quod non solum cratera, sed etiam tubam, canalem significat Dig. 30, 41 §. 11. Grut. 182, 2). Quadrilitterum conflatum censent

ex צנר et נָהַר defluxit: male, quum illa radix de foliis pilisque decidentibus, non de aqua defluente dicatur: nec magis iuvamur coll. زُلْغ sulcus (Ew. gr. cr. 520). Contra certum videtur, צנחר affine esse trilittero צנר et eiusdem fere potestatis.

צָעַד *gressus est*, *incessit per gradus*, nostr. steigen, modo de *ascensu*, modo de descensu (v. Hi.) (Arab. صَعَدَ ascendit per gradus. II. IV. *ascendit* montem, it. *descendit* in vallem. Respondere videtur lat. *scando* inserto n, fort. sanscr. *skad*, *skand* saliit, subsiliit). Itaque

1) *ascendit*. Gen. XLIX, 22 de arbore (vite) fructifera: בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי שׁוּר *filiae* eius (i. e. propagines, palmites) *ascendunt super muro* i. e. in canteriis et adminiculis ad latus muri (steigen hinan am Geländer der Mauer) cf. Ps. CXXVIII, 3. De verbo sing. v. gr. §. 143, 3. Non male Vulg. filiae discurrerunt super murum. Saad. له عروق قد امتدّت على السور *ei radices* (propagines?), *quae extenduntur super muro*. [Ilgenii coniecturam, de qua dixi pag. 220 A, nunc quidem non probo, nam بنات صعدة non *ferae rapaces* sunt, sed *onagri*].

2) *gressus est* (schreiten) etiam in terra plana, sed a) cum gravitate quadam (einherschreiten), ut fit in pompa solenni 2 Sam. VI, 3, inde de Jova incedente Iud. V, 4. Ps. LXVIII, 8, cf. Jer. X, 5. b) de incessu composito et delicatulo Prov. VII, 8. („Illius usus exemplum ex Ibn Heǵas habe: *laudat te Selija* ... صعود اردت به صعودا. Huius ex Safeirio: *amoenitates veris concupiscas* لما رايتها ان تصعد ذملا *quando videris cum delicato gressu incedentem.*" Schroeder de vest. p. 123. Ita germ. *steigen* olim etiam *incedendi* vim habebat, unde *Steig* via, et etiamnum iocose de incessu composito dicitur, qualis describitur l. c.). Sq. acc. Hab. III, 12: בְּזַעַם תִּצְעַד אָרֶץ *ira plenus graderis per terram*. (Arab. IV. sq. acc. permeavit terram, regionem).

Hi. scandere i. e. *descendere fecit*, v. supra ad rad. ibique usum Arabum. Iob. XVIII, 14: תַּצְעִדֵהוּ לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת impers. *eum descendere facit ad regem terrorum* (es treibt ihn hinab zum Könige der Schrecken) i. e. ad mortem, quae in inferis sedem habere cogitatur. [Quam supra p. 732 A lin. 14 optavi huius loci interpretationem, ea vix ferri poterit, quum הצעיד *fugandi* vim habere nequeat. Descendendi vis, quam modo vindicavimus, ei unice apta est].

צַעַד m. *passus*. 2 Sam. VI, 13. Prov. V, 5. XXX, 29. Iob. XXXIV, 21. Dicunt *gressus* alicuius *coarctari* i. e. impediri Iob. XVIII, 7. Prov. IV, 12, et contra *dilatari* (הִרְחִיב) Ps. XVIII, 37, *stabiliri* (הֵכִין) Prov. XVI, 9. Jer. X, 23 i. e. adiuvari, ut res eius bene procedant; it. *numerare gressus* alic. i. e. eum diligenter observare, num forte labatur Iob. XIV, 16. XXXI, 4, *insidiari gressibus* alic. Thren. IV, 18. „Tritissima est figura gressuum ad vitae statum signandum. Hinc gressus ampli laxique pro fortunis amplissimis, et contra gressus arcti pro angustiis vitae miseriisque ineluctabilibus. Iuvat specimina nonnulla promsisse. Ex Ibn Doreid. [Comm. 164 Scheid.]: *qui non intra virium terminos se continet* تقاصر عنه فسحات الخطى *eius amplissimi gressus coarctabuntur.* Ex Hamâsa [p. 295 Freyt.]: لا عثرت منا الجدود العواثر *non offendunt gressus nostri nutantes.* Monet ibi Taurizius: اذا هلك الرجل يقال عثر جده وتعس جده *quum quis perit, dicitur gressus eius offendere et caespitare.* Item [p. 398 Freyt.]: على بدر تقاصر الجدود *propter Bedrense proelium coarctati sunt gressus eius* hoc est تواضعت الحظوظ fortunae depressae et afflictae sunt, ut Tauriz. proverbialem formulam esse iudicans. Iterum [p. 432 Freyt.]: *o Itbane! eram vir forti latere firmus donec te perdidi* وتضعضع الجدود *tum depressi sunt gressus*, ubi idem Schol. يعني ان الجدود تنحط بعد الارتفاع *innuit fortunas pessumivisse quum antea in culmine starent.* In Moall. [Har. 23] تنمينا جدود وعزة قعساء *attollimus gressus et gloriam gibbo praeditam.* Schol. sumus in gloria stabili et firmitate inaccessa." Schult. ad Iob. p. 441, quanquam non possum non observare, جدود plerisque ll. cc. a Scholiastis non *passus* sed *fortunas* explicari.

צְעָדָה f. 1) *incessus* Dei 2 Sam. V, 24. 1 Par. XIV, 15.

2) pl. catenulae gressibus formandis, quas mulieres orientales utriusque cruris periscelidi (עֶכֶס) annexas gestabant, ut minutis passibus eleganter incedere (טָפַף cf. supra ad Prov. VII, 8) cogerentur Jes. III, 20. Respondet arab. مِصْعَاد quod dicitur a) de catena crurali captivorum, b) de catenula, qua feminae saltantes pedes connectunt, ut passus aequales fiant, السلسلة التي سلسلت بها المراة رجليه في الرقصان لتتسوى الجدود ut Schol. Safeirii ap. Schroed. de vest. p. 125 ubi vide. Alium eumque satis singularem harum catenularum usum pandunt Talmudistae Schabb. fol. 63, 2: שלא יהיו פסיעותיהן גסות ולא יהיו בתולותיהם נושרות *ne passus earum nimis magni essent neve deciderent virginitates.* E vett. LXX. *ψέλλια* armillae. Vulg. periscelides, Targ. שירי רגליא. Vide Schroederum l. c. p. 116—130.

אֶצְעָדָה pr. i. q. praec. no. 2 catenula cruralis, dein neglecta origine *armilla* Num. XXXI, 50. 2 Sam. I, 10, nisi forte est per transpositionem pro אעצדה a rad. عضد, unde عَضُد brachium (Schroeder de vest. p. 119).

מִצְעָד m. *gressus* Ps. XXXVII, 23. Prov. XX, 24. *In gressibus* alic. i. e. in vestigiis eius i. q. בְּרַגְלֵי Dan. XI, 43.

צָעָה 1) *inclinavit* vas effundendum. Jer. XLVIII, 12 de Moabo, qui comparatur vino nondum transfuso: *iam mittam illi* צֹעִים וְצֵעֻהוּ *inclinantes qui inclinent illum evacuentque vasa eius.* Simile est הִשְׁכִּיב deposuit vas i. e. evacuavit Iob. XXXVIII, 37. LXX *κλίνοντες, κλινοῦσιν.* Raschi: הריק. (Arab. صغا inclinatus fuit. IV. inclinavit vas effundendum, it. aurem ad auscultandum vit. Salad. p. 109. vit. Tim. 122. 402. 415 Gol., it. reclinavit caput camela. Schult. Origg. I pag. 108. Schroeder obss. p. 40. Finitimae radd. sunt a) prima radicali mutata aeth. ከዐወ: effudit, כ et צ inter se permutatis, v. ad צ; b) altera mutata צָלָא, صلا, v. de necessitudine inter ל et ע p. 977 et append. ad ע).

2) *inclinatus, incurvatus est* a) de homine vinculis constricto (krummgeschlossen). Part. צֹעֶה Jes. LI, 14. Aben Esra: קָשׁוּר *vinctus.* b) *inclinavit se* ad concubitum, *κατακλίνεσθαι* (cf. ad כָּרַע p. 715). Jer. II, 20: *sub omni arbore viridi* אַתְּ צֹעָה זֹנָה Vulg. *prosternebaris meretrix.* Respicitur autem h. l. alia quoque verbi notio, qua *inclinandi se* vis refertur ad honorem cultumque alicui exhibendum, max. numini, ut صغا sq. الى est inclinavit se, prostravit se patrono, et כָּרַע litt. a prostravit se coram al. Comparatur Israël coram idolis *se inclinans* meretrici ad corpus divulgandum *se inclinanti.*

3) *reclinavit* caput supinum i. e. superbivit, de triumphatore Jes. LXIII, 1. Hunc ipsum usum, quem flagitat contextus, in Arabismo monstravit Schroederus Obss. p. 47: „Saad ibn Nascheb in Hamasa [p. 325 Freyt.]: اقيم صغا ذى الميل حتى اردّه واخطمه حتى يعود الى المغدر *corrigo eum qui caput superbe reflectit, ut ipsum reducam et freno coërceo, ut redeat ad terminum praescriptum.* Ibn Doreid [Comm. 67 Scheid.]: *hi sunt qui subigunt quemcunque superbia elatum* وقوموا من صعر ومن صغا *et corrigunt eum qui collum intorquet et caput reflectit.* Notabilis praesertim locus est in Divan Hudeil. *quando vidi bellum insurgere* على صغو من الراس اصعرا *cum superba reflexione capitis collum intorquens.* Ubi bellum ponitur pro bellatoribus." Idem gestus exprimitur voce اصيد v. supra s. v. צַוָּאר p. 1162. Alibi اصغى dicitur quoque de eo, qui caput reflectit, ut retrospiciat, de prona capitis inclinatione, de inclinatione ad auscultandum (Schroeder l. c.), sed ad hunc locum ista non pertinent et eiusdem generis sunt quae laudat Hitzigius ad h. l. — Probabiliter de hac rad. disputavit Mich. in suppl. h. v., merito refellens Kimchii coniecturam (quae etiam Abulwalidis est), qui *errandi, oberrandi, vagandi* vim ei tribuit (i. q. טָעָה) perpaucis locis (Jer. II, 20) applicandam: perdocte et subtiliter Schroederus in obss. p. 37 — 49, quem a Michaële neglectum esse mireris.

Pi. i. q. Kal no. 1 ibid.

צָעַן i. q. arab. ظعن *migravit*, max. de nomade. Jes. XXXIII, 20: אֹהֶל בַּל יִצְעָן *tentorium* quod *non migrat* non movetur, in eodem loco permanet. Sic sibi opponuntur ظعن et اقامة subsistere in loco Cor. 16, 82. Abulph. p. 415. (Origo est in onerandis iumentis, quod fit, ubi nomades proficiscuntur cf. טָעַן no. II, et aeth. ጸዐነ: et ጸዕነ: imposuit equo, curru, ተጽዕነ: conscendit equum. Vicinum videtur צָאַן, unde צֹאן, ubi vide).

צַעֲנַנִּים (profectiones) n. pr. oppidi Kenitarum in agro Naphtalitarum Jos. XIX, 33. Iud. IV, 11.

* * *

צֹעַן n. pr. urbis antiquissimae (Num. XIII, 22) Aegypti inferioris (Ps. LXXVIII, 12. 43), quae Jesaiae et Ezechielis aetate imperii sedes fuisse videtur Jes. XIX, 11. 13. XXX, 4. Ez. XXX, 14. LXX ubique *Τάνις*, Saad. صان *Tanis* et recte quidem. Aegyptiacum enim urbis nomen erat ϪⲀⲚⲎ, ϪⲀⲚⲒ, ϪⲀⲀⲚⲈ *) i. e. regio humilis, depressa (v. Champollion l'Égypte sous les Pharaons II, 108. Peyron p. 389), unde partim ortum est צֹעַן, arab. صان (in prophetis Arabs Polygl. Graeca exprimens habet enim صعان), partim sibilo omisso (ut צוֹר *Τύρος*, תַּרְשִׁישׁ *Ταρτησσός*) *Τάνις.* Sita erat ab oriente brachii Tanitici haud procul ab ostio eius (Herod. 2, 166. Strab. 17, 802. Plin. 5, 11), ubi hodieque supersunt rudera صان dicta. (Mémoires sur l'Égypte I, 201 sqq. 220 sqq. Denon Voyages pl. 17. Louis Cordier description des ruines de San, in Description de l'Égypte c. 23, Vol. V pl. 28). Olim duarum dynastiarum regiarum sedes fuerat, vicesimae primae et tertiae apud Manethonem, quarum posterior dodecarchiam antecessit. Vide Quatremère Mémoires sur l'Égypte I, 284 — 341. Champollion l. c. II, 101 — 109, ubi duae falsae opiniones exploduntur, una Larcherii (T. 8 pag. 534), qui צֹעַן Saidem esse putabat, altera Golii et aliorum, qui *Tanin* cum *Tennesi* (تنيس) in lacu Menzaleh confuderant.

צָעַף rad. inusit. eiusdem, ut mihi videtur, significationis atque צָעַף *texit, velavit* (cf. צָעוּף i. q. ضعيف debilis). Inde

צָעִיף m. *velum muliebre* Gen. XXIV, 65. XXXVIII, 14. 19. LXX *θέριστρον.* Aliud etymon suaserat Michaëlis

---

*) Quae Winerus (Realw. II, 852) scribere non debebat *Δάνη*, *Δάνις*. Ϫ *Gangia* enim est ج, g ital. et franc., et modo cum palatinis congruit, ut גָּמָל ϪⲀⲘⲞⲨⲖ, גַּרְבָא ϪⲈⲢϪⲈ scabies, modo cum sibilantibus זַיִת ϪⲞⲈⲒⲦ, Sebennytus ϪⲈⲘⲚⲞⲨϮ.

suppl. 2122 (non Schroederus de vest. p. 369) a ضعف I. III. duplicavit, de quo צ׳ esset *velum duplicatum*, cuius altera pars antica sub oculis alligata per pectus ad pedes propendebat, altera postica ab oculis retrorsum iacta caput et tergum tegebat. Sed illud simplicius est.

צָעַק i. q. זָעַק (sed in omnis aetatis scriptoribus) *clamavit* Jes. XLII, 2, max. prae dolore et tristitia Gen. XXVII, 34. 2 Reg. IV, 40. Jes. XXXIII, 7. LXV, 14. Jer. XXII, 20, conquerendi et opem implorandi causa Deut. XXII, 24. 27. Ps. XXXIV, 18. Iob. XXXV, 12. Sq. אֶל pers. imploravit aliquem, ut Deum Ex. VIII, 8. XIV, 15. XV, 25. XVII, 4. XXII, 22. 26. Thren. II, 18, idola Jes. XLVI, 7, regem, prophetam Gen. XLI, 55. 1 Reg. XX, 39. 2 Reg. IV, 1. VI, 26. VIII, 3. 5, sq. לְ 2 Par. XIII, 14. Sq. acc. rei, de qua quis conqueritur Iob. XIX, 7: הֵן אֶצְעַק חָמָס *en clamo iniuriam.* Tribuitur cordi (ut sedi doloris) Threu. II, 18, sanguini inulto Gen. IV, 10. (Arab. صَعَقَ exclamavit prae terrore, صَعْق vehemens sonus, clamor, صَعِق clamans de homine et de asino. Usitatiora sunt زعق, זָעַק, اخطى v. rad. זָעַק).

Pi. clamitavit 2 Reg. II, 12.

Hiph. convocavit i. q. הִזְעִיק 1 Sam. X, 17.

Niph. pass. Hiph. *convocatus est*, *congregavit se* Iud. VII, 23. 24. X, 17. XII, 1. 1 Sam. XIII, 4. 2 Reg. III, 21.

צְעָקָה f. *clamor*, isque dolore extortus Gen. XXVII, 34, quo auxilium implorant Jes. V, 7. Zeph. I, 10. Sq. genit. a) clamantium, v. c. צַעֲקַת עֲנָוִים Ps. IX, 13. Iob. XXXIV, 28, צַעֲקָתוֹ 1 Sam. IX, 16. b) obiective, eorum de quibus clamor tollitur Gen. XVIII, 21. XIX, 13. c) צַעֲקַת־שֶׁבֶר Jer. XLVIII, 5 i. q. זַעֲקַת שֶׁבֶר Jes. XV, 5, v. pag. 426.

צָעַר 1) *parvus fuit* i. q. זָעַר q. v. (Arab. صَغُرَ et صَغِرَ parvus fuit, tum mole, tum quantitate et pretio. II. diminuit, صَغِير parvus). Inde 2) *vilis*, *contemtus fuit* Iob. XIV, 21 (opp. כָּבֵד). Jer. XXX, 19. Zach. XIII, 7. (Arab. صَغُرَ id. Syr. ܙܥܪ conviciatus est, ܙܘܥܪܐ convicium, contumelia. Chald. Pa. id. Targ. Prov. Eadem translatio est in synn. v. c. ܒܨܝܪ parvus, dein vilis, plebeius, ܒܨܪ diminuit, contemsit).

צָעִיר m. 1) adj. *parvus* Jerem. XLVIII, 4 Keri a) numero 1 Sam. IX, 21. Mich. V, 1. Jes. LX, 22. Iud. VI, 15: אָנֹכִי הַצָּעִיר בְּבֵית אָבִי *ego sum minimus in domo patris mei* i. e. mea familia numero minima est. b) aetate, *minor natu* Gen. XXV, 23. Ps. LXVIII, 28, c. art. הַצָּעִיר *minimus* natu Gen. XLIII, 33. XLVIII, 14., addito לְיָמִים Iob. XXX, 1. XXXII, 6. Cum suff. צְעִירוֹ filius eius natu minimus Jos. VI, 26. 1 Reg. XVI, 34. Fem. הַצְּעִירָה (opp. הַבְּכִירָה) Gen. XIX, 31. 34. 35. 38. XXIX, 26. c) existimatione et pretio, *ignobilis* Jer. XIV, 3 (opp. אַדִּיר), *vilis*, *contemtus* Ps. CXIX, 141. צְעִירֵי הַצֹּאן vilissimae oves gregis Jer. XLIX, 20.

2) n. pr. loci 2 Reg. VIII, 21. Sed loco parall. 2 Par. XXI, 9 pro צָעִירָה *Zaïram* est עִם שָׂרָיו.

צְעִירָה f. *actas natu minoris* (opp. בְּכוֹרָה primogenitura) Gen. XLIII, 33.

צָעוֹר vel **צָעוּר** i. q. צָעִיר Jer. XIV, 3. XLVIII, 4 Chethibh.

צֹעַר, plene צוֹעַר Gen. XIX, 22. 30 cum He locali צֹעֲרָה ib. 23 (parvitas) n. pr. oppidi in terminis australibus vallis Siddim Gen. XIII, 10. XIV, 2. 8, antiquitus regii ibid., quod unum servatum est, quum vallis illa cum quattuor reliquis urbibus in mare mortuum submergeretur Gen. XIX, 20 sqq., ad sinum maris australem situm Deut. XXXIV, 3 et Moabitis quidem subiectum Jes. XV, 5. Jer. XLVIII, 34. De causa nominis mythica v. Gen. XIX, 20 sqq., prius בֶּלַע appellatum est. LXX scribunt Σηγώρ, Σεγώρ, Ζόγορα, Jos. Ant. 1, 13 §. 4 Ζοώρ, sed Ζώαρα 14, 1 §. 4, Ζόαρα τῆς Ἀραβίας b. j. 4, 8 §. 4, Ζόαρα Steph. Byz., Ζώαρα Ptol. 5, 17, quo nomine etiam in Ecclesiasticis haud raro memoratur (Reland. Pal. p. 1065. le Quien Oriens christ. III, 743): erat enim episcopi sedes cum castello. Arabes زغر *Segor* scribebant (Abulf. Syria p. 12), ap. Guil. Tyrium *Palmer* appellatur (XXII, 30).

צוּעָר n. pr. viri Num. I, 8. II, 5.

צִיעֹר (parvitas) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 54.

מִצְעָר m. 1) pr. parvitas, inde a) *parvum*, *exiguum* Gen. XIX, 20. Iob. VIII, 7. b) de parvo numero. מִצְעַר אֲנָשִׁים homines pauci 2 Par. XXIV, 24. c) de brevi tempore. לְמִצְעָר ad breve tempus Jes. LXIII, 18.

2) הַר מִצְעָר, ut videtur, n. pr. montis in orientali iugo Libani. Ps. XLII, 7.

מִצְעִירָה f. *subparva*, *parvula* v. מִן p. 805 A.

צָפַד *adhaesit.* Thren. IV, 8: צָפַד עוֹרָם עַל עַצְמָם *adhaeret cutis eorum ossibus*, ut recte vett. intpp. (Arab. ضفد constrinxit, ligavit, ضَفْد vinculum, compes Cor. 14, 50. 38, 37. Vicinum est צָמַד).

I. **צָפָה** *speculatus est, prospectavit.* (Origo esse videtur in prona inclinatione, quae prospectantium est i. q. הִשְׁקִיף, vic. fort. כָּפָא. In Indogermanicis congruunt *σκέπω, σκέπτομαι, σκοπέω*, lat. *specio, specto, specula, speculor*, germ. *spähen*). Part. צֹפֶה *speculator*, qui in loco edito constitutus hostem observat 1 Sam. XIV, 16. 2 Sam. XIII, 34. XVIII, 24—27. 2 Reg. IX, 17—20. Metaph. de prophetis, quorum est de rebus futuris divinitus sibi revelatis populum praemonere (cf. ad imaginem Hab. II, 1 et syn. שֹׁמְרִים Jes. LXII, 6) Jer. VI, 17. Ez. III, 17. XXXIII, 7. Jes. LII, 8, ampliore significatu de omnibus quorum est populum curare et custodire Jes. LVI, 10. — De rebus inanimatis Cant. VII, 5: *turris Libani* צוֹפֶה פְּנֵי דַמָּשֶׂק *quae Damascum spectat.*

Inde spec. a) *exspectavit* aliquid (pr. ausschauen nach etwas). Hos. IX, 8: צֹפֶה אֶפְרַיִם עִם אֱלֹהָי *exspectat Ephraim* i. e. circumspicit alia sive oracula sive auxilia *cum Deo meo*, quum Jovam habeat, a quo solo auxilium exspectandum est, cf. Thren. IV, 17. Ps. V, 4. Maurerus explicat: speculatur apud deum i. e. eum consulit eiusque responsum exspectat, sed nescio an in hanc sententiam dicendum fuerit מֵעִם אֱלֹהָי. — b) *accurate observavit*, sq. acc. Prov. XV, 3: *Dei oculi* צֹפוֹת רָעִים וְטוֹבִים. XXXI, 27. Sq. בְּ Ps. LXVI, 7, et בֵּין Gen. XXXI, 49: יִצֶף יְיָ בֵּינִי וּבֵינֶךָ *observet Jova* quae *inter nos invicem* fient. c) in malam partem: *insidiatus est*, sq. לְ Ps. XXXVII, 32. d) sq. אֶל: *elegit* s. destinavit alicui rei (ausersehen cf. רָאָה Gen. XXII, 8, רָאוּי Esth. II, 9). Iob. XV, 22: צָפוּי הוּא אֱלֵי חָרֶב *destinatus est gladio.* צָפוּ pro צָפוּי, ut multi codd. Symm. *προεσκοπεύθη εἰς μάχαιραν.* (LXX *ἐντέταλται εἰς χεῖρας σιδήρου*, ex scriptura צוּו).

Pi. i. q. Kal, *speculatus est, spectavit* 1 Sam. IV, 13. Jer. XLVIII, 19. Hab. II, 1, sq. acc. Nah. II, 2: צַפֵּה דֶרֶךְ *speculare viam* (erspähe den Weg). Part. מְצַפֶּה *speculator* Jes. XXI, 6, metaph. de prophetis. Mich. VII, 4: יוֹם מְצַפֶּיךָ i. e. dies a prophetis tuis praedictus. Spec. *spectavit* aliquid (i. q. Kal litt. a), nach jem. erwartend hinschauen. Sq. אֶל Thren. IV, 17, sq. בְּ (pr. intueor *in* eum) Mich. VII, 7: אֲנִי בַּיהוָֹה אֲצַפֶּה, et absol. Ps. V, 4: *ad te me converto* וַאֲצַפֶּה *et exspecto* sc. auxilium. Cf. in Kal Hos. IX, 8.

צְפוֹ (specula) n. pr. filii Eliphasi Gen. XXXVI, 11. 15, qui צְפִי appellatur 1 Par. I, 36.

צָפִית f. in uno loco Jes. XXI, 5: *struunt mensam*, צָפֹה הַצָּפִית, *edunt, bibunt.* Ex vulgari et certo linguae usu explicandum est: *speculantur speculationem* i. e. excubias agunt in muris (man wacht die Wache, man hütet die Hut) q. d. שָׁמוֹר הַמִּשְׁמֶרֶת. (Targ. אֲקִימוּ סַכְוָאִין ponunt speculatores. Pesch. ܢܣܟܘܢ ܕܘܟܐ. Vulg. contemplare in specula). Neque huic explicationi opponi potest, eam a contextu alienam esse. Non inepte enim post apparatum coenae (ערך השלחן) memorantur custodiae in muris dispositae, sub quorum praesidio tandem secure editur et bibitur. Alii in his verbis sententiam inesse voluerunt, quae ad coenae apparatum pertineret. Et sic a) Abulw. explicat: صفّف الصفوف *ordinant ordines* sive ferculorum sive eorum, qui ad mensas sedeant, qs. צפה sit i. q. صفّ. b) *defaecant defaecationem* i. e. colant vinum (Paulus), a صفى clarus fuit potus II. depuravit. c) *expandunt tapetes* (Hitzig), צָפָה = צָפַח, quod reliquis praeferendum videtur, quum paene congruat cum צָפָה no. II. Contra ferri non potest d) *abundat abundantia* coll. ضفا abundavit (Simonis-Eichhorn), quum הַצָּפִית non possit non accusativus esse ex verbo pendens.

צְפַת (specula) n. pr. oppidi Cananaei, postea חָרְמָה appellati Iud. I, 17. Aliud est صفت, صفد ap. Abulf. Syriae p. 82, v. ad Burckh. itin. p. 1055.

צְפָתָה (id.) n. pr. vallis ad Marescham in tribu Judae 2 Par. XIV, 9.

צִפְיוֹן (speculatio) n. pr. viri Gen. XLVI, 16, pro צְפוֹן Num. XXVI, 15.

צְפִיָּה f. *specula* Thren. IV, 17.

מִצְפֶּה m. 1) *specula* Jes. XXI, 8, *locus editus* unde late circumspici potest, sive specula instructus est sive minus. 2 Par. XX, 24: עַל הַמִּצְפֶּה לַמִּדְבָּר Vulg. *in specula quae respicit solitudinem.* Fortasse tamen hic locus idem est atque no. 2, a.

2) n. pr. complurium oppidorum in locis editis sitorum: a) in campestribus Judae, c. art. Jos. XV, 39. b) in tribu Benjamin, c. art. Jos. XVIII, 26 i. q. מִצְפָּה no. 2. c) מִצְפֵּה מוֹאָב in Moabitide, ubi rex Moabitarum sedem habebat 1 Sam. XXII, 3. Num haec eadem est atque *Kir-Moab*, quae in editissimo Moabitidis loco sita erat? d) מִצְפֵּה גִּלְעָד Iud. XI, 29, quod idem videtur atque רָמַת הַמִּצְפֶּה Jos. XIII, 26, v. רָמָה. e) בִּקְעַת מִצְפֶּה vallis (eaque edita) in montanis Libani Jos. XI, 8.

מִצְפָּה (specula, locus editus) ubique cum art. (v. Lgb. §. 167, 1, a), c. He parag. הַמִּצְפָּתָה 1 Sam. VII, 5. 6. 7. Jer. XL, 6. 8 n. pr. (LXX *Μασσηφα*) 1) oppidi montani Gileaditidis Iud. X, 17. XI, 11. 34. Hos. V, 1 (ubi memoratur aucupium in vicinia eius). De originibus huius loci vide Gen. XXXI, 49, ubi scriptor, qua est in rebus etymologicis licentia, nomen מִצְפָּה revocat ad מַצֵּבָה Comm. 45. Ab initio enim Comm. 49 pro וְהַמִּצְפָּה legendum videtur וְהַמַּצֵּבָה מִצְפָּה *et cippum* illum *appellavit Mizpa*, ut dudum praeivit Saad. وسمّى الحجر المنظّر *et appellatus est cippus specula.* — Plures hunc locum eundem existimant atque מִצְפֵּה גִּלְעָד Iud. XI, 29 (Studer), sed vide מִצְפֶּה 2, d: alii eum confundunt cum רָמוֹת גִּלְעָד (Tuch ad Gen. l. c.). — 2) oppidi Benjaminitarum, ad quod aetate Judicum et Sauli populus convenire solebat

Iud. XX, 1. 3. XXI, 1. 5. 1 Sam. VII, 5—16. X, 17. Postea haec urbs ab Asa rege munita 1 Reg. XV, 22. 2 Par. XVI, 6, dein Chaldaeorum praefecti sedes facta est Jer. XL, 6—15. XLI, 1—16. Post exilium memoratur Neh. III, 7. 15. 19. Semel הַמִּצְפֶּה scribitur Jos. XVIII, 26. Eorum opinionem, qui הַמִּצְפָּה in his locis passim appellative de *loco edito* ad Siluntem accipiebant, recte refellit de Wette, Beytr. z. Einleit. 1, 231 sqq.

II. **צָפָה** rad. in Kal inusit., quae *lati, expansi* vim habuisse videtur, ut vic. צָפַח, cf. קָשַׁח et קָשָׁה; פָּתַח et פָּתָה et de huius permutationis ratione gr. §. 74, 4 not. Inde Pi. obduxit. Simonis hanc notionem cum speculandi vi (no. I) ita conciliat, ut proficiscatur a صفى nitidus fuit, pr. clarus, purus fuit potus, aër, homo, صافٍ nitidus, politus, de ense, unde natum sit a) speculatus est, pr. oculis collustravit, b) Pi. nitidam fecit rem i. e. metallo nitido induxit. Sed צִפָּה non tantum est: metallo obduxit, sed etiam ligno et lapidibus.

Pi. צִפָּה *obduxit* metallo, neque non ligno 1 Reg. VI, 15, lapidibus 2 Par. III, 6 (mit Steinplatten belegen), plerumque c. dupl. acc. Exod. XXV, 11. 13: וְצִפִּיתָ אֹתָם זָהָב *et obducas eos auro.* 28. XXVI, 29. XXVII, 2. 6. XXXVI, 34 sqq. XXXVII, 2 sqq. XXXVIII, 2 sqq. 1 Reg. VI, 22 sqq. X, 18. 2 Reg. XVIII, 16. 2 Par. III, 4. 10. IV, 9, raro cum בְּ materiae 1 Reg. VI, 15: וַיְצַף אֶת־קַרְקַע הַבַּיִת בְּצַלְעוֹת בְּרוֹשִׁים, et c. solo acc. materiae, ibid.: צִפָּה עֵץ er zog Holz darüber.

Pu. part. pl. מְצֻפִּים זָהָב Ex. XXVI, 32, sed Prov. XXVI, 23: כֶּסֶף סִיגִים מְצֻפֶּה עַל חָרֶשׂ *argentum scoriarum testae obductum.*

צִפּוּי f. *obductio* s. *inductio*, concr. *metallum* alicui rei *inductum* Ex. XXXVIII, 17. 19. Num. XVII, 3. 4. Jes. XXX, 22.

צְפִית v. sub rad. no. I.

צָפָה *inundatio*, v. צוּף.

צֶפֶת f. *capitulum columnae* 2 Par. III, 15 i. q. כֹּתֶרֶת 1 Reg. VII, 16. Radix videtur צָפָה, cf. קֶרֶת a קָרָה, כֶּסֶת a כָּסָה, erat enim illud capitulum aere inductum 1 Reg. VII, 16. Respondere videtur syr. ܨܶܦܬܳܐ quod Sir. XXI, 24 ponitur pro κόσμος χρυσοῦ et ab Arabe redditur الزينة ornatus, coll. ܨܰܒܶܬ ornavit (palatium) BH. 180 l. 4 inf., chald. צבת ordinavit, in quibus ת secundarium esse potest. Aliis ת in his omnibus radicale est.

צָפַח rad. inusit. cogn. טָפַח. Arab. صفح I. II. latum fecit, diduxit, expandit, velut ferrum in laminam, laminis metalli obduxit (cf. צָפָה no. II), صَفِيحَة lamina, aeth. ፀፍሕ: latitudo, πλάτος, ፅፍሐ: expandit se, trans. expandit, extendit, dilatavit, ፅፍሕ: latitudo, መፅፍሕ: malleus, quo metalla diducuntur.

צוֹפַח (ampulla) n. pr. viri 1 Par. VII, 35. 36.

צַפַּחַת f. *ampulla*, *urceus* (fort. ex lamina ferrea factus) aquae 1 Sam. XXVI, 12 sqq. 1 Reg. XIX, 6, olei 1 Reg. XVII, 12 sqq. Chald. טְפִיחַ id. Syr. ܨܦܚܬܐ patina, scutella, arab. litteris transp. صحفة, صحيفة id. Har. I, p. 24 Schult.

צַפִּיחִית f. *placenta*, a latitudine dicta, cf. πλάξ, πλακοῦς. Ex. XVI, 31.

צָפַן fut. יִצְפֹּן (vic. טָמַן q. v.) 1) a) *abscondit, occultavit* aliquem, max. ad eum tuendum a periculis imminentibus Exod. II, 2. Jos. II, 4. Ps. XXVII, 5. XXXI, 21. Inde צְפוּנֵי יְיָ quos Jova tuetur Ps. LXXXIII, 4. Neutr. צָפוּן absconditum i. e. arcanum, *adytum* Ez. VII, 22. b) intrans. *occultavit se* ad insidiandum, *insidiatus est.* (Cf. aram. כְּמַן, ܟܡܰܢ latuit et insidiatus est). Sq. לְ Prov. I, 11: נִצְפְּנָה לְנָקִי. Comm. 18. Ps. X, 8, omisso dat. Ps. LVI, 7 Keri. Fortasse in his ellipsis est vocis רֶשֶׁת, פַּח cf. טָמַן litt. a.

2) *recondidit*, *asservavit.* Hos. XIII, 12: צְפוּנָה חַטָּאתוֹ. Prov. X, 14. Sq. לְ *reposuit*, *reservavit* alicui Cant. VII, 14: *fructus praestantissimos* דּוֹדִי צָפַנְתִּי לָךְ *reservavi tibi*, *amice.* Ps. XXXI, 20. Prov. II, 7. XIII, 22. Iob. XXI, 19: אֱלוֹהַּ יִצְפֹּן לְבָנָיו אוֹנוֹ *deus reservat poenam filiis eius.* — צָפַן בְּלֵב recondidit aliquid in animo suo Ps. CXIX, 11. Iob. X, 13 cf. XXIII, 12, ubi vide sitne legendum cum LXX בְּחֵקִי צָפַנְתִּי אִמְרֵי פִיו *in sinu meo recondidi verba oris eius;* dicunt eodem sensu צָפַן אִתּוֹ secum recondidit aliquid Prov. II, 1. VII, 1. — Part. pass. צְפוּנִים opes reconditae Ps. XVII, 14 Keri. Iob. XX, 26: כָּל־חֹשֶׁךְ טָמוּן לִצְפוּנָיו *omnes tenebrae reconditae sunt opibus eius reconditis* i. e. omne calamitatum genus manet opes eius diu reconditas. Lusus est in formis cognatis טָמוּן et צְפוּנִים.

3) *cohibuit*, *retinuit.* Prov. XXVII, 16: צֹפְנֶיהָ צָפַן רוּחַ Vulg. qui retinet eam, quasi qui ventum teneat. Inde c. acc. pers. et מִן rei: retinuit aliquem ab aliqua re impetranda i. e. *denegavit* ei rem (cf. מָנַע). Iob. XVII, 4: לִבָּם צָפַנְתָּ מִשָּׂכֶל q. d. recondidisti cor eorum, ne intellectus ad illud penetrare possit (du hast ihr Herz vor Weisheit bewahrt).

Niph. 1) pass. Kal no. 1 *absconditus est* alicui i. e. latuit eum, sq. מִן pers. Iob. XXIV, 1, מִנֶּגֶד עֵינָיִם Jer. XVI, 17. — 2) pass. Kal no. 2 *repositus* (destinatus) est alicui. Iob. XV, 20: *per omnem annorum seriem* נִצְפְּנוּ לֶעָרִיץ *qui repositi* (destinati) *sunt* homini *violento.*

Hiph. i. q. Kal no. 1. Exod. II, 3. Iob. XIV, 13, *insidiatus est* Ps. LVI, 7 Chethibh.

צָפוֹן comm. (f. Jes. XLIII, 6. Cant. IV, 16) 1) *septentrio, plaga septentrionalis* pr. abscondita, obscura, quandoquidem septentrionalem plagam obscuram et caliginosam cogitabant veteres (أرض الظلمة terram tenebrarum, de Asia septentrionali dicit Ibn Batuta p. 14. Koseg. cf. Paulum Venet. 3, 49), australem contra claram et sole collustratam, v. דָּרוֹם. Non enim audiendi sunt, qui צָפוֹן a speculando, prospectando ducunt (rad. צָפָה), quia septentrionalis terrae pars altior habita sit (C. B. Michaëlis, in Velthusen comment. V. T. p. 419). (Chald. צִפּוּנָא). Ex. XXVI, 20. 35. XXVII, 11. Num. XXXIV, 7. Eccl. I, 6 et saepe. אֶרֶץ צָפוֹן in sermone prophetico, de Assyria Jer. III, 18 (cf. 12). Zeph. II, 13, Babylonia Jer. VI, 22. X, 22. XVI, 15. XXXI, 8. XLVI, 10 (ubi additur: ad Euphratem) L, 3. Zach. II, 10 (cf. 11) VI, 6. 8 (cf. עַם צָפוֹן Jerem. XLVI, 24), sed in libro Danielis *rex septentrionis* est rex Syriae (opp. regi Austri i. e. Aegypti) XI, 6—15. 40. Poët. etiam pro *vento boreali* (רוּחַ צָפוֹן) Cant. IV, 16, et pro *coelo septentrionali*, quod non multum differt a coelo universo, siquidem hemisphaerium australe maximam partem absconditum est Iob. XXVI, 7. מִצָּפוֹן לְ *a septentrione* al. loci Jos. VIII, 11. 13, et omisso לְ XI, 2. Cum ה ָ parag. צָפוֹנָה *septentrionem versus* Gen. XIII, 14, etiam regio *septentrionem versus* sita, ut מַמְלְכוֹת צָפוֹנָה regna septentrionis Jer. I, 15, et cum praepp. אֶל־הַצָּפוֹנָה Ezech. VIII, 14, לַצָּפוֹנָה 1 Par. XXVI, 17 septentrionem versus; מִצָּפוֹנָה a plaga septentrionali Jos. XV, 10, מִצְּפוֹנָה לְ a septentrione al. loci Iud. XXI, 19, מִפְּנֵי צָפוֹנָה a septentrione Jer. I, 13. Cf. נֶגֶב, נֶגְבָּה.

צְפוֹן v. צָפוֹן rad. צָפָה. Vide praeterea בַּעַל צְפוֹן p. 225 B.

צְפוֹנִי m. 1) adj. הַצְּפוֹנִי Joël II, 20, quo locustarum agmen dici, contextus docet. *Septentrionale* interpretantur veteres et recentiores paene omnes, et vel ipsas locustas intelligunt ex deserto Syriaco in Palaestinam illatas (etsi teste Hieronymo magis auster quam aquilo eas adducere soleat), vel populos hostiles, Assyrios vel Chaldaeos, qui locustis significentur. Non male autem nuper Maurerus (II, 741) *tenebricosum* interpretari maluit, a prima potestate vocis צָפוֹן, quia „solem obumbrant" locustae (Plin. 11, 29) cf. Joël II, 2. 10.

צְפִין Ps. XVII, 14 Chethibh pro צָפוּן thesaurus, v. rad. no. 2.

מַצְפֻּנִים m. *loca abscondita* Obad. 6.

צְפַנְיָה (quem *Jehova abscondidit*, h. e. tuitus est) n. pr. LXX. *Σοφονίας*, Vulg. *Sophonias* (ex צְפַנְיָהוּ) 1) prophetae, qui in *δωδεκαπροφήτῳ* nonum locum occupat. Zeph. I, 1. 2) sacerdotis Jer. XXI, 1. XXIX, 25. 29. LII, 24, qui צְפַנְיָהוּ vocatur XXXVII, 3. 3) Zach. VI, 10. 14. 4) 1 Par. VI, 21.

* * *

צָפְנַת פַּעְנֵחַ (lege: Zophnath-P.) n. pr. aegyptiacum Josepho in muneris publici auspiciis a Pharaone impositum Gen. XLI, 45. Genuinam vocis Aegyptiacae formam, quam scriptor Hebraeus ad suae linguae indolem inclinaverat, accuratius refert Alexandrinus interpres Aegyptiacae linguae (quae aetate eius in Aegypto adhuc in ore populi vigebat) haud dubie gnarus: *Ψονθομφανήχ* (al. codd. sed pauci *ψομθομφανήχ*, nullus *ψοθομφανήχ* licet apud Josephum Ant. 2, 6 §. 1 legant *ψοθομφάνηχος*, v. Bernardum), quod in Schol. cod. Oxon. explicatur: *σωτὴρ κόσμου*, Hieron. *salvator mundi*. Atque hoc quidem Aegyptiace doctissimi (v. Lud. Picques in la Crozii vita p. 289—303. Bernard. ad Jos. l. c. Jablonskii Opuscc. I, 207—216. Rosellini monumenti storici I p. 185) interpretati sunt: Ⲡ-ⲤⲰⲦ-Ⲙ-Ϥ-ⲈⲚⲈϨ *salus seculi* (v. ⲤⲰⲦ, ⲤⲰⲦⲈ redemtio, salus, Peyron p. 214, ⲈⲚϨ, ⲈⲚⲈϨ p. 38) i. e. mundi, dein imperii. Solebant enim Aegyptii terram suam magnifico *mundi* titulo appellare ⲦⲞ, unde ⲚⲈⲂ ⲦⲞ *dominus mundi* de regibus frequentatur (v. Rosell. l. c. p. 107): satisque noti sunt similes tituli superbi et tumidi, quibus delectabantur Orientales v. c. *Schach alem* rex mundi, *Dschehân Giri* expugnator mundi. In uno vocabulo ⲤⲰⲦ ab horum virorum auctoritate discedere liceat. Namque *n* littera in *ψονθομφανήχ* (P-sont-om-f-aneh), non solum in omnibus codd. adhuc collatis exstat, sed etiam in scripturae Hebraeae auctoritate (v. infra) praesidium habet: et leve est, quod observant, n ante t in dialecto Thebaica saepe inseri (Scholz in Repertorio XIII p. 19), nam fac, hoc etiam in media radice fieri posse (quod vix credibile est) non de superioris, sed de inferioris Aegypti dialecto in hac caussa agitur. Itaque pro ⲤⲰⲦ *salus* equidem optaverim vocem ⲤⲰⲚⲦ *sustentator, vindex* (Champollion gr. p. 66) a verbo ⲤⲚⲦ, ⲤⲰⲚⲦ sustentare, tueri, vindicare (copt. ⲤⲈⲚⲦ fundamentum Peyron p. 207), quod etiam in vetere lingua hieroglyphice scripta reperitur *). Atque idem hoc vocabulum *P-sont* latet etiam in forma צָפְנַת. Ad litteram scribendum fuisset פְּצָנַת (פְּצוֹנְת) sed primas litteras transponebant Hebraei, ut ad Hebraeae radicis similitudinem propius accederet vocabulum. Genitivi nota

*) Et hoc quidem modo  i. e. ⲤⲚⲦ cum determinativo *brachii armati*, quod actionem indicat, quae *manu forti* peragatur, Champoll. gr. p. 380 cf. 386.

m, em, om, quam *ομ* litteris expresserunt Alexandrini, in Hebraeis deest: poterat enim sive poni sive omitti. — Aliam explicationem formae Hebraeae excogitaverat *la Croze*, quam proponit Scholz (Repert. l. c.): ϫⲱϥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲉϩ *caput seculi* (a ϫⲱ c. suff. pleon. 3 pers.), sed recte refellit Jablonski l. c. pag. 215: non digna sunt quae memorentur Kircheri et Forsteri pericula (ibid. 211. 213). — Interpretes Hebraei צפנת פענח pro Hebraeo habent et explicant: *occultorum revelatorem*. Saad. موضح الخفيا. Onk. גַּבְרָא דְּטְמִירָן גַּלְיָן לֵיהּ *vir cui occulta revelata sunt*. Pesch. ܕܟܣܝܬܐ ܓܠܐ ܠܗ, et sic Joseph. l. c. *ᾧ ἀπεκαλύφθη τὸ μέλλον*, Chrysost. T. IV. p. 606 Montf. *τῶν κρυπτῶν γνώστης*, Schol. cod. Holm. 58 ὁ *τῶν κρυφίων γνώστης*. [Philo T. II p. 58 Mang. *ὀνειροκρίτην* interpretatur, sed alibi, agens de nominum mutatione I p. 592 *ἀποκρίσει στόμα κρίνον*. Pro *ἀπ.* legendum videtur *ἀποκρύψει*, sed vel sic haec inepta sunt]. Et alteram quidem nominis partem vindicaturus R. Bechai ad Gen. l. c. observat, se in libro תפלת יוצר reperisse הַמְפַעְנֵחַ נֶעֱלָמִים *revelans occulta*. Credo haec ibi exstitisse, sed non minus certum videtur, illam locutionem ex צפנת פענח factam esse, talemque in vetere lingua Hebraea usum inde non effici. Hebraeorum tamen auctoritatem sequuntur Samaritani, qui in cod. Hebr. Sam. hoc nomen scribunt [Samaritan] et in Chald. Sam. transferunt [Samaritan] *arcanum meum revelavit*.

צָפַע rad. inusit., pr., ut equidem existimo (v. ad Jes. XXII, 24), *protrusit* (vic. دفع trusit, pepulit, impulit, ut צָפַן, دفن, צָנַח, دنح) spec. vilia, sordida, ut excrementa (arab. صفع pepedit, cacavit cf. صفق cacavit) unde צְפִיעִים; *produxit* viles propagines arbor (v. צְפִיעָה).

צָפִיעַ tantum pl. צְפִיעִים m. *excrementa, stercora* animalium Ez. IV, 15. Arab. صَفْع, aethiop. ፀፍዕ: stercus max. camelinum.

צְפִיעָה f. tantum in pl. צְפִיעוֹת *propagines* arboris eaeque ignobiliores, translate de *prole* viliore Jes. XXII, 24: הַצֶּאֱצָאִים וְהַצְּפִעוֹת i. e. et nobiliores et ignobiliores familiae propagines. Ex vett. LXX sensum utcunque reddiderunt *ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου*. Vanas reliquorum intpp. coniecturas vide ap. Mich. suppl. p. 2132.

II. צָפַע inusit. *sibilavit* serpens, basiliscus, rad. onomatop. orta ex duabus bilitteris (v. ad עָקַשׁ, צפח (cf. arab. صفر sibilavit) et פָּעָה flavit, sibilavit, unde אֶפְעֶה vipera (aegypt. ϩϥ, ϩϥⲱ, ϩϥⲓ, it. ϭⲟϥ, ϭⲟⲃ, ϭⲃⲱ Champoll. Peyr.). Bochartus (Hieroz. III, 184 Lips.) confert etiam سفع flatu adussit, de vento fervido et venenato, sed hoc a percutiendi et tangendi vi esse videtur (cf. ضرب, נָכָה), et incertius etiam est صفع, cui *flandi* vim tribuit Schult. ad Prov. pag. 303 laudatis verbis Amrui b. Kelthum Moall. [Vers. 78 Koseg.]. Nam تصفعها الرياح, ut Schult. scribit ex cod. suo non aliud est atque: *quos* (lacus) *percutiunt venti* (welche die Winde peitschen), id quod تصفقها a صفق, ut est in cod. Gothano (v. Koseg. p. 64): vitiose enim exemplum Sabbaghium, quod expressit Koseg., dederat يصفقها. — Inde

צֶפַע Jes. XIV, 29 et **צִפְעֹנִי** (formae יִדְּעֹנִי) Jes. XI, 8. LIX, 5. Prov. XXIII, 32. Plur. נְחָשִׁים צִפְעֹנִים Jer. VIII, 17 m. *vipera* a sibilando dicta, fortasse (teste Aquila et Vulg.) *basiliscus, regulus*, vipera parva, non ultra spithamam longa, in Africa potissimum degens, cuius morsus ita venenatus est, ut adeo auditu *sibili* et visu necare diceretur, v. Bocharti Hieroz. III, 182 sqq. Apud Isidorum adeo *sibilus* appellatur hic serpens (Origg. XII, 4: „*sibilus* idem est qui et *regulus*; sibilo enim occidit, antequam mordeat vel exurat"), ut צֶפַע a צָפַע, et arab. صَفْر, صُفَار sibilus, et serpentis genus. Ex vett. LXX semel *κεράστην* reddunt, semel *ἀσπίδες*, bis *ἔκγονα ἀσπίδων*, semel *ὄφεις θανατοῦντες*. Sed Aqu. ap. Jerem. *βασιλίσκοι*, Hieron. *regulus*, Targ. constanter et Syr. plerumque חוּרְמָן ܚܘܪܡܢܐ (pr. execratus, execrabilis) i. q. arab. حرمانا vel basiliscus vel vipera ei simillima, Saad. الرقش, الرقاش (sic enim tribus Jesaiae locis legendum videtur) regulus. — Aliam de etymo eius sententiam proposueram (ad Jes. I p. 705), de qua צֶפַע et צִפְעֹנִי ad eandem radicem revocabatur, unde sunt צְפִיעִים, צְפִיעוֹת. Existimabam enim צָפַע protrusit (vilia) etiam translatum esse ad viperae prolem nefandam, et צֶפַע, צִפְעֹנִי proprie esse *γεννήματα ἐχιδνῶν* Mt. III, 7 vel *ἔκγονα ἀσπίδων*, ut bis interpretati sunt LXX. Sed cum Jeremiae loco hoc vix conciliaveris, itaque ad veterum auctoritatem redire placuit, quam novis argumentis commendare potuimus.

צָפַף in Kal inusit. Tantum in

Pilp. צִפְצֵף vc. onomatop. *pipivit* avicula Jes X, 14. (LXX et Theod. *στρουθίζων* i. e. pipiens more passeris). XXXVIII, 14. (Talmud. צִפְצוּף, צִפְצֵף dicitur de vagitu infantium et de eiulatu eorum qui in gehennam detrusi sunt, vom *Wimmern*. Arab. صفصفة pipitus passeris, صفصف passer. Easdem litteras radicales habet chald. צְוַח de eadem re Jes. ll. cc. Targ., gr. *σπίζω*, unde *σπίζιον, σπιζίας*, nostr. *Spatz*. Addita litera canina habes. צָפַר no. 1, صفر, germ. transp. *zirpen*. Idem sonus etiam vel solo sibilo, vel solo labiali exprimitur, et priore

quidem modo in syr. ܨܦܪ, ܨܦܪ pipivit, sam. ࠑࠌࠑࠌ et ࠑࠌࠑࠌ pullus avis, صوصى Ar. Polygl. ap. Jes. ll. cc. cf. Saadiam, ubi pro يصوص VIII, 19. X, 14 et اصوص XXXVIII, 14 fortasse legendum est يصوصى, اصوصى, nisi etiam وصوص pro vulgari eiusdem significationis verbo habendum est: posteriore in gr. lat. πιπίζω, *pipire*, cf. de eadem re τιτίζω, τρίζω, syr. ܢܓܪ). Transfertur ad vocem manium, quam imitabantur οἱ νεκρομάντεις Jes. VIII, 19: illis enim stridor tribuitur, de quo ipso verbo τρίζω utuntur Graeci Il. ψ', 101. Od. ω', 4 sqq. Lucian. Menipp. §. 11, lat. *stridere* Brockhuys. ad Tibull. 1, 2, 47.

צַפְצָפָה *salix*, v. צוף.

I. צָפַר 1) *fistulavit, sibilavit, fritinnivit* avicula, nostr. trillern, verbum onomatop. v. ad צָפַף. Unde צִפּוֹר, chald. צְפַר. Arab. صفر fistulavit avis, homo, inde fistulando advocavit asinum (cf. שָׁרַק), it. sibilavit serpens, unde صَفِير, صَفَّار sibilus, et serpens. II. id., صَفَّار sibilans, avis e genere passerum, it. latro, quippe qui fistulando socios advocare soleat.

2) *saltavit in orbem*, dein in universum *saltavit*, cf. גִּיל, חוּל et מָחוֹל. Inde צָפִיר hircus, a saltando. Et hanc quidem verbi potestatem a prima illa (no. 1) proficisci, satis credibile est, licet non certum. Vestigia eius in lingua Arabica esse possunt صفر saliit vir, cucurrit, طفر assilivit equus. Sed quum pro صفر dicant etiam ضفر, haec etiam alius familiae esse possunt (قفز, קָפַץ).

3) *in orbem ivit*, *gyravit* (v. צְפִירָה). Inde *vertit, convertit se*. Semel in V. T. Iud. VII, 3: *si quis timidus est* יָשֹׁב וְיִצְפֹּר is *revertatur et redeat*. Alex. ἐκχωρείτω. Vulg. ad sequentia referens hoc verbum *recesserunt*. Pesch. ܢܬܦܢܐ. Sed veram notionem rectius perspexit Abulwalides, cuius haec sunt verba: ישוב ויצפר يرجع ويدور באה הצפירה אליך انتهى الدور اليك ולצפירת תפארת للعصابة التي تدور على راس وهذا الجنس تقول في المشنه הקיפה משנעשה שתי צפירות לרחב שלה اي دايرتين ومذهب في قول ישב ויצפר كمذهب في תחרו אל ארץ *i. e. in loco Iud. VII, 3* צפר *est i. q.* دار *vertit se, apud Ezechielem VII, 7 verba* באה הצפירה אליך *valent: pervenit orbis ad te, et Jes. XXVIII, 5* צפירה *est corona s. diadema caput circumdans. Vicini usus est* צפירה *in Mischna* (Kelim 16 §. 3): *cupa ex qua duo orbes* (2 Reife) *facti sunt in latitudine. Iud. l. c.* צפר *idem fere est quod* סחר *Jer. XIV*, 18. In loco Mischnae laudato paullo superius pro צפירה reperitur דור de orbe canistri. Abulwalidis autem disputationem fere repetunt Kimchi et Tanchum ms. ad Iud. l. c., licet ille aliam praeferre videatur interpretationem, de qua צפר sit *mane abire* a chald. צַפְרָא aurora. (Arab. ضفر est plexuit comam mulier, contorsit funem, et in derivv. opus plexile, cirrus. Aeth. ፀፈረ: plexuit, nexuit, ut capillos, nodos, neque non coronam Mt. XXVII, 29, quocum convenit צְפִירָה, sed vocis Hebraeae origo potius videtur a figura orbiculari repetenda esse).

צָפִיר m. *hircus* a *saltando* dictus (cf. Jes. XIII, 21 et germ. Bockssprünge), aliis (Scheid. schediasm. phil. p. 132. 151) a cornibus inflexis, coll. arab. ضفر plexuit, cui paene syn. عقص, unde أَعْقَص caper cornibus inflexis, quod minus placet. Si illud displiceret, malim hircum ab *insiliendo* (in capras) dictum esse: est enim animal lascivum, et lasciviae vis in hac rad. reperitur, v. Cast. s. v. ܨܦܪ et ܨܦܪܐ, sive haec ab insiliendo dicta est sive a *passere* profecta, v. infra צִפּוֹר. Dan. VIII, 5. 21, plenius צְפִיר הָעִזִּים *hircus caprarum* ib. 5. 8. Plur. Esr. VIII, 35. 2 Par. XXIX, 21. Vox est recentioris Hebraismi et Chaldaismi pro ant. שָׂעִיר, v. chald.

צְפִיר chald. id. Plur. Esr. VI, 17. In Targg. saepe pro hebr. שָׂעִיר, et f. צְפִירְתָא pro capra. Sam. ࠑࠐࠉࠓ id. Syr. ܨܦܪܐ, ܨܦܪܐ pro gr. τράγος Hebr. IX, 12. X, 4, ܨܦܪܐ ܕܥܙܐ hircus caprarum.

צְפִירָה f. pr. orbis (cf. צְפִירוֹת i. q. סְפִירוֹת sphaerae Cabbalistarum). Inde 1) *corona*. Jes. XXVIII, 5: *Jova erit in diadema splendidum* וְלִצְפִירַת תִּפְאָרָה, in quibus vocibus observa paronomasiam. *Coronae* significatum omnes vett. intpp. agnoverunt, neque placet Schroederus (vest. p. 106), qui coll. ضفيرة *suggestum plexum crinium* intelligit. Redi ad rad. no. 3 extr. — 2) *orbis*, metaph. de rerum fatique vicissitudine in orbem eunte (cf. Eccl. I, 6). Ita in loco vexato Ez. VII, 7: בָּאָה הַצְּפִירָה אֵלֶיךָ *nunc te tangit ordo* (die Reihe kommt an dich), v. supra Abulw. Ibid. comm. 10: יָצְאָה הַצְּפִירָה *exiit orbis* i. e. ad finem perducta est vicissitudinum series, absolutae sunt meliores fortunae vicissitudines et ingruunt calamitates. Similis fere metaphora est atque nostratium de rota et globo fortunae. — Deserta simplicissima illa interpretatione in alia omnia abit Rosenm., qui Comm. 7 צְפִירָה *assultum*, *impetum* vertit a صفر assilivit, Comm. 10 *germen*, coll. ظفيرة, quod h. l. apud Arabem Polygl. exstat et lat. *germen* vertitur. Sed a) ut ab hoc ordiar, Arabs non Hebraica expressit, sed graecum πλοκή, quod non poterat non ضفيرة reddere i. e. *plexum*: scribebat autem ظفيرة tritissimo scribendi vitio. Itaque interpres Latinus male *germen* vertit, neque huic inniti debebat Rosenm. b) Certum haberi potest, hoc vc. in utroque loco sibi tam propinquo eandem vim habere, neque ulla explicatio credibilis est, quae צפירה Comm. 7 plane diversum ponat a 'צ Comm. 10. c) Utra-

que significatio a Rosenm. proposita ab usu radicis צפר in lingua Hebraea prorsus aliena est. — Rabbinis nonnullis צ' ll. cc. est i. q. chald. צַפְרָא *aurora* s. matutinum tempus, inde iudicium mature s. mox veniens, sed *aurora* nonnisi de *fine* calamitatum recte dici poterat (v. שַׁחַר).

צִפּוֹר pl. צִפֳּרִים (quasi a f. צִפֹּרֶת, quod apud Talmudicos reperitur in צפרת כרמים avicula vinearum i. e. libellae vel phalaenae species fort. Sphinx Elpenor Linn. der Weinschwärmer) utriusque sexus vox (m. Ps. CII, 8, f. Lev. XIV, 4 sqq. Deut. IV, 17. XIV, 11. Jes. XXXI, 5) 1) *avicula* a fistulando dicta (v. rad. no. 1), non ab aurora, ut volebat Bochartus Hieroz. II, 722 Lips., spec. *passer* (arab. عصفور praemissa gutturali) Ps. LXXXIV, 4. CII, 8. Prov. XXVI, 2. XXVII, 8. Iob. XL, 29 al. 24 (cf. Catull. 2, 1 passer, deliciae meae puellae). Eccl. XII, 6: לְקוֹל צִפּוֹר *ad vocem passeris* i. e. primo mane, et ampliore significatu de aliis aviculis e genere passerino vel passeri similibus (ut gr. *στρουθός*, arab. عصفور Boch. l. c. p. 724, syr. ܨܶܦܪܳܐ v. Cast.) Ps. XI, 1. CIV, 17. CXXIV, 7, quae ab aucipe laqueo retive capiuntur Prov. VI, 5. VII, 23. Eccl. IX, 12. Thren. III, 52. Am. III, 5. — 2) *avis* quaecunque, etiam in sing. collect. Gen. XV, 10 (int. turtures et pulli columbini Comm. 9). Lev. XIV, 4—53 (ubi et ipsae columbae intelligendae sunt). Deut. IV, 17: תַּבְנִית כָּל־צִפּוֹר כָּנָף אֲשֶׁר תָּעוּף בַּשָּׁמָיִם. XIV, 11. XXII, 6. Ps. VIII, 9: צִפּוֹר שָׁמַיִם וּדְגֵי הַיָּם. CXLVIII, 10. Adeo de avibus rapacibus Ez. XXXIX, 4: לְעֵיט צִפּוֹר כָּל־כָּנָף. In his כָּל־כָּנָף est genit. (omnigenae alae), et sic XVII, 23: כָּל־צִפּוֹר כָּל־כָּנָף. XXXIX, 17 et Gen. VII, 14: כָּל־הָעוֹף לְמִינֵהוּ כָּל־צִפּוֹר כָּל־כָּנָף (ubi צ' כָּל־כָּנָף non differt ab כָּל־הָעוֹף 'כ, et utriusque cumulatio verboso dicendi generi tribuendum est). Sine כל Ps. CXLVIII, 10: צִפּוֹר־כָּנָף. — LXX *στρουθίον* (6), *ὀρνίθιον* Lev. XIV, plerisque locis *ὄρνεα*, ter *πέτεινα*. — Vide Boch. l. c. p. 721 sqq. — 3) n. pr. patris Balaci, regis Moabitarum Num. XXII, 2. 10. Jos. XXIV, 9 al.

צְפַר chald. (fem. Dan. IV, 18 et IV, 9 Keri, sed Cheth. m.) *avis*, syr. et nas. ܨܶܦܪܳܐ, in sing. Gen. VII, 14. Deut. IV, 17 Targ. Plur. צִפְּרִין cstr. צִפְּרֵי Dan. IV, 9. 11. 18. 30.

צִפֹּרָה (avicula) n. pr. uxoris Mosis Ex. II, 21. IV, 25. XVIII, 2. LXX *Σεπφώρα*.

צוֹפַר et צֹפַר n. pr. unius ex Iobi amicis et in disputando adversariis Iob. II, 11. XI, 1. XX, 1. XLII, 9. Quid significet, si quaeris, *aviculam* s. *passerem* dixerim i. q. צִפּוֹר vel i. q. צָפִיר hircus. Apud Castellum quidem p. 765 Mich. ܨܦܪ explicatur: impudicus, lascivus, procax, idque, quum ܨܦܪ vix formam Syram habeat, ex Ephraemo aliove S. S. interprete petitum esse videtur, qui n. pr. צופר ita explicaverat. Quo autem, inquies, fundamento? A passeris hircive lascivia, si quid video, ut Graecis homo lascivus ὁ *στρουθός* appellatur.

II. צָפַר i. q. סָפַר, שָׁפַר pr. *rasit*, *scalpsit* (kratzen). Inde

צִפֹּרֶן m. 1) *unguis* digiti. (Arab. ظُفْر, aethiop. ጽፍር: unguis, ungula, chald. טְפַר q. v. Ad hebraeum צִפֹּרֶן prope accedunt *πεδονή* germ. *Sporn*. Denominativa sunt ظفر, ጸፈረ: ungues praecidit). Plur. c. suff. צִפָּרְנֶיהָ Deut. XXI, 12. — 2) *cuspis* stili adamantina, qua stilus munitus est, ut digitus ungue. Jer. XVII, 1. Plin. H. N. 37, 4 §. 15: „expetuntur (parvae crustae adamantis) a scalptoribus ferroque includuntur, nullam non duritiem ex facili cavantes.“

* * *

צְפַרְדֵּעַ *rana*, in sing. bis collective, idque (more collectivorum, cf. צִפּוֹר) cum verbo fem. Ex. VIII, 2. Ps. LXXVIII, 45. Plur. צפרדעים Exod. VII, 27—29. VIII, 1—9. Ps. CV, 30. Conflatum est hoc quinquelitterum ex צָפַר I, 2 saliit et رداغ palus, q. d. saliens in palude, neque vero, ut volebat Ewaldus (gr. crit. p. 518) a צָפַר fistulandi significatu, qui nullo modo ad ranarum vocem transferri poterat. Ex pleniore hac forma ortae sunt hae contractiores ضفدع (eiecto ר) et ܐܘܪܕܥܐ abiecto vocis initio. Ortumne ex צפרדע abiecto sibilo et r transposito etiam *βάτραχος* (פדרע)?

צֶפֶת capitulum columnae, v. rad. צָפָה no. II.

צְפַת, צְפָתָה nomm. pr. locorum, v. צָפָה no. I.

צָקַל rad. inusit. fort. i. q. עָקַל, عقل constrinxit. Inde natum esse potest

צִקְלוֹן ἅπ. λεγόμ. 2 Reg. IV, 42 *saccus*, *pera*. LXX. Compl. *πήρα*. Talmud. עֶקֶל est saccus colatorius (cf. שַׂק, *σάκκος*): congruit etiam gr. *θύλακος* saccus.

* * *

צִקְלַג, in Pausa צִקְלָג, bis plene צִיקְלַג 1 Par. XII, 1. 20 n. pr. oppidi Philistaeorum, quod Achis, Gathitarum rex, Davidi dedit 1 Sam. XXVII, 6. XXX, 1. 14. 26. 2 Sam. I, 1. 1 Par. IV, 30. Apud Josuam primum Judaeorum XV, 31, dein Simeonitarum tribui accensetur XIX, 5: post exilium a Judaeis habitatum est Neh. XI, 28. (Etymon obscurum est: et parum probabiliter Simonis dictum putabat pro יְצִיקְגַל effusio fontis). Josepho appellatur *Σίκελλα* Ant. 6, 13 §. 10, Steph. Byz. h. v. *Σέκελα*.

צַר *hostis, angustiae, lapis*, v. rad. צָרַר.

צַר *rupes, culter* ibid.

צֹר i. q. צוֹר *Tyrus*, v. rad. צוּר.

צָרַב in Kal inusit. *adussit*, affine verbis סָרַף, שָׂרַף, it. צָרַב. (Chald. צְרָבָא adustio Jes. VI, 13 Targ.). *Niph. adustus est.* Ez. XXI, 3. Alb. Schult. (Origg. hebr. II, 139 sqq.) צָרַב h. l. non differre putat ab arab. ضرب *percussit*, ut pr. sit *aestu percussi sunt* (coll. נָכָה Hiph. 1, b): sed non de aestu solis ibi agitur, sed de igne belli omnia vastante.

צָרָב (pro צָרֵב) adj. *urens, adurens.* Prov. XVI, 27: אֵשׁ צָרָבֶת. Theod. πῦρ καίων.

צָרֶבֶת f. *cicatrix* (ut recte LXX. Vulg. Targ. Saad.), sive ustione orta Lev. XIII, 28, sive ex ulcere sanato Comm. 23. Vel ab urendo profecta est significatio, quum etiam ulcus *inflammatio* sit (cf. שְׁחִין nostr. Entzündung): vel repetita ab arab. ضرب percussit, ut נֶגַע a נָגַע.

צָרַד rad. inusit. et dubia. Arab. صرد refrigeratus est.

צְרֵדָה n. pr. oppidi prope Scythopolin ab occidente Jordanis, c. art. הַצְּרֵדָה 1 Reg. XI, 26, c. He parag. (demonstr. non locali) 2 Par. IV, 17. Idem est צררה (c. He loc. צְרֵרָתָה) Iud. VII, 22, ubi cum Syro (et Arabe) atque codd. Ross. reponendum צְרֵדָתָה; neque non צָרְתָן Jos. III, 16. 1 Reg. VII, 46, c. He parag. צָרְתָנָה IV, 12.

צָרָה verbum inusit. 1) *fidit, fissuras fecit.* (Syr. ܨܪܳܐ scidit, discidit. Pa. laceravit, ܨܶܪܝܳܐ scissura. Chald. id. An forte finitima sunt: צרה ritzen, גרה reitzen? v. ad צ litt.). Inde 2) i. q. arab. ضرى fluxit, sanguine manavit vulnus.

צְרִי Gen. XLIII, 11. Jer. VIII, 22. XLVI, 11. LI, 8 c. Vav copul. וּצְרִי Gen. XXXVII, 25, in Pausa צֹרִי Ezech. XXVII, 17 m. lacrima arboris fruticisve in Gileaditide crescentis admodum pretiosa, in praecipuis Palaestinae dotibus (מִזִּמְרַת הָאָרֶץ Gen. XLIII, 11) habita et exteris vendita (Gen. XXXVII, 25. Ez. l. c.), vulneribus potissimum sanandis adhibita (Jer. ll. cc.). Onk., Pseudojon., Talmudici (Schebiith c. 7 §. 6 ibique Bartenora. Schem. vejobel 7 §. 18 ibique Maim.) et plerique interpretes Hebraei *balsamum* s. *opobalsamum* intelligunt. Kimchi: וכן בדברי רז"ל רבן שמעון בן גמליאל אומר הצרי אינו אלא שרף הנוטף מעצי הקטף שרושפין בעץ ויוצא ממנו הצרי והוא הנקרא בלסמו בלעז et ita e recentioribus Mich. in suppl. 2142 sqq. Warnekros in Repert. f. morgenl. Litt. XV p. 227, Jahn Archaeol. I, 83 al. Erat enim *balsamum* in laudatissimis Palaestinae donis eique fere peculiare (Strabo XVI, 2 p. 763. Diod. 3, 46. 19, 98. Diosc. 1, 18. Tac. hist. 5, 6. Plin. H. N. 12, 25 s. 54 et 32 s. 59), e frutice destillans viti rutaeque simili, quem Josephi tempore in vicinia Hierichuntis et maris mortui peculiaribus balsametis colebant (Ant. 14, 4 §. 1. 15, 4 §. 2. b. j. 1, 6 §. 6: regio circa Hierichuntem βάλσαμον τρέφει· τοῦτο λίθοις ὀξέσιν ἐπιτέμνοντες τὰ πρέμνα συλλέγουσι κατὰ τὰς τομὰς ἐκ δακρύων) et hodieque ad Tiberiadem in hortis colunt (Burckh. itin. Syriae II p. 564 germ.) cf. Wineri Realw. I, 152 sqq. et quae ibi laudantur. Sunt qui occurrant huic interpretationi (Boch. Hieroz. I, 716 Lips. Celsii Hierob. II, 180 sqq. Rosenm. al.) a) צרי in Gileaditide crescere, balsamum ad Hierichuntem et mare mortuum: sed quidni eadem planta, quae antiquitus sponte proveniebat in montanis Gileaditidis, postea in hortis Hierichuntinis culta esse possit? [Teste Avicenna I p. 140 crescebat in الغار]. b) Vocabula Syriaca et arabica, quae respondeant hebraeo צְרִי, non balsamum significare, sed alia resinae odoratae genera. Arabicum enim ضرو est *lentiscus*, unde *mastix* provenit, Syriacum ܨܪܘܐ, quo in Genesi utitur Peschito, ita exponit lex. Adl. ثمرة الصنوبر حبّ الصنوبر والضرو (lege الضرو) عرق الشجرة تكون في اليمن يقال له الكنكام ويدخل في العطر *fructus pini* (terebinthi?), *nux pini, et* الضرو *est lac arboris in Jemana crescentis, quod vocatur Cancamum* [Plin. H. N. 12 §. 44] *et suffitui adhibetur.* Sed etiam hac re nihil efficitur. Quum enim origo doceat, צְרִי, ضرو, ܨܪܘܐ *lacrimam resinam*que esse ex arbuscula *scissa* promanantem (v. Jos. b. j. 1, 6 §. 6), poterat hoc vc. in aliis regionibus linguisque aliis resinae odoratae et medicatricis speciebus adhiberi. Celsius l. c. resinam lentisci s. mastichen intelligit, Oedmannus (III, 110 sqq.) et Rosenm. (Alterthumsk. IV, 1 p. 168) oleum myrobalani, sed *balsamum*, quippe his resinis longe pretiosius et nobilius, V. T. locis magis accommodatum est: posteriori sententiae vel etymon obstat, quod *lacrimam* arboris flagitat, non oleum ex nucibus expressum.

צְרִי n. gent. 1 Par. XXV, 3. Sed ibi scribendum יִצְרִי v. יֵצֶר no. 3.

צְרוּיָה (fissa, vulnerata, cf. talm. צְרִיָא de fissura in manu) n. pr. filiae Isai, sororis Davidis 1 Par. II, 16, matris Joabi, Abisai et Asahel, qui בְּנֵי צְרוּיָה appellantur 2 Sam. II, 18. III, 39. VIII, 16. XVI, 9. 10. XVII, 25. XIX, 21. 22 al.

צֹרִי *Tyrius*, v. צוֹר rad. צוּר.

צָרַח rad. inusit. 1) i. q. arab. صَرَحَ II. *clarus*, manifestus, apertus *fuit*, unde صَرْحَة terra elatior; صَرْح arx, turris, aedificium altum, hebr. צְרִיחַ. Vicina sunt צָהַר, צָחַר.

2) Transfertur ad vocem (cf. צָהַל): *clamavit voce alta et clara.* (Arab. صَرَخَ, aeth. ጸርኀ: et, quod ei cognatum est, ጸርኀ: id.). Zeph. I, 14. Affine est רָזַח.

Hiph. clamorem sustulit, de clamore bellico Jes. XLII, 13.

צְרִיחַ m. aedificium altum, quod longe lateque cernitur, *arx*, *turris* Iud. IX, 46. 49. Plur. *speculae, turres arcesve* desertae 1 Sam. XIII, 6. LXX. Vulg. Targ. *antra* reddunt, ex mera coniectura.

צָרַךְ rad. inusit. Talmud. et syr. Ithpa. אִצְטְרִךְ, ܐܶܬܨܪܺܝܟ necesse fuit, habuit, indiguit, ܢܳܨܪܽܘܟ egenus, inops.

צֹרֶךְ m. *necessitas, quod* alicui *necessarium est.* C. suff. 2 Par. II, 15: כְּכָל־צָרְכֶּךָ *pro necessitate tua.* Eodem modo saepe in Targg. v. Buxt.

צָרַע 1) *graviter percussit, feriit.* Arab. صرع prostravit, صَرِيع flagellum q. d. percutiens, it. pass. flagello percussus, agitatus (gepeitscht), non tantum, ut in lexx. est, prostratus. Ita صريع explicandum est in formulis a Schult. (epist. 1. ad Menken. p. 57) laudatis: صريع الصبى agitatus amore iuvenili (gepeitscht, getrieben von jugendlicher Leidenschaft), صريع الغواني, صريع الكاس, صريع الاعين النجل, النساء, agitatus amore cantatricum, mulierum, *βοωπίδων*, poculorum, it. صريع الخوف agitatus terrore, et in Vers. arab. Ms. Mt. VIII, 28: *duo daemoniaci* صريعين جدا (gr. *χαλεποὶ λίαν*) *valde agitati* sc. furore. Schultens صريع reddit *οἰστροπλὴξ* oestro percussus et *οἰστρήλατος* oestro agitatus, idque ad *pungendi* vim refert, unde צִרְעָה. Saltem ista sibi admodum vicina sunt.

Part. pass. Lev. XIII, 44. 45. XIV, 3. XXII, 4. Num. V, 2 et Part. Pu. מְצֹרָע f. מְצֹרַעַת Ex. IV, 6. Lev. XIV, 2. Num. XII, 10. 2 Sam. III, 29. 2 Reg. V, 1. 11. 27. VII, 3. 8. XV, 5. 2 Par. XXVI, 20 sqq. *leprosus*, *lepra affectus* pr. *percussus*, sc. plaga divinitus immissa, cf. 2 Reg. XV, 5: וַיְנַגַּע יְיָ אֶת־הַמֶּלֶךְ וַיְהִי מְצֹרָע it. נָגַע et נָכָה Hi. I, 7. LXX *λεπρός*, *λελεπρωμένος*. Aliam originem, de qua צָרַע sit i. q. גָּרַע scabit, rasit (v. ad litt. צ), et *lepra* a scabendo dicta (ut *scabies*), suasi in lex. man. et adoptavit Fürstius: sed nunc quidem minus ei tribuerim iccirco quod voci צִרְעָה hoc etymon adhiberi nequeat.

צִרְעָה f. *vespa*, *crabro*, c. art. collect. *vespae*, *crabrones*, metaph. (ut oestrus) de *terrore* divinitus immisso hostes oestri instar fugante et dispellente. Exod. XXIII, 28: *mittam ante te* הַצִּרְעָה *vespam, quae expellat Hevaeum, Cananaeum et Chittaeum ante te.* Deut. VII, 20: *sed etiam vespam iis immittet Jova deus tuus, donec pereant coram te superstites et qui absconderunt se.* Jos. XXIV, 12: *et misi ante vos vespam, quae expulit eos a facie vestra.* Ut genuina horum locorum vis et sententia recte capiatur, tenendum est: 1) הַצִּרְעָה proprie *vespae* s. *oestri* vim habere, quae et veterum auctoritate et origine commendatur. LXX *ἡ σφηκία*, *αἱ σφηκίαι* (Wespennest), cf. Sap. 12, 8: *ἀπέστειλας προδρόμους τοῦ στρατοπέδου σου σφῆκας, ἵνα αὐτοὺς κατὰ βραχὺ ἐξολοθρεύσωσιν.* Gr. Venet. *σφήξ*. Vulg. *crabrones*. Pesch. ܠܥܩܪܒܐ apis, vespa. Arabs Erp. النحلة, Onk. et Pseudoj. vocabulo harmonico עִרְעִיתָא, אוּרְעִיתָא, quod ex Hebraeo factum. Consentiunt ex Hebraeis Kimchi, Jarchi, Bechai, Baal Aruch, et in Talmude (Machs. c. 6) memoratur דבש דבורים ודבש צרעים *mel apum et mel crabronum* (nam etiam in vesparum et crabronum favis mali mellis guttula reperitur, Arist. h. n. 5, 23. 9, 43). Origo autem ultro se offert, nimirum a percutiendo i. e. pungendo cf. נָכָה punxit vermis Jon. IV, 7 et ضرب feriit it. punxit scorpius, gr. *ὁ οἶστρος πλήσσει*. Possit etiam *vesparum examen* a flagellando dici i. e. exagitando, fugando (v. rad.), sed illud praestat, et nullo modo opus est, cum Bocharto arcessere transpositum רצע perforavit. Sed non minus certum, 2) *vespas* non proprie intelligendas esse (ut volebat Bochartus, Hieroz. III, 407 sqq. laudatis Aelian. 11, 28. 17, 35 al.), sed metaph. dici de *terrore* divinitus hostibus immisso (חִתַּת אֱלֹהִים Gen. XXXV, 5), eosque exagitante, ut fugiant quasi oestro perciti et in furorem acti. Ex. l. c. versu praecedente (27) habetur: אֶת אֵימָתִי אֲשַׁלַּח לְפָנֶיךָ *terrorem meum tibi praemittam*, et Deut. VII, 23 paullo post vesparum mentionem *et perturbabit eos perturbatione magna usque ad interitum.* Ita Arabs ap. Jos. l. c. pro הַצִּרְעָה ponit الخوف *terrorem.* Locutio huic opposita est: Deus mittit angelum suum coram aliquo, ut eum adiuvet, custodiat, viam eius muniat Exod. XXIII, 20. 23. XXXII, 34. XXXIII, 2. Gen. XXIV, 7. 40 (quo factum, ut Augustinus vespis *angelos malignos* intelligeret). Similem autem metaphoram habent Graeci et Romani in vc. *οἶστρος*, *oestrus*, quod primum apem grandiorem significat reliquis apibus et armentis infestam (Virg. Ge. 3, 147. Pallad. 6, 10: nascuntur in extremis favis apes grandiores, quae ceteras fugant, oestros vocant hoc malum. Colum. 9, 14: quidam auctores *οἴστρους* appellant ab eo quod exagitent neque patiantur examina conquiescere), dein transfertur ad fugae pernicitatem, furorem adeo et insaniam, qua agantur qui oestro icti et perciti sint. — Itaque 3) non audiendi, qui ipsum

הַצָּרְעָה *plagam* i. e. *malum* s. *calamitatem* significare existimant, cf. מַכָּה vel arab. صرع scutica. Sic Saad. الصرعة morbus, pernicies, calamitas. Abulw. الفنا والوبا pernicies et calamitas. Aben Esra מכה בגוף שתחלש בה כח הגוף *plaga in corpore, qua debilitatur robur corporis.* Leviores etiam aliae coniecturae, quas in medium protulit Mich. suppl. 2154 sqq.

צָרְעָה (pro בֵּית צָרְעָה locus vesparum) n. pr. oppidi in campestribus Judae Jos. XV, 33, sed a Danitis habitati XIX, 41, haud procul ab Esthaol siti Iud. XIII, 2. 25. XVIII, 2. 8. 11. A Jerobeamo munitum est 2 Par. XI, 10, etiam post exilium superstes Neh. XI, 29. LXX Σαραά, Vulg. Saraa, Luth. Zarea. N. gent. צָרְעִי 1 Par. II, 54, צָרְעָתִי 53. IV, 2.

צָרַעַת f. *lepra* (de etymo v. rad.), a) hominum, eaque alba, arab. بَرَص (saepe additur כַּשֶּׁלֶג), (lepra enim nigra est elephantiasis, v. שְׁחִין). Levit. XIII, 2 sqq. 2 Reg. V, 3. 6. 7. 27. 2 Par. XXVI, 19, v. Schilling de lepra, Lugd. Bat. 1778. Hensler Gesch. d. abendländischen Aussatzes im Mittelalter. Hamb. 1790. 8. Ainsley in Transactions of the Royal Asiat. Society I, 2 no. 18, cf. Winer Realw. I, 131 sqq. b) domorum, quae est scabies nitrosa Lev. XIV, 34—57. c) vestium, qua intelligendi videntur mucor, situs, maculae situ contractae Lev. XIII, 47—59.

צָרַף fut. יִצְרֹף *liquavit, liquefecit* aurum argentumque. Part. צֹרֵף aurifex Iud. XVII, 4. Jes. XL, 19. XLI, 7. XLVI, 6. Jer. X, 9. 14. Prov. XXV, 4. Liquefaciunt autem aurum argentumque a) ut separetur et purgetur a scoriis. Jes. I, 25: אֶצְרֹף כַּבֹּר סִגָיִךְ *liquando separabo omnes scorias tuas,* parall. אָסִירָה כָּל־בְּדִילָיִךְ. Zach. XIII, 9. Metaph. Iud. VII, 4: אֶצְרְפֶנּוּ לְךָ שָׁם *eum* populum *ibi purgabo tibi* sc. gnavos et imbelles separando a fortibus. Part. pass. Ps. XII, 7: כֶּסֶף צָרוּף בַּעֲלִיל *argentum purgatum in catino.* Metaph. *purus, sincerus* Ps. XVIII, 31: אִמְרַת יְיָ צְרוּפָה. CXIX, 140. Prov. XXX, 5. b) ut *probetur* metallum nobilius: hoc enim intactum manet in igne, quum ignobiliora metalla partim consumantur. Inde metaph. *probavit* homines (δοκιμάζειν), servata imagine Ps. LXVI, 10. Jes. XLVIII, 10. Dan. XI, 35, ea neglecta Ps. XVII, 3: צְרַפְתַּנִי בַל תִּמְצָא *proba me, nil* impuri *invenies.* XXVI, 2. CV, 19. (Cf. arab. تقن liquefecit metallum, igne probavit, tentavit homines).

Niph. probari, purgari Dan. XII, 10.

Pi. part. מְצָרֵף *aurifex* Mal. III, 2. 3.

צֹרְפִי (aurifex) c. art. n. pr. viri Neh. III, 31.

צָרְפַת (fort. officina metallis liquandis, Schmelzhütte) Obad. 20, plenius צ׳ אֲשֶׁר לְצִידוֹן (a vicinia Sidonis), c. He parag. צָרְפַתָה (al., sed panciores צָרְפָּתָה, non bene, v. J. H. Mich.) 1 Reg. XVII, 9. 10 n. pr. *Sarepta*, oppidum Phoenicum inter Tyrum et Sidonem interiectum, vineis vinoque nobile, *Σάρεπτα τῆς Σιδῶνος* Luc. IV, 26, *Σάραπτα* Steph. Byz., *Σαρεφθά* Jos. Ant. 8, 13, 2 cf. Relandi Pal. p. 985. 1057. le Quien Oriens christ. III, 1339. Arabes scribunt صرفند (Edrisi, Schult. ind. geogr. v. Tebninum) et ita etiamnunc appellatur (v. Pococke, Richter Wallf. p. 72. Scholz. p. 255).

צָרַר pr. *pressit, compressit, coarctavit* (vic. צוּר), inde

1) *colligavit, constrinxit*, v. צוּר no. I. (Arab. صَرَّ colligavit nodavitque crumenam, unde صُرَّةٌ crumena. Syr. ܨܪ ligavit, cinxit, ܨܪܘܪܐ fasciculus, chald. ligavit, colligavit). Spec. colligavit, involvit in pannum Exod. XII, 34, in sacculum Jes. VIII, 16 (cogitandum enim, oraculum tabulae inscriptum comm. 1 instar epistolae sacculo includendum, hunc sigillo claudendum esse). Prov. XXVI, 8. XXX, 4: מִי צָרַר מַיִם בַּשִּׂמְלָה. Iob. XXVI, 8: צֹרֵר מַיִם בְּעָבָיו. Translate a) 1 Sam. XXV, 29: *vita domini mei colligata* i. e. involuta sit *in fasciculo viventium apud Jovam* i. e. sub Dei praesidio sit. Sed in aliam sententiam Hos. XIII, 12: *involuta est culpa Ephraimi* h. e. ei servata usque ad diem vindictae (cf. Iob. XIV, 17). — b) Hos. IV, 19: צָרַר רוּחַ אוֹתָהּ בִּכְנָפֶיהָ *colligabit* corripiet *eam* (Ephraimitidem) *ventus alis suis.* — c) pro: *inclusit.* 2 Sam. XX, 3.

2, a) *pressit* aliquem *hostili modo, persecutus est, adversatus est* alicui. (Arab. ضَرَّ noxa affecit. III. adversatus est. ضَرٌّ, ضَرَّةٌ noxa, detrimentum. Aethiop. ጸላእ: hostis factus est, hostili animo fuit, ፀር: hostis). Sq. acc. Num. X, 9. XXV, 17. XXXIII, 55. Jes. XI, 13: וִיהוּדָה לֹא יָצֹר אֶת־אֶפְרָיִם, parall. לֹא יְקַנֵּא. Ibid. צֹרְרֵי יְהוּדָה *qui hostili animo sunt inter Judaeos,* non: hostes Judae. Sq. dat. Num. XXV, 18. Part. צֹרֵר *adversarius* Ex. XXIII, 22. Esth. III, 10. VIII, 1. IX, 10. 24. Am. V, 12. Ps. VI, 8. VII, 5. 7. VIII, 3. X, 5. XXIII, 5. XXXI, 12. XLII, 11. LXIX, 20. LXXIV, 4. 23. CXLIII, 12.

2, b) *zelotypus fuit,* max. de duabus uxoribus aemulis. (Arab. ضَرَّ zelotypus fuit. IV. uxori alteram uxorem addidit, ضِرٌّ matrimonium, quo uxor ducitur ad aliam adhuc superstitem, ضَرَّةٌ uxor una ex duabus. Vide infra צָרָה). Lev. XVIII, 18: אִשָּׁה אֶל אֲחֹתָהּ לֹא תִקָּח לִצְרֹר *ne ducito uxorem ad sororem eius*, ita *ut zelotypae fiant*, una alterius aemula sit.

2, c) intrans. coarctatus, *angustus fuit.* (Arab. صَرَرٌ angustus, angustia). Hoc significatu utuntur praet. monosyllabo צַר (alibi צָרַר Prov. XXX, 4. Hos. IV,

19, צָרְרוּ Num. XXXIII, 55). Jes. XLIX, 20: צַר לִי הַמָּקוֹם. 2 Reg. VI, 1: הַמָּקוֹם ... צַר מִמֶּנּוּ. Fem. Jes. XXVIII, 20: הַמַּסֵּכָה צָרָה *tegumentum angustum* est i. e. non satis latum (zu schmal). Saepe impers. צַר לִי angustum est alicui i. e. a) in angustiis versor (ich bin bedrängt, in Noth) Iud. XI, 7. 1 Sam. XIII, 6. Ps. XXXI, 10. LXIX, 18. Thren. I, 20. b) angor, anxius sum 1 Sam. XXVIII, 15. 2 Sam. XXIV, 14. 1 Par. XXI, 13. c) sq. עַל *doleo* aliquem (es thut mir bange um jem.) 2 Sam. I, 26. Eodem nexu ponitur fut. וַיֵּצֶר לִי v. יָצַר no. I.

3) i. q. צוּר no. 3. *secuit.* Vide צַר no. 3, צֹר no. 1. 2.

Pu. part. מְצֹרָר *colligatus* Jos. IX, 4.

Hi. הֵצַר inf. הָצֵר fut. subj. יָצַר־לוֹ 1 Reg. VIII, 37, אַל תָּצַר Deut. II, 9 (quanquam hoc rectius ad fut. Kal rad. צוּר refertur, construitur enim c. acc. non לְ, et comm. 19 eodem contextu habetur תְּצֻרֵם) וַיָּצַר 2 Par. XXVIII, 20, pl. וַיָּצֵרוּ Neh. IX, 27. 1) pr. *angustum fecit* alicui, sq. dat., inde *compressit* (compulit) in loco Jer. X, 18, *ursit*, *persecutus est* hostili modo, *vexavit* 1 Reg. VIII, 37. 2 Par. VI, 28. XXVIII, 20. Neh. IX, 27. Zeph. I, 17, *obsidione pressit* urbem Deut. XXVIII, 52 bis. — 2 Par. XXVIII, 22: בְּעֵת הָצֵר לוֹ *quo tempore eum premebant.* XXXIII, 12. — 2) אִשָּׁה מְצֵרָה Jer. XLVIII, 41. XLIX, 22 *mulier parturiens*, vel intrans. *angustiis pressa* (in Kindesnöthen), vel trans. pr. premendo propellens fetum.

צַר c. acc. dist. צָר A) adj. *coarctatus*, *angustus.* מָקוֹם צָר locus angustus Num. XXII, 26. חוֹתָם צָר sigillum arcte clausum Iob. XLI, 7. נָהָר צָר fluvius coarctatus, velut in valle angusta Jes. LIX, 19. Translate Prov. XXIV, 10: צַר כֹּחֶכָה *angustum est robur tuum* (deine Kraft ist beschränkt) i. e. angustis terminis inclusum. — Fem. צָרָה v. suo loco.

B) subst. 1) *adversarius*, *hostis* i. q. אֹיֵב, sed paucis exemplis exceptis (Gen. XIV, 20. Num. X, 9. 2 Sam. XXIV, 13) tantum poët. (Num. XXIV, 8. Ps. III, 2. XIII, 5. XXVII, 2. 12. XLIV, 6. LX, 14. LXXVIII, 66. LXXXIX, 24. Jes. I, 24. IX, 10. LXIII, 18 et saepe) et in libris recentioris aetatis Esth. VII, 4. 6. Neh. IV, 5. IX, 27. In sing. absol. scribitur צַר Am. III, 11, צַר וְאוֹיֵב Thren. IV, 12. Esth. VII, 6, הַצַּר הַצֹּרֵר Num. X, 9, sed c. acc. dist. צָר, non solum c. maiore ut Silluk צָר, Thren. I, 5. Ps. LXXVIII, 42. 61. CVII, 2, Athnach צָר Ps. XLIV, 11. LXXIV, 10. etiam cum minoribus, צָ֤ר Thren. I, 10. II, 4, צָר I, 7: c. art. הַצָּר Esth. VII, 4. Zach. VIII, 10. Cum suff. צָרִי Iob. XVI, 9, pl. צָרִים, צָרַי, צָרָיו v. exx. supra laudata.

2) *angustiae* loci. 1 Sam. II, 32: צַר מָעוֹן. Plerumque translate *angustiae*, in quibus aliquis versatur, *calamitas*, qua aliquis premitur. צַר וּמְצוּקָה Iob. XV, 24. Ps. CXIX, 143. לֶחֶם צָר panis angustiarum (qualis obsidionis tempore comeditur) Jes. XXX, 20. עֵת צַר tempus calamitatis Iob. XXXVIII, 23. Sq. genit. בְּצַר רוּחִי in angustiis animi mei (in der Angst meiner Seele) Iob. VII, 11. C. praep. בַּצַּר Jes. XXVI, 16, מִצַּר Ps. XXXII, 7. LX, 113. Pronomina non suffigunt, sed annectunt per לְ, ut בַּצַּר לִי *in angustiis* quae *mihi* i. e. meis Ps. XVIII, 7. LXVI, 14, בַּצַּר לְךָ Deut. IV, 30, בַּצַּר לוֹ 2 Par. XV, 4. Jes. XXV, 4, בַּצַּר לָהֶם Ps. CVI, 44. CVII, 6. Hos. V, 15, et sic בְּיוֹם צַר לִי die angustiarum mearum Ps. LIX, 17. CII, 3.

3) *lapis*, *silex* (i. q. צֹר, et צוּר no. 1). Jes. V, 28. (Arab. ظُرّ silex, max. acutus).

צֵר (i. q. ظُرّ silex) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. XIX, 35.

צֹר i. q. צוּר no. 2, pr. acies, a secando (v. rad. no. 3), inde 1) *rupes* (pr. acuta). Ezech. III, 9. — 2) lapis acutus, culter lapideus Ex. IV, 25. — Aliud est צֹר Tyrus v. p. 1160.

צָרָה f. A) adj. fem. (a masc. צַר litt. A) *angusta.* Prov. XXIII, 27: בְּאֵר צָרָה *puteus angustus.*

B) subst. 1) *adversaria*, certe *aemula* (v. צַר B, 1), de altera uxore. 1 Sam. I, 6. V. ad rad. no. 2, a. b. Adde syr. ܥܪܬܐ uxor altera v. Cast. Mich. p. 643.

2) *res angustae* i. e. afflictae, miseria. Gen. XLII, 21. Prov. XI, 8. XII, 13. XVII, 17 et saepe. Saepe dicitur: בְּיוֹם צָרָה Ps. L, 15. Prov. XXIV, 10. XXV, 19, בְּעֵת צָרָה Ps. XXXVII, 39, עִתּוֹת בַּצָּרָה *tempora* quibus *in rebus angustis* versati sumus Ps. IX, 10. X, 1. Copulatur cum synn. צ׳ וְצוּקָה Jes. XXX, 6. Prov. I, 27, צ׳ וּמְצוּקָה Zeph. I, 15, צ׳ וַחֲשֵׁכָה Jes. VIII, 22, צ׳ וְתוֹכֵחָה XXXVII, 3. Cum suff. בְּיוֹם צָרָתִי Ps. LXXVII, 3. LXXXVI, 7, sed etiam c. dat. (v. ad צַר B, 2). Ion. II, 3: מִצָּרָה לִי, Ps. CXX, 1: בַּצָּרָתָה לִּי. — Plur. צָרוֹת Iob. V, 19: בְּשֵׁשׁ צָרוֹת יַצִּילֶךָּ. Ps. XXV, 22. XXXIV, 7. 18 al.

3) *angor* (Angst v. rad. no. 2). Jerem. VI, 24: *angor nos corripit.* XLIX, 24. L, 43. De angore parturientis Jer. IV, 31. צָרַת נַפְשׁוֹ angor animi (Seelenangst) Gen. XLII, 21.

צְרוֹר Prov. XXVI, 8 pl. צְרֹרוֹת Gen. XLII, 35 m. 1) *fasciculus.* Cant. I, 13: צְרֹר הַמֹּר Vulg. *fasciculus myrrhae*, int. florum foliorumque myrrhae odoratorum. Alii huiusmodi fasciculum e collo suspensum minus aptum existimant, quia spinosa sit myrrha: et sacculum follemve myrrhae intelligunt, qui olfactorioli instar fuerit. Sed quidni spinas remotas cogitabis? Nonne etiam rosa spinis munita? Spec. *sacculus*, *marsupium*, *crumena* Gen. XLII, 35. Prov. VII, 20. Iob. XIV, 17. צְרוֹר אֶבֶן crumena plena gemmis Prov. XXVI, 8. Metaph. צְרוֹר הַחַיִּים 1 Sam. XXV, 29 v. ad rad. — 2) i. q. צַר *lapillus* 2 Sam. XVII, 13 (ut LXX.

Vulg. Pesch. Targ.), inde, ut videtur, *granulum* Am. IX, 9.

צְרֵרָה v. צְרֵדָה.

מֵצַר m. pr. *locus angustus* (Klemme), dein conditio adversa Ps. CXVIII, 5. Plur. מְצָרִים Threu. I, 3: *assequuntur eam* בֵּין מְצָרִים *inter angustias* (q. d. in der Klemme). Venatores feram in angusta loca propulsam facilius capiunt. Cstr. מְצָרֵי שְׁאוֹל Ps. CXVI, 3.

צֶרֶת n. pr. v. צֹחַר.

צֶרֶת הַשַּׁחַר (splendor aurorae, v. צֶרֶת) n. pr. oppidi Rubenitarum Jos. XIII, 19.

ק

Koph undevicesima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est i. q. *centum*. Nomen huius elementi קֹף, קוֹף (gr. *κόππα*) vel *foramen securis acus*que significat coll. chald. קוּפָא, מְקוֹף, arab. قُفّ foramen securis, res securi similis, vel, quod praetulerim, *occiput*, *pars postica cervicis* i. q. قَفًا. De hac sententia duo habemus in alphabeto litteras iuxta se positas, quae *caput* significent, *Koph* et *Resch*, ut supra duas, quae manum repraesentent, *Jod* et *Caph*, quibus fortasse accedit tertia *Tet* i. q. aeg. *tôt* manus. Hitzigius (Erf. d. Alphab. p. 24) *aurem* interpretatur coll. arab. قُوفُ الأُذُن summa pars vel margo auris (Kam. p. 1219): sed mediae geminatae formam arguit gr. *κόππα*. Hoc nomen gessit littera antiqua huius figurae Ϙ, quae in numis antiquissimis Syracusarum, Crotonis et Corinthi reperitur (v. Mazocchi ad tab. Heracl. p. 122), postea ex litterarum serie eiecta est, vocabulisque olim per Koppa scriptis (ut *Κόρινθος*, *Συράκουσαι*) Kappa adhibitum: ita tamen ut Koppa notae arithmeticae (*ἐπίσημον Κόππα*) munus servaret (v. Schol. ad Arist. Nub. 23). Iam antiquitus autem in Romanorum alphabetum transierat, in quo (ut in nostro) hodieque Q figuram locumque priscum servat. Quinctil. 1, 4 §. 9.

Pronunciatio eius a כ et raphato et tenui ita differt, ut ק extremo palato prope gulam maiore quodam nisu proferatur, pariter atque ט, q. v. Veteres Poeni mollius instar ג pronunciasse videntur (v. monu. Phoen. p. 433), et ita hodieque ق in Africa pronunciatur, v. c. قال *gâl*. Permutari hanc litteram 1) cum reliquis palatinis, supra docuimus p. 252. 647. Adde pro hebr. ק Nasoraeos saepe habere ג v. c. גטל קָטַל interfecit, גטן קָטֹן parvus fuit. Alibi 2) transit in gutturales, ut ח p. 436, ע p. 977 A. Praeterea, in primis certe linguae originibus, k etiam in t transiisse videtur (ut puelli balbutientes pro k saepe substituunt t pronunciatu facilius): et hunc in modum sibi vicina sunt פָּקַח et פָּתַח aperuit, שָׁקָה et שָׁתָה bibit, פָּתַר aeth. פכר interpretatus est, cf. *κόπτω* et *τύπτω*; *quattuor* et *τέτταρες*, *quis* et *τίς*.

קָא *vomitus*,

קָאַת *pelecanus*, v. rad. קוֹא.

קָבַב vicina radicibus גָּבַב, כָּפָה no. II *gibbosum et cavum fecit* 1) i. q. נָקַב *cavavit*, inde etiam *cameravit* (cf. גָּבַב, כָּפָה = כָּנַו) i. q. arab. قَبَّ Conj. II. chald. קַבֵּב fornicatum opus exstruxit, ܡܩܒܒܐ fornicatus (gewölbt) BH. 152, ܡܩܒܒܬܐ fornicatum opus Jes. XXIX, 3.

2) metaph. i. q. נָקַב no. 3 (q. v.) *maledixit*, *exsecratus est* (pr. proscidit, perforavit). Reperiuntur hae eius formae: Praet. קַב c. suff. Num. XXIII, 8. 27, inf. קֹב ib. 11, pro absol. 25, imp. c. He parag. קָבָה־לִּי (kŏba-li) XXII, 11. 17, c. suff. קָבְנוֹ XXIII, 13.

קַב n. pr. vasculum cavum, a rad. no. 1. (Cf. aeg. ⲔⲀⲂⲒ, ⲔⲀⲂⲤ vasculum, ampulla olei in lucerna, lat. *cupa*, angl. *cup*). Inde mensura quaedam aridorum 2 Reg. VI, 25, auctoribus Rabbinis sexta pars sati (סְאָה). Sic talm. קַב v. Buxt. h. v., gr. *κάβος* i. e. *χοῖνιξ*, v. Geopon. 7, 20 not. Hesych. Suid. Etym. M.

קֻבָּה f. *tentorium*, idque altum, forma *rotunda* et *camerata* exstructum (gewölbtes Lustzelt) Num. XXV, 8. Arab. قُبَّة non quodvis tentorium, sed splendidius et cameratum, animi et voluptatis causa exstructum (Lustzelt). Eutych. Ann. 1, 22. Ass. 3, 1 p. 510, inde قبة الزمان pro hebr. אֹהֶל מוֹעֵד de tabernaculo foederis, it. aedificium cum tholo Eutych. II, 430, aedes s. sacellum cum tholo ib. 422. 423. Abulf. Syr. p. 10, denique fornix coeli vit. Tim. II p. 156; et sic syr. ܩܘܒܬܐ tentorium regium BH. 154, aedificium tholo munitum BH. 145, cuppola, ciborium (v. neues Repert. 1, 77. 87), fornix coeli BH. 578; etiam chald. קִיבְתָא praeter locum Num. l. c. fornicem coeli potius quam *vasculum*, *urceum* significat, ut vulgo explicant, v. Ps. LXV, 10. Iob. XXXVIII, 25. Gen. I, 7 (Ion.). Vide Lorsbach in Pauli repert. novo III, 111 sqq. Frähn de Arabum libris

crisi poscentibus emaculari p. 21 sqq. ad Ibn Foszlan p. 116. Döpke ind. ad Mich. chrest. syr. p. 171. Nasor. ܩܘܒܬܐ fornix. Transiit hoc vc. in medii aevi latinitatem, ubi *cuppa*, *cuppola* (nostr. Kuppel) eodem sensu, dein in linguam Hispanicam, ubi *alcova* (nostr. Alcoven) est cubiculum tentorii instar aulaeis velatum. — Num. l. c. intelligitur huiusmodi tentorium ornatius, quorum plura ad Baal-Peori s. Priapi orgia in iis concelebranda exstruxerant Midianitae. Vulg. lupanar (etiam lupanaria fornicata esse solebant). LXX εἰς τὸν κάμινον. Conieceris εἰς τὴν καμάραν, sed etiam Symm. habet πυρίνιον al. codd. πυρεῖον, nisi apud hunc quoque cum cod. Coisl. et Lips. legendum πορνεῖον.

קֵבָה *echinus*, et

קֵבָה *vulva*, v. rad. נָקַב.

קָבַל in Kal inusit. pr. *ante*, *e regione fuit* (arab. قَبْلٌ, قُبْلٌ, قِبَلٌ pars antica, anterior, قَبْلَ ante), inde ex anteriore parte venit, *obviam venit, occurrit*. — Arab. قَبِلَ advenit, med. Kesr. excepit, accepit, admisit, rem gratam Cor. 24, 4. 40, 2. Har. I, 32 Sch. II osculatus est. III e regione oppositus fuit, it. opposuit se. V. i. q. I acceptavit ut gratum Cor. 3, 32. 5, 30. Aethiop. ተቀበለ: occurrit, excepit, accepit, ቀበለ: occursus. Syr. Pe. obvius fuit, opposuit se. Pa. accepit, suscepit, concepit. Chald. Pa. cepit, accepit, in Targg. saepe pro לָקַח, נָשָׂא, it. accepit doctrinam, obtemperavit mandato, pro שָׁמַע.

Pi. קִבֵּל recentioris Hebraismi vox (pr. advenire fecit), inde 1) *excepit, admisit* ad se venientem 1 Par. XII, 18. 2) *accepit* rem oblatam datamve (nostr. entgegennehmen, annehmen) Esr. VIII, 30, c. negat. Esth. IV, 4. 1 Par. XXI, 11: קַבֵּל לְךָ *accipe tibi* i. e. elige tibi ex his rebus tibi oblatis. Iob. II, 10: *bonum quidem accepimus a Deo, nonne etiam malum accipiamus?* it. accepit praeceptum, legem sibi datam Esth. IX, 23. 27, doctrinam Prov. XIX, 20 (cf. ad לֶקַח) i. e. obtemperavit praecepto, doctrinae, v. supra de usu chaldaeo. Simpl. *cepit* rem i. q. לָקַח 2 Par. XXIX, 16. 22.

Hiph. oppositus fuit alter alteri. Exod. XXVI, 5: מַקְבִּילֹת הַלֻּלָאֹת אִשָּׁה אֶל אֲחֹתָהּ. Vide supra arab.

קַבֵּל chald. tantum in Pa. *accepit* v. c. regnum Dan. VI, 1. VII, 18, sq. מִן קֳדָם *ab* aliquo II, 6. Vide supra ad hebr.

קֹבֶל m. res opposita, arab. قُبْلٌ, unde Ez. XXVI, 9: מְחִי קָבָלּוֹ *percussio rei oppositae* i. e. aries, arietes muris perforandis. Alii libri habent קָבָלּוֹ, ut קָטַנִּי 1 Reg. XII, 10, quae pronuncio *köbollo*, *kötonni*, a קֹבֶל, קֹטֶן, Kamez-chatuph posito pro Chateph-Kamez קָבָלּוֹ, קָטַנִּי (ut שָׁרָשִׁים pro שֳׁרָשִׁים). Sed grammaticis legibus contrarium et non ferendum est קֳבָלּוֹ, quod habent J. H. Michaëlis et v. d. Hooght. Recte Norzi ad h. l. אין לנקדה (בית) בשוא קמץ כי אין דגש אחר שוא נע.

קֳבָל (formae קֳדָם) vel sec. alios libros קֳבָל *köbâl* (قُبَال) i. q. chald. קֳבֵל *ante*. 2 Reg. XV, 10: קֳבָל־עָם *coram populo*. Nonnulli libri קָבְלְעָם una voce, quo pacto foret n. pr. viri, LXX Κεβλαάμ.

קֳבֵל et קְבֵל chald. pr. pars anterior, facies i. q. פָּנִים. Inde

1) לָקֳבֵל praep. a) *e regione* Dan. V, 5, *ante* III, 3. V, 1. Cum suff. לָקָבְלָךְ II, 31. In Targg. קְבִיל et לָקֳבִיל ante, coram, c. suff. קָבְלִי, קוּבְלִי, קִבְלִי v. Buxt. 1957. Sam. ࠒࠁࠋ et ࠋࠒࠁࠋ id. b) *propter* (i. q. מִפְּנֵי no. 2 cf. gr. ἀνθ' οὗ, ἀνθ' ὧν propterea. Sam. ࠔࠒࠁࠋ propter). Dan. V, 10. Esr. IV, 16. Sq. דִּי abit in Conj. propterea quod, *quia* Esr. VI, 13. Sed crebrius, quae est Chaldaeorum in particularum usu verbositas, plenius et pleonastice dicunt

2) כָּל־קֳבֵל דִּי a) pr. eam ipsam ob causam (eben deswegen weil, nostr. *alldieweil* in verboso sermone ICtorum), pro simpl. propterea quod, *quia* Dan. II, 8. 41. 45. III, 29. IV, 15. V, 12. 22 (ubi non opus est כל קבל די reddere: *etsi*, nam sententia est: non humiliasti te, ut facere debebas, *quoniam* haec omnia noveras). VI, 4. 5. 23. Esr. IV, 14. VII, 14, relat. *quam ob causam* Dan. II, 10. b) eodem modo quo i. e. *quemadmodum* (cf. לִפְנֵי in modum, instar, sicut p. 1111 B). Dan. II, 40 (LXX ὃν τρόπον) et VI, 11 (LXX καθώς). Ita Eccl. V, 15 Targ. כָּל־קְבֵיל דַּאֲתָה לְעָלְמָא הָדֵין כְּדֵין וגו׳ *quemadmodum venit in hunc mundum, ita* cet.

3) כָּל־קֳבֵל דְּנָה *propterea* pr. eam ipsam ob caussam, Dan. II, 12. 24. III, 7. 8. 22. VI, 10. Esr. VII, 17. — Not. כָּל illud pleonasticum Chaldaei anteponunt etiam praepositioni, כָּל־קֳבֵל i. q. קֳבֵל *ante* Gen. XXVIII, 17. Ruth IV, 4, et ita in sermone vetustiore germ. *allda*, *allwo*, *allhier*, adeoque *allwie*, *allschon*, *allförderst* cet. In una voce *allso*, *also* pro *so* (sic) hic pleonasmus in communem usum receptus est.

קָבַע 1) i. q. כָּבַע, גָּבַע altus fuit et superne rotundus in modum gibbi, capitis, arab. قبع gibbosus fuit, unde קוֹבַע galea, קֻבַּעַת calix. Cf. gr. κυβή. Ab his nominibus, quae cuncta res designant *tegendo* inservientes, proficiscitur

2) *abscondendi* potestas (arab. قبع abscondit, ut caput veste, florem in calice), et inde translate est *decepit*, *defraudavit* aliquem (cf. בָּגַד) Mal. III, 8. 9, sq. dupl. acc. *spoliavit* aliquem aliqua re Prov. XXII, 23.

קוֹבַע in Pausa Ezech. XXIII, 24 (Milra), cstr. קוֹבַע (Milêl) 1 Sam. XVII, 38 *galea* i. q. כּוֹבַע, ubi vid. (p. 657), quae de forma et accentu etiam huius vocis disputavimus. Aeth. ቆብዕ: mitra monachorum.

קֻבַּעַת f. *calix*, pr. floris, κάλυξ (arab. قُبَعَة), dein potatorius, κύλιξ, inde Jes. LI, 17. 22: קֻבַּעַת כּוֹס *calix poculi*, q. d. Becherkelch, calix potatorius. A simplici כּוֹס ita differt, ut simul formam poculi indicet, calici florum similem (cf. nostr. Kelchglas). Alii ק' כּוֹס poculum maius esse volunt, quod vix idoneo argumento probaveris, nisi forte poculum intellexeris ad *galeae* magnitudinem accedens. Abulwalides spumam et faeces calicis intelligit (a tegendo), quod non placet.

קָבַץ fut. יִקְבֹּץ pr. comprehendit, coëgit manu, nostr. zusammenfassen. (Arab. قبض manu cepit, comprehendit rem, hominem. II. collegit rem. قبط id., sed قبص extremis digitis cepit. Cognata sunt: חָבַץ, ܟܒܫ compressit, collegit, zab. ܟܒܨ congregavit, et hebr. קָמַץ, קָפַץ). Inde 1) *collegit* res, et frumentum Gen. XLI, 35. 48, spolia Deut. XIII, 17 (addito אֶל loci), opes Prov. XIII, 11: קֹבֵץ עַל יָד *qui colligit super manum* suam i. e. in possessionem suam diligenter custodiendam, cf. formulam עַל יַד p. 567 B. Sq. לְ collegit alicui (für jem.) Prov. XXVIII, 8. Metaph. Ps. XLI, 7: *animus eius* inimici me visentis יִקְבָּץ אָוֶן לוֹ *colligit sibi nequitiam* i. e. novam inimicitiae et odii materiem (q. d. sammelt sich Gift ein). — 2) *congregavit* homines Iud. XII, 4. 1 Sam. VII, 5. XXVIII, 4. 2 Sam. II, 30. 1 Reg. XVIII, 20. XXII, 6. 2 Reg. VI, 24. X, 18. Neh. V, 16. Ez. XXII, 19. Joël II, 16 al. sq. אֶל pers. et loci, ad aliquem 1 Reg. XVIII, 19. 2 Sam. III, 21, in aliquem locum Esr. VIII, 15, אֵלָיו ad se 2 Par. XXXII, 6. Hab. II, 5, עָלָיו id. 1 Reg. XI, 24.

Niph. 1) *colligi*, de cadaveribus Ez. XXIX, 5. — 2) *congregari*, de hominibus, de populo Gen. XLIX, 2. 1 Sam. VII, 6. XXV, 1. Esth. II, 8. 19. Jes. XLIII, 9. XLV, 20. XLVIII, 14. XLIX, 18, de bestiis XXXIV, 15, sq. אֶל pers. ad aliquem Jos. X, 6. Esr. X, 1, עַל 2 Par. XIII, 7.

Pi. 1) *amplexus, complexus est* (ulnis), velut agnos teneros, quos in sinu gestat pastor Jes. XL, 11, metaph. Deus populum Jes. LIV, 7 opp. עָזַב a se dimisit. — 2) *collegit* res, velut uvas in vindemia Jes. LXII, 9 (nasor. ܟܒܘܨܐ messor), manipulos Mich. IV, 12, aquas in piscina Jes. XXII, 9. Mich. I, 7: *de mercede meretricia* Samaria *collegit idola sua* i. e. sibi comparavit, conficienda curavit. — Joël II, 6: *omnes vultus colligunt aestum*. Nah. II, 11, vide de his locis s. v. פָּארוּר p. 1089. — 3) *congregavit* bestias Jes. XXXIV, 16, gregem i. e. in unum coëgit, ne dilaberetur Jes. XIII, 14, max. homines, populum, populos Joël IV, 2. Jes. LXVI, 18. Ez. XX, 34. 41. XXXVI, 24 al., dispersos Jes. XI, 12. LVI, 8. Saepissime de Deo, qui Israëlitas dispersos denuo congregat, addito מִן loci, v. c. ex Aegypto Hos. IX, 6, ex terris peregrinis Ez. XXXIV, 13. XXXIX, 27. Ps. CVII, 3, ex populis Deut. XXX, 3. Ez. XI, 17. Sq. עַל congregare *ad* al. Jes. LVI, 8, *contra* al. Ez. XVI, 37.

Pu. part. fem. *congregata* Ez. XXXVIII, 8.

Hithpa. *se congregare* Jos. IX, 2. Iud. IX, 47. 1 Sam. VII, 7. VIII, 4. XXII, 2. 2 Sam. II, 25. Jes. XLIV, 11. Jer. XLIX, 14.

קִבּוּץ m. *congregatio*, *caterva*. Jes. LVII, 13: קִבּוּצַיִךְ *catervae tuae* sc. idolorum, cf. Comm. 9.

קְבֻצָה f. *acervus* (argenti, aeris) Ez. XXII, 20.

קִבְצַיִם (duo acervi) n. pr. oppidi Ephraimitarum Jos. XXI, 22.

יְקַבְצְאֵל (quod Deus congregat) Neh. XI, 25 et **קַבְצְאֵל** Jos. XV, 21. 2 Sam. XXIII, 20 n. pr. oppidi in australibus Judae.

קָבַר fut. יִקְבֹּר *sepelivit*. (Iisdem litteris in omnibus linguis cognatis. Origo est in tumulo *coacervando*, cf. syr. ܩܒܪ pro gr. σωρεύω Rom. XII, 20, et ita nasor. v. Norb. lex. Vic. est צָבַר q. v. et ad litt. צ. Radix bilittera est קב cf. גָּבַב, קָבַב). In Kal ubique refertur ad singulos Gen. XXIII, 4 sqq. XXV, 9. XXXV, 29. XLVII, 30. XLIX, 31. L, 14. Iud. II, 9. XVI, 31. 1 Sam. XXXI, 13 et persaepe, excepto uno exemplo Ez. XXXIX, 12. Cf. Pi.

Niph. *sepeliri*, de uno Gen. XV, 15. XXXV, 8. 19. Iud. XII, 7 sqq., de pluribus Iob. XXVII, 15. Jer. VIII, 2. XVI, 4. 6.

Pi. *sepelivit* plures (cf. קִטֵּל) Num. XXXIII, 4. 1 Reg. XI, 15. Jer. XIV, 16. Ez. XXXIX, 14. 15. Hos. IX, 6. — *Pu.* *sepultus est* Gen. XXV, 10.

קֶבֶר, in Pausa קָבֶר Gen. XXIII, 9. 20. XLIX, 30. c. suff. קִבְרִי pl. קְבָרִים cstr. קִבְרֵי et קְבָרוֹת cstr. קִבְרוֹת m. *sepulcrum*. (Ar. قَبْر, syr. ܩܒܪܐ, phoen. קבר inscr. Carth. 9 id., aethiop. ቀብር: sepultura). Gen. XXIII, 9. Exod. XIV, 11. Num. XI, 34. 35 et saepe. Licet primitus *tumulum* significet (v. ad rad.), tamen neglecta origine dicitur קֶבֶר פָּתוּחַ sepulcrum apertum (in quod quis incidere possit) Ps. V, 10. Jer. V, 16. De sepulcro in rupem inciso Jes. XXII, 16. — Pluralis aliquoties positus est, ubi singularem exspectes, Iob. XVII, 1: קְבָרִים לִי *sepulcra mihi* instant. XXI, 32: לִקְבָרוֹת יוּבָל *ad sepulcra effertur*. Sed caussa manifesta est. Sepelimus enim mortuos in locis, ubi *multa sepulcra* sunt, in *sepulcreto*. Ut l. c. ita germ. diceres: der Kirchhof harret mein. Ceterum etiam ap. Herod. 5, 63 αἱ ταφαί de sepulcro unius dicitur. — קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה sepulcra libidinis n. pr. loci in deserto Arabico Num. XI, 34. XXXIII, 16. Deut. IX, 22 al.

קְבוּרָה f. 1) *sepultura* Jer. XXII, 19. Eccl. VI, 3. 2) i. q. קֶבֶר *sepulcrum* Gen. XXXV, 20. XLVII, 30.

Deut. XXXIV, 6. 1 Sam. X, 2. 2 Reg. XXI, 26. Jes. XIV, 20.

I. **קָדַד** *scidit, discidit; fidit.* (Arab. قَدَّ scidit, secuit, idque per longum. Syr. ܩܕ pro *σχίζειν* Luc. V, 36. Sam. ࠒࠃࠃ scidit, discidit vestes. Vicinae sunt radd. גָּדַד, גָּזַז, et ex Indogerm. *κεδάω, κεδάζω, σκεδάζω*).

קִדָּה f. Exod. XXX, 24. Ez. XXVII, 19 aromatis genus peregrinum, teste Targ. Pesch. i. q. קְצִיעָה Vulg. *casia*, aromatis genus cinnamomo simile, sed minus grave et odoratum, dictum a fistulis *scissis*, v. Theoph. hist. pl. 9, 5. Plin. 12, 19. Dioscor. 1, 12, qui inter plures casiae species unam memorat *κιττώ* dictam i. q. קִדָּה pronunciatione ad Syriasmum deflectente. In Talmude Chil. 1 §. 8 memoratur קדה לבנה *casia alba* ut species eius in Palaestina culta. Quod Ps. XLV, 9 habetur, קְצִיעוֹת, vel aliud eiusdem rei nomen est, vel diversam eius speciem significat, v. h. v. et Celsii Hierob. II, 186. 360 sqq.

קָדְקֹד c. suff. קָדְקָדְךָ Deut. XXVIII, 35, קָדְקֳדוֹ (al. קָדְקְדוֹ) 2 Sam. XIV, 25. Ps. VII, 17. Iob. II, 7 m. *vertex* capitis, dictus a capillo ibi diviso et discriminato (cf. germ. *Scheitel*, vom *Scheiteln* der Haare, und *Scheiteln* von *scheiden*, wie Schneiteln von schneiden) Gen. XLIX, 26. Deut. XXXIII, 16. 20. Jes. III, 17. Jer. II, 16. XLVIII, 45, adde quae supra laudata sunt. Semel plene dicitur קָדְקֹד שֵׂעָר vertex capilli (Haarscheitel) Ps. LXVIII, 22, ubi non placent, qui *verticem capillatum, crinitum* interpretantur (Böttch. specc. 121), et vocis originem in his respici negant. (Arab. مَقَدٌّ pars capitis a vertice ad cervices. Aram. vertex, occiput est קָדַל, ܩܕܠܐ, arab. قَذَالٌ, quod ex hebr. factum esse possit, d et l permutatis p. 727, quanquam nil definio).

II. **קָדַד** in solo fut. chaldaeo more inflexo וַיִּקֹּד pl. וַיִּקְּדוּ *inclinavit se, incurvavit se* honoris et reverentiae causa, coram Deo et hominibus. Ubique sequitur הִשְׁתַּחֲוָה, ut Gen. XXIV, 26: וַיִּקֹּד הָאִישׁ וַיִּשְׁתַּחוּ. Ex. XXXIV, 8: וַיִּקֹּד אַרְצָה וַיִּשְׁתָּחוּ. Gen. XLIII, 28: וַיִּקְּדוּ וַיִּשְׁתַּחֲוּ. XXIV, 48. Ex. IV, 31. XII, 27. Num. XXII, 31. 1 Sam. XXIV, 9. XXVIII, 14. 1 Reg. I, 16. 31. 1 Par. XXIX, 20. 2 Par. XXIX, 30. Neh. VIII, 6. (Eodem modo Syri copulant ܐܬܟܢܥ ܘܣܓܕ BH. 263, Arabes ركع وسجد, vit. Tim. I, 332 Mang.). LXX plerumque *κύπτω*, et cum 'וישת *κύψας προςεκύνησε* (Vulg. pronus adoravit), semel *κάμπτω τὸ γόνυ* 1 Par. l. c., *πίπτω* 2 Par. l. c. Targ. כְּרַע.

Cum rad. קָדַד no. I hanc duplici modo conciliarunt a) ita ut קָדַד no. II denom. esset a קָדְקֹד pr. *inclinavit verticem* (Kimchius: ענינם הכנעת הקדקד ושחוח. Sim. al.); b) ut *incurvandi* vis esset a *findendo* (Böttch. specc. p. 120). Sed utrumque quaesitum est et longe petitum: hoc admitti potuisset, si *frangendi* vim haberet radix, unde *incurvatio corporis* et *genuflexio* nasci poterat (cf. בָּרַךְ): verum (*in longum*) *findendi* potestas ab ea diversissima est. Equidem non dubito, plane alius familiae esse hoc verbum atque illud et *incurvandi* vim sibi propriam habere. Finitima sunt a) ܩܕܠ incurvavit se, genuflexit, quo Peschito in Pent. et Neh. VIII, 6 exprimit hebr. קָדַד, adde N. T. Act. IX, 40: ܩܕܠ ܥܠ ܒܘܪܟܘܗܝ. XXI, 5, cf. قعد consedit, ab incurvando dictum; b) עֲקַר procidit in genua Ex. XXXIV, 8 Onk. pro וַיִּקֹּד, IV, 31 Targ. Hieros. Buxt. 1649, sam. ࠏࠒࠃ quod ubique in Pent. ponitur pro וַיִּקֹּד, וַיִּקְּדוּ, nasor. ܩܕܠ genuflexit, procidit Cod. N. I, 104, 7. 296, 20. II, 198, 6, ܩܕܠܬܐ genuflexio. Quum solum fut. וַיִּקֹּד reperiatur, ne rad. quidem קדד certa est, et videant viri docti, possitne יקֹּד ad ipsam rad. ܩܕܠ, קָעַד revocari, ut supra (p. 892) יִסַּק, ܢܣܩ dictum esse vidimus pro יִסְלַק, vel ad עֲקַד gutturali in ק inserta, ut לַהֲבָה, לֶבָה; מַאֲכֶלֶת, מַכֹּלֶת; אָהּ-נָא, אָנָּא. Radicem קָדַד vindicat Abulwalides coll. talmud. קדידה inclinatio laudatis his verbis: קדידת הרים ובליעת גאיות *inclinatio montium et absorptio collium:* sed haec non multum probant.

קָדָה rad. inusit. Syr. ܩܢܐ possedit. Inde

יָקְדְעָם (possessum a populo, cf. יָקְנְעָם, יָקְמְעָם a קָנָה, קָמָה) n. pr. oppidi in montanis Judae Jos. XV, 56.

קָדַח 1) *accendit* ignem. (Arab. قَدَحَ extudit ignem ex igniario, قَدَّاحٌ igniarium, قَدَّاحَةٌ pyrites. Syr. ܐܩܕܚ Aph. accendit, ܩܕܚܐ ardor, flamma. Eadem radix chald. syr. et arabice etiam *terebrandi* vim habet, unde coniicias, illam vim profectam esse ab illa ignis accendendi ratione, quae lignum terebrando fiebat). Jes. LXIV, 1: כִּקְדֹחַ אֵשׁ הֲמָסִים *sicut ignis accendit vimina.* L, 11: קֹדְחֵי אֵשׁ *accendentes ignem* belli interni et civilis. Jer. XVII, 4. — 2) *incensus est, exarsit* ignis, metaph. de ira Dei Deut. XXXII, 22. Jer. XV, 14.

קַדַּחַת f. *febris ardens* Lev. XXVI, 16. Deut. XXVIII, 22.

אֶקְדָּח m. gemma quaedam, eaque *ignei* fere coloris, fort. *carbunculus* Jes. LIV, 12.

קָדַם in Kal inusit. Arab. قَدَمَ praeivit, praegressus est, ut dux Cor. 11, 100. Conj. II. VI. X. id. med. Damm. praecessit tempore, antiquus fuit. Aeth. ቀደመ: id. et: prius fecit, auspicatus est, ቀዳሚ: primus, subst. principium. Origo esse videtur in *acuto* (quadril. קַרְדֹּם pro קָדֹם instrumentum acutum, securis), inde pr. *in acie*, *in fronte fuit et incessit* (an der Spitze stehen).

Pi. 1) *praecessit*, *praeivit*. Ps. LXVIII, 26: קִדְּמוּ שָׁרִים *anteibant cantores*. Sq. acc. Ps. LXXXIX, 15: חֶסֶד וֶאֱמֶת יְקַדְּמוּ פָנֶיךָ *favor constans praecedit faciem tuam*. — 2) *praevenit*, *antevenit*, *praevertit* aliquem, *φθάνω*, jem. zuvorkommen. (Syr. ܩܕܡ sq. ܠ id.). Sq. acc. Ps. XVII, 13: קַדְּמָה פָנָיו *praeverte faciem eius*. CXIX, 148: קִדְּמוּ עֵינַי אַשְׁמֻרוֹת *praevertunt oculi mei vigilias noctis* i. e. expergiscor priusquam decesserunt vigiliae nocturnae. Sq. inf. *festinanter*, inde *mature*, *mane fecit*. (Syr. ܩܕܡ, aeth. ቀደመ: sq. verbo finito, prius fecit, v. c. ܩܕܡ ܝܕܥ praescivit, ቀደመ: ነገረ: praenunciavit, cf. Hoffm. gr. syr. 376, Agrell. suppl. p. 11. Chald. קַדֵּם saepe pro הִשְׁכִּים mane fecit, absol. mane surrexit). Jon. IV, 2: *ideo* קִדַּמְתִּי לִבְרֹחַ *festinanter fugi* ut praevenirem periculum mihi imminens. Absol. Ps. CXIX, 147: קִדַּמְתִּי בַנֶּשֶׁף *mane surgo in diluculo*. — 3) *obviam venit*, *occurrit* alicui. (Arab. قدم I. V. id. max. hostili modo). Ps. LXXXVIII, 14: *preces meae occurrant tibi* i. e. inveniant te, perveniant ad te. Spec. a) ad auxilium ferendum. Ps. LIX, 11: אֱלֹהֵי חַסְדִּי יְקַדְּמֵנִי. LXXIX, 8: יְקַדְּמוּנוּ רַחֲמֶיךָ. Iob. III, 12: *quare mihi occurrerunt genua?* ut me susciperent. b) ad aliquid (donum) offerendum, sq. בְּ rei oblatae (entgegenbringen), *obtulit* aliquid, *succurrit* aliqua re. Deut. XXIII, 5: עַל דְּבַר אֲשֶׁר לֹא קִדְּמוּ אֶתְכֶם בַּלֶּחֶם *quoniam vobis non occurrerunt cum pane* i. e. vobis transeuntibus commeatu non succurrerunt. Jes. XXI, 14. Mich. VI, 6. Neh. XIII, 2. Sq. dupl. acc. Ps. XXI, 4: תְּקַדְּמֶנּוּ בִּרְכוֹת טוֹב *offers ei beneficia quaevis*. Sq. בְּ rei XCV, 2: *offeramus ei hymnos*. c) hostili modo (v. arab.) Jes. XXXVII, 33: לֹא יְקַדְּמֶנָּה מָגֵן *non occurret ei* urbi *clypeus* i. e. obvertetur ei clypeus. Ps. XVIII, 19: יְקַדְּמוּנִי בְיוֹם אֵידִי. Comm. 6: קִדְּמוּנִי מוֹקְשֵׁי מָוֶת. Iob. XXX, 27: קִדְּמֻנִי יְמֵי עֹנִי.

Hiph. 1) *praevenit* aliquem officiis praestandis, beneficio prius praestito aliquem debitorem fecit. Iob. XLI, 3: מִי הִקְדִּימַנִי וַאֲשַׁלֵּם. (Arab. قدم IV. id. قَدْم beneficium alteri prius praestitum, v. Schult. ad Iob. 1183. Adde locutionem Cor. 2, 89: ما قدمت ايديهم *quod prius dederunt manus eorum:* respicitur ad peccata in hoc mundo commissa olim punienda). — 2) i. q. Pi. no. 3, c, *occurrit hostiliter* (calamitas). Am. IX, 10: *non appropinquabit* וְתַקְדִּים בַּעֲדֵינוּ הָרָעָה *et irruet inter nos calamitas*.

קֶדֶם m. in Pausa קֵדֶם Gen. X, 30. XXV, 6 1) pr. *id quod ante est*, adv. loci, *ante*, *in fronte*, opp. אָחוֹר Ps. CXXXIX, 5. מִקֶּדֶם ab anteriore parte Jes. IX, 11. Hinc

2) *oriens*, *plaga orientalis*, cf. ad אָחוֹר. (Chald. קִדּוּם). Iob. XXIII, 8. מִקֶּדֶם ab oriente, post verbum motus Gen. XI, 2. XIII, 11, post verbum quietis Gen. II, 8: *et plantavit hortum in Eden* מִקֶּדֶם *ab oriente* regionis Eden. מִקֶּדֶם לְ praep. ab oriente alic. loci III, 24. Num. XXXIV, 11. Jos. VII, 2. Iud. VIII, 11. — בְּנֵי קֶדֶם *filii Orientis* sunt incolae Arabiae desertae, quae ab oriente Palaestinae ad Euphraten protenditur, hodie بادية الشام desertum Syriae dicta Iud. VI, 3. 33. VII, 12 (ubi copulantur cum Amalecitis et Midianitis, sed VIII, 10 *b'ne kedem* hos omnes complectitur). Iob. I, 3. Jes. XI, 14. Jerem. XLIX, 28. Ezech. XXV, 4. 10. 1 Reg. V, 10, inde אֶרֶץ קֶדֶם Gen. XXV, 6 et אֶרֶץ בְּנֵי קֶדֶם XXIX, 1 de deserto Syriae, inclusa etiam Mesopotamia, et sic הַרְרֵי קֶדֶם de montibus Mesopotamiae Num. XXIII, 7. Sed הַר הַקֶּדֶם Gen. X, 30 est *montanum Arabiae*, النَّجْد dictum, v. supra ad מַשָּׂא pag. 823. Adde hanc observationem *Fresnellii* in litteris Djiddae ad Moblium datis (Journal Asiat. Serie III, T. V, 520): „*il est remarquable, que la montagne d'Orient, ou la montagne d'Arabie, selon la Version de Gesenius, porte dans la langue ehhkili le nom de* فجر (*diluculum, prima lux aurorae*), *qui signifie de plus* نَجْد *c'est à dire Hochland, plateau. Si l' auteur sacrè a voulu parler de la montagne, où croit l'encens, ou de la chaine, qui forme la ceinture du Negd, le mot hebreu peut être considerè comme la traduction du mot ehhkili* سحر, *quoique aujourd'hui ce mot ne signifie plus autre chose que la montagne même. En hebreu* שחר *veut dire l'aurore.*" — In verbis Jes. II, 6: מָלְאוּ מִקֶּדֶם *pleni sunt oriente*, קֶדֶם interpretantur de superstitionibus et praestigiis ex Oriente i. e. ex Aramaea (cf. Num. XXIII, 7) advectis. Sed sententia quaesita est, et non possum non probare Brenzii coniecturam מִקֶּסֶם: in altero enim membro habetur עֹנְנִים) quod et alibi (Deut. XVIII, 10. 14. Jer. XXVII, 9, copulatur cum קֶסֶם. Ceterum non displicet Schultensius, qui coll. Iob. XV, 2 (וִימַלֵּא קָדִים בִּטְנוֹ), vulg. קֶדֶם interpretatur *cogitationes inanes*, *futiles*.

3) de tempore, *priscum tempus*, poët. i. q. עוֹלָם no. 1. (Arab. قِدَم priscum tempus, قِدْمًا olim, antiquitus). Ps. XLIV, 2. LXXVIII, 2. מַלְכֵי קֶדֶם reges prisci Jes. XIX, 11, יַרְחֵי קֶדֶם menses praeteriti (die Monate der Vergangenheit) Iob. XXIX, 2. יְמֵי קֶדֶם tempora prisca Ps. XLIV, 2. Jes. LI, 9. מִקֶּדֶם a prisco tempore, antiquitus Ps. LXXIV, 12. LXXVII, 6. 12. Mich. V, 1. Hab. I, 12. Jes. XLV, 21, מִימֵי קֶדֶם id.

Jes. XXIII, 7. XXXVII, 26. Mich. VII, 20. Thren. I, 7. II, 17. Adeoque de tempore aeterno (v. עוֹלָם no. 2, c. d). הַרְרֵי קֶדֶם Deut. XXXIII, 15, שְׁמֵי קֶדֶם Ps. LXVIII, 34, אֱלֹהֵי קֶדֶם Deut. XXXIII, 27, יֹשֵׁב קֶדֶם qui solio insidet ab aeterno Ps. LV, 20. Usurpatur etiam a) adverbialiter pro: *olim* Ps. LXXIV, 2. Jer. XXX, 20. Thren. V, 21, i. q. מִלְּפָנִים, לְפָנִים, b) abit in praep. *ante* Prov. VIII, 22. — Pl. cstr. קַדְמֵי *primordia* Prov. VIII, 23. (Aethiop. ቀዳሚ: primordium, initium, ቀድመ: adv. et praep. antea; ante, coram).

קֵדְמָה *oriens*, nonnisi c. He locali קֵדְמָה orientem versus. Gen. XIII, 14. XXV, 6. XXVIII, 14. Lev. I, 16 et saepe. Passim pleon. additur מִזְרָחָה Num. II, 3. XXXIV, 15. Jos. XIX, 13, מִזְרַח הַשֶּׁמֶשׁ XIX, 12. — Est etiam קֵדְמָה id quod *orientem versus* est (cf. נֶגְבָּה, צָפוֹנָה) i. q. קֶדֶם, unde לִפְאַת קֵדְמָה Ex. XXVII, 13. XXXVIII, 13, et מִפְּאַת קֵדְמָה *a latere orientali* Ezech. XLV, 7.

קָדִים m. 1) *pars antica, adversa.* Hab. I, 9: *turba facierum* i. e. omnes facies *eorum* directae sunt קָדִימָה *in adversum, prorsus* (vorwärts). Ut Lud. de Dieu, ita nuper Hitzigius reddit: *orientem versus*, idque ita explicat, ut primum Chaldaeos secundum mare medium iter fecisse, dein *orientem versus* perrexisse fingat, eo nimirum consilio, ut Judaeos quasi reti includerent (cf. σαγηνεύειν Herod.). Sed non cogitavit vir doctus, tale iter a consilio proposito prorsus alienum fuisse. Per mare enim aufugere nullo modo poterat populus, neque erat quod hanc viam intercluderent hostes: poterat contra de fuga cogitans (licet universum populum fugam molitum esse vix credas) in desertum se recipere, quae via de Hitzigii coniectura patebat. — 2) *oriens* i. q. קֶדֶם persaepe apud Ezechielem, פְּאַת קָדִים Ez. XLVII, 18. XLVIII, 2. 6—8. 16, in acc. *orientem versus* XLIII, 17. XLIV, 1. XLVI, 1. 12. XLVII, 2, et sic קָדִימָה XI, 1, sed hoc, pariter atque קֵדְמָה (q. v.) etiam pro קָדִים, ut פְּאַת קָדִימָה XLVII, 18. XLVIII, 3 sqq. — Inde רוּחַ קָדִים c. art. רוּחַ הַקָּדִים Ex. X, 13. XIV, 21. Ps. XLVIII, 8. Ezech. XVII, 10, et saepius etiam ellipt. קָדִים (cf. תֵּימָן, צָפוֹן, arab. شمال septentrio et boreas) *ventus orientalis, eurus*, qui in Palaestina et Asia occidentali vehementissimus est Iob. XXVII, 21. Jes. XXVII, 8. Jer. XVIII, 17, etiam in mari mediterraneo Ps. XLVIII, 8. Ez. XXVII, 26, neque non segetes plantasque adurens Gen. XLI, 6. 23. 27. Ion. IV, 8. Ezech. XVII, 10. XIX, 12, diversus tamen a vento venenato سموم dicto. Quoniam in Aegypto Eurus refrigerat potius quam aestu adurit (v. Abdoll. Aeg. 1, 1 extr.), Auster contra vehementius flat, LXX septem locis pro קָדִים, קדם νότον posuerunt Ex. X, 13 (bis). XIV, 21. Num. XXXIV, 15. Iob. XXXVIII, 24. Ps. LXXVIII, 26. Ez. XXVII, 26 (alibi καύσων, ἄνεμος καύσων), suntque adeo, qui Gen. XLI, 6, 23. 27 *Eurum* a scriptore sacro contra loci naturam positum existiment (v. Bohlen ad h. l.): sed vide possitne Eurus de quovis vento vehementiore dictus (et sic Ps. LXXVIII, 26, ubi vid. Schnurr.), vel ita positus esse, ut etiam Austrum comprehendat. Ita Bochartus Hieroz. II, 663 Lips., qui apud Graecos in vulgari sermone ventum orientalem ad τὰ νότια, contra occidentalem ad τὰ βόρεια referri docet (cf. Salmas. in Sol. p. 1240). — Metaph., pariter atque רוּחַ, de re vana et inani Hos. XII, 2. Iob. XV, 2.

קֳדָם, semel קֳדָם (in וּקְדָמוֹהִי Dan. VII, 13 cf. צְרִי et וּצְרִי Gen. XXXVII, 25, et sic in Targg. post praeff. וּקְדָם Ps. LXXII, 17, דִּקְדָם, לִקְדָם) c. aff. pl. קָדָמַיִךְ Dan. V, 23, קָדָמוֹהִי IV, 5, קָדָמַיהּ VII, 7, קָדָמֵיהוֹן IV, 4, chald. Praep. *ante, coram.* (In Targg. pro לְעֵינֵי, dial. Hieros. contr. קָם, syr. ܩܕܡ, arab. قدام, unde من قدام i. q. מִפְּנֵי, ap. recentiores, impr. in Verss. bibl.). Dicunt: dicere Dan. II, 9. 36. IV, 5. VI, 13. 14, respondere II, 10. 27, legere Esr. IV, 18. 23, precari Dan. VI, 11. 12 *coram* aliquo, pro: ei dicere, respondere, praelegere. שְׁפַר קֳדָמַי i. q. טוֹב בְּעֵינַי placuit mihi Dan. III, 32. VI, 2. Post verba motus II, 24. 25. III, 13. IV, 3. V, 13. — מִן קֳדָם i. q. hebr. מִפְּנֵי, מֵעִם, post verba accipiendi Dan. II, 6, petendi II, 18, iubendi VI, 27, mittendi Esr. VII, 14. Dan. V, 24, timendi Dan. V, 19. VI, 27. (Plur. קַדְמִין in Targ. de temporibus priscis Jud. V, 21).

קְדוּמִים m. pl. i. q. קֶדֶם no. 3 *tempus priscum*, nomen formae בְּתוּלִים, זְקֻנִים, בְּחֻרִים, עֲלוּמִים, נְעֻרִים, quae omnia aetatem indicant. Iud. V, 21: נַחַל קְדוּמִים *rivus antiquus* s. aeternus, ἀένναος, q. d. נַחַל עוֹלָם cf. הַרְרֵי קֶדֶם Deut. XXXIII, 15. LXX. Vatic. χειμάῤῥους ἀρχαίων (a קְדוּם chald. vetus). Targ. *rivus in quo facta sunt signa et miracula Israëli* מִלְּקַדְמִין *a temporibus priscis.* — R. Jona, quem sequuntur Schnurrerus (diss. philol. p. 78) al. 'ק interpretabatur *occursus hostiles*, proelia, cf. rad. no. 3, c, et arab. قدم audax, animosus fuit (praeivit reliquis militibus in pugnando, in primis ordinibus pugnavit): sed *proeliorum* significationem ex his vix efficias. In prima igitur explicandi ratione acquiescendum est, neque erat quod eam frigere diceret Studerus.

קַדְמָה f. *origo.* Jes. XXIII, 7: מִימֵי קֶדֶם קַדְמָתָהּ *ex diebus priscis* repetenda *origo eius* (Tyri urbis); *status prior, pristinus* Ez. XVI, 55. Plur. XXXVI, 11. — In st. cstr. קַדְמַת abit in praepos. et omisso אֲשֶׁר in Conj. *antequam* Ps. CXXIX, 6.

קַדְמָה chald. *tempus prius,* inde מִן־קַדְמַת דְּנָה Dan. VI, 11, מִקַּדְמַת־דְּנָא Esr. V, 11 *antehac.*

קֵדְמָה (orientem versus) n. pr. filii Ismaëlis Gen. XXV, 15.

קִדְמָה i. q. קֶדֶם no. 2, tantum in st. cstr. *ab oriente* loci Gen. II, 14 (cf. אַשּׁוּר). IV, 16. 1 Sam. XIII, 5. Ez. XXXIX, 11.

קַדְמוֹן f. ה‸ adj. (a קֶדֶם) *orientalis* Ez. XLVII, 8.

קְדֵמוֹת (origines) n. pr. oppidi Rubenitarum Jos. XIII, 18. XXI, 37. 1 Par. VI, 64, cum deserto vicino cognomini Deut. II, 26.

קַדְמֹנִי m. ־ית f. adj. 1) *orientalis.* Ez. X, 19. XI, 1. הַיָּם הַקַּדְמוֹנִי mare orientale, h. e. mare mortuum, opp. occidentali i. e. mediterraneo. Ez. XLVII, 18. Joël II, 20. Zach. XIV, 8. — 2) *priscus, antiquus,* de diebus Ezech. XXXVIII, 17, annis Mal. III, 4. Plur. קַדְמֹנִים *maiores* natu (inter aequales) Iob. XVIII, 20. Sing. collect. 1 Sam. XXIV, 14: מְשַׁל הַקַּדְמֹנִי *proverbium maiorum.* Plur. f. קַדְמֹנִיּוֹת *antiqua, priora,* praeterita. Jes. XLIII, 18. — 3) n. pr. gentis Cananaeae Gen. XV, 19, quam Bochartus (Canaan I, 19) eandem esse suspicatur cum Hevaeis, quippe qui in *orientali* terrae parte habitarent et l. c. omissi sint.

קַדְמַי chald. *primus.* Pl. Dan. VII, 24. Fem. st. emphat. קַדְמָיְתָא VII, 4. Pl. קַדְמָיָתָא VII, 8.

קַדְמִיאֵל (qui *coram Deo* est i. e. minister Dei) n. pr. viri Esr. II, 40. III, 9. Neh. VII, 43. IX, 4. X, 10. XII, 8.

קָדַר 1) *sordidus fuit.* (Arab. قَذِرَ, قَذُرَ sordidus fuit, max. de vestibus. Chald. קְדַר id.) a) de rivis turbidis Iob. VI, 16 (cf. כָּדַר); b) *sordidis vestibus incessit* more lugentium Jer. VIII, 21, praegn. XIV, 2: קָדְרוּ לָאָרֶץ *sordidi* et lugentes consident *in terra.* Part. קֹדֵר Ps. XXXV, 14. XXXVIII, 7. XLII, 10. XLIII, 2. Iob. V, 11. — 2) *colore pullo, subnigro fuit,* ut de cute sole adusta Iob. XXX, 28: קֹדֵר הִלַּכְתִּי בְּלֹא חַמָּה *niger incedo, licet sole non adustus* (erat enim lepra nigra tectus); *obscuratus est,* de sole et luna Joël II, 10. IV, 15, de coelo Jer. IV, 28, de die Mich. III, 6.

Hiph. 1) *lugere fecit.* Ez. XXXI, 15. 2) *obscuravit* solem, stellas. Ez. XXXII, 7. 8.

Hithp. obscuratum est (coelum) 1 Reg. XVIII, 45.

קֵדָר (cutis nigra, nigrae cutis homo l. homines) n. pr. filii Ismaëlis Gen. XXV, 13, et tribus arabicae ab eo oriundae Cant. I, 5. Jes. XXI, 16. XLII, 11 (ubi copulatur c. fem.) LX, 7. Jer. II, 10. XLIX, 28. Ez. XXVII, 21, quae plenius בְּנֵי קֵדָר Jes. XXI, 17. — Ps. CXX, 5 *Kedar* et *Meschech* de populis barbaris dicitur. — Plinius (N. H. 5, 11) eos Cedreos appellat et coniungit cum Nabataeis, cf. Targ. Ez. l. c., quod קֵדָר reddit נְבָט. Haud longe a Babylone eos collocat Theodoretus (ad Ps. l. c.), et ita Suidas v. *Κηδάρ: μέχρι σήμερον οὐ πόῤῥω τῆς Βαβυλῶνος ἐσκήνηνται,* contra Hieron. (ad Jes. XLII et loc. Hebr.) „trans Arabiam Saracenorum", et „in eremo Saracenorum", quem ab oriente maris rubri ponit (v. Madian), minus recte Steph. Byz. *Κεδρανῖται, ἔθνος τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, Οὐράνιος Ἀραβικῶν τρίτῳ.* In Arabum monumentis aliquam eorum mentionem inveniri negabat Bochartus (Hieroz. I, 536), sed in stemmatis certe memoratur قيدار Pococke spec. p. 46 White. Rabbini omnes omnino Arabes hoc nomine appellant, unde לשון קדר saepe de lingua arabica.

קִדְרוֹן (turbidus, cf. Iob. VI, 16) n. pr. torrentis (נַחַל) cum valle cognomine inter Hierosolyma et montem olivarum fluentis, qui in mare mortuum effunditur 2 Sam. XV, 23. 1 Reg. II, 37. XV, 13. 2 Reg. XXIII, 4. Jer. XXXI, 40. LXX *Κεδρών* et ita Joh. XVIII, 1, *χείμαῤῥος Κεδρῶνος* Jos. Ant. 8, 1 §. 5, et *φάραγξ Κεδρῶνος* ib. 9, 7 §. 3. b. j. 5, 6 §. 1. Aestate siccus post pluvias hibernas aqua abundat. V. Relandum p. 294. Lightfooti Opp. II, 199.

קַדְרוּת f. *obscuritas* (coeli), *tenebrae* Jes. L, 3.

קְדֹרַנִּית adv. *habitu lugubri* Mal. III, 14.

קָדַשׁ et קָדֵשׁ (Num. XVII, 2) fut. יִקְדַּשׁ 1) *purus, mundus* fuit, pr. de munditia physica, v. Hithpa. no. 1 et adj. קָדוֹשׁ; inde 2) *sanctus, sacer fuit.* (Chald. Syr. Sam. in Pa., Arab. et Aethiop. قَدَّسَ, ቀደሰ: sanctum habuit, sanctum fecit, consecravit i. q. Pi.). Primam notionem in munditia physica posui, tum quia haec notio certo linguae usu nititur, tum quia in religionibus priscis, quotquot sunt, munditia et castitas sanctitatem repraesentare credebantur, cuius rei testes sunt quum alia multa (copt. ⲞⲨⲀⲂ, ⲞⲨⲎⲂ est *purus,* dein *sanctus, sacerdos*) tum lustrationes sacerdotum et eorum qui ad sacra accedere volebant (Exod. XIX, 14: וַיְקַדֵּשׁ אֶת־הָעָם וַיְכַבְּסוּ שִׂמְלֹתָם, Comm. 10) aliaeque eiusdem generis ceremoniae, velut circumcisio, quae et ipsa purgandi ritus est. Cognata videtur rad. חָדַשׁ, cui primam *nitendi* vim supra vindicavimus. Sunt qui *separandi* vim primariam putent, quia sancta *separata* sint a profanis, coll. קדד scidit, poterantque hi provocare ad nasor. كدش separavit, vovit, devovit alicui rei: sed mihi hoc secundarium videtur. In Kal dicitur a) de homine, qui numini cuidam se addixit et propterea profano vulgo se sanctiorem habet. Jes. LXV, 5: קְדַשְׁתִּיךָ *sanctus sum tibi* pro קָדַשְׁתִּי לָךְ; de his qui rerum sacrarum contactu consecrati erant Ex. XXIX, 21. 37. XXX, 29. Lev. VI, 11. 20. b) de rebus, quae sacro cultui destinatae Num. XVII, 2. 3. Ex. XXIX, 21, vel quae sacrorum contactu consecratae 1 Sam. XXI, 6. Hagg. II, 12, vel fisco sacro addictae erant Deut. XXII, 9.

Niph. 1) *sanctus habitus est,* sancte cultus est (Deus), sq. בְּ Lev. X, 3. XXII, 32, it. *sanctum se praestitit* in aliquo vel beneficiis ornando Ez. XX, 41. XXVIII, 25. XXXVI, 23. XXXVIII, 16. XXXIX, 27, vel poenis profligando Ez. XXVIII, 22. Num. XX, 13, cf. Jes.

V, 16. — 2) *consecratus est* (de tentorio sacro) Exod. XXIX, 43.

Pi. קִדַּשׁ 1) *sanctum habuit* aliquem, ut Deum Deut. XXXII, 51, sacerdotem Lev. XXI, 8, sabbatum (sancte coluit) Ex. XX, 8. Deut. V, 12. Neh. XIII, 22. Jer. XVII, 22. 24. 27. Ez. XX, 20. — 2) *sanctum declaravit* (Deus) v. c. sabbatum Gen. II, 3, populum Lev. XX, 8. XXI, 8, it. *rem sacram instituit*, ut ieiunium Joël I, 14. II, 15 (cui respondet קָרָא), concionem, panegyrin Joël II, 16. 2 Reg. X, 20. — 3) *consecravit*, sacerdotem (quod fit unctione) Ex. XXVIII, 41. XXIX, 1. Lev. VIII, 12. 1 Sam. VII, 1, altare, templum Ex. XXIX, 36. Levit. VIII, 15. Num. VII, 1. 1 Reg. VIII, 64, primogenitos Ex. XIII, 2, populum Israëliticum XIX, 10. 14. Jos. VII, 13, aedificium perfectum Neh. III, 1, montem (a profanis eum separando) Ex. XIX, 23. Inde ritu sacro *inauguravit*, v. c. lustrationibus ad sacrificium 1 Sam. XVI, 5. Iob. I, 5, milites ad pugnam Jer. LI, 27. Cf. Hiph. קִדֵּשׁ מִלְחָמָה bellum consecravit, inauguravit ritibus sacris (cf. Ps. CX, 3. 1 Sam. VII, 9. 10). Joël IV, 9. Jer. VI, 4. Translate Mich. III, 5: קִדְּשׁוּ עָלָיו מִלְחָמָה *bellum movent contra eum.*

Pu. part. *consecratus*, de sacerdotibus rebusque sacris Ez. XLVIII, 11. 2 Par. XXVI, 18. XXXI, 6. — Jes. XIII, 3: מְקֻדָּשָׁי *sacrati mei* i. e. milites, quos ipse ad bellum inauguravi, cf. Jer. LI, 27.

Hiph. 1) i. q. *Pi.* no. 1. Jes. VIII, 13. XXIX, 23. Num. XX, 12. — 2) i. q. Pi. no. 2 *sanctum declaravit* aliquem Jer. I, 5. — 3) i. q. Pi. no. 3 *Deo consecravit* Lev. XXVII, 14 sqq. Iud. XVII, 3. 2 Sam. VIII, 11. 1 Par. XXVI, 27, etiam de Deo, qui sibi aliquid consecrat v. c. primogenitos Num. III, 13. VIII, 17, templum 1 Reg. IX, 3. 7.

Hithp. 1) *purgavit, mundavit se* (lotionibus sacris et lustrationibus). 2 Sam. XI, 4: וְהִיא מִתְקַדֶּשֶׁת מִטֻּמְאָתָהּ *illa autem purgavit se ab immunditie sua.* Jes. LXVI, 17 (ubi copulatur cum הִטַּהֵר). Saepe de sacerdotibus et Levitis, qui lotionibus sacris ad sacra obeunda se praeparant Ex. XIX, 22. 1 Par. XV, 12. 14. 2 Par. V, 11. XXIX, 5. 15. 34. XXX, 3. 15. 17. 24. XXXI, 18. XXXV, 6, it. de populo, qui ad rem sacram quamcunque se praeparat Num. XI, 18. Jos. III, 5. VII, 13. — 2) *sanctum* i. e. mundum scelerisque purum *se praestitit* Lev. XI, 44. XX, 7; de Deo: numen sanctum (sceleris vindicem) se praestitit Ez. XXXVIII, 23. — 3) *celebratum est* festum Jes. XXX, 29.

קָדֵשׁ 1) pr. sacer, spec. *scortum sacrum* idque *masculum*, *cinaedus*. Deut. XXIII, 18: *ne sit scortum* (קְדֵשָׁה) *ex filiabus Israël*, *neve* קָדֵשׁ (Cod. Sam. קדיש) *ex filiis Israël.* (LXX vel Theodot. τελισκόμενος, quod Theodoretus explicat μυσταγωγούμενος. Vulg. scortator. Pesch. ܡܛܘܢ. Ar. Erp. زان. Per euphemismum Gr. Venet. ἑταιρίστης. Saad. مسمّع copiam faciens sc. corporis). Consequitur ex hoc loco, *peregrinos* fuisse קְדֵשִׁים, quod firmatur locis 1 Reg. XV, 12. XXII, 47, ad cultum Astartes eosdem pertinuisse apparet ex 1 Reg. XIV, 24, ubi post mentionem Astartes: וְגַם קָדֵשׁ הָיָה בָאָרֶץ עָשׂוּ כְּכֹל הַתּוֹעֲבֹת הַגּוֹיִם, et 2 Reg. XXIII, 7: וַיִּתֹּץ אֶת־בָּתֵּי הַקְּדֵשִׁים אֲשֶׁר בְּבֵית יְיָ אֲשֶׁר הַנָּשִׁים אֹרְגוֹת שָׁם בָּתִּים לָאֲשֵׁרָה *et destruxit* Josias rex *tentoria cinaedorum*, *quae in aede Jovae* fuerant, *ubi mulieres* Hierosolymitanae *texuerant tentoria Ascherae* s. Astartae. In vilissimis autem mortalium praematurae morti obnoxiis eos habitos esse, intelligitur ex Iob. XXXVI, 14: תָּמֹת בַּנֹּעַר נַפְשָׁם וְחַיָּתָם בַּקְּדֵשִׁים. (Vulg. Regg. et Iob. *effeminati.* Aqu. semel ἐνδιηλλαγμένοι i. e. mutata veste incedentes, alienum sexum mentientes, v. infra, et sic Arabs 1 Reg. XIV. XV مستنكرة. LXX. 1 Reg. XXII τετελεσμένοι). Quale hominum genus ll. cc. dicatur, iam diu est quod intellexit Hieronymus, ad Hos. IV, 14: ,, verbum קדשות, quod Aqu. ἐνηλλαγμένων, Symmachus ἑταιρίδων, LXX τετελεσμένων, Theodotion κεχωρισμένων interpretati sunt, nos *effeminatos* vertimus, ut sensum verbi nostrorum auribus panderemus. Hi sunt, quos hodie Romae *matri* non *deorum* sed daemoniorum *servientes Gallos* vocant,, eo quod de hac gente Romani truncatos libidine in honorem Atys (quem eunuchum dea meretrix fecerat) sacerdotes illius manciparint. ..... Sciendum autem, quod in praesenti קדשות ἱερεῖς i. e. sacerdotes Priapo mancipatas vocet. In aliis autem locis viros exsectos libidine *cadesim* legimus. " Isti enim Astartes s. deae Syrae Hierapoli cultae (quae eadem erat atque Rhea s. mater deorum Phrygia, v. Lucianum de dea Syra §. 15) vel sacerdotes vel potius hieroduli (ἱερόδουλοι Strab., ἄνδρες ἱεροί Herod.), postquam in honorem numinis divino quasi furore acti eunuchos se fecerant, muliebri habitu mendicantes deaeque simulacrum circumgestantes per urbes et vicos oberrare (v. Lucian. Lucius §. 35 sqq. de dea Syra §. 27. 51), in mulierum deliciis esse (Lucian. ib. §. 22) adeoque *muliebria pati* solebant, unde etiam κίναιδοι appellati sunt. Lucian. Luc. §. 38 in horum hominum descriptione: καὶ ..... νεανίσκον τῶν κωμητῶν μέγαν ἀγρεύσαντες, εἰσάγουσιν εἴσω, ἔνθα καταλύοντες ἔτυχον. ἔπειτα ἔπασχον ἐκ τοῦ κωμήτου, ὅσα συνήθη καὶ φίλα τοιούτοις ἀνοσίοις κιναίδοις ἦν. Athanas. orat. c. gent. T. I. p. 24 E: γυναῖκες ... ἐν εἰδωλείοις τῆς Φοινίκης πάλαι προσκαθέζοντο, ἀπαρχόμεναι τοῖς ἐκεῖ θεοῖς ἑαυτῶν τὴν τοῦ σώματος μισθαρνίαν ...... ἄνδρες δὲ τὴν φύσιν ἀρνούμενοι καὶ μηκέτι εἶναι θέλοντες ἄῤῥενες τὴν γυναικῶν πλάττονται φύσιν κ. τ. λ. Huiusmodi perditissimorum hominum turbas una cum Astartes cultu etiam Palaestinam invasisse vix dubium est, variaeque veterum interpretum Verss. satis apta continent eorum attributa, ut Aqu. ἐνδιηλλαγμένοι, quod refertur ad cultum eorum muliebrem, LXX τετελεσμένοι, quoniam in deae mysteria initiati erant, Vulg. *effeminati*, Pesch. ܡܛܘܢ qui scortationem patitur, Targ. Iob. מְרֵי זְנוּ id. Vulg. in Deut. *scortator* fort. i. q. *scortum*, πόρνος i. e. κίναιδος (v. de synn. graecis *Meier* s. v. Paederastie, in Encyclop. germ. Sect. III. T. IX. p. 154). Singulari quodam honestatis studio Arabs 1 Reg.

XXII, 47 reddit: الذين كانوا ممن تزوّج من البرانيين على سبيل المتعة *qui uxores duxerant ex peregrinis per modum concubinatus.* Cf. fem. קְדֵשָׁה et Spencer de legg. ritual. II, 35. Movers Phoenizier I p. 678 sqq.

2) קָדֵשׁ Gen. XIV, 7. XVI, 14. XX, 1. Num. XIII, 27. XX, 1 cet. et plenius קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ Num. XXXII, 8. XXXIV, 4. Deut. I, 2. 19. II, 14. Jos. X, 41. XIV, 6. 7. XV, 3 n. pr. loci in deserto, quod ab austro Palaestinae est. Vicinum erat tum deserto Pharan et australibus Palaestinae finibus (Gen. XIV, 7. XVI, 14. XX, 1. Num. XIII, 27 coll. v. 3. Jos. XV, 3), quocirca Josua exploratores hinc in terram Canaan dimisit Num. XXXII, 8. Jos. XIV, 6. 7, tum Zin deserto Num. XX, 1. XXVII, 14. XXXIII, 36. 37. XXXIV, 4. Jos. XV, 3, et Idumaeorum terminis Num. XX, 14. 16. 22. XXXIII, 36. 37. Deut. I, 46. Iud. XI, 16. 17. Fons ibi exstans vocatur עֵין מִשְׁפָּט Gen. XIV, 7 et מֵי מְרִיבַת Deut. XXXII, 51, et desertum vicinum מִדְבַּר קָדֵשׁ Ps. XXIX, 8. Eusebius: *Καδδὴς Βαρνὴ ἔρημος ἡ παρατείνουσα Πέτρᾳ πόλει τῆς Παλαιστίνης.* Haud male convenit situs vallis *el Arabae*, in qua hunc locum collocat Burckhardtus, itin. II p. 733, neque est quod duo statuantur huius nominis loca, alter in limitibus terrae sanctae australibus, alter in orientalibus, ut volebant Lightfoot (Opp. T. II p. 174), Jo. Simonis al. Vett. intpp. orientales reddunt רקם, الرقيم, רְקָם, et plenius רקם גיאה, רקם גיעה, הגיעת (Onk. Targ. Hieros. Pseudoj.), de quo loco v. Schult. ind. geogr. v. Errakimum, Comment. nostr. ad Jes. I, p. 537 not.

קְדֵשָׁה (a masc. קָדֵשׁ) f. pr. *sacra,* i. e. mulier Astartae s. deae Syrae consecrata, fortasse *mancipium sacrum* (*ἡ ἱερόδουλος*), quae in honorem deae pudicitiam prostituebat, itaque *meretrix sacra* (vide de huiusmodi cultu libidinoso Num. XXV, 1 sqq. Herod. I, 199), cuius quaestus meretricius in aerarium templi referri solebat vel sacrificiis impendi (Lucian. de dea Syra §. 6. dial. Hetaer. 7, 1. 14, 3). Hos. IV, 14 post mentionem cultus idolorum: כִּי הֵם עִם הַזֹּנוֹת יְפָרֵדוּ וְעִם הַקְּדֵשׁוֹת יְזַבֵּחוּ. Deut. XXIII, 19. Gen. XXXVIII, 21. 22 (ubi hoedulus meretrici datus esse videtur, ut inde Astartae sacrificium offerret: certe hoedum Astartae et Veneri offerre solebant meretrices, Tac. hist. 2, 3. Lucian. Hetaer. 7, 1). De *ἱεροδούλοις* Graecorum, quae et *ἱεραὶ γυναῖκες, παρθένοι ἱεραὶ* appellantur, et, ubi Veneri vel Anaïti consecratae erant, quaestum corporis faciebant, v. Strabo XII p. 532. 559. Casaub. Kreuser der Hellenen Priesterstaat mit vorzüglicher Rücksicht auf die Hierodulen. Mainz 1822 p. 81. 199. A. Hirt, die Hierodulen Berlin 1818 cf. Movers Phoenizier I, 679. Sed ad Asiam potissimum pertinebat hoc institutum, et *meretricibus sacris* Hebraeorum simillimae sunt Indorum puellae, quas vulgo lusitanica voce *Bayaderas* appellamus: quarum aliae nobiliores (*Devadasi* i. e. serva dei) in templis et a sacerdotibus educatae musicae choreisque sacris adhibebantur, aliae vilioris conditionis (Nartachi, Canceni) oberrantes per urbes in privatorum etiam hominum domiciliis choreas instituunt et passim quaestum corporis faciunt.

קָדוֹשׁ et קָדֹשׁ adj. *sanctus, ἅγιος, ἁγνός* pr. *purus, mundus*, immunis a vitiorum, idololatriae, aliarumque rerum immundarum et profanarum sordibus. Opp. חָנֵף impurus, profanus. In constituenda propria huius vc. notione loci singulares sunt Lev. XI, 43, ubi post legem de cibis immundis vitandis pergitur: *ne talibus polluamini, ne immundi fiatis.* 44: .... וִהְיִיתֶם קְדֹשִׁים כִּי קָדוֹשׁ אָנִי *et sancti* (mundi) *estote, nam ego sanctus.* Comm. 45. XIX, 2 et XX, 26 ubi eadem formula: *sancti estote, nam ego sanctus*, ponitur ab initio et fine sectiunculae (cap. XIX. XX) leges varias contra stupra, adulteria, incestum, idololatriam aliaque vitia graviora continentis. Deut. XXIII, 15 legi de castris a sordibus humanis purgandis additur: *nam Jova ambulat in castris tuis* וְהָיָה מַחֲנֶיךָ קָדוֹשׁ ..... *et sancta* (munda) *sint castra tua, ne videat* (Deus) *turpe quiddam et recedat a te.* Tribuitur, sed notione paululum diversa, a) Deo, ab omnis generis impuritate (et physica et ethica) abhorrenti v. Lev. l. l. c. c., recti verique vindici Ps. XXII, 4 (cf. Comm. 2. 3). Jes. VI, 3 (cf. Comm. 5 sqq.), quem homines timent et reverentur Ps. XCIX, 3. 9. CXI, 9 (ubi copulatur cum נוֹרָא). Passim hic קָדוֹשׁ *κατ' ἐξοχὴν* appellatur (pro הַקָּדוֹשׁ) Iob. VI, 10. Jes. XL, 25. Hab. III, 3, et saepius etiam קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל numen sanctum Israëlitarum, max. apud Jesaiam I, 4. V, 19. 24. X, 17. 20. XII, 6. XVII, 7. XXIX, 19. 23. XXX, 11. 12. 15. XLI, 14. 16. 22. XLIII, 3. 14. XLV, 11. XLVII, 4. XLVIII, 17 cet., rarius alibi Ps. LXXVIII, 41. LXXXIX, 19. b) angelis, qui *κατ' ἐξοχὴν sancti* appellantur Dan. VIII, 13, v. infra plur. c) sacerdotibus, sq. dat. numinis, ut Lev. XXI, 6: קְדֹשִׁים יִהְיוּ לֵאלֹהֵיהֶם *sancti* (i. e. mundi, puri) *sint coram deo suo, neque polluant* cet. Comm. 7. Ps. CVI, 16: *Aharon* קְדוֹשׁ יְהוָה *Jovae sacer.* It. sq. dat. reliquorum hominum, quibus sacer esse debet sacerdos Lev. XXI, 8. De Nasiraeo Num. VI, 5. — Dicitur d) de hominibus piis, qui a scelerum sordibus (quantum fieri potest ab homine peccatore) puri sunt Jes. IV, 3, inde de populo Israëlitico, qui a quavis impuritate abstinere debet Lev. XI, 43—45. XIX, 2 (v. supra). Deut. VII, 6 (cf. Comm. 5), sq. dat. (Jovae sacer) XIV, 2. 21. XXVI, 19. — e) de locis *sacris* Exod. XXIX, 31. Lev. VI, 9. 19 cet. de diebus Deo sacris (addito לֵאלֹהִים) Neh. VIII, 10. 11. Inde קָדוֹשׁ sanctum, sacrarium Jes. LVII, 15. Ps. XLVI, 5: קְדֹשׁ מִשְׁכְּנֵי עֶלְיוֹן *sanctissima habitationum Supremi.*

Pl. קְדוֹשִׁים 1) singulariter (pl. maiest.) *Sanctissimus*, de Jova Hos. XII, 1. Jos. XXIV, 19. Prov. IX, 10. XXX, 3. — 2) pluraliter *sancti* h. e. a) *angeli,* max. apud recentiores scriptores (v. קַדִּישׁ). Iob. V, 1. XV, 15. Zach. XIV, 5. Ps. LXXXIX, 6. 8, fort. Deut. XXXIII, 3. b) *pii* Dei cultores Ps. XVI, 3. XXXIV, 10. Deut. XXXIII, 3, spec. Judaei (v. קַדִּישׁ) Dan. VIII, 24.

קדישׁ, קדישה (קַדִּישָׁה, קַדִּישׁ) in cod. Sam. ponitur pro קָדֵשׁ Deut. XXIII, 18, et קְדֵשָׁה ibid. Gen. XXXVIII, 21. 22.

קַדִּישׁ chald. adj. i. q. hebr. קָדוֹשׁ *sanctus* (syr. ܩܕܝܫܐ) a) de Deo diisque. אֱלָהִין קַדִּישִׁין *dii sancti*, Dan. IV, 5. 6. V, 11. b) de angelis. Dan. IV, 10: עִיר וְקַדִּישׁ *vigil* (angelus) isque *sanctus*. Plur. קַדִּישִׁין sancti i. e. angeli. IV, 14 (17). (V. קְדוֹשִׁים no. 2, a). c) de Judaeis Dan. VII, 21, plene קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין qui Supremo sacri sunt Dan. VII, 18. 22. 25, cf. 3 Esr. VIII, 70: τὸ σπέρμα τὸ ἅγιον.

קָדֵשׁ (sacrarium) in Pausa קָדֶשׁ Iud. IV, 11 n. pr. 1) oppidi in regione australi tribus Judae Jos. XV, 23. — 2) alius in agro Naphtalitarum Jos. XII, 22. XIX, 37. XXI, 32. Iud. IV, 6. 1 Par. VI, 61, c. He parag. קֶדְשָׁה Iud. IV, 9 et קֶדְשָׁה IV, 10. Gr. Κάδης ἡ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ 1 Mc. XI, 63, Κεδέση Jos. Ant. 5, 1 §. 18, Κύδις (gen. Κυδίως al. Κυδίων) τῆς Νεφθαλὶ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ Tob. I, 2. — 3) oppidi Issacharitarum 1 Par. VI, 57, quod etiam קִשְׁיוֹן vocatur Jos. XIX, 20. XXI, 28.

קֹדֶשׁ semel קוֹדֶשׁ Dan. XI, 30, c. Suff. קָדְשִׁי, plur. קֳדָשִׁים (lege *kŏdaschim*), c. art. et praeff. הַקֳּדָשִׁים, בַּקֳּדָשִׁים Lev. XXII, 4, לַקֳּדָשִׁים Neh. X, 34, sed c. Suff. קָדָשַׁי Ezech. XXII, 8, קֳדָשָׁיו 2 Par. XV, 18 (cf. Ewald. gr. crit. pag. 335), et קֳדָשָׁיו Num. V, 10 m.

1) *sanctitas*. (Arab. قُدْس c. art. sanctuarium, de Hierosolymis, et روح القدس spiritus sanctus, ap. Christ., syr. ܩܘܕܫܐ sanctum quid, max. hoc nexu ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ πνεῦμα ἅγιον). Sexcenties postponitur in genit. et adiectivo exprimendo inservit, velut אַדְמַת קֹדֶשׁ terra sancta Ex. III, 5, מְקוֹם הַקֹּדֶשׁ locus sanctus Lev. X, 17. XIV, c. 13, c. suff. הַר קָדְשִׁי mons sanctitatis meae i. e. mons meus sanctus Ps. II, 6, רוּחַ קָדְשְׁךָ spiritus sanctus tuus Ps. LI, 13, raro addito genit. אֱלֹהִים, ut 1 Par. XXII, 19: כְּלֵי קֹדֶשׁ הָאֱלֹהִים *vasa Deo sacra*. Tribuitur autem omnibus, quae quocunque modo Dei sint et ad Deum eiusque cultum pertineant, ut שֵׁם קָדְשִׁי nomen meum sanctum Lev. XX, 3. XXII, 2, רוּחַ קָדְשׁוֹ Jes. LXIII, 10. 11, יוֹם קֹדֶשׁ Neh. X, 32 (de sabbato), שַׁבַּת קָדְשְׁךָ IX, 14, עִיר הַקֹּדֶשׁ de Hierosolymis Jes. XLVIII, 2. Neh. XI, 1. 18, הֵיכַל קָדְשְׁךָ Ps. CXXXVIII, 2, דְּבַר קָדְשׁוֹ XXVIII, 2, בְּשַׂר קֹדֶשׁ de carne victimarum Jer. XI, 15. Hagg. II, 12, לֶחֶם קֹדֶשׁ de pane faciei 1 Sam. XXI, 5, כְּלֵי הַקֹּדֶשׁ 1 Reg. VIII, 4, בִּגְדֵי קֹדֶשׁ Exod. XXVIII, 2. 4, כְּתֹנֶת בַּד קֹדֶשׁ tunica lintea sacra Lev. XVI, 4, הַדְרַת קֹדֶשׁ Ps. XXIX, 2. XCVI, 9, נֵזֶר הַקֹּדֶשׁ diadema sacrum Ex. XXIX, 6, אַבְנֵי קֹדֶשׁ gemmae sacrae sc. pontificis maximi Thren. IV, 1 h. l. metaph. de nobilioribus populi, שֶׁמֶן מִשְׁחַת קֹדֶשׁ Ex. XXX, 25. 31, שֶׁמֶן קָדְשִׁי Ps. LXXXIX, 21, שֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ siclus sacer, opp. regio Ex. XXX, 13. 24, שָׂרֵי קֹדֶשׁ principes sacri, de sacerdotibus nobilioribus 1 Par. XXIV, 5. Jes. XLIII, 28, עַם קֹדֶשׁ populus sanctus, Israël Dan. XII, 7, בְּרִית קֹדֶשׁ ibid. XI, 28. 30 al.

Puritatis et physicae et ethicae (v. rad.) notio spectatur in his Ex. XXII, 30: אַנְשֵׁי קֹדֶשׁ תִּהְיוּן לִי *viri sancti estote mihi, carnem a bestiis praegustatam ne comedatis*. זֶרַע קֹדֶשׁ posteritas sancta i. e. pura, a peccatorum sordibus purgata Jes. VI, 13. 2 Par. XXXI, 18: כִּי בֶאֱמוּנָתָם יִתְקַדְּשׁוּ קֹדֶשׁ *nam fideliter mundaverant se mundationem* i. e. mundationem s. lustrationem peregerant, ubi קֹדֶשׁ est acc. e verbo pendens, ut in צָדַק צְדָקָה.

Raro et in dubiis tantum exemplis abstr. de *sanctitate* ponitur, ut Dei attributo. Huc referunt Ps. LXXXIX, 36: אַחַת נִשְׁבַּעְתִּי בְקָדְשִׁי *semel iuravi per sanctitatem meam*. Targ. בִּשְׁוּם קוּדְשִׁי per nomen meum sanctum. Am. IV, 2: *iuravit Dominus Jova* בְּקָדְשׁוֹ. Targ. בְּמֵימְרֵיהּ דְקוּדְשֵׁיהּ, et Ps. LX, 8. CVIII, 8: אֱלֹהִים דִּבֶּר בְּקָדְשׁוֹ *Deus locutus est iurando per sanctitatem suam*. Sed nil impedit quominus omnibus his locis de certo loquendi usu (cf. Ps. CL, 1: הַלְלוּ־אֵל בְּקָדְשׁוֹ) explicetur: *in sacrario meo, suo* (v. no. 3), ut ubique reddidit Vulgatus (in Sancto meo, suo), et Ps. LX. CVIII. LXX ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ. Targ. בְּבֵית מַקְדְּשֵׁיהּ. Sanctius enim est iuramentum, sanctior promissio (Ps. LX, 8), quae in sacrario pronunciatur.

2) concr. *sacrum quid, res sacra, Deo consecrata* (opp. חֹל profano, quod dicitur de rebus usui privato et vulgari destinatis Levit. X, 10. Ezech. XXII, 26. XLII, 20. XLIV, 23) Exod. XXIX, 33. 34. Levit. XII, 4. XXI, 7. XXII, 10. 14. Num. XVIII, 17. 2 Par. VIII, 11. Prov. XX, 25. Addito dat. קֹדֶשׁ לַיהוָֹה (quomodo inscriptum erat laminae in diademate summi pontificis Exod. XXVIII, 36. XXXIX, 30), de rebus aerario sacro commissis Lev. XXVII, 10. 14. 21. Jos. VI, 19, de sabbato Ex. XXXI, 15. Neh. VIII, 9, de populo Israëlitico Jer. II, 3, de sacerdotibus Esr. VIII, 28 et sic קֹדֶשׁ לֵאלֹהָיו de sacerdote Lev. XXI, 7, de sacrificio XXIII, 20. Dicunt etiam קֹדֶשׁ הוּא לַכֹּהֵן de parte sacrificii, quae sacerdoti obtingit Num. VI, 20. XVIII, 10, et contra c. dat. eius a quo aliquid sanctum habendum est Lev. XXV, 12: קֹדֶשׁ תִּהְיֶה לָכֶם *sanctus sit vobis* (annus iubileus). Raro pro dat. est genit. קֹדֶשׁ יְהוָֹה i. q. קֹדֶשׁ לַיהוָֹה Lev. XIX, 8. — Saepe in plur. קֳדָשִׁים, הַקֳּדָשִׁים *res consecratae, Deo oblatae* Ex. XXVIII, 38. Lev. XXI, 22. XXII, 3. 6. 7. 12. 2 Par. XXIX, 33. XXXI, 6. 12. XXXV, 13. Neh. X, 34 al. כֶּסֶף הַקֳּדָשִׁים argentum oblationum sacrarum 2 Reg. XII, 5, אֹצְרוֹת הַקֳּדָשִׁים 1 Par. XXVI, 20. 26. XXVIII, 12. Sq. genit. tum consecrantis v. c. קָדְשֵׁי בְנֵי יִשְׂר׳ Lev. XXII, 15. Num. V, 9, קָדְשֵׁי אָבִיו 1 Reg. XV, 15, tum eius cui consecratur, ut קָדְשֵׁי יְיָ Lev. V, 15.

3) *sacrarium* Ex. XXVIII, 29. 35. 43. XXIX, 30. XXXV, 19. XXXVI, 1. 3. XXXIX, 1. Lev. VI, 23. XVI, 3. 16. 17. 20. 23. 27. Ps. XX, 3. LXVIII, 25. LXXIV, 3. CXXXIV, 2. Dan. VIII, 14. [Ps. LX, 8. LXXXIX, 36. CVIII, 8. CL, 1. Am. IV, 2, quibus de locis cf. supra no. 1 extr.]. Spec. de ea sanctuarii

parte, quae הֵיכָל appellatur. 1 Reg. VIII, 8. 2 Par. XXIX, 7 (opp. קֹדֶשׁ קֳדָשִׁים), contra pro קֹדֶשׁ קֳדָשִׁים Ez. XLI, 23.

4) קֹדֶשׁ קֳדָשִׁים superl. *sanctissimum, res sanctissima.* Dicitur a) de rebus v. c. de suffitu sacro Ex. XXX, 36, de vasis sacris ib. 29, de altari XXIX, 37. XXX, 10. XL, 10, de parte sacrificiorum a solis sacerdotibus comedenda Lev. II, 3. 10. VI, 10. 18. 22. VII, 1. 6. X, 12. 17. XIV, 13. XXIV, 9. Num. XVIII, 9. Esr. II, 63. Ez. XLVIII, 12, de eo quod anathemate devotum est Lev. XXVII, 28. Plur. קָדְשֵׁי הַקֳּדָשִׁים *sanctissima,* de oblationibus quae solis sacerdotibus destinatae erant Lev. XXI, 22. 2 Par. XXXI, 14. Ez. XLII, 13. XLIV, 13. b) de hominibus (Aharone) 1 Par. XXIII, 13. c) de locis, Num. XVIII, 10: בְּקֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים תֹּאכְלֶנּוּ *in loco sanctissimo comedes illud.* Spec. de adyto (דְּבִיר) et tabernaculi Mosaici Ex. XXVI, 33. 34. Num. IV, 4. 19, et templi 1 Reg. VI, 16. VIII, 6. 1 Par. VI, 34. 2 Par. V, 7. Ez. XLI, 4. XLIII, 12. XLV, 3. Dan. IX, 24, plene בֵּית קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים 2 Par. III, 8. 10.

מִקְדָּשׁ m. c. dag. euph. מִקְּדָּשׁ Ex. XV, 17, c. Suff. מִקְדָּשׁוֹ, semel (praeter morem) מִקְדְּשׁוֹ Num. XVIII, 29 1) *res sacra, sacrata* Num. l. c. 2) *sacrarium, locus sacer,* spec. de tabernaculo sacro Israëlitarum Exod. XXV, 8. Lev. XII, 4. XXI, 12. Num. X, 21. XVIII, 1, de templo 1 Par. XXII, 19. 2 Par. XXIX, 21. Dan. XI, 31 al. Saepe plenius dr. מְקוֹם מִקְדַּשׁ יְיָ Jes. LX, 13, מְכוֹן מִקְדַּשׁ יְיָ Dan. VIII, 11. מִקְדַּשׁ מֶלֶךְ locus qui regi sacer est i. e. ab eo consecratus est Am. VII, 13. Plur. מִקְדְּשֵׁי בֵית יְיָ Jer. LI, 51 sacraria, loci sacri templi, מִקְדְּשֵׁי אֵל Ps. LXXIII, 17 id., sed מִקְדְּשֵׁי יִשְׂרָאֵל sunt sacraria Israëlis (gentilia et illicita) Am. VII, 9. 3) *asylum,* quandoquidem apud Hebraeos, ut apud Graecos (2 Macc. IV, 34. Pausan. Corinth. 13), templa asyli iure gaudebant Jes. VIII, 14. Ezech. XI, 16 (cf. 1 Reg. I, 50. II, 28).

קָהָה (vic. verbo כָּהָה) *hebes factus est* dens Jer. XXXI, 29. 30. Ez. XVIII, 2. (Syr. id. Aph. hebetavit, ܩܗܝܐ hebes. Nas. ܩܗܝܘܬܐ pro ܩܗܘܬܐ, ܩܗܝܘܬܐ hebetudo. Chald. קְהָא i. q. syr.).

Pi. קֵהָה id. intrans. (ut syn. כֵּהָה), de ferro. Eccl. X, 10, ubi 4 codd. כהה.

קָהַל in Kal inusit. pr. vocavit, convocavit, vic. rad. קוֹל. (Propriae significationis vestigium esse videtur in syr. ܩܗܠܢܐ f. ܩܗܠܢܝܬܐ linguax, verbosus, contentiosus, ܩܘܗܠܐ exclamatio, vociferatio. Sed in Pe. et Pa. Syri habent etiam congregandi vim. Sam. ࠒࠄࠋࠄ i. q. ࠒࠄࠋࠄ congregatio, coetus, nasor. ܩܗܠ id.)

Hiph. convocavit, congregavit populum, concionem populi Ex. XXXV, 1. Lev. VIII, 3. Num. I, 18. VIII, 9. X, 7. XX, 8. 10. Deut. IV, 10. XXXI, 12. 28. 1 Reg. VIII, 1. XII, 21, sq. עַל contra aliqu. Num. XVI, 19; omisso acc. convocavit sc. iudicium Iob. XI, 10.

Niph. congregatus est, congregavit se populus Esth. IX, 2. 15. 16. 18. VIII, 11, sq. עַל Ex. XXXII, 1. Num. XVI, 3. XVII, 7. XX, 2. Ez. XXXVIII, 7 et אֶל pers. 1 Reg. VIII, 2. Jer. XXVI, 9 *ad* aliquem, it. אֶל Lev. VIII, 4. Iud. XX, 1, לְ 2 Par. XX, 26 et acc. loci Jos. XVIII, 1. XXII, 12 quo congregantur.

קָהָל m. 1) *congregatio* (de actione). Deut. IX, 10: בְּיוֹם הַקָּהָל *die congregationis.* X, 4. XVIII, 16.

2) *congregatio, coetus,* concr. de ipsa multitudine congregata. Dicitur a) spec. de concione populi Israëlitici, quae quum aliam ob causam (Iud. XXI, 8. 1 Par. XXIX, 1. 2 Par. XXIII, 3 cf. Iob. XXX, 28) tum maxime sacrorum caussa convenit i. q. הָעֵדָה, plenius קְהַל יִשְׂרָאֵל Lev. XVI, 17. Deut. XXXI, 30. Jos. VIII, 35. 1 Reg. VIII, 14. 22. 55, ק׳ עֲדַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Num. XIV, 5, ק׳ עֲדַת יִשׂ׳ Ex. XII, 6, קְהַל יְיָ Num. XVI, 3. XX, 4. Deut. XXIII, 2—4. 9, קְהַל הָאֱלֹהִים Neh. XIII, 1, et c. art. הַקָּהָל *κατ' ἐξοχήν* Exod. XVI, 3. Lev. IV, 13. 14. 21. Num. X, 7. XVI, 33. XVII, 12. XX, 6. 10. 2 Par. XXX, 2. 4. 23. 25. Esr. II, 64. X, 12. 14. Neh. V, 13. Joël II, 16 al. Sic Ps. XXXV, 18: *laudabo te* בְּקָהָל רָב *in coetu magno.* XXII, 26. XL, 10, et XXII, 23: *laudabo te* בְּתוֹךְ קָהָל *in medio coetu.* 2 Par. XX, 14. Prov. V, 14. קָהָל גָּדוֹל coetus magnus 1 Reg. VIII, 65. ק׳ רָב id. Ezech. XXXVIII, 4. Esr. X, 1. b) ampliore significatu de quavis multitudine hominum Jer. XXXI, 8. XLIV, 15. Ez. XVI, 40. XXIII, 46. 47. XXVII, 27. 34. XXXII, 22. 23, militum XVII, 17. XXVI, 7. XXXVIII, 4. 15, populorum Gen. XXVIII, 3. XXXV, 11. XLVIII, 4. Jer. L, 9, de coetu impiorum Ps. XXVI, 5 cf. Gen. XLIX, 6, piorum Ps. CXLIX, 1, sanctorum i. e. angelorum LXXXIX, 6, manium Prov. XXI, 16.

קְהֵלָתָה (concio) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. XXXIII, 22.

קְהִלָּה f. *concio* Deut. XXXIII, 4. Neh. V, 7.

קֹהֶלֶת *Koheleth* n. pr. quo Salomo significatur in libro, cui sic inscriptum est. Eccl. I, 1. 2. 12. XII, 9. 10, semel c. art. XII, 8 (cf. Lgb. p. 656. 657): אָמַר הַקּוֹהֶלֶת, semel c. verbo fem. VII, 27: אָמְרָה קֹהֶלֶת, sed haud scio an ibi, ut XII, 8, verbis aliter divisis legendum sit אָמַר הַקֹּהֶלֶת, ut dudum suaserunt Grotius, J. D. Mich., Jahnius al. — Ut a grammatica ratione vocis ordiamur, terminatio feminea eius (satis ridicule eam expressit Gr. Venet. ἡ ἐκκλησιάστρια, bis ἡ ἐκκλησιάζουσα XII, 9. 10, et Arabs in inscriptione كتاب الجامعة liber congregatricis), quae in recentiore Hebraismo etiam in aliis nomm. pr. virorum reperitur (v. סֹפֶרֶת, פֹּכֶרֶת), eo revocanda est, quod קֹהֶלֶת ἐκκλησιαστής e nominibus munerum est, quae in linguis Semiticis abstracta (Lgb.

468. 878) et feminina esse solent, velut פֶּחָה, כְּנָת (rad. כְּנָה), arab. خليفة Chalipha, زافرة dominus, رقابة minister, علامة doctor, راوية enarrator dictorum factorumque Muhammedis (cf. Knobel comment. ad Eccles. p. 10), adde alia exempla, in quibus ة fem. gen. vim intensivam habere videtur, quippe quae a notione abstracta proficiscatur v. c. داهية valde infelix, شكورة valde ebrius (de Sacy gr. 1, §. 623. 625. Jahn Einleit. in die Schr. d. A. B. II, 828). Itaque non est quod ellipsis substantivi statuatur, vel secundum Hebraeos נֶפֶשׁ: (anima) congregatrix, בעבור החכמה שנקהלה בו *propter sapientiam quae congregata fuerit in eo*, vel secundum Ewaldum (gr. crit. pag. 569) חָכְמָה: unde *sapientia concionatrix* (die predigende Weisheit).

De significatione vocabuli dudum verum viderunt antiquissimi interpretes, LXX qui *Ἐκκλησιαστήν*, Hieron. qui *Ecclesiasten* reddit (Luth. Prediger), hac addita explicatione (ad Eccl. I, 1): „ἐκκλησιαστής graeco sermone appellatur qui coetum i. e. ecclesiam congregat: quem nos nuncupare possumus concionatorem eo quod loquatur ad populum et eius sermo non specialiter ad unum sed ad universos generaliter dirigatur.“ Accuratius etiam dicas, קֹהֶלֶת s. קֹהֵל pr. eum esse *qui convocat concionem* ut pro ea *verba faciat* et de rebus humanis disserat i. q. בַּעַל אֲסֻפּוֹת XII, 11, cf. gr. ἀγοράομαι, ἀγορεύω, rarius ἀγοράζω, ἐκκλησιάζω ab ἀγορά, ἐκκλησία, lat. *concionari, concionator*. Midrasch in Kohelet: שהיו דבריו נאמרים בקהל *quod verba eius dicta sunt in concione*. Graecum Ἐκκλ. ad verbum expressit Arabs الجامع *congregans*, hebr. קֹהֶלֶת liberius vertit Symm. (12, 10) παροιμιαστής q. d. בַּעַל מְשָׁלִים, qui sapientiam docet *proverbiis* usus, Salomonem hoc modo designaturus. [Quod Knobelius l. c. p. 3 observat, קֹהֶלֶת ab Aquila συναθροϊστήν reddi, in certae fidei libris non reperi, idque nescio quo errore niti videtur, imo Aquila retinet κωλέθ, ut e codd. 161. 248 annotat Holmesius, contra Grotius usus est voce συναθροϊστής. Idem vir doctus p. 2 קֹהֶלֶת a Gr. Venet. reddi existimat ἐκκλησιάζουσα σοφός, quod procul dubio ex XII, 9 petitum est: sed σοφός ibi exprimit hebraeum חָכָם]. Targ. retinet קֹהֶלֶת, addens הוא שלמה, et sic etiam Pesch. et Syr. hexapl. ܩܘܗܠܬ. [Aethiopicus interpres, qui Graeca reddit, hunc librum appellat መክብብ:, quod alibi *concionem* significat, sed nunc quidem part. conj. IV esse potest: *congregator*]. — E recentioribus a) longissime a scopo aberrarunt, qui קֹהֶלֶת abstr. *consessum* sapientum i. q. مقامة interpretarentur (Doederlein, Bauer, Bertholdt), quod abunde refellitur uno loco I, 1; non magis placent b) qui voci קהלת aliam quandam significationem affinxerunt ex Arabismo arcessitam (inferioris enim Hebraismi usus ab Arabismo alienus esse solet), velut *senis* (Dindorf, quomodo nomen Koheleth Salomoni tribuatur. Lips. 1791. 4) coll. كهل: licet hoc non senem significet, sed eum qui plena et adulta aetate est, ab anno tricesimo ad quinquagesimum (Sur. 3, 41. 5, 109. Har. 6, 182. 208 Sch. Ham. 460 Sch. Lebid. 84), vel *debilis, poenitentis* (Schroeder instit. p. 306. Storr de anal. p. 368) coll. قهل exaruit cutis pec. ex multa spirituali exercitatione. V. lente incessit, debilis fuit (sed vide 9, 5. 12, 7), et c) qui קֹהֶלֶת passive accipiunt pro מְקֻהֶלֶת *congregatus* sc. ad patres, ita ut *umbram Salomonis* significet (Cocceji lex. hebr. ed. Schulz h. v. Augusti Einl. in das A. T. p. 205). Taceo alias coniecturas minus etiam verisimiles.

מַקְהֵלִים pl. m. Ps. XXVI, 12, et

מַקְהֵלוֹת pl. f. Ps. LXVIII, 27 *conciones, coetus*, max. Deum laudantium, *chori*. Posterius est etiam n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. XXXIII, 25.

קָהַת rad. dubiae auctoritatis. Verbum semel legitur in cod. Samaritano Gen. XLIX, 10, ubi pro ולו יִקְּהַת עַמִּים *et ei* est *obedientia populorum* legitur: ולו יקהתו עמים, al. codd. יקחתו, et a Chald. Sam. transfertur: *et ad eum confluunt* (ותנגדון al. cod. ירברון) *populi*, eig. zu ihm ziehen die Völker. Videntur igitur verbum קהת eodem significatu accepisse atque chald. קְהָא et קְהַל. Alia eius vestigia fortasse exstant in

קְהָת n. pr. filii Levi Gen. XLVI, 11. Ex. VI, 16, unde patron. הַקְּהָתִי Num. III, 27. Jos. XXI, 4, et

תָּקְהַת n. pr. viri 2 Par. XXXIV, 22 Keri, ubi Chethibh תּוֹקְהַת (a יָקְהָה).

קוֹא *vomere*. (Arab. قاء med. Je. vomuit idque fortiter et cum difficultate. Aeth. ቀየአ: id. Chald. et nasor. קוֹא fastidiendi vim habet. Ortum videtur litteris magis magisque extenuatis ex onomatopoët. קוּט, קוּץ, quibus olim fortasse accedebat קוּעַ cf. צֵלָע, ch. עֲלַע, syr. ܐܠܥܐ costa). Metaph. de terra incolas *evomente* i. e. eiiciente, expellente Lev. XVIII, 28. Singularis est imp. pl. קְיוּ *evomite* Jer. XXV, 27 qs. ad rad. קָיָא (v. arab. et aeth.) abiecto א.

Hiph. id. Prov. XXIII, 8. XXV, 16. Jon. II, 11. Translate de terra incolas evomente Lev. XVIII, 25. 28. XX, 22, de homine violento qui bona aliis erepta reddere cogitur (cf. Arist. Equ. 1147: ἔπειτ᾽ ἀναγκάζω πάλιν ἐξεμεῖν, ἅττ᾽ ἂν κεκλόφωσί μου, lat. devoratam evomere pecuniam Cic. Pis. 37). Iob. XX, 15.

קֵא m. *vomitus* Prov. XXVI, 11.

קִיא m. id. Jes. XIX, 14. XXVIII, 8. Jerem. XLVIII, 26.

קָאַת Jes. XXXIV, 11. Zeph. II, 14 c. art. הַקָּאַת Lev. XI, 18. Deut. XIV, 17 cstr. קְאַת (contra analogiam derivati ־ָה) Ps. CII, 7 f. avis quaedam palustris (Lev. Deut. ll. cc.) et deserticola, auctoribus plerisque vett. interpretibus et Talmudistis *pelecanus* (talmud. קוק et קיק, Jonath. קָקָא, Pesch. ܩܩܐ v. Tychsen physiol. Syr. p. 13. 110 sqq. Saad. et Arabs Erp. القوق. LXX. bis πελεκάν, Vulg. onocrotalus), ita dictus, quippe qui conchas marinas aliasque res devoratas *evomere* soleat. Vide Bocharti Hieroz. III, p. 40 sqq. Lips.

קָוָה 1) pr. torsit, plexit funem, unde קַו, קָוֶה no. 1 et תִּקְוָה no. 1. Inde

2) *robore valuit*, *robustus fuit*, verba enim ligandi et adstringendi referuntur ad robur, v. חול, חָזַק no. 2, adde nostr. *Strang* funis plexus et *strenge*, *anstrengen*, quae ex adstringendi potestate nata sunt. Inde קַו no. 2. (Arab. قَوِيَ fortis, robustus fuit, قَوَى robore vicit. II. roboravit, قُوَّةٌ robur).

3) *speravit* firmiter, *confisus est*, quae significatio profecta est a *firmitate* et *constantia*, cf. הֶאֱמִין, non ab intentione animi (von der geistigen Spannung der Wartenden), ut volebat Redslobius. (Syr. ܩܘܐ mansit, permansit; exspectavit, speravit). Ubique de spe et fiducia in Deum, sq. acc. קֹוֵי יְהוָֹה Ps. XXXVII, 9. Jes. XL, 30, קֹוַי XLIX, 23, קֹוֶיךָ Ps. XXV, 3. LXIX, 7, קֹוָו Thren. III, 25.

Pi. i. q. Kal no. 3 *exspectavit*, *speravit* aliquid, sq. acc. Iob. VII, 2. XVII, 13. XXX, 26, sq. לְ Iob. III, 9: יְקַו לְאוֹר וָאַיִן. VI, 19: הֲלִיכוֹת שְׁבָא קִוּוּ לָמוֹ. Jes. V, 7. LIX, 9. 11. Jer. VIII, 15. XIV, 19. Gen. XLIX, 18, sq. gerundio Jes. V, 2: וַיְקַו לַעֲשׂוֹת עֲנָבִים *et speravit ut uvas ferret*. Ps. LXIX, 21. Spec. a) קִוָּה אֶת־יְיָ speravit Deum i. e. in Dei auxilio omnem spem et fiduciam collocavit Ps. XXV, 5. 21. XXXIX, 8. XL, 2. Jes. XXVI, 8. Thren. II, 16, et sic קִוָּה אֶל יְיָ Ps. XXVII, 14. XXXVII, 34. Jes. LI, 5. Hos. XII, 7, ק׳ לַיהוָֹה Jes. VIII, 17. XXV, 9. XXXIII, 2. LX, 9. Prov. XX, 22. b) *insidiatus est* alicui, sq. לְ Ps. CXIX, 95, sq. acc. LVI, 7.

Niph. congregari, de aquis Gen. I, 9, de gentibus Jer. III, 17. Hanc vim, quam habet etiam מִקְוֶה no. 2, e conglomerando (v. rad. no. 1) natam esse volunt. Equidem haud scio an petita sit a cognato גָּוָה (unde גּוֹי) quod *confluendi* vim habet.

קָוֶה vel **קָוֶה** i. q. קַו *funis*, *funiculus*, ter legitur in Chethibh 1 Reg. VII, 23. Zach. I, 16, cstr. (קְוֵה?) Jer. XXXI, 39.

קַו cstr. קַו 2 Reg. XXI, 13. Jes. XXXIV, 11, absol. Jes. XXVIII, 10. 13 (קַו לָקָו) c. suff. קַוָּם Ps. XIX, 5 1) *funiculus*. (Arab. قُوَّةٌ id. pr. plexus s. stria, quarum plures contortae funiculum efficiunt, nostr. *Draht*, vom Drehen, unde *zweidrähtiger*, *dreidrähtiger Faden*, v. Cor. 16, 94, et prae ceteris Reiske ad Abulf. Ann. IV p. 102. Chald. קַוִּין fila s. tela araneae, et ita quoque syr. ܩܘܐ). Spec. a) funis *mensorius* Jes. XXXIV, 17. Ez. XLVII, 3. נָטָה קַו עַל extendit funem super rem metiendam, quod fit, ubi aliquid fabrefaciendum (Jes. XLIV, 13) vel aedificandum Iob. XXXVIII, 5. Zach. I, 16 (Keri), et ubi destruendum et solo aequandum est Thren. II, 8. 2 Reg. XXI, 13: וְנָטִיתִי עַל יְרוּשָׁלַםִ אֵת קַו שֹׁמְרוֹן *et extendam super Hierosolymam funiculum Samariae* i. e. eam solo aequabo pariter atque Samariam. Jes. XXXIV, 11: וְנָטָה עָלֶיהָ קַו־תֹהוּ וְאַבְנֵי בֹהוּ *et extendetur super eam funiculus vastationis et perpendiculum inanitatis* i. e. vastabitur et solo aequabitur, ita ut solo eius complanato funiculum inducere possis. LXX quinquies μέτρον, bis σπαρτίον γεωμετρίας Jes. XXXIV, 11. Symm. σχοίνιον μέτρου. b) metaph. *regula*, *norma* Jes. XXVIII, 17 (Aqu. κάνων Iob. XXXVIII, 5. Ps. XIX, 5), et sic ibid. 10. 13: קַו לָקָו קַו לָקָו *regula ad regulam*, *regula ad regulam* v. de h. l. ad צַו p. 1156. c) *margo* vasis funiculo similis 1 Reg. VII, 23 Keri. 2 Par. IV, 2. Volunt d) *chordam* (pr. funiculum) citharae esse, inde *sonum*. Ps. XIX, 5: בְּכָל־הָאָרֶץ יָצָא קַוָּם *in omnem terram exit sonus eorum*. LXX ὁ φθόγγος αὐτῶν et sic Rom. X, 18. Symm. ὁ ἦχος αὐτῶν. Vulg. *sonus eorum*. Pesch. ܡܣܒܪܢܘܬܗܘܢ annunciatio eorum. *Soni* significatum, quem flagitat contextus, etiam ita efficiunt, ut קַו i. q. gr. τόνος ab *intendendo* (malim a fidibus adstrictis) dictum existiment, coll. arab. قَوَّةٌ clamavit (venator, ad feras terrendas) et duplic. قَوْقَى (Pococke not. miscell. p. 48. Simon. lex. ed. 1. Ewald poët. Bücher II p. 105). Prius non displicet, sed verba illa arabica in hunc censum non vocaverim, quippe quae onomatopoëtica sint, praesertim قَوْقَى et قَوْقَأَ cacabavit gallina (gâken, gackern). Ut dicam quod sentio, mihi admodum probabilis videtur Olshausenii coniectura, qui pro קַוָּם reponit קוֹלָם vel קֹלָם, ut Comm. 4 (parall. מִלֵּיהֶם): male certe vulgarem scripturam tuentur coll. verbis Jer. XXXI, 39: יָצָא עוֹד קַו הַמִּדָּה נֶגְדּוֹ, quorum diversissima ratio est, et nullo modo audiendi sunt, quicunque voci קַוָּם (קֹלָם) aliam quam *vocis sonive* vim tribuere voluerunt (v. Rosenm. Hitz. ad h. l. et Böttch. specc. 170).

2) *robur*, *vis* i. q. arab. قُوَّةٌ. Jes. XVIII, 2: גּוֹי קַו־קָו *gens robustissima* pr. roboris roboris. Hitzigius mavult una voce scribere קַוְקַו: sed desidero tamen nomina derivata verborum ל״ה hunc in modum formata, excepto fere uno צִוְעִים pro עִוְעִים.

מִקְוֶה m. bis (abs. et cstr.) מִקְוֵא 2 Par. I, 16, et מִקְוֵה etiam absol. 1 Reg. X, 28 1) *spes*, *fiducia* (v. Kal

no. 3 et Pi.) 1 Par. XXIX, 15. Esr. X, 2, it. is in quo spes reponitur, de Deo Jer. XIV, 8. XVII, 13. L, 7.

2) *confluxus*, *congregatio* (v. rad. Niph.) a) aquarum Gen. I, 10. Ex. VII, 19. Lev. XI, 36. b) hominum et animalium, *agmen*, *caterva*, *grex*. Ita intelligo verba 1 Reg. X, 28: *adducebantur autem equi Salomonis ex Aegypto* וּמִקְוֵה סֹחֲרֵי הַמֶּלֶךְ יִקְחוּ מִקְוֵה בִּמְחִיר et 2 Par. I, 16: וּמִקְוֵא סֹחֲרֵי הַמֶּלֶךְ מִקְוֵא יִקְחוּ בִּמְחִיר *et agmen mercatorum regiorum petebant agmen* equorum *pretio* certo (*und ein Zug königlicher Kaufleute holte jedesmal den Zug* von Pferden *um einen* bestimmten *Preis*) i. e. solebant equi gregatim a mercatorum catervis ex Aegypto adduci. מִקְוֶה apte tum de mercatorum caterva tum de equorum grege dici poterat (quo in duplici usu inest lusus verborum, etiam a tenui librorum historicorum sermone minime alienus, cf. Gen. XV, 2. Iud. X, 4. XV, 16. 1 Sam. I, 24): alterum מִקְוֵה autem ex antecedentibus facile supplebis מִקְוֵה הַסּוּסִים, ipsa adeo forma constructa eiusmodi ellipsin significat cf. 2 Reg. IX, 17: שִׁפְעַת אֲנִי רֹאֶה *catervam* populi *video*. Ps. XVI, 3: לִקְדוֹשִׁים אֲשֶׁר בָּאָרֶץ הֵמָּה וְאַדִּירֵי (הָאָרֶץ) כָּל־חֶפְצִי בָם. Priores interpretes quid in h. l. vel interpretando vel corrigendo satis infeliciter moliti sint v. ap. Bochartum Hieroz. T. I p. 171. 172. Lud. de Dieu, Clericum et Dathium ad 1 Reg. l. c. Beckium ad paraph. chald. Chron. II. p. 7. Michaëlis in suppl. p. 1271 et in Iure Mosaico T. III p. 332, adde Böttcheri specc. p. 170: sententiam ei quam proposuimus simillimam secuti sunt Piscator et Vatablus.

מִקְוָה f. *locus quo* aqua *confluit*. Jes. XXII, 11.

תִּקְוָה f. 1) i. q. קַו *funis* Jos. II, 18. 21.

2) *spes* (v. rad. in Pi.). Iob. IV, 6 (v. de h. l. p. 396 A inf.) XI, 20. XVII, 15. XIX, 10. XXVII, 8. Prov. XXIII, 18. XXIV, 14 al. יֵשׁ תִּקְוָה לְ superest alicui spes Ruth I, 12. Iob. V, 16. XIV, 7. Jer. XXXI, 17, sine dat. Iob. XI, 18. Prov. XIX, 18. Thren. III, 29; בְּאֶפֶס תִּקְוָה sine spe Iob. VII, 6, אָבְדָה תִקְוָה interiit spes Ps. IX, 19. Prov. X, 28. XI, 7. 23. Iob. VIII, 13. אֲסִירֵי הַתִּקְוָה captivi sperantes sc. libertatem Zach. IX, 12. Translate de eo quod quis sperat Iob. VI, 8, a quo quis sperat (de Deo) Ps. LXXI, 5: כִּי אַתָּה תִקְוָתִי.

3) n. pr. viri 2 Reg. XXII, 14, pro quo 2 Par. XXXIV, 22 תָּקְהַת, in Chethibh תּוֹקְהַת (obedientia).

קוֹחַ v. פְּקַח־קוֹחַ pag. 1121.

קוּט i. q. קוּץ *fastidire* (cf. נָקֹט). Praet. קָט reperiri volunt in loco dubio Ez. XVI, 47: *neque tamen in viis illarum ambulasti et imitata es abominationes earum* כִּמְעַט קָט וַתַּשְׁחִתִי מֵהֵן *brevi taeduit* te *et magis perdite egisti quam illae*. Sed durius est quod statuunt קָט ibi impers. poni pro קָט לָךְ, quum hoc verbum nuspiam alibi impersonaliter ponatur et exspectes קָצַת, קָטָה. Aliam rationem haud contemnendam suadet Alb. Schultensius (Opp. min. p. 313) cui קָט est i. q. قَطْ, قَطُّ, فَقَطْ *tantum*, *duntaxat*, quod et ipsum postponi solet v. c. احد قط unus tantum Abulph. hist. dyn. p. 447. 502, ما ساعة قط ne momento quidem (nicht einen Augenblick nur) ib. p. 267. Sed veteres omnes hanc vocem omiserunt, et suspicio est, litteras קט non genuinas esse, sed ex מעט utcunque corrupto et repetito ortas. — Fut. אָקוּט sq. בְּ pers. Ps. XCV, 10. — יָקוּט Iob. VIII, 14 v. s. rad. קָטַט.

Niph. נָקוֹט id. sq. בִּפְנֵי pr. fastidium prodidit in vultu (v. בִּפְנֵי p. 1111). Pl. נָקֹטּוּ Ezech. VI, 9 (ubi plurimi libri cum Kimchio נָקֹטּוּ, sed cod. Erf. 1. 2 sine Dag., quod praestat). 2 pers. נְקֹטֹתֶם ib. XX, 43. XXXVI, 31. — נָקְטָה Iob. X, 1 v. sub נָקַט.

Hithpal. הִתְקוֹטֵט id. Ps. CXIX, 158, sq. בְּ pers. CXXXIX, 21.

קוֹל radix inusit., quae *vocandi*, *clamandi* vim habuisse videtur. (Arab. قَالَ dixit. Vicinum videtur chald. קְבַל i. q. צָעַק clamavit cf. p. 393, et קָהַל vide ib. In linguis Indogermm. congruere videntur sanscr. *çâl* exclamare, laudare Eichh. p. 216, gr. *καλέω*, lat. *calo*, unde *calendae*, angl. *to call.*) — Inde

קוֹל pl. קֹלוֹת, קוֹלוֹת m. *vox*. (Aeth. ቃል: vox, verbum, sonitus v. c. tonitru, arab. قَوْل dictum, sententia. Syr. ܩܳܠܳܐ, chald. קָל vox. Etiam apud Phoenices קל frequentatur, maxime in formula קלא פ׳, שמע קל audivit vocem alic. i. e. exaudivit preces eius Melit. 1, 4. Numid. 1, 2. 2, 2. 3, 2. 4, 3, שמע קל דברי Melit. 3, 5. 6. Vide infra litt. c, *a*). Dicitur

1) de *voce hominum*, tum loquentium, tum clamantium (1 Sam. IV, 14, קוֹל תְּרוּעָה ib. 6), cantantium (יְפֵה קוֹל qui pulchrae vocis est Ez. XXXIII, 32, קוֹל עַנּוֹת Ex. XXXII, 18), plorantium (קוֹל בִּכְיִי Ps. VI, 9, וַיִּתֵּן אֶת־קֹלוֹ בִּבְכִי edidit vocem suam cum fletu Gen. XLV, 2), gementium (Ps. CII, 6), iubilantium (קוֹל רִנָּה Ps. XLII, 5. CXVIII, 15. קוֹל שִׂמְחָה Jer. VII, 34) cet. strepentis multitudinis 1 Reg. I, 41. Dan. X, 6. De voce Dei loquentis Deut. IV, 33. V, 23. XVIII, 16 al. Gen. XXVII, 22: הַקֹּל קוֹל יַעֲקֹב *vox est vox Jacobi*. Iud. XVIII, 3: *et agnoverunt vocem adolescentis*. 1 Sam. XXVI, 17. 1 Reg. XIX, 13: וְהִנֵּה אֵלָיו קוֹל *et ecce vox eum compellavit*. — בְּקוֹל גָּדוֹל alta voce 1 Sam. XXVIII, 12. 1 Reg. XVIII, 27. 28. Esr. III, 12. Neh. IX, 4. Jes. XXXVI, 13. Prov. XXVII, 14, et in acc. קוֹל גָּדוֹל Deut. V, 19. 2 Sam. XV, 23. XIX, 5. 1 Reg. VIII, 55. Ez. VIII, 18. IX, 1. XI, 13, et sic קוֹל רָם id. Deut. XXVII, 14, קוֹל אֶחָד una voce 2 Par. V, 13, קוֹלִי (plena) voce mea Ps. III, 5. CXLII, 2, et sic קוֹלֵךְ Jes. X, 30 (v. צָהַל). Pleonast. dicunt: *vox verborum alic.* Deut. I, 34. V, 25. 1 Sam. XV, 1. Iob. XXXIII, 8. Dan. X, 6. 9, *vox precum* Ps. XXVIII,

2. 6. LXVI, 19, *vox fletus* v. supra. Per ellipsin קוֹל non raro est: *vox* sc. auditur, vel *en vocem!* Cant. II, 8: קוֹל דּוֹדִי *en vocem amici mei.* V, 2. Jes. XIII, 4. LII, 8. LXVI, 6. Jer. L, 28 cf. Iob. XXXIX, 24. Metaph. vox tribuitur *sanguini inulto* Gen. IV, 10. Dicitur etiam *vox* de *sermone* Eccl. V, 2. 4, de *rumore* Gen. XLV, 16. Jer. III, 9. Ez. XXVI, 15.

2) de voce bestiarum v. c. ovium balantium, armentorum mugientium 1 Sam. XV, 14, cf. Jer. IX, 9, de hinnitu equorum Jer. VIII, 16, de rugitu leonum Iob. IV, 10. Zach. XI, 3, de voce aviculae Eccl. XII, 4, turturis Cant. II, 12, columbae Nah. II, 8.

3) de *sono* et *strepitu* rerum inanimatarum varii generis, velut tubae Exod. XIX, 19. XX, 18. Jos. VI, 5, citharae, fistulae Ez. XXVI, 13. Iob. XXI, 12, tintinnabuli Ex. XXVIII, 35, tonitru Ps. CIV, 7, aquarum strepentium Ez. I, 24. XLIII, 2, catarrhactae (Rauschen) Ps. XLII, 8, pluviae 1 Reg. XVIII, 41, curruum et equorum (Gerassel) 2 Reg. VII, 6. Joël II, 5, flammae (Geprassel) ibid., spinarum ardentium (Geknister) Eccl. VII, 6, molae XII, 4, flagelli (Knallen der Peitsche) Nah. III, 2, etiam de sono gressuum (Schall der Tritte) 2 Sam. V, 24. 1 Reg. XIV, 6. 2 Reg. VI, 32 (quorsum referenda videntur verba Gen. III, 8: קוֹל יְיָ אֱלֹהִים מִתְהַלֵּךְ בַּגָּן), alarum complosarum Ez. I, 24. III, 13, folii dispulsi Lev. XXVI, 36. בְּקוֹל גָּדוֹל magno strepitu Jes. XXIX, 6. — קוֹל יְהוָה κατ᾽ ἐξοχὴν est *tonitru* Ps. XXIX, 3 sqq. Jes. XXX, 30. 31. Iob. XXXVII, 2. 4. 5. 1 Sam. VII, 10: וַיַּרְעֵם יְיָ בְּקוֹל גָּדוֹל. Plur. קֹלוֹת *tonitrua* Ex. IX, 23. 29. 33. 34. XIX, 16. XX, 18. 1 Sam. XII, 17, plene קֹ׳ אֱלֹהִים Ex. IX, 28. חֲזִיז קֹלוֹת telum tonitruum i. e. fulgur Iob. XXVIII, 26. XXXVIII, 25.

Spec. notandae sunt hae locutiones:

a) נָשָׂא קוֹל *sustulit vocem*, v. נָשָׂא no. 1, e, et הֵרִים קוֹל s. v. רוּם.

b) α) נָתַן קוֹלוֹ *edidit vocem suam*, de hominibus, max. ad fletum Gen. XLV, 2: וַיִּתֵּן אֶת־קֹלוֹ בִּבְכִי. Num. XIV, 1, ad clamandum Thren. II, 7, ad vocandum Prov. I, 20. VIII, 1. Jer. XXII, 20, sq. לְ vocavit aliquem Prov. II, 3, נָתַן קוֹל בָּאָרֶץ proclamavit in terra 2 Par. XXIV, 9; de avibus cantantibus Ps. CIV, 12, de leone rugiente Am. III, 4, de maris rugitu Hab. III, 10, de strepitu multitudinis Jer. XLVIII, 34, de nubibus tonantibus Ps. LXXVII, 18, de Deo tonante Ps. XVIII, 14. Am. I, 2. Joël II, 11. IV, 21. Jer. XXV, 30. — β) נָתַן בְּקוֹלוֹ pr. *edidit* (strepitum) *voce sua* (cf. gr. §. 135, 1 not. 3) i. e. rugiit (sq. עַל contra aliqu.) Jerem. XII, 8, tonavit (Deus) Ps. XLVI, 7. LXVIII, 34. (Pers. آواز دادن vocem dare i. e. clamare, loqui).

c) α) שָׁמַע קוֹל פ׳ audivit vocem alic. i. e. aures ei praebuit Gen. IV, 23. Jes. XXVIII, 23, exaudivit (Deus) aliquem Num. XX, 16. Deut. XXVI, 7. Ps. V, 4. XVIII, 7. XXVII, 7. LV, 18. LXIV, 2 Jon. II, 3. (V. supra formulam phoen.). Ita etiam הֶאֱזִין קוֹל exaudivit Iob. IX, 16. Ps. CXLI, 1. — β) שָׁמַע בְּקוֹל פ׳ aurem praebuit et morem gessit alicui Gen. XXVII, 8. 13. 43. Ex. XVIII, 19. Deut. XXI, 18. Iud. XX, 13. 1 Sam. VIII, 7. 19. XIX, 6. Prov. V, 13. Jerem. XXXV, 8, spec. obedivit Deo (homo) Gen. XXII, 18. XXVI, 5. Deut. VIII, 20. XIII, 19. XV, 5. XXVI, 14. XXVII, 10. XXVIII, 1. 15. 45. 62. XXX, 8. Jos. V, 6. 1 Sam. XII, 15. XV, 19. 20. 22, exaudivit hominem (Deus) Gen. XXX, 6. Iud. XIII, 9. 1 Reg. XVII, 22. Ps. CXXX, 2. — γ) שָׁמַע לְקוֹל פ׳ aurem praebuit et morem gessit alicui Gen. III, 17. XVI, 2. Exod. XVIII, 24. 1 Sam. II, 25, obedivit Deo Ex. XV, 26. Iud. II, 20. Ps. LXXXI, 12. — δ) שָׁמַע אֶל קוֹל פ׳ exaudivit Deus aliq. Gen. XXI, 17.

d) הֶעֱבִיר קוֹל בְּ proclamari iussit in (terra) v. הֶעֱבִיר no. 2.

קָל chald. m. *vox*, v. c. lugubris Dan. VI, 21, de voce coelesti IV, 28, *vox verborum* VII, 11, de voce tubae III, 5. 7. 10. 15.

קוֹלָיָה (i. q. קוֹלָיָהּ) n. pr. virorum 1) Jer. XXIX, 21. 2) Neh. XI, 7.

קוּם fut. יָקוּם, apoc. יָקֹם Gen. XXVII, 31, יָקָם לָךְ Iob. XXII, 28, convers. וַיָּקָם, וַתָּקָם, sed 1 pers. וָאָקוּם, וָאָקֻם Neh. II, 12. IV, 8. Ez. III, 23, וָאָקֻם 1 Reg. III, 21. VIII, 20, imp. קוּם, קֻם Jos. VII, 10. 13, c. He parag. קוּמָה, praet. semel קָאם (ut arab. قام) Hos. X, 14, licet nonnulli codd. קָם

1) *surgere*. (Phoen. semel *standi*, *persistendi* significatu in Trip. 1, v. monumm. Phoen. p. 216. Arab. قام *surrexit*, in paucis formulis, in plerisque *stetit*, ut hebr. no. 2, et sic aeth. ቆመ፡ stetit, sq. ለ stetit alicui i. e. famulatus est, sq. ላዕለ፡ praefuit. IV. statuit, collocavit, ተቃወመ፡ adversatus est, restitit. Syr. surrexit, stetit). Dicitur de eo, qui humi vel in lecto cubuerat Gen. XXVII, 31. XXXII, 23. Cant. V, 5 (וַיָּקָם מֵהָאָרֶץ 1 Sam. XXVIII, 23, מֵעַל הַמִּטָּה 2 Sam. XI, 2), spec. de eo qui mane surgit (Ps. CXXVII, 2: מַשְׁכִּימֵי קוּם); de eo qui ceciderat Prov. XXIV, 16. Mich. VII, 8, qui in genua prociderat 1 Reg. VIII, 54, qui sederat, unde קוּם מֵעַל הַכִּסֵּא Iud. III, 20, מֵעִם הַשֻּׁלְחָן 1 Sam. XX, 34, קוּם מִתַּעֲנִית surgere de ieiunio (ieiunantes enim et lugentes humi sedent 2 Sam. XIV, 7). Esr. IX, 5. — Imperativo additur dat. pleon. קוּמִי לָךְ Cant. II, 10. Spec. est

a) *assurgere* alicui, verecundiae et reverentiae caussa Jes. XLIX, 7, sq. מִפְּנֵי pers. Gen. XXXI, 35. Lev. XIX, 32, לִקְרַאת Gen. XIX, 1. 1 Reg. II, 19.

b) Sexcenties praemittitur verbis eundi, proficiscendi Gen. XXII, 3: וַיָּקָם וַיֵּלֶךְ. XXVIII, 2: קוּם לֵךְ. XXIV, 10. XXV, 34. XXXI, 21. Ex. XXIV, 13. Num. XVI, 25. XXII, 14. 21. XXIV, 25. Iud. XIX, 5 sqq. al.

1 Sam. XXI, 11: וַיָּקָם דָּוִד וַיִּבְרַח, XXVI, 2: וַיָּקָם וַיֵּרֶד, Gen. XXI, 32: וַיָּקָם ... וַיָּשֻׁבוּ. Deut. XVII, 8: וְקַמְתָּ וְעָלִיתָ rel., etiam his omissis ipsum קום est *in viam se dare* (sich aufmachen), *proficisci* Gen. XXXI, 17. Jos. VIII, 19. 1 Sam. XVII, 48, addito מִן loci, unde quis proficiscitur Gen. XXIII, 3. XLVI, 5. 1 Sam. XX, 41. XXIV, 8. Alibi vim habet aliquid cum impetu aggrediendi 2 Sam. XXIII, 10: הוּא קָם וַיַּךְ בַּפְּלִשְׁתִּים עַד כִּי יָגְעָה יָדוֹ. Iud. VIII, 21: וַיָּקָם גִּדְעוֹן וַיַּהֲרֹג אֶת־זֶבַח. 2 Reg. XI, 1: וַתָּקָם וַתְּאַבֵּד אֵת כָּל־זֶרַע הַמַּמְלָכָה. — 2 Sam. XIII, 31: *et surrexit rex et laceravit vestes suas.* Iob. I, 20. 2 Reg. XII, 21: *et surrexerunt et coniurarunt inter se.* Jer. I, 17: *surge et alloquere populum.* Esr. X, 5: *surrexit et adiuravit principes.* Prov. XXXI, 28: *surgent filii eius et laudabunt eam.* 1 Sam. XXIV, 5: *surrexit et abscidit oram vestis Sauli.* Passim *denuo* aggrediendi vim habet, videlicet post quietem. Jos. VI, 26: *qui surget et aedificabit urbem* i. e. qui urbem denuo instaurandam suscipiet. Deut. XXXI, 16: *surget hic populus et scortabitur* i. e. denuo scortari incipiet. In nonnullis exemplis verboso orationis generi inservit v. c. Num. XI, 32: *et surrexit populus — et collegit coturnices.* Ex. II, 17, licet etiam in nostris linguis ubique surgendi verbo uti possis. (Arab. قام sq. fut. ita utuntur pro aggressus est, coepit sec. Kam. i. q. طفق, v. c. قامت تنوح coepit plangere).

Inde imp. קוּם saepe excitantis est vel ad eundum v. c. קוּם לֵךְ Gen. XXVIII, 2, קוּם צֵא XXXI, 13, קוּם עֲלֵה XXXV, 1, קוּם רְדֹף XLIV, 4, vel ad aliquid aggrediendum Iud. VIII, 20: קוּם הֲרֹג אוֹתָם, Comm. 21: קוּם יְפַגַּע, 1 Reg. XXI, 15: קוּם רֵשׁ אֶת־הַכֶּרֶם, et fortius etiam cum He parag., max. ubi Jovam excitant ad auxilium ferendum Ps. III, 8: קוּמָה יְיָ הוֹשִׁיעֵנִי VII, 7. IX, 20. X, 12. XVII, 13. XLIV, 27. LXXIV, 22. LXXXII, 8. CXXXII, 8. — Est

c) *surgere* hostiliter *contra* aliquem, sq. עַל Iud. IX, 43. Jes. XIV, 22. XXXI, 2. Am. VII, 9. Ps. III, 2. LIV, 5. LXXXVI, 14, אֶל Gen. IV, 8. 1 Sam. XXII, 13. XXIV, 8 (sec. nonnullos לְ Ez. VII, 11, sed male), בְּ Mich. VII, 6, לִפְנֵי Num. XVI, 2, addito לַמִּלְחָמָה Obad. 1, it. de teste contra aliquem surgente (Ps. XXXV, 11), sq. בְּ Deut. XIX, 15. 16. Ps. XXVII, 12. Iob. XVI, 8 (cf. עָנָה בְּ). Part. קָמִים עָלַי surgentes contra me i. e. hostes mei Ps. XCII, 12, et alia forma הַקּוֹמִים עָלַי 2 Reg. XVI, 7 (sic etiam קוּמֵיהֶם Ex. XXXII, 25 cod. Sam. pro קָמֵיהֶם), saepius c. suff. קָמַי surgentes contra me Ps. XVIII, 40. 49. Thren. III, 62, קָמֵינוּ Ps. XLIV, 6, קָמֶיךָ Ex. XV, 7. Ps. LXXIV, 23, קָמָיו Deut. XXXIII, 11, קָמֵיהֶם Ex. XXXII. 25. (Arab. قام على surrexit contra aliquem hostis, Conj. III. id., قام ب surrexit contra aliquem sermone). — Metaph. Ps. XXVII, 3: אִם תָּקוּם עָלַי מִלְחָמָה *si bellum contra me surgit.* Hos. X, 14: וְקָאם שָׁאוֹן בְּעַמֶּךָ *surgit tumultus contra populum tuum.* Nah. I, 9: לֹא תָקוּם פַּעֲמַיִם צָרָה *non bis surget* contra vos *calamitas*, nam primo obortu peribis. Prov. XXIV, 22: *subito surgit interitus eius.*

d) *surgere* s. existere (auftreten), prodire dicitur rex novus post alium nascens eique succedens Ex. I, 8. (Num. XXIV, 17). 1 Reg. III, 12. 2 Reg. XXIII, 25, it. dux. Iud. V, 7, propheta Deut. XIII, 2. XXXIV, 10, adeoque nova hominum aetas Gen. XLI, 30. Iud. II, 10. Ps. LXXVIII, 6. Sq. תַּחַת successit in locum alic. Num. XXXII, 14. 1 Reg. VIII, 20. (Syr. ܩܳܡ saepe de rege regnum adeunte BH. p. 11. l. 1. 4. 9, ܩܳܡ ܒܰܬܪܶܗ ib. 299. 362, ܩܳܡ ܥܰܠ ܡܰܠܟܘܬܳܐ Assem. III, 1, 591. 592, ܩܳܡ ܚܠܳܦܰܘܗܝ BH. 205. 206 successit alicui, arab. قام بعد id.).

e) *surgere* dicuntur, qui e calamitate emergunt Jer. LI, 64, qui opibus et auctoritate crescunt, nostr. emporkommen Prov. XXVIII, 12. Dicitur

f) de Deo *surgente* ad iudicium habendum (לַמִּשְׁפָּט) Ps. LXXVI, 10, ad improbos puniendos Jes. II, 19. 21. XXVIII, 21. XXXIII, 10. Ps. XII, 6. Iob. XXXI, 14.

g) *resurgere*, de mortuis in vitam redeuntibus Iob. XIV, 12. Ps. LXXXVIII, 11. Jes. XXVI, 14. 19, similiter suscitari ex somno Prov. VI, 9, convalescere ex morbo Ps. XLI, 9.

h) *Sedere et surgere* Ps. CXXXIX, 2, *iacēre et surgere* Deut. VI, 7. XI, 19 dicitur de universa vitae ratione. Denique

i) *surgere* i. e. oriri dicitur lux Iob. XXV, 3: עַל מִי לֹא יָקוּם אוֹרֵהוּ *super quo non oritur lux eius?* lux meridiana ib. XI, 17: מִצָּהֳרַיִם יָקוּם חָלֶד.

2) *stare, se sistere* (hintreten). Vide supra usum Arabum et Aethiopum. 2 Reg. XIII, 21: וַיָּקָם עַל רַגְלָיו *et constitit super pedibus suis* (und er trat auf seine Füsse). Iob. XXX, 12: עַל יָמִין פִּרְחַח יָקוּמוּ *ad dextram* mihi *stat soboles ista.* XIX, 25: וְאַחֲרוֹן עַל עָפָר יָקוּם *et postremus in pulvere stabit.* Sq. בְּ Ps. XXIV, 3: מִי יָקוּם בִּמְקוֹם קָדְשׁוֹ *quis adibit* (cui fas est adire) *habitationem meam sanctam?* De inanimatis, velut de aquis quae aggeris instar stabant erectae Jos. III, 16, c. negat. *non stare* i. e. deiecta esse, de idolis. Jes. XXVII, 9. Translate

a) *persistere, consistere* (feststehen). 1 Sam. XXIV, 21: וְקָמָה בְּיָדְךָ מַמְלֶכֶת יִשׂ׳. XIII, 14: מַמְלַכְתְּךָ לֹא תָקוּם, et de rege 2 Par. XXI, 4: וַיָּקָם יְהוֹרָם עַל מַמְלֶכֶת אָבִיו *et quum firmus staret in regno paterno*, quum sibi confirmasset regnum paternum. Inde *perstare, perdurare* i. q. עָמַד, הִתְיַצֵּב. Am. VII, 2: מִי יָקוּם יַעֲקֹב. Comm. 5. Nah. I, 6. Iob. XV, 29: לֹא יָקוּם חֵילוֹ. Ps. I, 5: לֹא יָקֻמוּ רְשָׁעִים בַּמִּשְׁפָּט. Sq. לִפְנֵי *resistere* alicui i. q. עָמַד לִפְנֵי (syr. ܩܳܡ ܠܽܘܩܒܰܠ) Jos. VII, 12. 13. De inanimatis Iob. XLI, 18: *si quis gladium ei admoverit* בְּלִי תָקוּם *non perstabit* gladius, sed frangetur. (Arab. قام

superfuit, supervixit, syr. ܩܳܡ perstitit, mansit, opp. ܦܫ desiit Ephr. 3, 187).

b) *mansit*. Jos. II, 11: לֹא קָמָה עוֹד רוּחַ בְּאִישׁ *non mansit in ullo animus*, omnes animum desponderant. Jes. XL, 8: דְּבַר אֱלֹהֵינוּ יָקוּם לְעוֹלָם *verbum Dei nostri manet in aeternum*. Lev. XXV, 30: וְקָם ... לַקֹּנֶה *et manebit .... emtori*. XXVII, 19. Sq. עַל Jes. XXXII, 8: וְהוּא עַל נְדִיבוֹת יָקוּם *isque manet* persistit, constans est *in nobilibus*. (Arab. قام على شى perstitit in aliqua re).

c) sq. לְ pers. *adsistere, adesse* alicui, ei opem ferre. Ps. XCIV, 16: מִי יָקוּם לִי עִם מְרֵעִים *quis mihi adest* pugnanti *cum improbis?* (Arab. قام له id. Cor. 4, 126).

d) Translate, *ratum fieri*, de emtione Gen. XXIII, 17. 20, aestimatione Lev. XXVII, 14. 17, de consilio capto Iob. XXII, 28. Prov. XV, 22. XIX, 21. Jes. XIV, 24. XLVI, 10, c. negat. ib. VII, 7. VIII, 10; de praedictione Jer. XLIV, 28 (opp. נָפַל); *ratum esse, valere*, de testimonio Deut. XIX, 15, de voto quod quis nuncupavit Num. XXX, 5 sqq.

e) קוּם עַל שֵׁם פ׳ *stare super nomen alic.* in tabulas referri sub alicuius nomine i. e. filium eius censeri, in nomen et bona eius succedere. Deut. XXV, 6.

f) קָמוּ עֵינָיו 1 Reg. XIV, 4. 1 Sam. IV, 15 *oculi* alic. *stant*, dicitur de coeco, qui amaurosi laborat, quippe cuius pupilla stet et solis luce non contrahatur. (Arab. قامت العين id., cf. قام الما de aqua congelata).

3) *vivere* i. q. sam. ࠒࠅࠌ Pe. et Aph., unde ࠒࠉࠅࠌ vivus, aeternus, ࠒࠅࠌࠄ vita. Vide Pi. no. 2 et nomm. יְקוּם, אַלְקוּם, اَلْقَوم populus.

Pi. קִיֵּם (in recentioribus maxime V. T. libris, ut aram. קַיֵּם, ܩܰܝܶܡ) 1) causat. Kal no. 2, vario nexu, a) *ratum fecit, confirmavit* Ruth IV, 7. Esth. IX, 29. 31 init., *eventu comprobavit* vaticinium Ezech. XIII, 6. b) sq. עַל *iniunxit* alicui aliquid, pr. *sanxit* aliquid alteri *imponendum* (cf. chald. קַיֵּם עַל iureiurando adegit aliquem, pro hebr. הִשְׁבִּיעַ Gen. L, 5. Jos. II, 20 Targ.). Esth. IX, 21. 31 med. Inde קִיֵּם עָלָיו in se suscepit, pr. sibimet ipsi iniunxit Esth. IX, 27. 31 extr. c) (iusiurandum) *praestitit* Ps. CXIX, 106. — 2) trans. Kal no. 3 *vivum servavit* Ps. CXIX, 28. (Saepius in Targg. pro hebr. חִיָּה, הֶחֱיָה Jos. VI, 25. XIV, 10. Jes. XXXVIII, 16).

Pil. קוֹמֵם 1) causat. Kal no. 1 *exstruxit, instauravit* ruinas Jes. XLIV, 26. LVIII, 12. LXI, 4. — 2) intrans. *surrexit*. Mich. II, 8: *dudum populus meus* לְאוֹיֵב יְקוֹמֵם *tanquam hostis insurrexit*. Vulg. *consurrexit*. Al. *dudum populus meus in hostem* sibi *erexit* sc. me, Deum, quod quaesitum est. Nil autem dubitandum, quin Pil., pariter atque Piel, vim intransitivum habere possit.

Hiph. הֵקִים 1) causat. Kal no. 1 *surgere fecit, surgere iussit*, in terra iacentem 2 Sam. XII, 17. 1 Sam. II, 8. Ps. CXIII, 7, lapsum Deut. XXII, 4. Am. V, 2. Jer. L, 32. Eccl. IV, 10, sedentem (in solio) 2 Reg. IX, 2. Jes. XIV, 9, metaph. afflictum Iob. IV, 4. Ps. XLI, 11. Spec. a) surgere fecit i. e. *excitavit* populum hostilem Hab. I, 6, adversarium (שָׂטָן) 1 Reg. XI, 14, sq. עַל contra aliquem Am. VI, 14. Mich. V, 4, *excitavit* feram cubantem Gen. XLIX, 9. Num. XXIV, 9. Translate excitavit malum s. calamitatem contra (עַל) aliqu. 2 Sam. XII, 11. Ez. XXXIV, 23. Zach. XI, 16, sq. אֶל 1 Sam. III, 12. — b) *surgere* i. e. prodire *iussit, excitavit* (Deus) iudices Iud. II, 18, prophetas Jerem. XXIX, 15, sacerdotem 1 Sam. II, 35, regem in locum alterius (תַּחַת) 2 Sam. VII, 12, nasci, adolescere iussit (novam generationem) Jos. V, 7, *crescere fecit* (plantationem) Ez. XXXIV, 29. הֵקִים זֶרַע לְ excitavit semen Gen. XXXVIII, 8, et הֵקִים שֵׁם לְ excitavit nomen alicui Deut. XXV, 7. Ruth IV, 5. 10 i. e. ei nasci fecit posteros, propagavit nomen eius matrimonio cum leviro inito. — c) *statuit* (aufrichten), ut columnam 1 Reg. VII, 21, tentorium Ex. XXVI, 30. Num. IX, 15, cf. Jer. X, 20, statuam Deut. XVI, 22, altare 1 Reg. XVI, 32, lapides, cippum Deut. XVI, 22. XXVII, 2. Jos. IV, 9. 20, scopum Iob. XVI, 12, valla et turres obsidentium Jes. XXIII, 13. XXIX, 3; it. *restituit* casam collapsam Am. IX, 11. Metaph. restituit s. instauravit terram, tribus Israëlis Jes. XLIX, 6. 8. הֵקִים בְּרִית iunxit (pr. statuit) foedus, einen Bund aufrichten Gen. VI, 18. IX, 11. XVII, 7. 19. 1 Sam. XXII, 8. Ezech. XVI, 60. 62. (Syr. ܐܩܺܝܡ ܩܝܳܡܳܐ id.). — d) *sustulit* Ezech. XXVI, 8: וְהֵקִים עָלַיִךְ צִנָּה. — e) *resuscitavit, resurgere fecit* mortuum Hos. VI, 2 (parall. הֶחֱיָה) cf. Jer. XXX, 9. Cf. Kal no. 1, g.

2) causat. Kal no. 2 *stare fecit* (Ps. XL, 3), inde a) *constituit* regem Deut. XXVIII, 36. 1 Reg. XIV, 14, custodes Iud. VII, 19. Jerem. LI, 12, speculatores VI, 17, pastores XXIII, 4, populum (Deus sibi) Deut. XXVIII, 9, terminum Prov. XXX, 4. b) *consistere, persistere fecit* (feststellen) i. e. *confirmavit* (befestigen) v. c. solium (regnum) 2 Sam. III, 10. 1 Reg. IX, 5. 2 Paral. VII, 18, *ratum fecit* aliquid (votum) Num. XXX, 14. 15, vaticinium i. e. implevit Jes. XLIV, 26, *praestitit* promissum Deut. IX, 5. 1 Sam. I, 23. 1 Reg. VI, 12. XII, 15. Neh. V, 13. IX, 8. Jer. XXIX, 10. XXXIII, 14. Dan. IX, 12. Ps. CXIX, 38, id quod iuravit Gen. XXVI, 3. Jer. XI, 5, stetit pacto Jer. XXXIV, 18, *exsecutus est* imperium 1 Sam. XV, 11. 13. Jer. XXXV, 16, consilium Jer. XXIII, 20, *persolvit* votum Jer. XLIV, 25. — c) *subsistere fecit*, sedavit (tempestatem) Ps. CVII, 29.

Hoph. הוּקַם 1) *statutum est* tentorium Ex. XL, 17. 2) *constitutus est* 2 Sam. XXIII, 1 (ubi multi codd. הֻקַם). 3) *servata est* lex. Jer. XXXV, 14.

Hithpal. הִתְקוֹמֵם *surrexit* hostili animo Ps. XVII, 7, sq. לְ in aliquem Iob. XX, 27. Part. c. suff. מִתְקוֹמְמִי adversarius meus Ps. LIX, 2. Iob. XXVII, 7. (Aethiop. ተቃወመ: id.).

קוּם chald. i. q. hebr. 1) *surgere* Dan. III, 24. VI, 20. Ante verba aggrediendi (v. hebr. 1, c) Dan. VII, 5. Esr. V, 2; *exsistere, prodire*, de rege, regno Dan. II, 39. VII, 17. 24. 2) *stare* Dan. II, 31. III, 3. VII, 10. 16, it. *durare, manere* II, 44.

Pa. קַיֵּם *statuit.* קַיָּם קְיָם statuit statutum i. e. mandatum dedit Dan. VI, 8.

Aph. הֲקִים Dan. III, 2 sqq. c. suff. הֲקִימֵהּ Dan. V, 11, 2 pers. הֲקֵימְתָּ III, 18, הֲקֵימֶת III, 14 fut. יְקִים II, 44. IV, 14 et יְהָקִים V, 21. VI, 16, part. מְהָקִים II, 21 1) *surgere* i. e. prodire, exsistere *fecit* (regnum) Dan. II, 44. 2) *statuit, erexit* v. c. statuam Dan. III, 1 sqq. 3) *constituit* regem Dan. II, 21, praefectum V, 11, sacerdotes Esr. VI, 18, sq. עַל *praefecit* Dan. IV, 14. V, 21. VI, 2. 4. 4) *confirmavit* Dan. VI, 9. 16.

Hoph. הֳקִים f. הֳקִימַת *stetit* Dan. VII, 4, et sic legendum etiam Comm. 5 pro הֲקִימַת. Minchat Schai: בסֿס ההא בחטף קמץ וספר אחר בחטף פתח *in codice Hispanico He habet Chateph-Kamez, in alio Chateph-Patach.* Chateph-Kamez tuetur etiam Cod. Lugd. c. Mas. teste Coccejo in lex. et edit. Francof. 1595. In aliis est הֳקְמַת: quod ex הֳקִימַת ortum videtur.

קָמָה f. *culmus* segetis (quippe qui erectus *stet*), coll. *culmi, seges in culmis stans*, messi fere matura (Jes. XVII, 5). Exod. XXII, 5. Deut. XVI, 9. XXIII, 26. Iud. XV, 5. Hos. VIII, 7. 2 Reg. XIX, 26: שְׁדֵפָה לִפְנֵי קָמָה *rubigo ante culmum* i. e. seges rubigine laesa, antequam in culmos excreverit. Plur. קָמוֹת Iud. XV, 5. (Chald. id. et statua).

קָמוֹן (fort. segete abundans) n. pr. oppidi Gileaditidis Iud. X, 5. Memoratur oppidum *Καμοῦν* cum Pella aliisque urbibus Peraeae ab Antiocho captis Polyb. 5, 70 §. 12.

קוֹמָה f. 1) *statura* (aeth. ቆመ: syr. ܩܘܡܬܐ id.) a) hominis. Cant. VII, 8. 1 Sam. XVI, 7: גְּבֹהַּ קוֹמָתוֹ. XXVIII, 20: *et cecidit in terram* מְלֹא קוֹמָתוֹ *totus quantus erat*, tota corporis mole (so lang er war). Ezech. XIII, 18: כָּל־קוֹמָה *cuiusvis staturae homines.* b) arboris, plantae. גְּבַהּ קוֹמָה altae staturae (hohen Wuchses) Ez. XXXI, 3, שִׁפְלַת קוֹמָה humilis staturae XVII, 6. Dicunt: גָּבְהָה קוֹמָה Ez. XIX, 6. XXXI, 5, et גָּבַהּ בְּקוֹמָה XXXI, 10. 14. רָמֵי קוֹמָה altae staturae (arbores, metaph. de militibus) Jes. X, 33. קוֹמַת אֲרָזָיו proceritas cedrorum eius i. e. cedri eius procerae XXXVII, 24. — 2) *altitudo* rei Gen. VI, 15. Ex. XXV, 10. 23. XXVII, 1. XXX, 2. 1 Reg. VI, 10. 20. 26. VII, 15. 16. 23. 36. 2 Reg. XXV, 17 al.

קוֹמְמִיּוּת adv. *erecto corpore* Lev. XXVI, 13. Cod. Sam. קימנית.

קִים m. n. act. *surrectio* hostilis contra aliquem (v. rad. no. 1, c), inde concr. קִימָנוּ Iob. XXII, 20 i. q. קָמֵינוּ *adversarii nostri.* Sic etiam

קִימָה f. n. act. *surgere, surrectio* Thren. III, 63.

קְיָם chald. *statutum, edictum* Dan. VI, 8. In Targg. saepe pro חֹק, בְּרִית. Syr. ܩܝܡܐ id. Sam. ࠒࠉࠌࠄ foedus, pactum.

קַיָּם adj. chald. *manens, durans* Dan. IV, 23. Syr. ܩܝܘܡܐ et ܩܝܡܐ id.

יָקִים (quem *erigit* Deus) n. pr. virorum 1 Par. VIII, 19. 2) ib. XXIV, 12.

יְקוּם m. *quicquid vivit* in terris Gen. VII, 4. 23. Deut. XI, 6, a rad. קוּם no. 3.

אַלְקוּם i. q. arab. أَلْقَوْمُ *populus*, v. pag. 93 B.

מָקוֹם pl. מְקוֹמוֹת utriusque sexus vc. (sed raro fem., in sing. Gen. XVIII, 24. Iob. XX, 9, pl. 2 Sam. XVII, 12 Chethibh) 1) *locus*, pr. statio a stando, cf. germ. *Stelle, Statt, Stätte.* (Arab. مَقَام, aethiop. ምቅዋም: locus standi, statio, status, commoratio: usitatius est مَكَان locus. Phoen. מקם locus, oppidum v. c. מקם שמש oppidum Solis, num. Jubae min., it. *macom* Plaut. Poen. V, 1, 1, *macum* ib. Comm. 11. *Macuma* n. pr. oppidi Syrt.) Gen. I, 9. XIII, 3. 14. XXII, 3. XXVIII, 11. 17. Eccl. III, 20. VI, 6 et saepe. Gen. XXIV, 23: מָקוֹם לָנוּ לָלִין *locus est nobis ad pernoctandum.* 25. 31. מָקוֹם צָר locus angustus Num. XXII, 26, מ׳ טָהוֹר locus mundus Lev. IV, 12. VI, 4, מ׳ קָדוֹשׁ locus sanctus Exod. XXIX, 31, מ׳ טָמֵא locus immundus Lev. XIV, 40. בְּכָל־מָקוֹם quovis loco, ubicunque (est) Num. XVIII, 31. Prov. XV, 3. נָתַן מָקוֹם לְ locum assignavit alicui, vel ad sedendum 1 Sam. IX, 22, vel ad habitandum Jos. XX, 4. 1 Sam. XXVII, 5, sed Iud. XX, 36 est: *cessit* alicui (nostr. jemandem Platz machen). שׂוּם מָקוֹם לְ locum assignavit alicui Ex. XXI, 13, ad habitandum 2 Sam. VII, 10. 1 Reg. VIII, 21. Sq. genit. מְקוֹם הַדֶּשֶׁן locus cineris Lev. I, 16, מ׳ מִקְנֶה locus gregibus alendis idoneus Num. XXXII, 1, מְקוֹם דָּוִד locus ubi Davides sedere solebat 1 Sam. XX, 25. 27. Spec. *locus alicuius* est a) *locus habitationis* (Wohnort). Gen. XXX, 25: אֵלְכָה אֶל מְקוֹמִי וּלְאַרְצִי. XXIX, 26: לֹא יֵעָשֶׂה כֵן בִּמְקוֹמֵנוּ. Num. XXIV, 11. Iud. XI, 19. מְקוֹם הַכְּנַעֲנִי habitatio Cananitarum Exod. III, 8, מְקוֹם תַּנִּים habitatio thoum Ps. XLIV, 20. מְקוֹם שֵׁם יְיָ Jes. XVIII, 7. Proverbialis locutio est haec Iob. VII, 10: לֹא יַכִּירֶנּוּ עוֹד מְקוֹמוֹ *non amplius novit eum locus eius* i. e. oblivioni totus traditus est. Ps. CIII, 16, cf. Iob. XX, 9. Ps. XXXVII, 10. Adde Iob. XVI, 18: אַל יְהִי מָקוֹם לְזַעֲקָתִי *ne sit locus* sc. commorationis *clamori meo* i. e. nusquam commoretur, sed sine mora ad Deum perferatur clamor meus. b) locus quo aliquid reperitur (Fundort). Iob. XXVIII, 1: *est* מָקוֹם לַזָּהָב, parall. מוֹצָא. Comm. 6: מְקוֹם סַפִּיר. Cf. 12. 23. — Statu constructo in hoc. vc. saepe utuntur etiam ante אֲשֶׁר, max. in formula בִּמְקוֹם אֲשֶׁר Lev. IV, 24: בִּמְקוֹם אֲשֶׁר יִשְׁחַט

אֵת־הַלֵּוִים. 33. VI, 18. XIV, 13. 2 Sam. XV, 21. 1 Reg. XXI, 19. Jer. XXII, 12. Ez. XXI, 35. Hos. II, 1, אֶל מְקוֹם שֶׁ Eccl. I, 7, ante זֶה relat. Ps. CIV, 8 (alibi st. absol. retinetur, ut כָּל־מָקוֹם אֲשֶׁר Jos. I, 3. Deut. XII, 13. Ex. XXI, 13. Iud. XVIII, 10. 1 Sam. XX, 19. Jes. VII, 23. Jer. XIII, 7): in recentioribus autem V. T. libris מְקוֹם שֶׁ, מְקוֹם אֲשֶׁר loco quo quadam loquendi ubertate dicitur pro *ubi* (i. q. אֲשֶׁר, בַּאֲשֶׁר), *ubicunque*. Eccl. XI, 3: מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל הָעֵץ שָׁם יְהוּא *ubi cadit arbor*, *ibi est* manet. Esth. IV, 3. VIII, 17. Ez. VI, 13, et similiter iam Gen. XXXIX, 20. XL, 3. (Eodem pleonasmo Syri dicunt ܐܬܪ ܕ ubi, ubicunque Mt. VI, 19. Joh. III, 8 et saepe, Aegypti ⲠⲘⲀ Ⲉ loco quo i. e. ubi). — מְקוֹם sq. genit. Jes. XXXIII, 21 ponitur etiam adv. pro *loco*, *pro* (arab. مكان Cor. 4, 24, syr. ܕܘܟ locus et loco), et sic בִּמְקוֹם אֲשֶׁר *loco eius quod* (anstatt dass). Hos. II, 1. Spec.

2) nostr. *Ortschaft*, generalius vc., quod et *oppidum* et *vicum* complectitur (cf. nostr. *Stadt* i. q. *Statt*, utrumque vet. germ. sup. *stat*). Gen. XVIII, 24. XIX, 12. 14. XXIX, 22. XXXII, 3. XXXIII, 17. אַנְשֵׁי הַמָּקוֹם Iud. XIX, 16. שַׁעַר מְקוֹמוֹ Ruth IV, 10; it. *regio* Iud. XVIII, 10. מְקוֹם שְׁכֶם regio Sichemi Gen. XII, 6 (al. Sichem oppidum).

תְּקוּמָה f. *standi resistendique facultas* Lev. XXVI, 37, v. rad. no. 2, a.

תְּקוֹמֵם m. i. q. מִתְקוֹמֵם *adversarius* Ps. CXXXIX, 21.

קוּן vel **קִין** in Kal inusit. Prob. 1) *tutudit* (cogn. נָגַן). Arab. قان med. Je cudit ferrum. Syr. ܩܝܢܐ chald. קֵינָאִי faber ferrarius, aerarius, argentarius. Inde קַיִן no. 1. 2) *pulsavit* fides, inde *cantavit* ad sonum fidium, v. Pil. et קִינָה. (Syr. ܩܝܢܬܐ sonus musicus 1 Cor. XIV, 7, canticum quodvis BH. p. 38. Assem. bibl. I p. 47, spec. lugubre. Arab. قَيْنَة ancilla [ut قَيْن servus], sec. nonnullos cantatrix, fidicina, quo de usu v. Abulph. dyn. p. 9: *et feruntur filiae Kaini primae fecisse instrumenta musica et cecinisse ad ea, inde Syriaca lingua canticum appellatur* قينة *per Kesra*, وتسمى العرب الامة المغنية قينة بالفتح *et Arabes appellant ancillam cantatricem* قَيْنَة *per Fatha*).

Pil. קוֹנֵן 3 pl. f. fut. תְּקוֹנֵנָּה Ez. XXXII, 16, spec. *cecinit cantum lugubrem*, plene קוֹנֵן קִינָה 2 Sam. I, 17. Ez. XXXII, 16, sq. עַל 2 Par. XXXV, 25. Ez. XXVII, 32 et אֶל 2 Sam. III, 33 super aliquem, aliquid. Part. f. מְקוֹנְנוֹת praeficae Jer. IX, 16.

קַיִן m. 1) *lancea*, a cudendo dicta 2 Sam. XXI, 16 (sec. LXX. Vulg. Targ.) — 2) n. pr. filii Adami primogeniti, fratricidae Gen. IV, 1 sqq., in cuius posteris (Comm. 17—24) tum artium inventores erant, tum armorum *fabri* (cf. syr. ܩܝܢܝܐ faber) violentia famosi. Etymo nominis Gen. IV, 1 ita alluditur, ut rad. קין eodem significatu accipiatur atque קָנָה (creavit cf. قان med. Je i. q. יָצַר formavit, concinnavit): *peperit Kaïnum* (q. d. creaturam) *et dixit: marem procreavi* (קָנִיתִי) i. e. peperi *Deo adiuvante*. Al. *peperit Kaïnum* (q. d. *Κτησίαν*, *Ἐπίκτητον*) *et dixit: nacta sum marem cum Deo*. Quum vix dubitari possit, quin hoc nomen, pariter atque Adam, Hebel, vel primitus Hebraeum sit vel ad Hebraeae linguae similitudinem inflexum, de genuino etymo quaerere licet: qua in quaestione vero nil propius est, quam קַיִן *lanceam* s. *telum* significare, ut no. 1, quod cum caedibus ipsius Kaïni et posterorum (IV, 23. 24) bene convenit. — b) gentis Kenitarum (v. קֵינִי) Num. XXIV, 22. Iud. IV, 11. — c) oppidi tribus Judae, c. art. Jos. XV, 57.

קִינָה f. pl. ־וֹת, semel ־ִים Ez. II, 10 1) *carmen lugubre*, *elegia* (v. rad. Pil.) 2 Sam. I, 17. 2 Par. XXXV, 25. Am. VIII, 10. Ez. II, 10. XIX, 14. נָשָׂא קִינָה עַל sustulit carmen lugubre propter aliq. Jer. IX, 9. Ez. XXVI, 17. XXVII, 2. XXVIII, 12. XXXII, 2. Am. V, 1, sq. אֶל Ez. XIX, 1 (sed Jer. VII, 29 עַל dicitur de loco). — 2) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 22.

קֵינִי Gen. XV, 19. Iud. IV, 11. 17. 1 Sam. XXX, 29, defect.

קֵנִי 1 Sam. XXVII, 10, קֵינִי 1 Par. II, 55 (ubi complures codd. קֵינִי) n. gent. *Kenita*, coll. *Kenitae*, gens Canaanaea (Gen. XV, 19), cuius aliqua tribus Chobabum, Mosis socerum, phylarcham habebat (Iud. IV, 11 et I, 16, ubi nil dubito, cum LXX reponere וּבְנֵי חֹבָב הַקֵּינִי), Midianitis cognata (certe Chobabus alibi Midianita appellatur), dein inter Amalecitas 1 Sam. XV, 6. XXVII, 10, et in montanis quidem habitans Num. XXIV, 20. 21. Cf. קַיִן no. 2, b. De una Kenitarum familia inter Naphtalitas habitante v. Iud. IV, 11. LXX. Vulg. *Κιναῖος*, *Cinaeus*. Syr. ܩܝܢܝܐ. Posterius *fabrum* significat vel ferrarium vel aerarium et argentarium, et idem significare videtur hebr. קֵינִי. Targ. in Gen. et Num. ponit שַׁלְמָאָה, שַׁלְמָאֵי (quod Vers. Sam. in Gen. ante קיני inserit), cuius nominis caussam habes 1 Par. l. c., ubi Kenitae repetuntur a שַׂלְמָא, filio Caleb.

קֵינָן (teli faber, vel teli iaculator?) n. pr. patriarchae antediluviani e posteris Sethi Gen. V, 9. 1 Par. I, 2.

קוּעַ rad. inusit. De mea sententia 1) i. q. קוּר (cf. ר litt.) *fodit*, *scalpsit*, unde קַעֲקַע. Inde 2) i. q. arab. قاع med. Waw I. VIII. *inivit femellam* camelus admissarius, a fodiendo, cf. ad זָכָר p. 415. Inde

קוֹעַ *ἅπ. λεγόμ.* Ez. XXIII, 23: *filii Babylonis et omnes Chaldaei* פְּקוֹד וְשׁוֹעַ וְקוֹעַ *praefecti et divites et principes*. Aqu. *ἐπισκέπτης καὶ τύραννος καὶ κορυφαῖος*.

Hieron. nobiles, tyranni et *principes.* Raschi: פקידים. Kimchi: פקיד כמו פקיד וכן שוע שרים ושליטים. לנדיב גדול וכן קוע שם האר לשר גדול. Quod contextus flagitat et intpp. modo laudati exprimunt, id probabiliter vindicarunt J. D. Mich. (suppl. p. 2175) et Rosenm. קוֹעַ *admissarium* explicantes, quod ad *principis* potestatem translatum sit coll. فَحْل admissarius, princeps, Excerpt. Hamas. p. 366. Adde de hac metaphora Arabibus trita فحول الشعرا admissarii poëtarum, quomodo inscribitur collectioni poëtarum insigniorum, قريع admissarius, قريع الدهر heros seculi Har. 6, 198 Sch., قرم camelus admissarius, it. dominus, princeps familiae, heros vit. Tim. I, 214 Mang. Ibn Dor. 117 Scheid. In שׁוֹעַ וְקוֹעַ paronomasia est et proverbiale quiddam; in locutionibus proverbialibus et paronomasticis autem multus est rariorum vocabulorum usus. — LXX. Symm. Theod. φακοὺδ καὶ Σουὲ καὶ Κουέ, et sic Targ. et Pesch. atque recentiorum haud pauci tria ista vocabula nomm. propria locorum Babyloniorum esse voluerunt, sed, ne dicam eos frustra in his locis alibi commonstrandis laborasse, renitet etiam contextus, qui appellativa postulare videtur.

קַעֲקַע m. *stigma, nota cuti incisa* (vel inusta). Lev. XIX, 28. Talmud. קִעְקַע, קַעֲקַע fodere v. c. de gallina, suffodere, dein incidere stigma, v. Buxt. col. 2082.

קוּף rad. inusit. i. q. נָקַף no. 3 *in orbem ire.* Inde

תְּקוּפָה f. *circuitus*, ut solis Ps. XIX, 7. Inde *decursus* anni (cf. περιπλομένων ἐνιαυτῶν Od. 1, 16, *annus* pr. orbis, unde *annulus*) Ex. XXXIV, 22: תְּקוּפַת הַשָּׁנָה acc. *ad* (post) *decursum anni* i. q. לִתְקוּפַת ה׳ 2 Par. XXIV, 23; *decursus* temporis 1 Sam. I, 20. Sed peregrinum est

קוֹף pl. קֹפִים 1 Reg. X, 22. 2 Par. IX, 21 *simiae* a Salomonis classe ex Ophira advectae. Ita vett. intpp. LXX πίθηκοι. Vulg. *simiae*. Abulw. קופים قرود وكذلك فسر في قول الاوايل וכל הולך על כפיו זה הקוף انه القرد i. e. ק׳ *simiae, et ita explicatur in dicto Talm. quicunque in manibus incedit, id est simia.* Kimchi: שימיא בלעז, sed Targ. et Pesch. (unde Arabs الاقراد simii) vc. hebr. retinent, ut Aramaeis etiam cognitum, idque firmatur Cod. Nasaraeo, in quo ܩܘܦܐ manifesto simias significat II, 86. 302. Idem vocabulum Graecis frequentatur, apud quos κῆπος (Agatharch. 38. Diod. 3, 34. Strab. 16 p. 775. 17 p. 811 Casaub. Aelian. 17, 8. Plin. 8, 19 s. 28) et κῆβος (Strab. l. c. in compl. codd., in al. etiam κεῖβος Arist. hist. an. 2, 8. 9) de variis *simiarum caudatarum* speciebus dicitur (v. Lichtenstein de simiis veterum p. 60). Et Graeci autem et Semitae vocem una cum re ab Indis acceperant, ubi simia sanscr. et malab. (v. Missionsber. 38 p. 230. 39 p. 428) est *kapi* (pr. celer, agilis), unde nuper etiam germ. *Affe*, anglos. *apa*, angl. *ape* (Hesych. ἀββάνας) natum existimarunt (v. Graff. althochdeutscher Sprachschatz 1, 159. Bopp glossar. sanscr. p. 65) gutturali ab initio abiecta, ut sanscr. *kam, amare.*

קֵוֶץ i. q. קוץ no. III, unde קְוֻצּוֹת q. v. sub rad. laudata.

I. קוּץ 1) *taedio habere, fastidire.* (Chald. קוּץ id. in Targg. saepius pro מָאַס. Convenit hebr. קוט, aeth. ቀመመ: fastidivit, ቀሚቅ: fastidiosus, adde ቆቀሀ: taeduit eum, aram. קְנַט. Originem pono in *vomendo*, ita ut pr. onomatopoët. sit, sicut verbum germ. consonum. Litteris emollitis inde ortum קיא q. v.). Sq. בְּ pers. et rei, quam fastidimus Gen. XXVII, 46. Lev. XX, 23. Num. XXI, 5. 1 Reg. XI, 25. Prov. III, 11. — 2) *timere, angi*, sq. מִפְּנֵי Ex. I, 12. Num. XXII, 3. Jes. VII, 16: *terra* אֲשֶׁר אַתָּה קָץ מִפְּנֵי שְׁנֵי מְלָכֶיהָ *cuius duos reges tu times.* (Sic plura verba taedii transferuntur ad timorem, ut קְנַט taeduit, syr. ܩܢܛ timuit vehementer. Arab. ضجر fastidivit et timuit, مَلَّ taeduit et timuit Ham. 326. 438 Sch., cf. nostr. Grauen haben vor etwas. Contra chald. עוּק in Pe. pr. est *angustiis premi, arctari, angi* (i. q. צוּק), dein et *taedio affici* i. q. קוּץ Gen. XXVII, 46).

Hiph. הֵקִיץ causat. Kal no. 2 *timore affecit, terruit*, urbem obsidione, regionem invasione hostili. Jes. VII, 6: *ascendamus in Judam* וּנְקִיצֶנָּה *et terreamus eam.* Kimchi: נעשה להם שיקוצו כלם מפנינו ענין צוקה וצרה. Ita Arabes utuntur verbo ضجر III, non solum de urbe, quam quis obsidione terret vit. Tim. p. 133. 276 Gol. I, 460. II, 344 Mang., sed etiam de regione, quae invasione terretur ib. pag. 29 Gol. I p. 91 Mang. *iterum invasit Choaresmiam omni apparatu numerosoque exercitu instructus ...... فحاصرها وضاجرها et obsedit et ad angustias redegit eam*, qui quidem locus favet opinioni a Hitzigio ad h. l. propositae, qui suff. ־ֶנָּה ad *terram* Judae, non ad Hierosolyma referendum existimat. Ceterum a me non impetro quin virorum doctorum iudicio submittam coniecturam, in quam plus semel paene invitus incidi. Quid enim si legatur נְצִיקֶנָּה coll. Jes. XXIX, 2. 7?

II. קוּץ tantummodo in

Hiph. הֵקִיץ *expergefactus est* (quod Hebraei active cogitasse videntur, gr. §. 52, 2) i. q. יָקַץ, sed (praeter 2 Reg. IV, 31) nonnisi poët., Ps. III, 6. XVII, 15. LXXIII, 20. CXXXIX, 18. Jes. XXIX, 8. Prov. VI, 22. Joël I, 15 (de ebrio). Transfertur a) ad numen, imp. הָקִיצָה *expergiscere!* ad auxilium ferendum Ps. XXXV, 23. XLIV, 24 (ubi additur: *cur dormis, Jova?*). LIX, 6. Hab. II, 19; b) ad eos qui e sopore mortis expergefiunt 2 Reg. IV, 31. Iob. XIV, 12. Jes. XXVI, 19. Dan. XII, 2. c) Ez. VII, 6: בָּא הַקֵּץ הֵקִיץ

אֵלָיִךְ *venit finis*, *expergiscitur* i. e. insurgit *contra te*, ubi observanda est paronomasia. LXX apud Theodoretum: ἐξηγέρθη πρός σε. Sed Pesch. ܐܬܦܩܥ ܠܡܚܒܠܟܝ, quasi scriptum sit הציק vel אציק.

III. קוּץ et קִיץ 1) i. q. קָצַץ *secare*, *resecare*, spec. capillum (cf. קְוֻצּוֹת), inde קוֹץ spina, a secando, vulnerando dicta, et קַיִץ pr. resectio, messis, dein aestas. Ab hoc nomine ductum est 2) denom. *aestatem agere* Jes. XVIII, 6. Opp. חָרַף hiemavit q. v. no. 2. (Arab. قاظ med. Je. id.).

קוֹץ m. 1) *spina* (Dorn) v. rad. III, 1. Ezech. XXVIII, 24, collect. *spinae* (Dorngesträuch) Gen. III, 18. 2 Sam. XXIII, 6. Jes. XXXII, 13, plur. קוֹצִים *spinae* Iud. VIII, 7. 16. Ex. XXII, 5. Jes. XXXIII, 12. Jer. IV, 3. XII, 13. — 2) n. pr. virorum a) 1 Par. IV, 8. b) addito art. הַקּוֹץ Esr. II, 61. Neh. III, 4. 21. VII, 63. 1 Par. XXIV, 10.

קְוֻצּוֹת f. pl. *cincinni*, spec. *antiae* a praecidendo dictae. Cant. V, 2. 11. LXX βόστρυχοι. Hieron. *comae*. Abulw. يريد شعر الجمعة (الجبهة?) او ذوائبه وربما اراد العارضين *significat capillos frontis aut propendulos eius, fortasse pilos genarum.* Pesch. retinet ܩܘܨܬܐ, quod reperitur etiam Ezech. XLIV, 20 pro hebr. פֶּרַע, et Ephraem. II p. 457 (Ferr. scribit ܩܘܨܬܐ, Castellus vitiose ܩܘܨܬܐ). Spec. autem *antias* intelligere suadet arab. قصّة capillus frontis, antiae, a قصّ resecuit capillum (cf. hebr. קְצוּצֵי פֵאָה s. v. קָצַץ), مقصّص cui antiae resectae sunt, مقصّ forfex. Pro קְוֻצּוֹת complures codd. apud J. H. Mich. sine Dag. legunt קְוֻצוֹת: quod tuentur 14 codd. Kennic., qui duplici Vav habent קווצות (קְוֻוצּוֹת), duo alii Vav littera prorsus carent קצות (קְצוֹת). Equidem haud scio an scribendum sit קוּצּוֹת (coll. arab. قصّة) vel sine Dag. קוּצוֹת (coll. syr. ܩܘܨܬܐ): formae enim קְוֻצּוֹת, קְוֻצוֹת a verbo ע״ו quiesc. analogia carent, licet ab his verbis passim deriventur formae, quarum Vav mobile est ut זָוַע, זְוָעָה. (Sunt qui conferant sanscr. *kêsa*, *kêsar*, lat. *caesaries*, sed ista composita sunt v. Bopp gloss. p. 85, vc. hebr. haud dubie simplex.).

קַיִץ m. *messis* pomorum s. fructuum (non *frugum*, quae est קָצִיר), Obsterndte, a resecando dicta (v. rad.), Jes. XVI, 9. Jer. VIII, 20. XLVIII, 32, spec. *messis ficuum*, quae in Palaestina Augusto mense esse solet (Buhle calend. Palaest. p. 41), licet fici praecoces (בִּכּוּרוֹת) iam circa solstitium aestivum maturescant. Jes. XXVIII, 4: בִּכּוּרָה בְּטֶרֶם קַיִץ *ficus praecox ante messem ficuum.* Mich. VII, 1 (cf. parall. בִּכּוּרָה, nam voci בָּצִיר respondet אֶשְׁכֹּל, voci קַיִץ — בִּכּוּרָה). LXX quater ἀμητός, bis θερισμός. Inde a) *tempus messis* (ficuum) i. e. *aestas*, max. media aestas, ferventissimum anni tempus. (Arab. قَيْظ, rarius قَوْظ media aestas, mensibus Julii et Augusti, nam quae veri propior est appellatur صَيْف. Aram. קַיִט, ܩܝܛܐ id., nasor. גיט id. Inde verb. قاظ aestiva habuit, ferbuit dies, ut media aestate: sed hoc secundarium est). Ps. XXXII, 4: בְּחַרְבֹנֵי קַיִץ. Prov. VI, 8. X, 5. XXVI, 1. XXX, 25. בֵּית הַקַּיִץ domus aestiva Am. III, 15. Ampliore significatu etiam ver complectitur et opponitur voci חֹרֶף, quae auctumnum et hiemem comprehendit, v. h. v. LXX ter ὀπώρα, quinquies θέρος: prius accurate respondet semitico קַיִץ, قَيْظ, posterius potius est קָצִיר, tempus inter ver et aestatem intermedium, sed קַיִץ ampliore significatu etiam ver comprehendere vidimus. b) *fructus* arborei, max. *ficus*. Am. VIII, 1. 2 (cf. Jer. XXIV, 1 sqq.). Hieron. *poma* (non, ut Winerus habet, *ficus*), quod vc. gener. etiam de *ficubus* dicitur v. lexx. Targ. סוֹפֵי קַיְטָא extremi fructus aestatis, int. ficus serotinas, opp. praecocibus. 2 Sam. XVI, 1: מֵאָה קַיִץ int. מֵאָה דְבֵלוֹת קַיִץ (p. 311) *centum palathae ficuum* (LXX ἑκατὸν φοίνικες, al. ut Ald. Compl. παλάθαι). Vulg. centum massae palatharum. Targ. *centum* מְאָן דְּבֵילְתָא *vascula* (formae) *palatharum*. Abulw. التين اليابس. Kimchi: פירות המיבשין בקיץ. Ibid. Comm. 2. Jerem. XL, 10. 12 (ubi Targ. iterum דְּבֵלְתָא). Vide quae disputavit Faber ad Harmari Beobachtungen I, 387 — 398.

קִיצוֹן *extremus*, v. rad. קָצַץ.

קוּר *fodere* aquam (nach Wasser graben). 2 Reg. XIX, 24. Jes. XXXVII, 25. Inde מָקוֹר. (Arab. قار med. Vav, excidit e medio, et قَوِرَ i. q. عَوِرَ unum oculum effossum habuit. Radicem bilitteram קר fodiendi significatu habes etiam in דָּקַר, נָקַר, חָקַר, עָקַר, it. כּוּר, כָּרָה, אָבַר; עוּר no. II, חוּר).

Hiph. (inf. הָקִיר, 2 pers. praet. הֵקִרָה) *promanare fecit* aquam puteus, metaph. aliquis malum Jer. VI, 7.

Pilp. קַרְקַר 1) *suffodit*, radicitus *evertit* parietem, murum. (Talmud. Ber. Rabb. s. 74 extr. היו מקרקרין בו כל הלילה destruebant in ea totâ nocte. Zoh. in Gen. col. 483: קרקורא דקיר destructio parietis. Cf. קַרְקָרָה fundamentum, radix rei Kel. cap. 2., קוּרְקֹרֶת id. Oholoth c. 9. Kelim c. 28, cf. hebr. קַרְקַע fundamentum, solum). Jes. XXII, 5: מְקַרְקַר קִר dies *destruens parietes* i. e. quo cuncta radicitus destruuntur et evelluntur, cf. עָקַר Niph. Observa lusum verborum. Inde 2) *eradicavit* populum. Num. XXIV, 17: וְקַרְקַר כָּל־בְּנֵי שֵׁת *et eradicat omnes filios strepitus* i. e. omnes cum strepitu feroces. LXX προνομεύσει. Vulg. vastabit, et similiter Onk. Pesch. Saad. — In loco quidem parallelo Jer. XLVIII, 45, ubi Jeremias in Bileami vaticinium quasi commentatus est, legitur קָדְקֹד (hac sententia: *et percutit verticem omnium*

ferocium), et sic habet cod. Sam., sed neuter genuinae scripturae testis idoneus est: de Jeremia v. Gesch. der hebr. Spr. §. 12, et ad Jes. c. XV. XVI, de cod. Sam. comment. nostr. p. 42.

קוּר nonnisi pl. קוּרִים m. *fila* (araneae) Jes. LIX, 5. 6. (Fortasse conferendum arab. قَوْر funis gossypinus, gossypium novum, rad. قار V. inflexit torsitque se serpens: gr. *καῖρος* licium, fila transversa telae. Sed etymon tamen obscurum est: nam קוֹרָה *trabs transversa*, quod in lex. man. contuli, est a rad. קָרָה).

קוֹרָה f. *trabs* v. rad. קָרָה.

מָקוֹר m. *fons* aquae (isque proprie *fodiendo* apertus, cf. בְּאֵר) Hos. XIII, 15. Jer. LI, 36. Zach. XIII, 1. מְקוֹר מַיִם חַיִּים Jer. II, 13. XVII, 13. Translate *fons lacrimarum* (de oculo) Jer. VIII, 23, *fons sanguinis* euphem. de pudendis muliebr. Lev. XII, 7. XX, 18 (omisso דָּמִים ib.), *fons vitae* s. felicitatis Ps. XXXVI, 10. Prov. X, 11. XIII, 14. XIV, 27. XVI, 22, *fons sapientiae* ib. XVIII, 4, aliter Ps. LXVIII, 27: מִמְּקוֹר יִשְׂרָאֵל vos *ex fonte Israëlis* i. e. qui a stirpe Israëlis estis (cf. similem metaphoram Jes. XLVIII, 1).

קִיר, semel in editt. קִר (sed plerique cod. קִיר) Jes. XXII, 5 pl. קִירוֹת m. (non comm., nam 2 Reg. IV, 10 קְטַנָּה refertur ad עֲלִיַּת, non ad קִיר)

1) *murus* (LXX paene ubique *τεῖχος*) v. c. קִיר הָעִיר murus urbis Num. XXXV, 4 cf. Jes. XXII, 5, חָרָשֵׁי אֶבֶן קִיר 2 Sam. V, 11 et חָרָשֵׁי קִיר 1 Par. XIV, 1 fabri murarii, אֶבֶן מִקִּיר Hab. II, 11, et sic de muro lapideo Lev. XIV, 37. קִיר נָטוּי murus inclinatus (ad cadendum) Ps. LXII, 4, קִיר נֹפֵל Ezech. XIII, 12. 14. 15. Spec. est a) *paries* domus sive exterior 2 Reg. IX, 33. Ez. VIII, 8. XII, 5. Am. V, 19, מַשְׁתִּין בְּקִיר mingens ad parietem (v. שָׁתַן), sive interior s. latus muri interior, quod tabulationibus picturisve ornari solet (1 Reg. VI, 15. Ezech. VIII, 10. XXIII, 14) 1 Sam. XIX, 10. 2 Reg. XX, 2. מוֹשַׁב הַקִּיר sedes ad parietem 1 Sam. XX, 25. De parietibus altaris Lev. I, 15. V, 9, transl. cordis Jer. IV, 19. b) *maceria* Num. XXII, 25. 1 Reg. V, 13. זֶרֶם קִיר tempestas parietes s. macerias deiiciens Jes. XXV, 4. c) *latus muri.* קִיר הַחוֹמָה Jos. II, 15, et ita intelligendum videtur עֲלִיַּת קִיר קְטַנָּה 2 Reg. IV, 10 conclave parvum ad parietem s, latus domus (ein kleiner Söller, als Anbau an der Seite des Hauses). — Origo etymologos latet. Equidem putaverim, קִיר primitus *vallum* (cf. no. 2) designasse a *fodiendo* dictum (v. rad. קוּר), idque dein ad *murum* et *parietem* translatum esse, plane ut angl. *wall* paries.

2) *locus muro munitus* (ut gr. *τεῖχος* Herod. Xen.), *arx*, inde קִיר מוֹאָב Jes. XV, 1 (arx Moabi) n. pr. arcis munitae in finibus Moabitarum, eiusdem quae alibi קִיר חֶרֶשׂ (arx latericia) Jer. XLVIII, 11. 31. 36, et קִיר חֲרֶשֶׂת (id.) Jes. XVI, 7. 2 Reg. III, 25 appellatur. Targ. Jes. XV, 1 reddit כְּרַכָּא דְמוֹאָב arx Moabi, quo nomine ista urbs etiam apud Graecos, Arabes, medii aevi scriptores et hodieque celebratur: *Χάρακα* 2 Macc. XII, 17, *Χαρακμῶβα* Steph. Byz. (v. Relandi Palaest. p. 705), الكرك Abulf. Syria p. 89. Schult. ind. geogr. v. Caracha. vit. Salad. p. 55, ܟܪܟ BH. 392, et *Petra deserti* le Quien or. christ. III, 730. gest. Dei per Francos 22, 1039, hodie *Kerrek* Burckhardt itin. Syriae p. 643 sqq. ed. germ. Sita est in rupe praealta, unde late patet prospectus, hodieque arcem habet munitissimam et totius regionis circumiacentis caput est, quocum etiam nomen suum (Kerrek) communicavit. — Sed peregrinum est

3) קִיר n. pr. regionis gentisque Assyriorum imperio subiectae Jes. XXII, 6, ubi primae Aramaeorum sedes fuerant Am. IX, 7, et in quam ipsam Syri Damasceni ab Assyriis victi deducti sunt 2 Reg. XVI, 9. Am. I, 5. Non alia fuisse videtur atque regio *Cyro* fluvio (gr. *Κῦρος* et *Κύῤῥος* Ptolem. 5, 12. 13, armen. Կուր) vicina, qui una cum Araxe ab occidente in mare Caspium influit, et regioni circumiacenti nomen (*Kur*, *Kür*) dedit. Vide Mich. suppl. p. 2191. spicil. II, 121. Wahl Vorder- und Mittelasien p. 766. Rommel descr. regionum caucasiarum Lips. 1804. Bochartus (geogr. s. 4, 32) Mediae australis regionem intelligebat, *Κουρήνην* Ptolem., vett. intpp. (LXX. Vulg. Targ. 2 Reg. — Vulg. Chald. ap. Am.) *Cyrenen* Africae, quod memorasse sufficiat.

קַרְקֹר (fundamentum, v. ad rad. Pilp., arab. قَرْقَر solum aequabile et molle) n. pr. oppidi transjordanensis Iud. VIII, 10. LXX. Vatic. *Καρκάρ*, sed Alex. *Καρκά* (קַרְקַע? q. v.), inde Euseb. *Καρκὰ* (Hieron. Carcar) *ἔνθα Ζεβεὲ καὶ Σαλμανὰ οὓς ἀνεῖλε Γεδεών, καὶ ἔστι νῦν Καρκαρία φρούριον ἀπέχον Πέτρας τῆς πόλεως μόνην ἡμέραν.* Sed hic locus, de quo vide Burckhardtum (itin. Syriae p. 695), nimis ad austrum situs est, et cum קַרְקֹר l. c. conferri nequit.

קַרְקַע m. *fundamentum*, *fundus.* (De origine dubitatum est. Mihi non dubium est, קַרְקַע ortum esse ex קַרְקַר quod ap. Talmud. *fundamentum* significat, a *fodiendo*, v. ad rad. in Pilp., ר littera mitigata in ע, v. מָרַט et מָעַט; صاغ صوغ i. q. צור, it. בָּצַע, בָּקַע, קָצַע vicc. verbis בָּצַר, בָּקַר, קָצַר, cf. plura de l littera in ע mutata monn. Phoen. p. 431. St. Martin Mémoires sur l'Armenie I, 215. A. L. Z. 1841 T. I p. 312. Arab. eiusdem originis esse videntur قَرْقَر et abiecta altera geminata قَرِق solum planum, terra plana, cf. nostr. *Boden*). Dicitur a) de fundo maris Am. IX, 3. b) de solo s, fundo (Fussboden) in tabernaculo sacro et in templo. Num. V, 17. 1 Reg. VI, 15. 16. 30. VII, 7: מֵהַקַּרְקַע עַד הַקַּרְקַע *a fundo ad lacunar* (quod conclavium superiorum fundus est), von einem Boden zum andern i. e. in omnibus parietibus ab imo ad summum (non, ut de Wette: auf dem ganzen Fussboden). Est c) n. pr. oppidi in regione australi tribus Judae Jos. XV, 3.

קוּשׁ 1) i. q. arab. قوس *incurvatum esse*, instar arcûs, dorsi II. incurvavit arcus more, cf. gr. *γαῦσος* incurvus. Inde קֶשֶׁת, قوس arcus et n. pr. קִישׁוֹן.

2) i. q. יָקֹשׁ *tendiculam posuit, aucupatus est.* Semel in fut. Jes. XXIX, 21: יְקֹשׁוּן sive, ut alii codd. habent, יְקוֹשׁוּן.

קוּשָׁיָהוּ (arcus Jehovae i. e. iris, ad formam cf. קוֹלָיָה) n. pr. viri 1 Par. XV, 17, qui VI, 29 קִישִׁי appellatur.

קִישׁ (fort. i. q. قوس, קֶשֶׁת arcus) n. pr. virorum 1) patris Sauli 1 Sam. IX, 1. XIV, 51. 1 Par. VIII, 33. 2) 1 Par. VIII, 30. IX, 36. 3) 1 Par. XXIII, 21. 22. XXIV, 29. 4) 2 Par. XXIX, 12. 5) Esth. II, 5.

קִישׁוֹן (inflexus, tortuosus) n. pr. fluvii, qui in Tabor monte ortus in sinum Ptolemaidis effunditur (arab. نهر حيفا ab oppido حيفا ad sinum Ptolemaidis) Iud. IV, 7. V, 21. 1 Reg. XVIII, 40. Ps. LXXXIII, 10. Vide Pococke itin. II, 80. Maundrell in Pauli syll. I, 74.

קִישִׁי v. קוּשָׁיָהוּ.

קֶשֶׁת in Pausa קָשֶׁת, pl. קְשָׁתוֹת cstr. קַשְׁתוֹת comm. (pr. fem. Jes. XXI, 15. Iob. XX, 24. Ps. XVIII, 35, sed etiam masc. neglecta origine 2 Sam. I, 22. Ez. I, 28) *arcus*, a rad. קוּשׁ, ut זֶפֶת a זוּף, נַחַת a נוּחַ. (Arab. قوس, aeth. ቀስት: arcus, iris, syr. ܩܫܬܐ arcus BH. 527, iris p. 115, denom. ܩܫܬ iaculatus est. Sed ת servile neglecta origine sensim pro radicali habitum et in ט mutatum est, arab. قسطان arcus, iris, syr. ܐܬܩܫܛ iaculatus est, chald. קְשַׁט id., adeoque ק in כ mutato, ܟܫܛ iaculatus est, ܟܫܛܐ iaculatio BH. 403, ܟܫܛܐ sagittarii). Est a) arcus iaculatorius Gen. XXI, 16. XXVII, 3. 2 Reg. XIII, 15. Jes. V, 28. VII, 24. XIII, 18. Iob. XX, 24 al. בֶּן־קֶשֶׁת filius arcus poët. de sagitta Iob. XLI, 20. *Arcum tendere* exprimitur verbis דָּרַךְ, נָשַׁק, נִחֵת, sed max. דָּרַךְ q. v., *iaculari arcu* verbis יָרָה Kal et Hiph., רָמָה. Meton. *arcus* dicitur *α*) pro *sagittariis* i. q. אַנְשֵׁי קֶשֶׁת Jes. XXI, 17. XXII, 3 et sic Ps. LXXVIII, 57, ubi קֶשֶׁת רְמִיָּה sunt *sagittarii dolosi*, qui simulata fuga fallunt. Cf. קָצִיר messis de messoribus. *β*) carmen de arcu 2 Sam. I, 18 i. e. Davidis carmen elegiacum in mortem Sauli et Jonathani, in quo arcus fit mentio Comm. 22: de qua carminibus librisque inscribendi ratione Orientalibus consueta v. Jones de poësi asiat. p. 269. Comment. nostr. ad Jes. XXII, 1. Alibi arcus metaph. est pro robore et potentia, inde *arcum alicu frangere* i. e. vires eius frangere Hos. I, 5. Jer. XLIX, 35, et contra Iob. XXIX, 20: *arcus meus in manu mea revirescit* i. e. vires meae instaurantur. Gen. XLIX, 24. — b) *arcus coelestis*, *iris*, gr. *τόξον* Gen. IX, 14. 16. Ez. I, 28, plenius *arcus Dei* Gen. IX, 13. Inde denom.

קַשָּׁת m. *sagittarius* Gen. XXI, 20. (Syr. ܩܫܬܐ id.).

אֶלְקֹשִׁי (in multis codd. אֶלְקוֹשִׁי) n. gent. *Elcoschita*, Nahumo prophetae ab oppido patrio tributum. Sine Vav LXX *Ἐλκεσαῖος*, Vulg. *Elcesaeus*, sed cum eo Pesch. ܐܠܩܘܫܝܐ, Targ. מִבֵּית קוֹשִׁי, adeoque Arabs, qui Graeca transtulit: الالقوشي, haud scio an Orientalium traditionem secutus (de qua infra). De situ oppidi אֶלְקוֹשׁ duae sunt opiniones satis a se discrepantes. De una 1) quae est ecclesiae patrum, est Palaestinae, spec. Galilaeae, oppidum. Hieron. prol. ad Nah. „Quidam putant Helceseum patrem esse Nahum et secundum hebraeam traditionem etiam ipsum prophetam fuisse: quum Helcesei (al. Elcesi) usque hodie in Galilaea viculus sit, parvus quidem et vix ruinis veterum aedificiorum indicans vestigia, sed tamen notus Judaeis et mihi quoque a circumducente monstratus. Pseudepiphanius de vitt. proph. 17: *οὗτος ἦν ἀπὸ Ἐλκεσεί, πέραν τοῦ Ἰορδάνου εἰς Βηγαβὰρ ἐκ φυλῆς Συμεών* (cf. Relandi Palaest. p. 627). Cyrill. ad Nah. I, 1: *Ναοὺμ τοῦ ἀπὸ τῆς Ἐλκεσέ· κώμη δὲ αὕτη πάντως που τῆς Ἰουδαίων χώρας.* Hieronymo assensi sunt recentiores plerique, et fuerunt nuper, qui in nomine oppidi *Καπερναούμ* (כְּפַר נַחוּם vicus Nahumi, v. de hoc n. pr. pag. 874 A) huius opinionis praesidium invenisse sibi viderentur Knobel Prophetismus II, 210 (Hitzig kl. Proph. pag. 212. Sed unum est quod Hieronymi et „eum circumducentis" fidem apud me magnopere infringat. Crederem homini, si vicum *Elkos* monstrasset, sed viculum *Elcesi* (ut tunc legere solebant אלקשי defective scriptum) monstranti non magis credo, quam mystagogo nostratium, qui peregrino homini germanice non admodum docto de oppido *Hallische, Hallenser* sciscitanti, ne quid ignorasse videretur, confestim vicum oppidumve proximum quodque ostenderet. Minime certam ea de re exstitisse traditionem, vel ex diversitate eius apparet. Altera opinio 2) est Judaeorum Orientalium, quibus *Elcos* est القوش vicus haud procul a Mosul in vetere Assyria situs, olim patriarchae Nestorianorum sedes, in quo etiamnunc Judaei Nahumi sepulcrum magna veneratione prosequuntur (Assem. bibl. or. I, p. 525. III, 1 p. 352. Niebuhr Reisebeschr. II p. 352). E recentioribus eam secuti sunt J. D. Michaëlis, Eichhornius (Einleit. §. 585), Ewaldus al., Nahumum sub excidium Ninives in eius urbis vicinia vixisse statuentes. Disputationem istam ingredi nedum dirimere huius loci non est: haud reticendum tamen, القوش Arabicae linguae indolem redolere, quam in vetere Assyria superstite Ninive non exspectes, itaque metuendum esse, ne recentioris originis sit iste vicus, ista autem Judaeorum opinio ex nominis similitudine orta.

קָטַב rad. inusit., chald. et arab. قطب *secuit*, inde *excidit.* (Vicinae radd. sunt קָצַב, חָצַב, חָטַב. Stirps autem bilittera קט secandi caedendique potestatem habet pariter atque cognatae קץ, חץ, v. radd. קָטַל, קָטֹן, קָטַף, arab. قطّ, قطع et cf. ad קָצַץ, חָצַץ, גָּזַז, גָּדַד. Adde quae observavit Iul. Klaproth apud Merian de l'étude comparative des langues pag. 216). Inde

קֶטֶב m. in Pausa קָטֶב Jes. XXVIII, 2 1) *excidium*, *exitium* Jes. l. c. שַׂעַר קָטֶב *procella exitium afferens.* Impr. 2) *lues* Deut. XXXII, 24. Ps. XCI, 6. Et

קֹטֶב c. Suff. קָטָבְךָ m. id. spec. *lues*, *pestis.* Hos. XIII, 14.

קָטַט rad. inusit. et incerta. Arab. قطّ secuit, praesecuit, intrans. decurtatus, brevis fuit, unde قَطّ duntaxat, tantum, fort. קַט Ez. XVI, 47, vide supra v. קוּט Kal.

קָטַל fut. יִקְטֹל *occidit*, *interfecit*, vc. poët. Ps. CXXXIX, 19. Iob. XIII, 15. XXIV, 14. (Syr. et chald. id., nasor. גטל, arab. قتل I. II. interfecit, III. pugnavit cum aliquo, aeth. ቀተለ: interfecit, ተቀተለ: pugnavit, oppugnavit, ቀተል: caedes, bellum. Origo est in caedendo, v. ad קָטַב. Congr. fortasse gr. *ΚΤεινω.*).

קְטַל chald. id., part. act. קָטֵל Dan. V, 19. Part. pass. קְטִיל ib. 30. VII, 11.

Pa. קַטֵּל intens. *occidit plures*, ut syr. Pa. et arab. قتّل Dan. II, 14. III, 22.

Ithpe. et *Ithpa.* Dan. II, 13 pass.

קֶטֶל in Pausa קָטֶל m. *caedes* Obad. 9.

קָטֹן fut. יִקְטַן *parvus*, *exiguus fuit*, opp. גָּדַל magnus fuit. (Origo est in *amputando*, inde pr. *curtus*, brevis fuit, cf. ad קָטַב, adde aram. ܩܛܡ amputavit. Syr. ܩܛܝܢ, aeth. ቀጢን: tenuis, subtilis: parvitatis vim exprimunt radice صغر. זָעַר.) 2 Sam. VII, 19: *idque parvum* parum (erat) *in oculis tuis*, idque tibi non sufficere videbatur. 1 Par. XVII, 17. Translate Gen. XXXII, 11: קָטֹנְתִּי מִכֹּל־הַחֲסָדִים *indignus sum omnibus beneficiis.*

Hiph. parvum fecit (modium) Am. VIII, 5.

קָטֹן et **קָטָן**, cstr. semel קְטֹן 2 Par. XXI, 17, c. suff. קְטַנִּי, f. קְטַנָּה pl. קְטַנִּים cstr. קְטַנֵּי (quae omnia sunt a קָטָן) adj. *parvus*, *exiguus* opp. גָּדוֹל. Dicitur a) de hominibus. מִקָּטֹן וְעַד גָּדוֹל Gen. XIX, 11. 1 Sam. V, 9. XXX, 2. Jer. VIII, 10. XLII, 1. XLIV, 12 et מִגָּדוֹל וְעַד קָטָן 2 Par. XXXIV, 30. Esth. I, 5. 20 et magni et parvi, adulti et non adulti, de universo populo. בֵּן קָטָן filius parvulus 2 Sam. IX, 12, נַעַר קָטוֹן puer parvus Jes. XI, 6. 1 Sam. XX, 35, נַעַר קָטָן id. 1 Reg. XI, 17 (sed vide s. v. נַעַר), pl. נְעָרִים קְטַנִּים 2 Reg. II, 23, נַעֲרָה קְטַנָּה 2 Reg. V, 2, אָחוֹת קְטַנָּה soror parvula Cant. VIII, 8 (ubi non immemor esto, in oriente puellas admodum mature nubiles esse). Inde de *aetate*, c. art. הַקָּטֹן, הַקָּטָן natu minor, minimus, v. c. בְּנוֹ הַקָּטָן Gen. IX, 24. XXVII, 15. 42, הַקָּטֹן XLII, 13. 32. XLIV, 2, 1 Sam. XVII, 14: דָּוִד הוּא הַקָּטָן. XVI, 11. b) de bestiis, כִּבְשָׂה קְטַנָּה ovicula parva 2 Sam. XII, 3. שֻׁעָלִים קְטַנִּים Cant. II, 15. c) de rebus, v. c. הַמָּאוֹר הַקָּטֹן Gen. I, 16, עִיר קְטַנָּה Eccl. IX, 14, דָּבָר קָטֹן res parva 1 Sam. XX, 2. XXII, 15, שְׁאֵלָה קְטַנָּה 1 Reg. II, 20. Translate 2, a) exiguus numero 1 Sam. IX, 21 (de tribu). Jes. LX, 22. b) de tempore, רֶגַע קָטֹן Jes. LIV, 7. c) exiguus potentia, auctoritate Am. VII, 2. 5, cf. Jes. XXXVI, 9. — Neutr. abstr. *parvitas*, unde כְּלֵי הַקָּטָן vasa parvitatis i. e. parva Jes. XXII, 24. יוֹם קְטַנּוֹת Zach. IV, 10 est dies parvorum initiorum.

קָטָן c. art. n. pr. viri Esr. VIII, 12.

קֹטֶן m. *parvitas*, dein *digitus minimus*, unde קָטְנִי *kot°ni* digitus meus minimus 1 Reg. XII, 10. 2 Par. X, 10. Alii codd. 2 Par. l. c. קָטָנִּי *k°tonni* (a forma קְטֹן ultima dagessanda, Schwa mobili in Kamez-chatuph mutato), v. J. H. Michaëlis ad h. l. Sed non ferendum videtur, quod habet v. d. Hooght 1 Reg. l. c. קָטָנִּי. Cf. קֹבֶל.

קַטָּת (pro קְטַנַּת parva) Jos. XIX, 15 n. pr. Sebulonitarum. LXX Καταvάθ. Recentius eius nomen קטנית memoratur Gem. Hieros. Megilla fol. 70, 1.

יָקְטָן (qui *diminuetur*) n. pr. (LXX Ἰεκτάν, Vulg. *Jectan*, Jos. Ant. 1, 6 §. 4 Ἰούκτας) filii Eber, viri Semitae, ad quem auctorem referuntur Arabiae gentes, quotquot australem eius partem inde a montium iugo *Neǵd* dicto (הַר הַקֶּדֶם) habitabant Gen. X, 25—30, cf. ad מֵשָׁא, סְפָר, קֶדֶם. Saad. l. c. pro eo ponit قَحْطَان, et ita in Arabum stemmatis appellatur pater Arabum, quos puros s. genuinos appellant (العرب العاربة), quum contra Adnanum (عدنان) Arabum factorum s. insiticiorum (العرب المستعربة) patrem censeant. Joctano s. Kachtano vero non, ut Hebraei, tredecim filios tribuunt, gentium Arabicarum auctores, sed duos يعرب, a cuius nepote سبا Arabum Jemanensium tribus originem ducunt, et جرهم, quem Heǵazensium patrem faciunt. Vide Boch. Phaleg 2, 15. Pococke spec. hist. Arabum p. 3. 39 sqq. 55. Schultens hist. imperii Joctanidarum in Arabia felice. Harderovici 1786. 4. Eichhorn monumm. hist. Arabum p. 135.

קָטַף fut. יִקְטֹף *decerpsit*, *avellit*, velut frondes Ez. XVII, 4. 22, spicas Deut. XXIII, 26, herbas Iob. XXX, 4. Quattuor his exemplis accedit quintum in cod. Sam. Deut. XXXII, 24, ubi pro קֶטֶב מְרִירִי legitur [Samaritan] i. e. קֹטֵף מְרִירִים *decerpens salsugines* (coll. Ex. XII, 8. Iob. XXX, 4), quibus verbis significare volebant hominem prae fame herbas agrestes rodentem (Iob. l. c.). Cf. ad מְרִירִי p. 822 [ubi pro [Samaritan] קֶטֶב legendum [Samaritan] קֹטֵף]. (Arab. قطف, syr. ܩܛܦ decerpsit uvas, vindemiavit, ܩܛܳܦܳܐ vindemia. Verba cognata sunt חָתַף, חָטַף: congruit aeg. ⲔⲈⲦϤ, ⲔⲰⲦϤ decerpere).

Niph. pass. Iob. VIII, 12.

I. **קָטַר** in Kal inusit. i. q. עָתַר no. I *fumavit* (v. קִיטוֹר), max. *odore suavi.* Arab. قطر II. suffivit agallocho. V. suffivit sibi mulier, قُطْر et قُطُر lignum odoratum suffitui adhibitum, agallochum, sed usitatius est قتر nidorem exhalavit caro assa, tosta, قُتَار ligni agallochi odor, مُقْتِرَة suffitum sibi faciens mulier, مقتر odorem fundens aroma.

Pi. suffivit, max. idolis ut Baali (לַבַּעַל) 2 Reg. XXIII, 5. Jer. VII, 9. XI, 13. XXXII, 29, reginae coeli XLIV, 17—19. 25, serpenti aeneo 2 Reg. XVIII, 4, exercitui coelesti Jer. XIX, 13, לֵאלֹהִים אֲחֵרִים I, 16. XIX, 4. XLIV, 8. 15, et omisso dat. numinis absol. vel addito loco (in excelsis, in tectis) 1 Reg. XXII, 44. 2 Reg. XII, 4. XIV, 4. XV, 4. XXIII, 8. Jes. LXV, 7. Jer. XLIV, 21. 23. Translate Hab. I, 16: *suffitum facit sagenae suae* i. e. sibi, suae virtuti, suis armis victoriam tribuit. — Raro, ut Hiphil, de sacrificio Deo oblato, addito acc., *adolevit* adipem 1 Sam. II, 16 (קַטֵּר יְקַטְּרוּן) cf. Am. IV, 5. — Part. fem. מְקַטְּרוֹת altaria suffitûs, pr. odorem spargentes 2 Par. XXX, 14.

Pu. part. f. מְקֻטֶּרֶת suffimentum Cant. III, 6.

Hiph. 1) i. q. Pi. *suffivit* idolis, sq. dat. 1 Reg. XI, 8. Jer. XLVIII, 35. Hos. II, 15, absol. 1 Reg. III, 3. XIII, 2. 2 Par. XXVIII, 3. Sed frequentius est 2) *adolevit* in altari (sq. acc.) v. c. suffitum (קְטֹרֶת) Ex. XXX, 7. 8. XL, 27. 2 Par. XXIX, 7, adipem hostiarum ipsamque hostiam Lev. I, 9. 17. III, 11. 16. IV, 10. 35. VI, 5. VII, 5. 31. VIII, 21. IX, 10. 20. Ex. XXIX, 18. 1 Sam. II, 15. 16 (pro *in altari* in his locis rarius dicunt עַל הַמִּזְבֵּחַ Lev. IX, 13. 17, plerumque הַמִּזְבֵּחָה I, 13. 15. II, 9. IV, 19. 31. 35 al., et הַמִּזְבֵּחַ VI, 8, praegn. incensum in altari posuit), fertum et memoriale Lev. II, 2. 16. VI, 8. Jer. XXXIII, 18. Additur dativus numinis, ut הִקְטִיר לַיי עֹלוֹת 2 Par. XIII, 11, אִשֶּׁה לַיי Exod. XXX, 20, omisso acc. ut הִקְטִיר לַיהוָה 2 Par. XXVI, 18, לִפְנֵי יי 1 Par. XXIII, 13. 2 Par. II, 3. 5, et absol. 1 Reg. XIII, 1: עֹמֵד עַל הַמִּזְבֵּחַ לְהַקְטִיר. XII, 33. 1 Par. VI, 34, cf. Ex. XXIX, 13. 25. Num. V, 26 (ubi additur locus הַמִּזְבֵּחָה).

Hoph. pass. Hi. no. 2, Lev. VI, 15. Part. מֻקְטָר suffimentum Mal. I, 11.

קְטוּרָה f. *suffimentum* Deut. XXXIII, 10.

קְטֹרֶת c. suff. קְטָרְתִּי Ezech. XVI, 18. XXIII, 41. 1) *suffimentum* Ex. XXX, 35. Lev. X, 1. Num. XVI, 7. Jes. I, 13. Prov. XXVII, 9 et saepe. קְטֹרֶת סַמִּים suffimentum aromatum, v. סַם. מִזְבַּח הַקְּטֹרֶת altare suffimenti s. suffitus. Ex. XXX, 27. XXXI, 8. XXXV, 15. 2) ea victimae pars, quae adoleri solet. Ps. LXVI, 15: קְטֹרֶת אֵילִים int. *adipem arietum*.

קְטוּרָה (suffimentum, ut *Atana-Dengel* suffimentum virginis sc. Mariae est n. pr. virile apud Habessinos) n. pr. uxoris Abrahami, quam post Sarae obitum duxit Gen. XXV, 1 sqq. Filii eius (Comm. 2—4) gentium Arabicarum auctores facti sunt.

קִטֵּר verbale Pi. *suffitio* Jer. XLIV, 21.

קִיטוֹר m. 1) *fumus* Gen. XIX, 28. Ps. CXIX, 83. 2) *vapor*, *nebula* Ps. CXLVIII, 8.

מִקְטָר m. *suffitio*. Ex. XXX, 1: מִזְבַּח מִקְטַר קְטֹרֶת.

מִקְטֶרֶת f. *thuribulum*, quo suffitio fit 2 Par. XXVI, 19. Ez. VIII, 11.

II. **קָטַר** i. q. aram. קְטַר ܩܛܰܪ, nas. ጎጠረ i. q. hebr. קָשַׁר ligavit. Cf. aeth. ቀጸረ: ligavit, ቆጸረ: constrinxit nodis, et ቀተረ: clausit, obseravit ianuam. Verba enim coniungendi, colligandi ad claudendi vim referuntur, v. אָחַז no. 4. 5. 6. Et sic quidem interpretor Ez. XLVI, 22: חֲצֵרוֹת קְטֻרוֹת *atria clausa* i. e. *muris cincta* (Cocc.) ianuisque *clausa*. Intelliguntur atria minora, quae in quattuor angulis atrii exterioris erant, culinis inservientia (Comm. 24). Variae interpretum coniecturae vel linguae vel rei ipsius rationibus parum accommodatae sunt: a) atria *caminata*, pr. fumum *exhalantia* (Talm. Middoth 2 §. 8, ubi vide l'Empereur) a rad. no. I. Sed manifesto קְטֻרוֹת ad structuram atriorum pertinet. b) LXX. Pesch. atria *parva*, quod e contextu petitum. Similiter Böttcherus (specc. 356): atria *decurtata*, *contractiora* („verkürzte"): cui linguae usus obstat, nam aram. קְטַר, ܩܛܰܪ non convenit cum קָצַר, sed cum קָשַׁר. c) atriola *coniuncta* cum atrio maiore (Kimchi). d) atria *sine tecto* coll. ܒܰܝܬܳܐ ܩܛܺܝܪܳܐ domus sine tecto. Sed fac, hanc Castelli glossam vera docere (atria *sine tecto* erant cuncta), eam non bene adhibebis.

קְטַר chald. tantum in pl. קִטְרִין a) *vincula* i. e. *vertebrae* dorsi. Dan. V, 6, v. חֲרַץ. (Syr. ܩܶܛܪܳܐ iunctura manus Novar. p. 33, das Handgelenk). b) *nodi*, metaph. quaestiones difficiles ib. V, 12. 16.

קִטְרוֹן (nodosus i. q. chald. קַטְרָן) n. pr. oppidi Sebulonitarum Iud. I, 30. In oppidis huius tribus Jos. XIX, 15 non recensetur, et sine idonea caussa 'ק idem esse voluerunt atque קַטָּת, q. v. rad. קָטַן.

קִיא *vomitus* v. rad. קוֹא.

קִיט chald. i. q. hebr. קַיִץ (q. v. rad. קוּץ) *aestas* Dan. II, 35.

קִיטוֹר *fumus*, rad. קָטַר no. I.

קִים, קִימָה, et

קְיָם, קַיָּם chald. v. rad. קוּם.

קִימוֹשׁ v. rad. קָמַשׁ.

קַיִן *lancea*, n. pr.,

קִינָה *cantus lugubris*,

קֵינִי *Kenita*, v. rad. קוּן.

קַיִץ *aestas*, v. rad. קוּץ.

קִיצוֹן *ultimus*, v. rad. קָצַץ.

קִיקָיוֹן m. arbuscula Jonam obumbrans, quae una nocte creverat, altera vermiculo puncta exaruit. Jon. IV, 6—10. Duplex potissimum de ea erat veterum interpretum sententia. Alii enim a) *cucurbitam* intelligebant. LXX *κολοκύνθη*, Pesch. ܩܪܐ (i. e. arab. قَرْعَة), Arabs Graeca transferens اليقطين, et hanc sive opinionem sive traditionem secuti sunt Arabes Cor. 37, 146 شجرة من يقطين cf. de traditionibus Muhammedanorum ad h. l. Hotting. hist. orient. p. 117, neque non Rabbini nonnulli Hispanici, qui 'ק interpretantur דְּלַעַת. Alii b) *ricinum* interpretantur (Ricinum vulgarem s. medicum Linn.), arbusculam biennem, in nostris quoque hortis cultam, ex cuius granis *oleum ricini* exprimitur in officinis medicis obvium, gr. *κρότων*, arab. الخروع. Hieronymus in Comment. „Pro *cucurbita* sive *hedera* in Hebraeo legimus *Cicajon*, quae etiam lingua Syra et Punica [imo Arabica] *Elceroa* [الخروع] dicitur. Est autem genus virgulti vel arbusculae, lata habens folia in modum pampini et umbram densissimam suo trunco se sustinens, quae in Palaestina creberrime nascitur, et maxime in arenosis locis, mirumque in modum, si sementem in terram ieceris cito confota consurgit in arborem, et intra paucos dies, quam herbam videras, arbusculam suspicis. Unde et nos eosdem tempore, quo interpretabamur prophetas, voluimus id ipsum Hebraeae linguae nomen exprimere, quia sermo latinus hanc speciem arboris non habebat [imo habebat *ricini* nomen]; sed timuimus Grammaticos, ne invenirent licentiam commentandi, et vel bestias Indiae vel montes Boeotiae aut istiusmodi quaedam portenta coniungerent, secutique sumus veteres translatores [Aqu. Symm. Theod.], qui et ipsi *hederam* interpretati sunt, quae Graece appellatur *κισσός*.“ Kimchi: במשנה ולא בשמן קיק. ואמרו בגמרא מאי קיק קיקיון דיונה פי' ר' שמואל בן חפני שהוא נקרא בערבי אלכרוע *in Misna* (Schabb. c. 2): *et non oleo* קיק. *In Gemara dicunt: quid est* קיק? *est Kikajon Jonae. De interpretatione R. Samuel f. Hophni est id quod arabice appellatur* الخروع. Et paucis interiectis, quibus elcheroa plantae צלוליבא simile dictum est: ומצאתי פי' צלוליבא בתשובות הגאונים אילן סרק יש במקומנו ועושה גרעינין ועושין מהם שמן וכל מי שיש לו צנה הרבה שותה ממנו ושמו בלשון ערבי אלכרוע *et inveni explicationem vocis* 'צ *in responsis Geonaeorum, de qua est arbuscula sine fructu in nostris regionibus crescens, grana ferens, unde oleum fit, quod bibere solent quicunque frigore* interno *laborant, et arabice appellatur elcheroa.* Et haec quidem opinio praeter usum Talmudicum a Kimchio laudatum commendatur a) Graecorum scriptorum et Plinii (15, 7) testimonio, qui *ricinum*, unde *oleum ricini* proveniat, in Aegypto *κικί* appellari uno ore docent (Herod. 2, 94. Diod. 1, 34. Strab. 17 p. 824. Diosc. 4, 164): cui accedit haec glossa in Kircheri scala p. 185: ⲔⲞⲨⲔⲒ حب الخروع *granum ricini.* [Peyron in lex. copt. hac glossa caret, contra aliud ricini nomen exhibet ϪⲒⲤⲘⲒⲤ p. 397]. b) re ipsa: nam multa sunt in ricino, quae *Kikajon* Jonae bene conveniant, velut crescendi celeritas, altitudo arbusculae, foliorum magnitudo umbram densam praebens. Ad comm. 7 de vermiculo huic plantae infesto adscribere placet, quae habet J. D. Mich. in suppl. p. 2185 adprime ad hanc rem facientia: „*Rumphius* in *Herbario Amboinensi* T. IV. p. 95 narrat calidioribus diebus, tenui cadente pluvia, in ea generari erucas nigras magna multitudine, eius folia *per unam noctem* subito depascentes, ut nudae modo costae supersint, idque se saepius non sine admiratione vidisse, *simillime*, addit, *arbusculae olim Niniviticae.*“ Vide Bocharti Hieroz. T. III. p. 41. 42. Lips. Celsii Hierob. P. II. p. 273—82. Bl. Caryophili diss. de קיקיון, in huius dissertatt. miscell. (Romae 1718) I p. 259—274. Michaëlis suppl. no. 2263. J. E. Faber ad Harm. Beob. I p. 140—151. Atque hic quidem cucurbitae caussam denuo agere suscepit, sed argutius quam felicius. Primaria enim, quam ad Hieronymi testimonium removendum excogitavit, coniectura, hunc patrem a doctore suo Judaeo audivisse القرعة idque in الخروع detorsisse, nullo modo credibilis est, quum ex Talmude et Kimchio constet, Judaeos 'ק אלכרוע explicare solitos esse. In eo tantum negligentius agit et errat Hieronymus, quod Syriacam et Punicam facit vocem, quum Arabica sit: sed hoc errore ipsius traditionis fides non infringitur.

קִיקָלוֹן v. rad. קָלַל.

קִיר *murus*, *paries* v. rad. קוּר.

קִירֹס v. rad. קָרַס.

קִישׁ n. pr. viri,

קִישׁוֹן n. pr. fluvii, v. rad. קוּשׁ.

קִיתָרֹס Dan. III, 5. 7. 10 Chetb., in Keri קַתְרוֹס *cithara*, ut recte LXX. Theod. Vulg. κιθάρα. Est ipsum gr. κίθαρις, κιθάρα, quod (ut alia instrumentorum musicorum nomina, v. סוּמְפֹּנְיָה et פְּסַנְתֵּרִין) in linguas Semiticas receptum est variis formis: arab. قيثار Saad. Gen. IV, 21, قيثار Ps. LXII, 5. LV, 1, قيثارة XXXII, 2, syr. ܩܝܬܪܐ Dan. l. c., adeoque ܩܝܬܪܘܕܐ citharoedus, chald. קַתְרוֹס Jes. V, 12. Eccl. II, 8, ut supra in Keri. Et hoc et קִיתָרוֹס non respondet formis femineis κίθαρις, κιθάρα sed masculinae κίθαρος, quae Graecis *thoracis* significatu frequentatur [cithara enim a similitudine thoracis dicta, ut alibi χελύς, *testudo*]: et sic saepe Hebraei et Syri utuntur terminatione *os*, ubi Graeci habent ις, ης, η. Sic talm. אבגינוס εὐγενής, אירוס ἶρις, פגוס παγίς, קנבוס κάνναβις v. Cohen de Lara p. 1. 22. 63. 83 קומוס et קומוס ܩܘܡܘܣ BH. 285 comes, κόμης, syr. ܐܘܠܒܘܣ εὐλαβής, ܐܘܪܢܘܣ ὄρνις, ܐܪܟܘܣ ἀρχή, ܐܕܡܘܣ ἄδαμας, ne ea vocabula memorem, quorum in ipsa Graeca lingua duplex forma exstat, velut אנדרוגינוס ἀνδρογύνης et ἀνδρόγυνος, אדרבלוס ὕδραυλις et ὕδραυλος. — Eorum conatus, qui קיתרוס Semiticis linguis vindicare voluerunt, vel memorare piget.

קַל *levis*, v. קָלַל.

קָל, chald. קָל *vox*, v. קוֹל.

קָלָה unde fut. Niph. וַיִּקָּלֵהוּ 2 Sam. XX, 14 Chethibh. Sed hoc vitiosum est, et recte reposuit Keri וַיִּקָּהֲלוּ *et congregati sunt*, quod multi codd. et nonnullae editt. antiquae in textu habent. Cave credas, exstitisse olim verbum קָלָה, quod idem valuerit atque קָהַל.

I. קָלָה *torruit*, *frixit*, am Feuer rösten. (Arab. قلا et قلى, aeth. ቀለወ: frixit in sartagine carnem, unde مقلى sartago. Chald. קְלָא in Targ. pro hebr. קָלָה, neque non pro שָׂרַף combussit, et יָבֵשׁ Hos. IX, 16. Zab. ܩܠܐ combussit igne. Cognatum est צָלָה assavit, v. ad צ). Lev. II, 14: אָבִיב קָלוּי בָּאֵשׁ *spicae igne tostae*, inde קָלוּי i. q. קָלִי (q. v.) spicae tostae Jos. V, 11. Dein *combussit* hominem supplicio afficiendum Jer. XXIX, 22.

Niph. part. נִקְלֶה *adustum*, inde *adustio*, *inflammatio* Ps. XXXVIII, 8.

קָלִי, semel קָלִיא (א addito, ut in נָקִי, נָקִיא) 1 Sam. XVII, 17, *frixum* s. *tostum* i. e. *tritici hordeique grana cum spicis tosta*, quibus vesci solebant veteres et hodie vescuntur Arabes, i. q. אָבִיב קָלוּי בָּאֵשׁ Lev. II, 14. Luth. *Sangen* (a verbo *sengen*, ut קָלִי a קָלָה). Legh in Macmichaël Journey p. 235: „we crossed the valley of Ellasar [lege: El-ahsa] ...., where one of our Arabs having plucked some green ears of corn, parched then for us by putting them in the fire and then, when rosted, rubbed out the grain in their lands.“ Cf. Celsii Hierob. II, 231. Harm. Beob. I, 255. Hasselquist itin. p. 191 ed. germ. Lev. XXIII, 14*(ubi LXX *πεφρυγμένα χίδρα νέα*). Ruth II, 14. 1 Sam. XXV, 18, et 2 Sam. XVII, 28, ubi קָלִי bis legitur: *triticum et hordeum et farinam et* קָלִי, *et fabas et lentes et* קָלִי. Vulg. priori loco *polenta*, posteriori *frixum cicer*. Luth. Sangen — Grütz. Verum vidit R. Jesaias: פירוש שני מיני קלי אחד מתבואה ואחד הקטניות *intelligenda sunt duo genera tosti*, *unum ex frugibus*, *alterum ex leguminibus*. Ex veteribus vc. hebraeum retinuerunt Pesch. Onk. Pseudojon., et syrum quidem ܩܠܝܐ Arabs ap. Sam. interpretatur حنطة مقلوة *triticum tostum*. — Alii *farinam* intelligunt *ex frugibus torrefactis* (Virg. Ge. I, 267). LXX ἄλφιτα. Vulg. *polenta*. Jon. Ruth l. c. קמח קלי, R. Salomo Lev. l. c. קמח עשוי מכרמל רך שמיבשין אותו בתנור: alii (R. Salomo ex Avoda sara fol. 38, 2) adeo pulmenti genus ex tritico tosto paratum, quod Rabbini שְׁתִיתָא appellant (v. Buxt. 2547): sed cave deseras quod perspicue docetur Lev. II, 14. Animi causa memoro, plures (adeo Ludolfum in lex. aeth. 192. 552) in קָלִי *coffeae* nostrae (arab. قهوة), quippe ex *granis tostis* decoctae, prima vestigia reperisse.

II. קָלָה i. q. קָלַל *levis*, *vilis fuit*, in Kal inusit. Arab. قلى fortius: vehementer odit, abhorruit.

Niph. levis i. e. *vilis factus est*. Jes. XVI, 14: וְנִקְלָה כְּבוֹד מוֹאָב, it. *ignominia affectus est* Deut. XXV, 3. Part. נִקְלֶה *vilis*, *ignobilis*. Jes. III, 5 (opp. נִכְבָּד). 1 Sam. XVIII, 23. Prov. XII, 9.

Hiph. vilipendit, *ignominia affecit* Deut. XXVII, 16. (In Targ. id. ibid.).

קָלוֹן m. *ignominia* (Schimpf, Schmach). (Chald. קְלָנָא id.). LXX ἀτιμία. Opp. כָּבוֹד Hos. IV, 7. Hab. II, 16. Ps. LXXXIII, 17: מַלֵּא פְנֵיהֶם קָלוֹן, ignominia enim in vultu pudefacto conspicua est. Iob. X, 15. Prov. III, 35. VI, 33. IX, 7. XI, 2. XIII, 18. Jer. XLVI, 12. Concr. Jes. XXII, 18: קְלוֹן בֵּית אֲדֹנֶיךָ tu qui *ignominiae es domui regiae*. Inde a) *turpiter factum*. Prov. XVIII, 3 (quae verba a plerisque male intelliguntur):

ubi venit impius, venit et contemtus, וְעִם קָלוֹן חֶרְפָּה *et cum turpiter facto* venit *contumelia.* Sibi respondet רָשָׁע et קָלוֹן, בּוּז et חֶרְפָּה. Ita etiam Hos. IV, 18: אָהֲבוּ קָלוֹן מָגִנֶּיהָ *amant turpiter facta principes eius,* parall. *ubi cessavit compotatio, scortari incipiunt.* Spec. b) *contumelia* verborum (Schimpfen). Prov. XXII, 10: *expelle irrisorem ... et cessabit* דִּין וְקָלוֹן *lis et contumelia* (das Zanken und Schimpfen). c) pudenda Nah. III, 5. Jer. XIII, 26.

קָלַח rad. inusit. Talmud. fluxit, diffluxit, effluxit, abundavit. Pi. *effudit.* Itaque cognatum videtur verbo צָלַח no. II (vide ad צ) fluxit, effusa est aqua, unde צַלַּחַת patina, lecythus. Inde

קַלַּחַת verbale Piël. f. *olla, lebes* carni coquendae 1 Sam. II, 14. Mich. III, 3, et ita Talmud. bava bathr. fol. 74, 1, a fundendo, ut lat. *futum* Varr. L. L. 4, 25 (unde confuto, refuto) et *futile* vas aquarium, a *fundo,* ut צַלַּחַת a צָלַח no. II. In lex. man. verbo קלח ex coniectura *frigendi* significatum tribui i. q. קָלָה no. I (cf. ad צפח no. II i. q. צָפַח); sed inde *sartaginem* efficias, non *ollam* ad coquendum. Minus etiam probabile, quod Ewaldus (gr. crit. p. 37) קַלַּחַת ortum censet a rad. קָדַח, قَدَحَ (d et l permutatis) accendit ignem, unde قَدَحٌ cyathus, مِقْدَحٌ cochleare: et falso olim contulerunt (Cast. Sim.) arab. خلقين ahenum, nam hoc est gr. *χαλκεῖον,* v. p. 1116, ubi substantivis in *in* exeuntibus e lingua Graeca repetitis etiam hoc exemplum addendum est.

קָלַט 1) i. q. arab. قلص contractus, diminutus fuit v. c. lotura pannus, contraxit se planta. Part. pass. קָלוּט pr. contractus, inde *pumilus, pumilio* (klein und verkrüppelt), de victima Lev. XXII, 23. Opp. שָׂרוּעַ. (Arab. قَلَطٌ parva statura, قَلَطِيٌّ et قِلَّاطٌ valde parvus, pumilio, de hominibus, canibus, felibus, كلب قلطى canis Melitaeus, قِلَّاطٌ, قَلَطٌ et قَلُوطٌ genus quoddam geniorum et daemonum, int. *nanos, Pygmaeos* nostr. *Elfen*: it. قَلِيطٌ herniosus, et قَلِيطٌ hernia, quoniam nani et pumili saepe hoc malo laborant. Vide Kam. p. 965 cf. Damir. ap. Boch. Hieroz. I p. 595. 785. Errat autem Bochartus l. c. قلطى referens ad gr. *καλαθίνη,* quia in calatho circumferatur: nam ista vox etiam de homine dicitur. Induxit in hunc errorem Golius, qui rad. قلط omisit, idemque fefellit Alb. Schultensium in Opp. min. ad Lev. l. c., qui قلط radicem Arabicam esse negat.). Targ. pro שָׂרוּעַ וְקָלוּט ponit יַתִּיר וְחַסִּיר *superfluus vel mancus,* Ar. Erp. زايد ونقص. Saad. retinet قبليط *pumilio* vel *herniosus.* Reliqui vitium in uno membro quaerunt. LXX *κολοβόκερκος.* Vulg. cauda amputata, et ita Pesch. Sed Kimchi: הוא שרגלו אסופה וצרה. ורז״ל פי׳ שפרסותיו קלוטות ברגלי הסוס או החמור.

2) i. q. chald. קְלַט apud se *recepit* fugitivum. Num. XXXV, 6. 12 Targ. Talmud. recepit vas aquam pluvialem, arca homines et bestias. Inde מִקְלָט.

קְלִיטָא (pumilio) n. pr. Levitae Esr. X, 23 (ubi aliud eius nomen fuisse dicitur קְלָיָה). Nehem. VIII, 7. X, 11.

מִקְלָט m. *refugium, asylum,* v. rad. no. 2. Num. XXXV, 12. 15. Jos. XX, 3. עִיר מִקְלַט הָרֹצֵחַ urbs quae asylum praebet homicidae Jos. XXI, 13. 21. 27. 32. 36, עִיר מִקְלָטוֹ urbs quae ei asylo est Num. XXXV, 25 sqq. Plur. עָרֵי הַמִּקְלָט Num. XXXV, 6. Jos. XX, 2. 1 Par. VI, 42. 52. LXX plerisque locis *φυγαδευτήριον,* semel *φυγαδεῖον,* bis *καταφυγή.*

קָלַל fut. יֵקַל, יֵקַלּוּ Gen. XVI, 4. 5. 1 Sam. II, 30 1) *levis fuit.* Aeth. ቀለለ: id. ቀሊል: levis. Syr. ܩܠ levis, it. celer, vilis fuit). Vide Niph. Hi. no. 1, Inde

2) *celer fuit* (cf. *κοῦφος* levis, celer, *ἐλαφρός* et *ἔλαφος,* lat. levis cervus, nostr. leichtfüssig). 2 Sam. I, 23: מִנְּשָׁרִים קַלּוּ *aquilis celeriores erant.* Hab. I, 8. Jer. IV, 13. Iob. IX, 25: יָמַי קַלּוּ מִנִּי רָץ. VII, 6. Vide adj. קַל.

3) *paucus, exiguus fuit* vel *factus est.* (Arab. قَلَّ paucus fuit, قَلِيلٌ paucus, قُلٌّ paucum). Praegn. Gen. VIII, 11: *et vidit Noachus* כִּי קַלּוּ הַמַּיִם מֵעַל הָאָרֶץ *imminutas esse aquas* et defluxisse *de superficie terrae.* Comm. 8. Translate de hominibus: *exiguus, vilis* (gering, unbedeutend, an Macht und Ehre) opp. כָּבֵד no. 6. Sq. בְּעֵינֵי Gen. XVI, 4. 5. Iob. XL, 4: הֵן קַלֹּתִי מָה אֲשִׁיבֶךָּ. Nah. I, 14: כִּי קַלּוֹתָ *nam exiguus factus es* (o Assyrie), potentia tua fracta est. Passim fortius: *vilis, contemtus factus est.* (Arab. هان levis, contemtus fuit. Cf. קָלָה no. II). 1 Sam. II, 30 (opp. נִכְבַּד).

Niph. נָקַל 2 Reg. III, 18 et נָקֵל 1 Reg. XVI, 31. 2 Reg. XX, 10. Jes. XLIX, 6. Ez. VIII, 17 1) *levis fuit.* Part. fem. עַל נְקַלָּה leviter (leichthin, obenhin) Jer. VI, 14. VIII, 11. Cf. עַל no. 3, f. 2 Reg. XX, 10: נָקֵל לַצֵּל לִנְטוֹת עֶשֶׂר מַעֲלוֹת *leve* facile *est umbrae descendere decem gradus.* Sq. dat. pers. *facilem* esse alicui. Prov. XIV, 6. — 2) i. q. Kal no. 2 *celer fuit.* Jes. XXX, 16. — 3) *levis* i. e. *exiguus fuit.* Sq. בְּעֵינֵי 1 Sam. XVIII, 23: הֲנִקַלָּה בְעֵינֵיכֶם הִתְחַתֵּן בַּמֶּלֶךְ *num leve s. exiguum vobis videtur, generum regis fieri.* 2 Reg. III, 18. Impers. 1 Reg. XVI, 31: הֲנָקֵל לֶכְתּוֹ בְּחַטֹּאות יָרָבְעָם *num exiguum* parum *erat, quod secutus erat vestigia Jarobeami?* Sed sq. מִן c. inf. Jes. XLIX, 6: נָקֵל

מִהְיוֹתְךָ לִי עֶבֶד *parum est te mihi servum esse* (zu gering ist es, dass du mein Knecht seyst), et addito dat. pers. Ez. VIII, 17: הֲנָקֵל לְבֵית יְהוּדָה מֵעֲשׂוֹת אֶת־הַתּוֹעֵבוֹת *num parum est domui Judae commisisse ista infanda.* Recte observavit Hitzigius ad Jes. l. c., ista linguae et cogitandi legibus proprie contraria esse, et מִן personae anteponendum fuisse (cf. מְעַט מִמֶּנִּי parum est mihi, נָקֵל מִמֶּנִּי iusto levius est mihi, v. מִן no. 5, b), hoc modo: הֲנָקֵל מִבֵּית יְהוּדָה עֲשׂוֹת, et נָקֵל (מִמֶּנִּי) הֱיוֹתְךָ לִי עֶבֶד: confudit autem uterque scriptor duas structuras, מִן, quod personae anteponendum erat, cui aliquid *levius* videtur, verbo anteponens. Inde 3) *vilis habitus, contemtus fuit* 2 Sam. VI, 22 (opp. נִכְבַּד).

Pi. קִלֵּל *maledixit,* pr. vilem, contemtum fecit, nostr. schlecht machen. (Syr. ܐܩܠ vilipendit, ignominia affecit, cf. ܨܥܪ conviciatus est, a rad. צָעַר parvus, exiguus, vilis fuit). Spec. a) *verbis contumeliosis, conviciis prosecutus est* aliquem (schimpfen) Lev. XIX, 14. Neh. XIII, 25. 2 Sam. XVI, 5. 7. 9. 10. 11. 13. b) fortius: *exsecratus est, devovit* aliquem (jem. fluchen) i. q. אָרַר (Gen. XII, 3, cf. Num. XXII, 6 et Deut. XXIII, 5) opp. בֵּרַךְ. Ps. LXII, 5. CIX, 28, sq. acc. velut parentes Lev. XX, 9. Prov. XX, 20, regem Jes. VIII, 21 (ubi copulatur cum בְּ, ut lat. exsecrari *in* aliqu.), adeoque Deum i. e. blasphemavit Ex. XXII, 27. Lev. XXIV, 11, it. diem natalem Iob. III, 1. Additur בְּשֵׁם יְהוָה 2 Reg. II, 24, בֵּאלֹהָיו (per deum eius) 1 Sam. XVII, 43; exsecrantur enim per nomen numinis, his fere formulis: Deus te perdat, Deus te execretur! Execratio praesentissimam perniciem afferens tribuitur prophetis 2 Reg. II, 24. Deut. XXIII, 5. Jos. XXIV, 9, maxime Deo Gen. VIII, 21. — קִלֵּל לוֹ reflex. maledixit sibi ipsi, i. e. maledictionem sibi contraxit. 1 Sam. III, 13: *quia sciebat* כִּי מְקַלְלִים לָהֶם בָּנָיו *filios suos maledictionem sibi contrahere.* (LXX ὅτι κακολογοῦντες θεόν, legebant אֱלֹהִים pro לָהֶם. Pesch. quod ignominia afficiebant populum, לָעָם pro לָהֶם. Vulg. *indigne agere filios suos*). — Vitio laborat Jer. XV, 10: כֻּלֹּה מְקַלְלַוְנִי, ubi 3 codd. מְקַלְלַנִי a pr. manu 4, unus קִלְלֻנִי. Ewaldus (gr. crit. 507) coniicit מְקַלְלֵנִי c. Nun epenth., non male, licet hoc unicum exemplum Nun participio annexi futurum esset. Fortasse מקללוני conflatum est ex duabus lectionibus, מְקַלְלַנִי et קִלְלוּנִי. — LXX κακολογέω, κακῶς φημί, sed plerisque locis καταράομαι.

Pu. diris devotus est (verflucht seyn) Ps. XXXVII, 22. Iob. XXIV, 18, diris devotus *periit* Jes. LXV, 20.

Hiph. 1) *leve fecit, levavit.* (Chald. אַקֵּל id. Arab. أقل sustulit rem). a) sq. acc. rei et מֵעַל pers. *levavit* et removit aliquid *ab* aliquo. 1 Sam. VI, 5: אוּלַי יָקֵל אֶת־יָדוֹ מֵעֲלֵיכֶם. 1 Reg. XII, 10: *pater tuus grave fecit iugum nostrum* וְאַתָּה הָקֵל מֵעָלֵינוּ *tu autem leva* illud *a nobis*, leva iugum a nobis hucusque portandum. 2 Paral. X, 10. b) Sine acc. rei Ex. XVIII, 22: הָקֵל מֵעָלֶיךָ *leva a te* sc. onus, negotium, i. e. partem oneris decute, leva tibi onus (mach' es dir leicht). Jon. I, 5: לְהָקֵל מֵעֲלֵיהֶם *ut sibi leve facerent* onus navis. c) sq. מִן oneris, *levavit* s. *remisit* aliquid *de onere* (cf. יָסַף עַל *addidit* aliquid *ad*, lat. *detrahere de* pro: *detrahere* aliquid *de*, minuere). 1 Reg. XII, 4: הָקֵל מֵעֲבֹדַת אָבִיךָ הַקָּשָׁה *remitte* aliquid *de gravi servitute patri tuo praestanda.* Comm. 9. (Syr. ܐܩܠ ܡܢ ܡܕܐܬܐ levavit s. minuit tributa BH. p. 391).

2) *vilipendit, contemsit* 2 Sam. XIX, 44. Ez. XXII, 7, *ignominia affecit* Jes. VIII, 23 (opp. הִכְבִּיד).

Pilp. קִלְקֵל 1) *agitavit, celeriter motitavit,* quae significatio proficiscitur a Kal no. 2. Levia enim *agilia* sunt et celeriter moventur. (Arab. قلقل id., aethiop. ኣንፈለፈለ: commotus est). Ezech. XXI, 26: קִלְקַל בַּחִצִּים *agitat sagittis,* quae verba spectant ad βελομαντείαν. Poterat etiam dicere קִ׳ חִצִּים *agitat sagittas,* sed pro acc. optavit בְּ instrumenti, qua de re vide gr. §. 135, 1 not. 3. — 2) *acuit* ferrum. Eccles. X, 10: *si hebes est ferrum* וְהוּא לֹא פָנִים קִלְקַל *isque aciem non acuit.* (*Acuendi* vim plurimi a *poliendo* et *laevigando* ducunt cf. קָלָל, neque male, licet hoc ipsum non indubitatum sit. Possit etiam a *levitate* profecta esse: quum enim res hebetes Hebraeis *graves* dicantur, acuta *levia* appellari posse censeas, v. כָּבֵד no. 5).

Hithpalp. הִתְקַלְקֵל *agitatus, commotus est* (de collibus) Jer. IV, 24. Kimchi: ר׳ יונה פירשם לשון תנועה בענין הקלות *R. Jona explicat significatu commovendi a notione celeritatis.* (Chald. קַלְקֵל est: vastavit, perdidit).

קָלָל m. adj. bis reperitur, ut epitheton aeris, נְחשֶׁת קָלָל Ez. I, 7. Dan. X, 6. Vett. intpp. *aes splendens* vel *politum* explicant, quod ipsum poscit etiam contextus. LXX utroque loco: ἐξαστράπτων. Theod. Dan. et Gr. Venet. στίλβων. Targ. מְצַלְהַב. Pesch. ܡܨܠܗܒ *fulgurans.* Vulg. *candens.* Kimchi: ממורט וזך *politum et purum.* Sed difficilius est dictu, unde *poliendi* vel *laevitatis* notio nata sit, cui cognata videtur *acuendi* vis in Pilp. no. 2? Num ab *agitando* (v. Pilp. no. 1), an quia *laevia* tactu lēnia et facilia (unde sunt, qui *lēvis* λεῖος, antiquitus non diversum fuisse putent a *lĕvis*), *aspera* tactu gravia? Prius praefero: nam quod Bochartus (Hieroz. III, 898 Lips.) poliendi vim repetit a verbo גלל, coll. אֶבֶן גָּלָל „lapis *politus*", et جليل *splendens* Apoc. XXI, 11 Erp., id vereor ut recte fecerit. Nam אבן גלל illam vim non habet (v. pag. 287 A), et جليل l. c. est *magnus, illustris,* ut semper, quod l. c. de luce dicitur.

קְלָלָה cstr. קִלְלַת f. *maledictio* (a Pi., unde syr. ܩܘܠܠܐ), inde a) *convicium* 2 Sam. XVI, 12. Prov. XXVII, 14. b) *exsecratio, dirae* (opp. בְּרָכָה Gen. XXVII, 12. Deut. XI, 26. 29. XXIII, 6. XXX, 1. 19).

קִלְלַת חִנָּם Prov. XXVI, 2. Sq. genit. maledicentis Iud. IX, 57, et eius cui maledicitur Gen. XXVII, 13. — Concr. קִלְלַת אֱלֹהִים quem Deus exsecratus est (ein von Gott Verfluchter) Deut. XXI, 23, similiter Zach. VIII, 13: הֱיִיתֶם קְלָלָה בַּגּוֹיִם *eritis maledictioni inter gentes* cf. 2 Reg. XXII, 19. Jer. XXIV, 9. XXV, 18. XXVI, 6. XLII, 18. XLIV, 8. 22. Plur. *dirae* Deut. XXVIII, 15. 45.

קַל f. קַלָּה Jer. II, 23 pl. קַלִּים adj. 1) *levis* Iob. XXIV, 18, inde 2) *celer* cum levitate (Jes. XIX, 1), de currente Am. II, 14. Jer. XLVI, 6. Thren. IV, 19. Eccl. IX, 11, plene קַל בְּרַגְלָיו 2 Sam. II, 18. Am. II, 15. Poët. spec. *equus celer* (*κέλης*) Jes. XXX, 16. Adv. *celeriter* Jes. V, 26. Joël IV, 4. (Aram. קַלִּיל, ܩܠܝܠ levis, celer, sed קְלִיל levis, exiguus. In Indogermanicis convenit *celer* dissimilatione, quam vocant, ortum, gr. *κέλης* cf. Jes. XXX, 16).

קַל m. inf. nominascens, *ignominia, dedecus.* Ita multi intelligunt Jer. III, 9: וְהָיָה מִקֹּל זְנוּתָהּ וַתֶּחֱנַף אֶת־הָאָרֶץ *et ignominiâ scortationis suae polluit* Iuda *terram,* etiam vett. intpp. et Masoretae קַל h. l. ad קָלַל rad. referunt. Sed acquiescere malim in vulgari significatu vocis קֹל i. q. קוֹל, hac sententia: *et famâ scortationis suae* i. e. scortatione sua famosa, infami *polluit terram.*

קַלָּי (fort. pro קַלָּיָה, קַלָּיָהּ *celer Jovae* sc. servus, nuncius) n. pr. viri Neh. XII, 20.

קְלֹקֵל adj. *vilis, vilissimus*, de cibo Num. XXI, 5. Luth. lose Speise. Eiusdem formae est עֲרוֹעֵר a rad. עָרַר. Et hoc quidem supra (p. 1074 A) cum plur. fracto Arabum comparavi, quum ק׳ contra singulare sit: sed haec facile inter se conciliabit, quicunque memor est, pluralia fracta Arabum re vera singularia collectiva esse.

קִיקָלוֹן m. *ἅπ. λεγόμ.* i. q. קָלוֹן *ignominia.* Hab. II, 16: קִיקָלוֹן עַל כְּבוֹדֶךָ, cf. primo commatis membro: שָׂבַעְתָּ קָלוֹן מִכָּבוֹד. Inepte Vulg. *vomitus ignominiae*, ex קִי i. q. קִיא et קָלוֹן, et ita 9 codd., qui divisim scribunt: קִי קָלוֹן. Si modo genuina est vocis scriptura, קִיקָלוֹן dictum erit pro קַלְקָלוֹן *ignominiae* significatu, ut ܓܝܓܠܐ pro ܓܠܓܠܐ rota, ܓܓܘܠܬܐ pro גֻּלְגֹּלֶת cranium (cf. טוֹטָפוֹת a rad. טָפַף al. Lgb. 869): sed gravis mihi suspicio est, litteras קִי non genuinas esse, sed in textum irrepsisse eo librariorum more, quo extrema linea voces inchoatas relinquere, ineunte autem nova integras repetere solebant. Scribebat de mea coniectura librarius קלון scripturus extrema linea, quae integram vocem non capiebat, ק׳, sequente ineunte קלון: unde alius quispiam effecit קיקלון. Cf. de hoc vitiorum fonte p. 64 B. 612 A.

מַקֵּל *baculus*, v. מָקַל.

קָלַס in Kal inusit.

Pi. irrisit. (Syr. chald. laudavit, celebravit, sed chald. etiam *irrisit*, pr. ut videtur, laudavit per ironiam. Ita Schem. rabba s. 27: התחיל לקלסה ואמר לו כמה נאה בריחה *coepit irridere et dixit ei: quam pulchra est fuga tua.* Aeth. transp. ꟾሰለቀ: irrisit. Potest etiam primaria vis in *proclamando* esse, ut קַלֵּס in Targ. ponitur pro קָרָא Gen. XLI, 43 Hieros. Esth. VI, 9. 11, unde et *celebratio* nasci potuit, et *proclamatio irrisoria*, cuius exemplum habes Jes. XXXVI, 8. 9, *carmen irrisorium, dicterium,* מָשָׁל no. 4. Frustra conferunt arab. قلش calcitravit, v. Verschuir. diss. p. 96). Ez. XVI, 31: *non eras instar meretricis* לְקַלֵּס אֶתְנָן *quae irridet mercedi*, quasi iusto minor et vilior sit, ut maior detur. Bene Vulg. fastidio augens pretium. Sequitur comm. 33: contra tu moechis quaestum meretricium dabas.

Hithpa. i. q. Pi. sq. בְּ pers. 2 Reg. II, 23. Ezech. XXII, 5. Hab. I, 10.

קֶלֶס m. *irrisio* Ps. XLIV, 14 (ubi copulatur cum לַעַג). Jer. XX, 8 (cum חֶרְפָּה).

קַלָּסָה f. id. Ez. XXII, 4.

I. קָלַע *fundâ proiecit, funditavit.* (Chald. et syr. id., chald. etiam קְלַק proiecit. Origo fortasse est in *agitando*, coll. arab. قلع huc illuc agitatus est stans vel sedens, non firmiter stetit seditque, vacillavit, قلق vacillavit. Inde esse possit קֶלַע no. 2 *velum.* Apud Castellum in lex. syr. habetur syr. ܐܬܩܠܥ circumactus, rotatus est تدوّر B. B. quod cognatum videri possit. Sed id ipsum incertae auctoritatis est, in lex. Adl. prorsus alia ei significatio tribuitur: قطع amputatus est). Part. קֹלֵעַ funditor Iud. XX, 16. Metaph. ex terra *eiecit* populum Jer. X, 18.

Pi. i. q. Kal no. I. 1 Sam. XVII, 49. XXV, 29.

קֶלַע, in Pausa קָלַע 1 Sam. XXV, 29, c. suff. קַלְעוֹ m. 1) *funda* 1 Sam. XVII, 40. 50. XXV, 29. אַבְנֵי קֶלַע Iob. XLI, 20. Zach. IX, 15, אַבְנֵי קְלָעִים 2 Par. XXVI, 14 lapides fundae. (Chald. קַלְעָא, arab. مِقْلَاع id., قَلَّاعَة glans, lapis, qui funda iacitur).

2) *velum, aulaeum*, tantum in Plur. de aulaeis, quibus atrium tentorii sacri cinctum erat Ex. XXVII, 9 sqq. XXXV, 17. XXXVIII, 9 sqq. Num. III, 26. IV, 26. (Chald. קְלִיעָא, קַלְעָא velum navis, it. aulaeum tentorii et ipsum tentorium, cf. יְרִיעָה, arab. قِلْع, قِلَاعَة velum navis, مُقْلِع velis instructa navis, قلع IV. velificavit, navigavit. Aeth. ቀለዐ: detractum est velum. Origo incerta. Volunt a *plicando* et *plectendo* dictum esse, quod ad *texendi* vim translatum sit, coll. chald. et rabbin.

מַעֲשֵׂה עֲבוֹת i. q. עוֹבֵד קְלִיעָא plexit capillos, קָלַע שְׂעָרָה opus tortile: sed hoc longius petitum. Fortasse est ab *agitando* et motu tremulo, v. ad rad. no. I, ut יְרִיעָה a יָרַע, et quid si hoc ipsum ei de qua quaerimus voci cognatum sit, palatinis et liquidis permutatis? Ad palatinas cf. יָשִׁישׁ ܣܳܒܳܐ senex).

3) 1 Reg. VI, 34 pro קְלָעִים reponendum videtur צְלָעִים *valvae*, ut paullo superius et in cod. Kennicott. no. 150. Cave credas קְלָעִים idem valere quod צְלָעִים (vel צ et ק permutatis, vel ita ut קֶלַע valva a vacillando dicta sit), et lusum verborum in his inesse, qui ab huiusmodi descriptione prorsus alienus fuerit.

קַלָּע m. *funditor* 2 Reg. III, 25.

II. קָלַע *caelavit.* 1 Reg. VI, 29. 32. 35. (Hanc vim habet aethiop. ለክዐ: impressit, obsignavit, cudit monetam, unde ምልክዕ: effigies in numo Mt. XXII, 20).

מִקְלַעַת f. *caelatura, opus caelatum, anaglyphum,* quale in numis est (relief) 1 Reg. VI, 18, pl. VII, 31, מִקְלְעוֹת כְּרוּבִים VI, 29. 32.

קָלַשׁ rad. inusit. fort. i. q. קָמַשׁ punxit (stechen), acutus fuit. Chald. קְלַשׁ est: tenuis, macer fuit. Etiam nos hominem macrum solemus acutum (spitz) appellare. Inde

קִלְּשׁוֹן m. *cuspis, aculeus.* Ita chald. Eccl. XII, 11 Targ. מְתִילִים לְזִקְתִין וּלְקִלְשׁוֹנִין *similia sunt* verba sapientum *stimulis et aculeis.* Inde hebr. שְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן 1 Sam. XIII, 21 de *instrumento* quodam rustico *tres cuspides habente,* probabiliter *furca tridente,* qua foenum, mergites, stercus similesque res prehendere et tractare solent. Est enim שְׁלֹשׁ־קִלְּשׁוֹן pr. *trias cuspidum* s. *dentium:* non autem dicebant vulgarem linguae canonem secuti שְׁלֹשׁ קִלְּשֹׁנִים vel שׁ׳ קִלְּשֹׁנוֹת, quod *tres cuspides* easque separatas non coniunctas significaret, sed nominum fere compositorum more formabant שְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן, quo unum *trium cuspidum instrumentum* indicarent, ut nostr. *Dreyzack*, lat. *tridens.* Habes igitur l. c. primum quoddam nomina composita formandi periculum, quod postea persecuti sunt Syri (v. Agrellii suppl. p. 79), licet etiam hi in compositis (quippe quae a linguarum Semiticarum indole proprie alienae sint) formandis nonnunquam minus dextere versati sint *). — E vett. intpp. Targ. מִצְלַת קִצְרַיָּא דִילָהּ תְּלַת שִׁנִּין *furca fullonum tridens.* Vulg. *tridentes.* Sine sensu, sed ita ut vulgarem scripturam tueatur, Alex. *τρεῖς σίκλοι εἰς τὸν ὀδόντα,* quasi legeretur שְׁלֹשׁ (ש)ק(ל)(ל)שן: litteras, quas uncis inclusimus, bis positas cogitavit interpres. Bene Kimchi: קִלְשׁוֹן שְׁלֹשׁ הַשִּׁינַיִם *furca trium dentium.*

קָמָה rad. inusit., de cuius significatu non constat. Simonis in Onom. confert arab. قمأ „congessit, collegit" Cast., sed reliqua lexx. hanc potestatem nonnisi quintae speciei tribuunt. Inde

קְמוּאֵל n. pr. virorum 1) filii Nahoris Gen. XXII, 21. 2) Num. XXXIV, 24. 3) 1 Par. XXVII, 17.

קָמוֹן v. קוּם.

יְקַמְיָה id. 1) 1 Par. II, 41. 2) III, 18.

יְקַמְעָם id. 1 Par. XXIII, 19. XXIV, 23.

יָקְמְעָם n. pr. oppidi Levitarum in agro Ephraimitarum 1 Reg. IV, 12. 1 Par. VI, 53. Eadem serie Jos. XXI, 22 exstat קִבְצַיִם.

קָמַח rad. inusit. Talm. קְמַח moluit farinam, sed hoc est denom. a קֶמַח. Radici equidem *pinguedinis* et *medullosi* potestatem tribuerim, ut conflata sit e radd. قمأ pinguis fuit, et מָחַח مخّ medullosus fuit, مُخّ medulla, cf. de hac trilitterorum origine s. v. עָקַשׁ p. 1062. *Farina* autem frumenti *pinguedo* (v. חֵלֶב p. 473) et *medulla*, unde chald. מוֹחָא medulla, מֵיחָא farina, *μυελὸς ἀνδρῶν* Hom.

קֶמַח, in Pausa קָמַח Jes. XLVII, 2 m. *farina.* (Chald. קִמְחָא et zab. קמחח id. Arab. قَمْح triticum, unde farina fit, aeth. ቀምሕ: legumina: ex quibus ipsis farina paratur). Iud. VI, 19. 1 Sam. I, 24. XXVIII, 24. 2 Sam. XVII, 28. 1 Reg. V, 2. XVII, 12. 14. 16. 2 Reg. IV, 41. Jes. XLVII, 2. Hos. VIII, 7. קֶמַח שְׂעֹרִים farina hordeacea Num. V, 15, קֶמַח סֹלֶת per appos. farina purissima Gen. XVIII, 6.

קָמַט *comprehendit firmiter,* vic. radd. קָמַץ et קָפַץ. (Chald. id. in Targg. pro hebr. חָמַךְ, לָכַד. Syr. ܩܡܛ id. Ephr. III, 280 E, quae potestas lexicis addenda. Arab. قمط vinxit fune, it. cepit, sumsit). Iob. XVI, 8: תִּקְמְטֵנִי Symm. *κατέδησάς με.*

*) Ut ex. gr. nomina memorem cum numeralibus composita huic, de quo agitur, exemplo similia, dicunt ܬܡܝܢܝܐ ܕܙܘ̈ܝܬܐ *octavus angulorum* pro *octogonus*, octo angulos habens BH. p. 65, ܬܠܝܬܝ ܡ̈ܢܘܢ tertius partium i. e. tripartitus (liber) ibid. p. 2, de qua analogia *tridens* esset ܬܠܝܬܝ ܩܪ̈ܢܐ.

Pu. pass. fortius: *abreptus est.* Iob. XXII, 16: אֲשֶׁר קֻמְּטוּ בְלֹא עֵת *qui abrepti sunt* (morte) *ante tempus.* LXX *συνελήφθησαν.* Targ. אִתְקַטִּילוּ מִן אַרְעָא. Vulg. *sublati sunt.*

קָמַל Jes. XXXIII, 9 et קָמֵל XIX, 6 *flaccuit*, *marcuit* planta, vic. verbo אָמַל. (Syr. ܩܡܠ aegrotavit, infirmatus est, Cast. Arab. قَمِلَ est: pediculosum fuit caput, a قَمْل pediculus hominum et bestiarum, ricinus, ܩܡܠܐ tinea, curculio, chald. transp. קַלְמָא pediculus, idque etiam ad plantas transfertur, unde قَمِلَ nigricans et quasi pediculis obsitus apparuit carduus, unde putant hebr. קָמַל pr. de eo plantarum languore et morbo dici, cuius caussa in pediculorum et aphidum copia quaerenda est. Sed hoc tamen incertum est).

קָמַץ pr. *compressit*, inde *cepit pugillo* Lev. II, 2. V, 12. Num. V, 26. Vic. קָפַץ, ubi vide. Inde

קֹמֶץ m. c. Suff. קֻמְצוֹ 1) *pugillus*, Lev. II, 2. V, 12. VI, 8. — 2) *manipulus*, arab. قُمْزَة. Gen. XLI, 47: לִקְמָצִים *plenis manipulis* h. e. abundanter.

קָמַשׂ rad. inusit. prob. i. q. קָלַשׂ *pupugit*, *laesit* spina. [Frustra arcessunt arab. قمش collegit humi res parvas].

קִמּוֹשׂ Jes. XXXIV, 13, קִימוֹשׂ Hos. IX, 6, pl. קִמְּשֹׂנִים (a קִמְּשׂוֹן) Prov. XXIV, 31 *herba* inutilis et *spinosa*, ut carduus, urtica. *Urticam* reddunt Vulg. Luth., probante Celsio in Hierob. II, 206, *spinas* LXX. Kimchi.

קֵן *nidus*, v. קָנַן.

קָנָא in Kal inusit. Pr. intense rubuit, ut arab. قَنَأَ, unde أَقْنَأُ valde ruber, transfertur ad vehementiores animi perturbationes, quibus facies rubore suffunditur, max. iram, zelotypiam, amorem vehementem, unde ቀንአ: vehementi amore et ira commotus est, zelotypus fuit cf. aeg. ϪⲞⲤ aemulari, invidere, ϪⲀⲤ flamma. Inde

Pi. קִנֵּא 1) *zelotypus fuit* (a rubore, quo facies suffunditur), sq. acc. uxoris Num. V, 14, sq. בְּ mulieris aemulae Gen. XXX, 1. Causat. i. q. Hiph. *zelotypiam* et *iram* alicuius *concitavit*, sq. בְּ aliqua re Deut. XXXII, 21. 1 Reg. XIV, 22. Inde

2) *invidit* alicui, sq. בְּ pers. Gen. XXXVII, 11. Ps. XXXVII, 1. LXXIII, 3. Prov. XXIII, 17. XXIV, 1. 19, sq. acc. Gen. XXVI, 14. Jes. XI, 13. Ezech. XXXI, 9, sq. לְ Ps. CVI, 16.

3) *ardenti studio* alicuius hominis vel rei *flagravit* (ζηλόω) a) sq. לְ causam alic. studiose defendit (eifern für jem.) Num. XXV, 11. 13. 2 Sam. XXI, 2. 1 Reg. XIX, 10. Ez. XXXIX, 25. Joël II, 18. Zach. I, 14. VIII, 2: קִנֵּאתִי לְצִיּוֹן קִנְאָה גְדוֹלָה וְחֵמָה גְדוֹלָה קִנֵּאתִי לָהּ *flagro magno studio Zionis et magna ira causam eius ago.* Ut priore membro dicitur קִנֵּא קִנְאָה *ζηλόω ζῆλον*, ita posteriore קִנֵּא חֵמָה, quum קִנְאָה et חֵמָה similem potestatem habeant. Num. XI, 29: הַמְקַנֵּא אַתָּה לִי *tunc causae meae defensor es?* b) *aemulatus est* aliquem, alicui, sq. בְּ Prov. III, 31. (Chald. קַנֵּי i. q. hebr. sq. בְּ invidit, sq. לְ studiose defendit).

Hiph. causat. *zelotypiam* alic. *concitavit* (v. Pi. no. 1), sq. בְּ aliqua re Deut. XXXII, 16. 21. Ps. LXXVIII, 58. — Eodem referunt part. מַקְנֶה (3 codd. מַקְנֵא) Ezech. VIII, 3 pro מַקְנִיא zelotypiam s. iram concitans. Propheta abripitur in locum quendam templi, אֲשֶׁר שָׁם מוֹשַׁב סֵמֶל הַקִּנְאָה הַמַּקְנֶה *ubi erat statio* ubi stabat *imago irae iram* divinam *provocans.* Intellige cum Hieronymo statuam idoli, fortasse Baalis, in templo collocatam. [מוֹשָׁב est *locus standi*, Hebraeis enim *sedere* dicuntur, quae nos stare dicimus (v. יָשַׁב no. 1, i): nisi fortasse statuendum est, statuam Baalis *sedentem* fuisse, ut Jovis Olympii et *Baalis Tarsensis* in nummis Tarsi, v. monumm. Phoen. tab. 36]. Targ. דְּהָתַם מוֹתַב צְלֵם קִנְאֲתָא דְמַרְגְּזִין *ubi posita erat imago irae, qua ad iram provocant* deum, cf. ad רָגַז. Sed LXX apud Theodoretum: *οὗ ἦν ἡ στήλη τῆς εἰκόνος τοῦ ζήλου τοῦ κτωμένου*, מַקְנֶה referens ad קָנָה *κτᾶσθαι.* E recentioribus ita Coccejus, qui מַקְנֶה interpretatur: *vendens* s. *quae vendidit* sc. Israëlem hostibus, ceu mancipium in hostium potestatem tradidit q. d. מֹכֵר יִשְׂרָאֵל בְּיַד אֹיְבָיו, ita ut lusus verborum sit in קִנְאָה et מַקְנֶה. Non displicet haec ratio, quum *vendendi* potesta. in הִקְנָה etiam loco Zach. XIII, 5 commendetur, et vulgari interpretationi certior tutiorque sit.

קְנָא chald. v. קְנָה.

קַנָּא m. *zelotypus*, ubique de Jova socii impatiente, idololatriae ultore severo Ex. XX, 5. XXXIV, 14. Deut. IV, 24. V, 9. VI, 15. LXX *ζηλωτής*, semel *ζηλωτός*. (Chald. קַנָּא et קַנְאָן id.).

קַנּוֹא id. Jos. XXIV, 19, it. *indignabundus* in hostes Nah. I, 2.

קִנְאָה f. 1) *zelotypia*, ut mariti Prov. VI, 34. XXVII, 4, Dei idolis provocata Ez. VIII, 3, populorum aemulorum Jes. XI, 13. Pl. Num. V, 29, מִנְחַת קְנָאֹת sacrificium zelotypiae ib. 15. 18. 25. Inde *invidia* Eccl. IX, 6, meton. de obiecto eius IV, 4. — 2) *studium ardens* (ζῆλος) in aliquem, *amor ardens*, coniugum et amantium Cant. VIII, 6, Dei erga populum Zach. I, 14. Jes. IX, 6: קִנְאַת יְיָ צְבָאוֹת *studium Jovae exercituum* in

populum. Jes. XXXVII, 32, et c. genit. obj. קִנְאַת עָם *studium* Jovae *in populum* Jes. XXVI, 11, piorum in Deum et quae Deo sacra sunt 2 Reg. X, 16: קִנְאָתִי לַיהוָה. Ps. LXIX, 10: קִנְאַת בֵּיתְךָ. Sed saepius 3) in malam partem: *ira*, *indignatio*, quo sensu copulatur cum synn. חֵמָה Ez. V, 13. XVI, 38. XXXVI, 6, עֶבְרָה XXXVIII, 19, אַף XXXV, 11. Deut. XXIX, 19, opp. מַרְפֵּא Prov. XIV, 30. Ei tribuitur ignis (אֵשׁ קִנְאָה Ez. XXXVI, 5) isque comedens Zeph. I, 18. III, 8, fumans Deut. XXIX, 19, cf. Ps. LXXIX, 5: תִּבְעַר כְּמוֹ אֵשׁ קִנְאָתֶךָ. Dicitur de indignatione Dei Num. XXV, 11. Ez. XVI, 42. XXIII, 25. Jes. LIX, 17 (parall. vindicta), iracundia et stomacho hominum Ps. CXIX, 139. Iob. V, 2 (parall. כַּעַשׂ).

קָנָה fut. יִקְנֶה conv. וַיִּקֶן pr., ut videtur, rexit, erexit, statuit (richten, aufrichten) vic. verbis קוּן et כּוּן (arab. اقنن et اقنان stetit erectus), inde

1) *fundavit, creavit* pr. stitit. (Arab. قنا id. Kamus p. 1937: قناه الله خلقه). Gen. XIV, 19: *deo supremo* קֹנֵה שָׁמַיִם וָאָרֶץ LXX ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Comm. 22. Deut. XXXII, 6: אָבִיךָ קָּנֶךָ *pater tuus* qui *te creavit*. Ps. CXXXIX, 13: אַתָּה קָנִיתָ כִלְיֹתָי *tu creasti renes meos*. Prov. VIII, 22: יְהוָה קָנָנִי רֵאשִׁית דַּרְכּוֹ *Jova creavit me* sapientiam ut *primitias operum eius*. LXX ἔκτισέ με. Targ. et Pesch. utuntur verbo ܒܪܐ בְּרָא. Cf. קִנְיָן no. 1.

2) *acquisivit* aliquid. (Arab. قنا et قنى id. spec. de acquisitione peculii, opum, pecoris v. Schult. ad Iob. I, 3, inde قنى et Conj. VIII. dives fuit pecore, cf. מִקְנֶה. Syr. ܩܢܐ id.). V. c. mulierem uxorem Ruth IV, 9. 10: וְגַם אֶת־רוּת ... קָנִיתִי לִי לְאִשָּׁה, sapientiam, intellectum Prov. IV, 7. XV, 32. XVI, 16. XVII, 16. XIX, 8, Deus montem sacrum (eum expugnando) Ps. LXXVIII, 54, populum Israëliticum Ex. XV, 16. Ps. LXXIV, 2 (instar peculii). — Gen. IV, 1: קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְ׳ *acquisivi* nacta sum *marem iuvante Jova* i. e. peperi puerum. Sed maxime

3) dato pretio *acquisivit*, *emit* (cf. lat. *conciliare* pro emere Ter. Eun. 4, 4, 21 ibique Ruhnk. nostr. sich anschaffen, vulg. sich schaffen) Gen. XXV, 10. XLVII, 19. 22. XLIX, 30. L, 13. Ex. XXI, 2. 2 Sam. XII, 3. 1 Par. XXI, 24. Eccl. II, 7, קָנָה לוֹ emit sibi Jer. XIII, 1. 4. XXXII, 7 sqq. addito בְּכֶסֶף Jes. XLIII, 24, sq. מֵאֵת Lev. XXVII, 24, מִיַּד XXV, 14, מֵעִם 2 Sam. XXIV, 21 eius *a* quo emitur. Metaph. emit veritatem Prov. XXIII, 23. Part. קֹנֶה emtor Prov. XX, 14. Ez. VII, 12, opp. מֹכֵר Jes. XXIV, 2. Spec. *redemit* velut ex captivitate Deut. XXVIII, 68 (ubi male LXX. Vulg. et non erit emtor, imo: redemtor). Neh. V, 8. Jes. XI, 11. Qui emit rem, eam possidet, inde

4) *possedit*. (Syr. ܩܢܐ, aeth. ቀነየ: possedit, dominus fuit. Arab. اقتنى possedit, deest ap. Freyt., sed in dial. vulg. frequentatur, v. etiam N. T. locos apud Cast. Aeth. ተቀነየ: pr. possessus est ab aliquo, inde: serviit alicui, servus fuit i. q. עָבַד). Part. קֹנֶה possessor, dominus, ut domus Lev. XXV, 30, gregis Zach. XI, 5, bovis (parall. בַּעַל) Jes. I, 3. Cf. מִקְנֶה.

Niph. *emtus est* Jer. XXXII, 15. 43.

Hiph. emendum s. possidendum dedit i. e. *vendidit*. Zach. XIII, 5: אָדָם הִקְנַנִי *vendidit me aliquis* ut mancipium (cf. Am. VIII, 6. Eccl. II, 7). Emendi enim verba in conjj. transitivis *vendendi* vim induunt, ut זְבַן ܙܒܢ emit, זַבֵּן ܙܰܒܶܢ vendidit. Superiores intpp. vel *emendi* vim etiam in Hi. retinuerunt vel alias coniecturas excogitarunt (v. Rosenm. Maur.): sed illud et linguae rationibus et contextui accommodatissimum. — De part. מִקְנֶה Ez. VIII, 3, quod eandem *vendendi* significationem habere videtur, v. קָנָא Hi.

קְנָא chald. *emit* i. q. hebr. no. 3. Esr. VII, 17.

קָנֶה m. *canna*, *arundo*. (Chald. קְנֵה, קְנֵי, קַנְיָא, syr. ܩܢܝܐ, ܩܢܐ id. Arab. قناة id. et hasta, baculus rectus. Gr. κάνη, κάννη, κάννα arundo, it. κανών pertica recta, regula, fort. κάνναβις, lat. *canna* [Rohr, Röhre], unde *canalis* pr. röhrenförmig, *canon*, quo iam lat. med. de tormentis utebantur. Origo esse videtur in *statu recto*, v. rad.). De arundine fluviali et palustri 1 Reg. XIV, 15. Iob. XL, 21. Jes. XIX, 6. XXXV, 7. Ps. LXVIII, 31 (ubi *bestia arundinis* est crocodilus), de *calamo odorato* in India crescente (Plin. 12 s. 48, arab. قصب الذريرة et simpl. ذريرة Salmas. homon. hyles iatr. c. 86. 87, Acorus calamus Linn. nostr. *Calmus*) Jes. XLIII, 24. Ez. XXVII, 19. Cant. IV, 14, plene קְנֵה בֹשֶׂם Ex. XXX, 23 et קָנֶה הַטּוֹב Jer. VI, 20; de *arundine sativa* (gr. δόναξ Theophr. Diosc., arundo donax Linn., nostr. spanisches Rohr), quae admodum procera (ὀργυιαῖος Aelian. h. a. 12, 43. 15, 1) tum baculis (מִשְׁעֶנֶת הַקָּנֶה Ez. XXIX, 6. Jes. XXXVI, 6 cf. קָנֶה רָצוּץ XLII, 3, it. Mt. XXVII, 29. 30. Mc. XV, 19) tum perticis mensoriis adhibebatur. Vide de his arundinis generibus Celsium in Hierob. II, 312 sqq. Inde a) *pertica mensoria*, κανών, plene קְנֵה הַמִּדָּה XL, 3. 5. XLII, 16—19, quae *sex ulnas* easque maiores (אַמָּה וָטֹפַח, v. אַמָּה) longa erat, itaque *sex ulnarum* (cum sex palmis) *mensura* Ez. XL, 5—8. XLI, 8. pl. XLII, 16—19. (Ita gr. κάλαμος est $6\frac{2}{3}$ ulnarum mensura, arab. قصب arundo in Aegypto est certa mensura, v. Jomard in descr. de l'Égypte VII, 262. 505 sqq.). A similitudine arundinis ita dicitur b) *calamus* s. *culmus* frugum gr. κάλαμος, καλάμη, Gen. XLI, 5. 22. c) *os* superioris *brachii* cf. germ. Arm*röhre* Iob. XXXI, 22 (arab. قصب arundo, it. os medullam continens); d) *scapus*

candelabri Ex. XXV, 31. XXXVII, 17. e) *iugum staterae*, gr. *κανών* Jes. XLVI, 6. f) pl. קָנִים *canales* (die Röhren) s. brachia candelabri sacri lucernas gestantia Exod. XXV, 32. 33. 35. XXXVII, 18, c. suff. קְנוֹתָם XXV, 36. XXXVII, 22. (Arab. قَنَاةٌ canalis, it. قَصَبٌ arundo, canalis aquae).

קָנָה (locus *arundinis* cf. *Κανᾶ* Jo. IV, 46) n. pr. 1) rivi in confiniis Ephraimitarum et Manassitarum Jos. XVI, 8. XVII, 9. — 2) oppidi Aseritarum Jos. XIX, 28.

קִנְיָן m. 1) *creatura* (lat. eccl.), *animal creatum.* Ps. CIV, 24. LXX *κτίσις*. (Ita chald. קִנְיָן Gen. XIV, 19 Targ.). — 2) *acquisitio*, *emtio* Lev. XXII, 11. Prov. IV, 7. — 3) *possessio*, *opes* Gen. XXXVI, 6. Ps. CV, 21. מִקְנֵה וְקִנְיָן greges et (reliquae) opes Gen. XXXIV, 23. Ez. XXXVIII, 12. 13. (Arab. قِنْيَانٌ et قُنْيَانٌ acquisitio, مال قنيان pecus acquisitum).

קְנָת (possessio) n. pr. oppidi Auranitidis prope Bostram siti Num. XXXII, 42 (ubi nonnullae editt. male קְנַת) 1 Par. II, 23, gr. *Κανάθα* Jos. b. j. 1, 19 §. 2. Steph. Byz. Ptol. 5, 15, et *Κανωθά* Wessel. itin. p. 723, in numis *Κανώθ* (*Κανατηνοι*) Eckhel d. n. III, 347, hodie قنوات Burckhardti itin. Syr. I, 157. 504 ed. germ.

מִקְנֶה cstr. מִקְנֵה c. suff. מִקְנְךָ Gen. XXX, 29, מִקְנֵהוּ XXXI, 18. XXXIV, 5, מִקְנֵנוּ Ex. X, 26, et tertia radicali ה (vel potius י) servata (gr. §. 90 extr.), מִקְנֶיךָ (pecus tuum, c. verbo sing.), מִקְנַי (pecus meum) Ex. XVII, 3. Num. XX, 19, sed c. verbo pl. (מִקְנֵיהֶם רַבּוּ greges eorum numerosi sunt) 1 Par. V, 9 et ubi suffixum refertur ad plures, signif. pl. v. c. מִקְנֵיכֶם greges vestri 2 Reg. III, 17. Jos. I, 14, מִקְנֵיהֶם greges eorum Gen. XXXVI, 7. XLVI, 6. XLVII, 17. Iud. VI, 5, הֲמוֹן מִקְנֵיהֶם (multitudo gregum eorum) Jer. XLIX, 32 m. (sed semel f. Ex. XXXIV, 19 pr. acquisitio), inde

1) *emtio*, concr. *emtum.* Gen. XLIX, 32.

2) possessio, opes, sed ubique de *pecore*, in quo solo cernuntur opes nomadum (cf. gr. *κτῆνος* pecus pr. i. q. *κτῆμα*, *ὄϊς* i. q. *ovis* et lat. *ops*, unde opilio, pl. *opes*, arab. مال opes spec. oves cf. gr. *μῆλα* dor. *μᾶλα*, syr. ܢܶܩܢܶܐ opes et oves, germ. *das Gut* in Holsatia de gregibus v. Voss. ad Virg. Ecl. 10, 19. Jaubert voyage en Arménie et en Perse. p. 91. Zab. ܨܐܢܐ grex Cod. N. II, 8, lin. 18). Gen. XIII, 2. 7. XXIX, 7. XXX, 29. XXXI, 9. XXXIV, 5. Ex. IX, 4. 6. X, 26. Num. XXXII, 16. Jes. XXX, 23 al. מִקְנֶה רַב pecus multum Deut. III, 19. Jos. XXII, 8. קוֹל מִקְנֶה vox (balatus, mugitus) pecoris Jer. IX, 9. אַנְשֵׁי מ׳ viri pecuarii Gen. XLVI, 32. 34, שָׂרֵי מ׳ praefecti pecoris XLVII, 6. אֶרֶץ מ׳ terra pecori pascendo idonea Num. XXXII, 1. 4. Proprie *ovillum* et *bovillum* pecus comprehendit, exclusis iumentis. Gen. XXVI, 14: מִקְנֵה צֹאן וּמִקְנֵה בָקָר *pecus ovillum* (cum caprino) *et bovillum.* XLVII, 17: *et Josephus iis frumentum dedit* בַּסּוּסִים וּבְמִקְנֵה הַצֹּאן וּבְמִקְנֵה הַבָּקָר וּבַחֲמֹרִים *pro equis et pro pecore ovillo et pro pecore bovillo et pro asinis.* Eccl. II, 7. 2 Par. XXXII, 29. Vide etiam Gen. XXXVI, 6. Num. XXXI, 9. XXXII, 26, ubi בְּהֵמָה (iumenta) distinguitur a מִקְנֶה. Aliquoties tamen etiam iumenta complectitur. Gen. XLVII, 18 מִקְנֵה הַבְּהֵמָה ita ponitur, ut hac una locutione comprehendantur pecus et iumenta Comm. 17 sigillatim enumerata. 1 Par. V, 21: *et abduxerunt greges eorum* (מִקְנֵיהֶם) *camelos ... oves ... asinos.* Iob. I, 3. Utroque hoc loco (1 Par. et Iob.) pecoris mentioni adiunguntur etiam *servi*, *mancipia* (עֲבֻדָּה, נֶפֶשׁ אָדָם), sed haec non amplius pendent a מִקְנֶה: neque audiendus est Böttcherus (pericc. exeg. p. 71. 72), qui מִקְנֶה ad *humana* quoque *mancipia* patere volebat, laudatis praeter Iob. I, 3. XXXVI, 33 (qui quidem locus obscurissimus novae significationi probandae parum idoneus est) his locis, quos adscribere placet. Unus est Ex. XII, 38: וְצֹאן וּבָקָר מִקְנֶה כָּבֵד מְאֹד i. e. *et oves et armenta*, *pecus admodum numerosum*, quod posterius nihil novi addit: si מִקְנֶה esset i. q. עֲבֻדָּה, Vav copulativum deesse non posset. Alter Num. XXXI, 9: *et abduxerunt Israëlitae mulieres et parvulos Midianitarum* וְאֵת כָּל־בְּהֶמְתָּם וְאֶת־כָּל־מִקְנֵיהֶם *et omniae iumenta eorum* (camelos, asinos) *et omnes greges eorum*, ubi מ׳ distinctum ab armentis, *pecoris* potestatem habet sibi propriam. Et eodem modo iudicandus est tertius XXXII, 26, coll. etiam Gen. XXXVI, 6.

מִקְנָה f. praecedentis, pr. acquisitio, 1) *emtio*. Lev. XXVII, 22. סֵפֶר הַמִּקְנָה libellus pactae emtionis Jer. XXXII, 11 sqq. Inde a) concr. *res emta*, אִישׁ מִקְנַת כָּסֶף Ex. XII, 44 et omisso אִישׁ Gen. XVII, 12. 13. 23. 27 de servo *ἀργυρωνήτῳ* (Judith IV, 10), opp. vernae (יְלִיד בַּיִת). (Arabes ita distinguunt عبد مملكة servum recens emtum, et عبد قِنّ vernam). b) pretium emtionis Lev. XXV, 16. 51. — 2) *possessio* Gen. XXIII, 18.

קָנַז rad. inusit, fort. i. q. قنص venatus est, unde قَنَّاز, قَانِز venator.

קְנַז (venatus) n. pr. 1) viri Idumaei Esavitae et tractus Arabiae a posteris eius habitati Gen. XXXVI, 11. 15. 42. — 2) patris (vel avi) Othnieli iudicis, fratris Calebi Jos. XV, 13. Iud. I, 13. 1 Par. IV, 13. V. קְנִזִּי no. 2 et quae de ll. cc. disputat Studerus ad Iud. l. c. — 3) nepotis Calebi. ibid. V. 15.

קְנִזִּי (venator) n. pr. 1) gentis Cananaeae, de cuius sedibus non constat Gen. XV, 19. LXX *Κενεζαῖος*. Vulg. Cenezaeus. — 2) patron. voc. קְנַז no. 2. Num. XXXII, 12. Jos. XIV, 6.

קָנַם rad. inusit. et dubia. Arab. قنم est: graviter oluit, idque tamen de odore foedo et rancido olei nucumque, unde קִנָּמוֹן duci non potest. Fortasse, pariter atque קָנָה, קוּן, קָנַן *erigendi statusque erecti* vim habebat, unde קִנָּמוֹן cinnamomum (formae זִכָּרוֹן) proprie i. q. קָנֶה canna, calamus; cinnamomum enim constat cortice interiore s. libro arboris lauro similis, qui convolvi et *cannae* s. fistulae speciem prae se ferre solet, unde lat. med. *cannella*, gall. et ital. *canella*, *canelle* appellatur. Eiusdem originis esse videtur a) syr. ܩܢܘܡܐ pr. ὑπόστασις (Bestand, Wirklichkeit), dein: persona, ipse, arab. قنوم, أقنوم, sam. ipse, quae omnia a *stando* proficiscuntur; et b) n mutato in l: قلم κάλαμος, *calamus*, *culmus*. In lex. man. radicem statui קָנָה, unde קָנֶם i. q. קָנֶה canna, קִנָּמוֹן cannae similis (röhrenförmig), ut lat. *canalis*: sed huic obstare videtur, *α*) quod nomina formae קָנֶם a כָּה cum מ formativo non exstant; *β*) quod ם־ formativum Kamez habiturum esset impurum, quum contra st. cstr. sit קִנְּמָן־.

קִנָּמוֹן cstr. קִנְּמָן־ Ex. XXX, 23 (cf. הֲמֹנָם Ez. V, 7 pro הֲמֹנְכֶם) m. i. q. gr. κίνναμον, κιννάμωμον, lat. *cinnamum*, *cinnamomum*, aroma notissimum Cant. IV, 14, in Arabia felice (Diod. 2, 49. 3, 46. Theophr. h. pl. 9, 4) et in India (Strabo 15 p. 695 Casaub.) proveniens, suffitui (Prov. VII, 17) potissimum et unguentis (Exod. l. c.) adhibitum, v. Celsii Hierob. II, 351. Salmas. homon. hyles iatr. c. 94. Syr. et chald. ܩܘܢܡܐ, קִינְמָא, aeth. ቀናንሞ: et ቀንሞን: Phoeniciam ideoque Semiticam voci graecae originem tribuit Herod. 3, 111: ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορέειν ταῦτα τὰ κάρφεα, τὰ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες κιννάμωμον καλέομεν. De origine v. supra ad rad.

קָנַן rad. in Kal inusit. pr. *exstruxit*, *aedificavit*, vic. radd. קָנָה, קוּן it. קָנַם. Inde קֵן nidus, a quo est denom. in

Pi. קִנֵּן nidum fecit, *nidificavit*, *nidulata est* avis Ps. CIV, 17. Jer. XLVIII, 28. Ez. XXXI, 6, serpens Jes. XXXIV, 15, cf. Boch. Hieroz. III, 201. 202. (Syr. ܐܩܢ id.). — *Pu.* id. ut lat. *nidulatus est* Jer. XXII, 23.

קֵן cstr. קַן־ Deut. XXII, 6, c. suff. קִנּוֹ 1) *nidus* (syr. ܩܢܐ id. cf. arab. قنة, nidus, latibulum avis). Jes. X, 14. Ps. LXXXIV, 4. Prov. XXVII, 8, meton. de pullis in nido sedentibus Deut. XXXII, 11. Jes. XVI, 2 (cf. nidi loquaces Virg. Aen. 12, 475). — 2) metaph. *habitatio* max. alta instar nidi aquilini (Iob. XXXIX, 27) Num. XXIV, 21. Jer. XLIX, 16. Obad. 4. Hab. II, 9, vel grata et commoda Iob. XXIX, 18 (nidum servas Hor. epist. I, 10, 6, arab. وجار ... نجار stirps et nidus, de patria sede Har. 6, 256 Sch., *patres nostri adoleverunt* في عش متوحد *uno in nido* vit. Tim. II, 224, adde Bochartum l. c.). — Plur. קִנִּים cellae, cellulae (arcae Noachicae), variis animantium generibus excipiendis destinatae Gen. VI, 14.

קָנַץ rad. inusit. et dubia. Arab. قنص (cf. קָנָה) venando cepit, قنص venatoris praeda, مقنص (quae vox deest ap. Freyt.) laqueus Prov. IX, 18. XI, 8. Rom. XI, 9. Inde recentiores nonnulli (Schult. J. D. Mich. et nuper Ewaldus, Hirzelius) ductum voluerunt

קֶנֶץ pl. cstr. קִנְצֵי, Iob. XVIII, 2: עַד אָנָה תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין hac sententia: *quousque ponetis laqueos verbis?* i. e. quamdiu verba venaberis et sectaberis utut inania, et in illis disputandi et obloquendi occasionem quaeres? „Wie lange wollt ihr nach Worten jagen?" Sed aliam rationem secuti sunt antiquiores interpretes. His קִנְצֵי ex noto Aramaismo dictum est pro קִצֵּי, קִצִּים (de st. cstr. ante praep. v. gr. §. 114, 1) *fines*, *termini*, in hanc sententiam: *quousque* dum *finem imponetis verbis?* i. e. quando finem impones verbis tuis inanibus? LXX μέχρις οὗ οὐ παύσῃ; Vulg. usque ad quem finem verba iactabitis? Targ. עַד אֵימַת תְּשַׁוּוּן הַרְפַּכְתֵּי לְמִלַּיָּא *quousque* donec *terminos ponetis verbis?* et sic Saad. ms. حتى ما تجعلون حدًا للكلام. M. Gekatilia ms. الى اين تجعلون انقضا للكلام. Schol. ad Saad. קנצי מתל קצה والنون تفخيما (Nun crassioris pronunciationis est). Abulw. v. קצץ: ومنه عندي عد אנה תשימון קנצי למלין النون فيه عوض من احد المثلين ومن الدليل على ذلك انه جواب عن قول ايوب הקץ לדברי רוח *et inde de mea sententia est* קִנְצֵי Iob. XVIII, 2, *cuius Nun est compensatio unius ex litteris geminatis: eiusque rei argumentum ex eo petere licet, quod his verbis respondetur ad verba Iobi* (XVI, 3): הֲקֵץ לְדִבְרֵי רוּחַ. Atque in hac veterum sententia nos etiam standum atque dubitationibus nuper (v. Hirz. ad Iob. l. c.) motis ita occurrendum censemus. a) Dicunt עַד־אָנָה *quousque?* nullo modo posse *quando?* reddi. Possunt vero adeoque debent ita accipi synn. עַד־מָה, עַד מָתַי, quae elliptice dicuntur pro: *quousque* dum, his quidem locis, Num. XXIV, 22: עַד מָה אַשּׁוּר תִּשְׁבֶּךָּ *quousque* dum *Assyria captivum te abducet?* i. e. quando te abducet? maxime Dan. XII, 6: עַד מָתַי קֵץ הַפְּלָאוֹת *quousque* dum *exitum habebunt miracula* illa? i. e. *quando* exitum habebunt? Ita etiam particulae latinae, quae proprie referuntur ad *tempus usque ad* terminum (quamdiu, quoad dum) vel *a termino* etiam de ipso termino *a quo* et *ad quem* usurpantur. De termino *a quo* Plaut. Capt. 5, 3, 3: *quamdiu* quod *id factum est?* wie lange ist's dass *dieses geschehen ist?* i. q. quando hoc factum est? De termino *ad quem*, ut in exemplis Hebraeis, *quoad* pr. i. q. *quamdiu* (interrog.) Ter. Phorm. 1, 2, 98: quoad expectatis?, et *tamdiu* (wie lange? so lange), dein i. e. *tamdiu donec* (so lange bis = bis, v. c. ferrum usque eo retinuit, *quoad* (i. e. donec, dum)

renunciatum est, vicisse Boeotios Nep., *quoad* dedita nox est, caedes tota urbe passim factae Liv. 26, 46. Caes. b. gall. 5, 17: adde *dum*, et hebr. עַד B, 1. 2. — Occurrunt b) hanc pluralis numeri formam ἅπ. λεγομένην esse, quum usitata in st. cstr. forma sit קְצוֹת, omnemque pluralis numeri usum in hac voce insoliti quid habere. Prius leve est et magis insolita est rad. קנץ, contra vestigium formae aramaeae cum Nun inserto offert nasor. ܩܢܨܐ i. q. קִנְצָא, קֵץ finis: ad posterius respondendum est, profecto non minus bene dici *fines*, *terminos* ponere verbis, quam *finem* imponere. Praeterea reputentur haec: c) שׂוּם קֵץ לְ finem imponere rei, esse locutionem in eodem hoc carmine (XXVIII, 3) obviam; d) eam, quam Michaëlis praeivit sententiam, ex verbis Hebraeis non recte elici. Nam *laqueos ponere verbis* recte quidem explicaveris *insidiari verbis alterius*, sed nonnisi quaesite et ad libidinem interpretatus fueris *venari verba* (nach Worten jagen) i. e. sectari, avide quaerere, captare verba eaque inania, q. d. רֹדֵף דִּבְרֵי רוּחַ (cf. מְרַדֵּף אֲמָרִים Prov. XIX, 7) vel רֹעֶה רוּחַ Hos. XII, 2. Denique e) sententia ista non satis convenit cum sequentibus: *sapite, dein loquemur*, multoque melius se excipiunt haec: *quando tandem tacebis? disce sapere, dein verba facere perge*. Bene Abulw. observat, hoc hemistichium respondere verbis Iobi XVI, 3, cf. alios locos, quibus Iobum tacere iubent adversarii VIII, 2. XI, 2. 3. Ad formam sermonis cf. Dan. XII, 6.

קָסַם fut. יִקְסֹם *divinavit*, *hariolatus est*. (Chald. קְסַם, syr. ܩܣܡ id. BH. 68. Ephr. II pag. 450 A. Nasor. ܩܘܣܡܐ hariolus). De tribus divinandi modis apud veteres Semitas agit locus singularis Ez. XXI, 26: *stat Babyloniae rex in bivio, viarum divortio*, לִקְסָם קָסֶם *ad divinandum, agitat sagittas, consulit Teraphim, iecur inspicit*. 27: *in dextera sua tenet sortem* cui inscriptum *Hierosolyma* (הַקֶּסֶם יְרוּשָׁלַםִ). Horum primus atque praecipuus est is, qui *sagittis*, iisque nec pennis nec spiculis instructis, fiebat, βελομαντία Graecorum. Hieronymus ad h. l. „ritu gentis suae oraculum consulet, ut mittat sagittas suas in pharetram et commisceat eas inscriptas sive signatas nominibus singulorum, ut videat, cuius sagitta exeat et quam prius civitatem debeat oppugnare. Hanc autem Graeci βελομαντίαν sive ῥαβδομαντίαν nominant." Prae ceteris gentibus hoc sortilegii genere uti solebant Arabes (cf. Cor. 3, 39. 5, 4), apud quos duplex eius species erat, una quae partitionibus potissimum adhibita est (الميسر, استقسم), altera quae *divinationi* inserviebat (الأزلام). Et huius quidem hic fuisse perhibetur modus. „Quum esset alicui vel suscipiendum iter vel ducenda uxor vel aliud magni momenti negotium peragendum, sagittas, quas tres vasculo inclusas habebant, consulere solebant. Earum primae inscriptum erat امرني ربي *iussit me dominus meus*, secundae نهاني ربي *prohibuit me dominus meus*, tertia autem غفل *nulla nota insignis* erat. Harum unam manu extrahenti si occurreret illa quae iuberet, alacri animo, tanquam monente deo, pergere, sin illa quae vetaret, desistere, quodsi ἀγράμματος illa, reponere, donec prodiret quae vel iussu praeiret vel interdicto occurreret." Pococke spec. p. 327, qui universam huius ritus rationem ex Arabum monumentis describit p. 323—30, cf. Clodium de magia sagittarum in thes. theol. phil. I, 871 sqq. B. Mich. in Pott syll. comment. II, p. 113 *). Non aliud autem divinationis et sortilegii genus primitus designat verbum קָסַם. Origo eius est in *dividendo* et *partiendo*, ut arab. قسم divisit, partitus est. Quod quum sortiendo plerumque fieri soleret (cf. גּוֹרָל, חֵלֶק), ק׳ usurpatum est de sortilegio sagittarum in partitionibus adhibito (cf. arab. استقسم sortilegio spec. sagittarum usus est in partiendo), dein de eo etiam sortilegio, quod divinandi causa institutum est, cf. አስተቀሰመ: divinavit sagittis, et univ. divinavit, hariolatus est, Lud. 201.

Praeter Ez. l. c. ubique dr. de divinationibus pseudoprophetarum et hariolorum Deut. XVIII, 10. 14. Mich. III, 6. 7. 11, eorum qui manes evocant 1 Sam. XXVIII, 8, vatumque peregrinorum Jos. XIII, 22. 1 Sam. VI, 2. Constr. sq. acc. rei קָסַם קֶסֶם 2 Reg. XVII, 17. Ez. XIII, 23. XXI, 26, קֹסֵם כָּזָב ib. XIII, 9. XXI, 28, sq. dat. pers. 1 Sam. XXVIII, 8, sq. acc. rei et dat. pers. Ez. XXI, 34. XXII, 28. Part. קֹסֵם *divinator, hariolus* isque proprie *sortilegus* 1 Sam. VI, 2. Jes. III, 2. XLIV, 25. Jer. XXVII, 9. XXIX, 8. Zach. X, 2. LXX paene ubique μάντις, μαντεύω.

קֶסֶם m. 1) *sors* Ez. XXI, 27, v. ad rad. 2) *sortilegium*, inde *divinatio*, *oraculum* idque tamen superstitiosum Num. XXIII, 23. 1 Sam. XV, 23. Jer. XIV, 14. Ez. XIII, 6. 23, pl. Deut. XVIII, 10. 2 Reg. XVII, 17. Meton. divinandi praemium Num. XXII, 7 (cf. בְּשֹׂרָה). — 3) Semel in bonam partem *oraculum* Prov. XVI, 10.

מִקְסָם m. *divinatio*. Cstr. מִקְסַם כָּזָב Ez. XIII, 7, מ׳ חָלָק XII, 24.

קָסַס in Kal inusit. i. q. קָצַץ abscidit, amputavit. *Po.* קוֹסֵס abscidit (fructus) Ez. XVII, 9.

קֶסֶת phiala, v. rad. קָשָׂה.

---

*) Praeter Arabes idem divinandi modus, *Ta cua*, *Pa cua* dictus, late regnat apud Sinenses aliosque Tataros, v. du Halde Beschr. des chin. Reiches III §. 100.

קָעַל rad. inusit., unde

קְעִילָה n. pr. (prob. i. q. قَلْعَة arx) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 44. 1 Sam. XXIII, 1. 1 Par. IV, 19. Neh. III, 17. 18, Josepho (Ant. 6, 13, 1) Κίλλα, Euseb. Κηλά, Sozom. (h. e. 7, 29) Κέλα. Reland. p. 698.

קַעֲקַע *stigma*, v. rad. קִיעַ.

קָעַר rad. inus. Arab. قَعَرَ profundus fuit, de puteo, fovea, scypho, med. Fath. ad fundum evacuavit scyphum, قَعْر fundus, imum rei. Origo esse videtur in fodiendo, excavando, vicinae radd. sunt קוּר fodit, excavavit (cf. קוּם sam. קעם, קָדַד no. II, aram. קְעַד, לְעַז et לוּץ) et נָקַר, it. חָקַר, דָּקַר. Vide infra שְׁקַעֲרוּרוֹת. Inde

קְעָרָה f. *scutella* a forma concava dicta Num. VII, 85, cstr. קַעֲרַת VII, 13 sqq. pl. cstr. קַעֲרוֹת VII, 84, sed c. suff. קְעָרֹתָיו Ex. XXV, 29. XXXVII, 16. LXX. τρύβλιον. (Arab. قَعْر et قَعْرَان scutella, max. profunda).

קָפָא *contraxit se, collegit se.* (Vic. radd. sunt قَفَّ corrugatus, condensatus est pannus post loturam, pr. contraxit se. Syr. ܩܦܣ incubavit avis ovis, pr. ea coagulare fecit, it. קָפַד, קָפַז, קָפַץ, et litteris emollitis גָּבָא). Spec. 1) *pedes contraxit*, pedibus contractis sedit Zeph. I, 12, cf. Jer. XLVIII, 11, ubi eodem contextu legitur שָׁקַט. — 2) *concrevit, coagulatum est* lac (v. Hiph.), poët. de aquis marinis Ex. XV, 8: קָפְאוּ תְהֹמֹת בְּלֶב־יָם *coagulatae sunt aquae in medio mari* i. e. in unum locum coierunt, contraxerunt se. LXX ἐπάγη τὰ κύματα. Targ. et Pesch. eodem verbo קְפוּ, ܩܦܘ.

Niph. contractus est. Zach. XIV, 6 Chethibh: יְקָרוֹת יִקְפָּאוּן *splendida* sidera *contrahuntur* i. e. contrahunt splendorem, deficiunt, v. de h. l. pag. 621.

Hiph. causat. no. 2 *coagulavit, coagulari iussit* lac. Iob. X, 10: *instar lactis effudisti me, et instar casei coagulasti me*, quibus verbis describitur prima formatio embryonis, qui ex utriusque parentis semine coalescit. *Coaguli* voce in eadem utuntur Plin. h. n. 7 s. 13 et Lactant. de opif. Dei c. 12.

קִפָּאוֹן Zach. XIV, 6 in Keri: יְקָרוֹת וְקִפָּאוֹן, quod Alex. reddit καὶ ψῦχος καὶ πάγος (יְקָרוֹת וְקִפָּאוֹן), Vulg. *sed frigus et gelu*, et posterius quidem voc. eodem modo Targ. et Pesch. Et posse quidem 'ק *gelu* significare, profecto nil dubitandum videtur, sed non aliam ob caussam hanc potestatem optasse videntur vett. intpp., quam quod praecedere crederent יקרות *et frigus.* Multo aptiorem sententiam praebet Chethibh, v. rad. in Niph.

קָפַד *contractus est, convolutus est* (sich zusammenziehen, zusammenwickeln), ut vic. radd. קָפַז, קָפַץ, syr. ܩܦܣ i. q. קָפַץ, adeoque קָפָא, قَفَّ. Inde קִפּוֹד erinaceus, a contrahendo et convolvendo dictus. (Syr. Pe. contracta, corrugata est cutis [ita enim haud dubie accipiendum est hoc verbum] Iob. VII, 5. XXX, 30. Thren. IV, 8. Ethpe. ibid. V, 8. Bar Bahlul: ܩܦܕܐ تَشَنُّج corrugatio. B. B. ذُبُول flacciditas, marcor. Chald. אִתְקְפַד decurtatus est, abbreviatus est, pro hebr. קָצַר, ut de manu decurtata i. e. potentia fracta Jes. L, 2. Mich. II, 7, קְפִידוּת יְדָא Jes. LIX, 1, sed hoc a *contrahendo* natum esse docet arab. إِقْتَفَدَ qui contractis manibus pedibusque it. qui contracta cervice est, it. قَفْد convolutio cidaris s. is cidarim ligandi modus, quo nulla eius extremitas dependet, sed omnis taenia obvoluta est. Vide Scheid. ad cant. Hisk. p. 67 — 69 A. Etiam altera significatio *irae* et *indignationis*, quam Chaldaei habent, a fronte et facie *corrugatis* ducta est. Simile est gr. συστέλλειν contrahere, corripere, inde corrugare vultum, ut decurtare, diminuere, med. brevem esse. His praemissis lucebit

Pi. Jes. XXXVIII, 12: קִפַּדְתִּי כָאֹרֵג חַיַּי vel *convolvi instar textoris vitam meam*, vel intrans. *convoluta est, ut a textore, vita mea* (Verschuir in diss. Lugd. p. 873), utrumque eadem sententia: vitae meae cursus absolutus est, instar telae quae, ubi absoluta est a textore, convolvitur. Ad prius cf. Prov. XXVI, 6: מְקַצֶּה רַגְלַיִם *qui abscidit pedes* i. e. cui pedes abscissi sunt, sed posterius magis placet, nam etiam in verbis מִדַּלָּה יְבַצְּעֵנִי textor subiectum est. Intransitive accipitur etiam a Targ. et Pesch., qui hoc ipso verbo in Ithpe. utuntur, a Vulg. *praecisa est, velut a texente, vita mea:* sed hic radici *praecidendi* vim tribuit, quam ex usu chaldaeo supra memorato non satis tuto colligas, quanquam eandem tuentur etiam Rabbini. Kimchi: פירוש כמו שהאורג מקפיד היריעה מהמנור מהר בהשלימו אותה והשם קְפָדָה בָא ענין כריתה.

קְפָדָה (Milél) Ez. VII, 25: קְפָדָה בָא sec. Targg. et intpp. Hebr. *excidium venit* (v. supra Kimchium). Targ. אִתְקְפָדָא. Sed malim (c. Verschuirio et Scheidio ll. cc.) *horror*, *terror* a primario significatu *contrahendi se* (zusammenfahren) prae terrore et metu instar erinacei (קִפּוֹד). Cf. syr. ܩܦܕ pro hebr. סָמַר מִפַּחְדְּךָ בְשָׂרִי Ps. CXIX, 120. Alia quoque synn. hunc in modum transferri solent, v. c. جَبُنَ pr. contraxit se IV. coagulavit lac, transl. pusillanimis, timidus fuit, pr. contraxit se, ut solent frigore, metu, terrore correpti. — De accentu in קְפָדָה nominisque sexu v. gr. §. 79, not. 2, b.

קִפּוֹד m. *erinaceus* s. *ericius*, quippe qui prae metu *convolvat* et *contrahat se*, v. ad rad. קָפַד. Jes. XIV, 23. XXXIV, 11. Zeph. II, 14. LXX. Vulg. ἐχῖνος, *ericius*. (Talmud. קִיפּוֹד id. Berach. 9 fol. 57 b. Kil. 8 fol. 32 a. Baba kama 7. Sabb. 5 fol. 57 b. Syr. ܩܘܦܕܐ, arab. inserto Nun قُنْفُذ, قُنْفَذ, قِنْفِذ, marocc. *ganfud* Höst p. 295, aeth. ቀንፈዝ: erinaceus, histrix). Erinacei significatio quum longe certissima sit (vide quae contra Fuller. Miscell. 1, 18 disputat Bochartus Hieroz. II, 454 Lips.), nullo modo audiendi sunt, qui vel *testudinem* interpretati sunt (Jos. Kimchi טרטוגא coll. arab. קנפאר, cui testudinis vim falso tribuit), vel *avis palustris* speciem (Dav. Kimchi al.), ut alias taceam coniecturas multo etiam inaniores.

קָפַז rad. in verbo inusit. pr. *contraxit se* (vic. radd. קָפַד, קָפַץ cf. קָבַץ, קָמַץ), idque ad subsiliendum, more felis et leonis, inde *saliit*, *subsiliit*, ut arab. قفز subsiliit equus, rana, max. sursum exsiliit ex inferiore loco, talmud. קפז id., cf. קָפַץ subsiliit, قُقَّاص caper montanus, a saliendo, قفس V. subsiliit, قفط insiliit, it. قمص subsultim incessit, galoppiren Kuypers ad Ali carm. p. 151, ܩܡܨܐ locusta a saliendo, idque a contrahendo, comprimendo (v. rad. קָמַץ), قِبِصَّى saliendi genus (das Galoppiren, denique aeth. ቀፈጸ: saliit, ቍንጽ: pulex).

קִפּוֹז m. Jes. XXXIV, 15 animal in desertis habitans, idque oviparum. Vett. intpp. LXX. Targ. Vulg. Syrus et Hebraei quotquot fere sunt *ericium* interpretantur i. q. קִפּוֹד (quod ipsum exhibent 6 codd.). Sed obstat a) quod *kippód* et *kippós* l. c. eadem contextus serie proponuntur ut diversa, b) quod *kippós* animal est oviparum: et nil dubitantes accedimus Bocharto (Hieroz. III, p. 19 Lips.), qui ק' esse censet arab. قِقَّازة (Avic. II, 139, caret ea voce Firuzab. et cum eo Golius et Freyt.) *serpens iaculus*, ἀκοντίας, serpentis genus, quod in iaculi modum prosiliens mordet Aelian. h. anim. 6, 18. 8, 13, nostr. Pfeilschlange, v. Boch. l. c. qui et aliorum coniecturas perstrinxit.

קָפַץ fut. יִקְפֹּץ *contraxit* (vic. radd. קָפַד, קָפַז, it. קָמַץ), inde *clausit*, ut os Iob. V, 16. Ps. CVII, 42. Jes. LII, 15, manum Deut. XV, 7, quod est illiberalis et avari (cf. قبص Har. 6, p. 240 Sch. Cor. 2, 246. 5, 37), transl. misericordiam Ps. LXXVII, 10. (Arab. قفص constrinxit, constrictum prehendit, it. frigore contractus est, cf. קָפָא. Chald. i. q. hebr. Targ. Deut. l. c. Syr. respondet ܩܦܣ).

Niph. contraxit se i. e. contraxit, composuit membra (syr. ܩܦܣܐ contractio membrorum et nervorum), quod morientium est (v. Gen. XLIX, 33), inde *mortuus est*. Iob. XXIV, 24: כַּכֹּל יִקָּפְצוּן *sicut omnes* alii *moriuntur*. Etiam synn. arabica قفز et قفس *moriendi* vim habent. Schultensius ad Iob. l. c. ad saliendi vim hoc refert, v. Pi., unde ducta sit iactatio pedum, τὸ σφαδάζειν, in his qui subito moriuntur cf. ابز saliit, et improviso mortuus est. Sed illud praefero.

Pi. saliit, *subsiliit* Cant. II, 8. (Chald. קְפַץ id. adde quae laudavimus ad קָפַז).

קָצַב fut. יִקְצֹב 1) *abscidit*, *amputavit* v. c. lignum 2 Reg. VI, 6. (Arab. قصب amputavit, dissecuit in frusta, ut lanio membra ovis, قصب I. II. VIII. resecuit, putavit vitem. V. VII. pass., قَاصِب, قَصِيب, قَصَّاب ensis secans. Vicinae radd. sunt קָטַב, it. חָצַב, חָטַב. Praeterea eandem secandi, abscindendi vim habent omnes radices a litteris קצ ordientes, v. קָצַץ, קָצָה, קָצַר, קָצַע, cf. גָּזַז, חָצַץ, adeoque גָּדַר, quae omnes eiusdem familiae sunt).

2) spec. *totondit*. (Arab. قَصُوب ovis quae tondetur. Kam. p. 123: القَصُوبُ مِن الغَنَمِ التى يُجَزُّوهَا). Cant. IV, 2: *dentes tui* כְּעֵדֶר הַקְּצוּבוֹת Vulg. *sicut grex tonsarum*. Alex. τῶν κεκαρμένων, Pesch. ܓ̈ܙܝܙܬܐ. Et recte quidem, nam oves recens tonsae et lotae candidae sunt. Non bene Gr. Venet. Aben Esra, Kimchi interpretantur oves *praecisas* i. e. magnitudine aequales coll. קֶצֶב אֶחָד 1 Reg. VI, 25, ut mireris hanc sententiam etiam Bocharto (Hieroz. I, 540 Lips.) probatam esse. Facilius a me impetrarem קְצוּבוֹת reddere *lotas* (sequitur: שֶׁעָלוּ מִן הָרַחְצָה) coll. aethiop. ኀፀበ: lavit. Sed in *tondendi* significatione acquiescendum est.

קֶצֶב m. 1) *forma* (pr. praecisio, cf. nostr. taille, Zuschnitt). 1 Reg. VI, 25. VII, 37. — 2) pl. cstr. קִצְבֵי הָרִים Jon. II, 7 (duo codd. קצוי) *fines* i. e. radices *montium* in profundo maris. Vulg. extrema montium. Targ. radices montium. Pesch. imum montium. Sed LXX σχισμαὶ ὀρέων (cf. etym.).

קָצָה 1) pr. *abscidit* max. extremum, quo differt a חָצָה rem mediam secuit, v. Pi. Vicinae radd. sunt קָצַב, קָצַץ, q. v. Arab. قَصَا I. II. extremam aurem abscidit ovi, camelo, praecidit ungues, أَقْصَى extremam

aurem resectam habens. Inde apud Hebraeos et Arabes est 2) notio *extremitatis eiusque remotae* it. *finis*, קָצָה, קָצֶה, קְצָת extremitas, finis, arab. قاص, قصوى, قصيا, قصى extremitas remota, locus valde remotus, أقصى extremus, longius distans, قصا I. V. longe remotus fuit locus, it. قضى finivit, absolvit rem, it. mortuus est. II. id. V. VII. finita est, cessavit res. Ab scindendo praeterea est 3) *excidit*, *perdidit*. (Arab. قضى IV. exterminavit, v. Cast.) Hab. II, 10: *decrevisti ....* קְצוֹת עַמִּים רַבִּים *perdere populos multos*. Alex. συνεπέρανας, Vulg. concidisti. Hitzigius: (decrevisti) fines populorum multorum: sed קְצוֹת *extremitates* rei significat, non *finem* i. e. excidium, v. infra קָצָה. Denique 4) a scindendo est vis *dirimendi, diiudicandi*, unde קָצִין iudex. Arab. قضى decrevit, iudicavit, imperavit. II. indicem constituit aliquem, قاص iudex, قضا, قضية iudicium, imperium.

Pi. praecidit, amputavit. Prov. XXVI, 6: מְקַצֶּה רַגְלַיִם *qui abscidit pedes* i. e. cui pedes abscissi sunt. (Integrum comma ita reddo: *cui pedes abscissi sunt, is bibit* patitur *iniuriam*, sic *qui verba mittit per manus stulti* i. e. qui stulto nuntio utitur). 2 Reg. X, 32: *Jehova coepit* לְקַצּוֹת בְּיִשְׂרָאֵל *abscindere in Israële*, h. e. aliam partem post aliam avellere.

Hiph. abrasit i. q. קָצַע Lev. XIV, 41. 43. LXX ἀποξέω.

קָצֶה cstr. קְצֵה, c. suff. קָצֵהוּ, sed קְצֵיהֶם Ezech. XXXIII, 2 (gr. §. 90 extr.) m. 1) *extremitas* rei, eiusque a) longae, v. c. baculi Iud. VI, 21, hastae 1 Sam. XIV, 27, Jordanis (ubi influit in mare mortuum) Jos. XV, 5; b) longae lataeque, velut aulaei Ex. XXVI, 5, agri Gen. XXIII, 9, deserti Ex. XIII, 20, urbis 1 Sam. IX, 27, castrorum Num. XI, 1, terrae s. regionis Ex. XVI, 35. Num. XXXIII, 37, maris mortui (ubi intelligitur extremitas eius australis) Num. XXXIV, 3. Jos. XV, 2, agminis exercitus Iud. VII, 11. Num. XXII, 41. קְצֵה הָהָר Exod. XIX, 12 et ק׳ הַגִּבְעָה 1 Sam. XIV, 2 extremus mons, collis, dicitur de radicibus eius. קְצֵה הַמַּיִם extremae aquae Jos. III, 15 sunt littori proximae. קְצֵה גְבוּל terminus extremus (terrae) Gen. XLVII, 21. Num. XX, 16. XXII, 36. בִּקְצֵה מִזְרַח יְרִיחוֹ in extremo oriente Hierichuntis i. e. in termino orientali extremo agri Hierichuntini Jos. IV, 19. קְצֵה הָאָרֶץ terra extrema i. e. remotissima, extremae terrae partes Ps. XLVI, 10. Jes. V, 26. XLII, 10. XLIII, 6. XLVIII, 20. XLIX, 6. Jer. X, 13. XII, 12. XXV, 33 (cf. Deut. XIII, 8. XXVIII, 64), et sic קְצֵה הַשָּׁמַיִם extremum coelum, de remotissimis terrae partibus Jes. XIII, 5. Deut. IV, 32. — Quaeritur, quid sit Jes. VII, 18: בִּקְצֵה יְאֹרֵי מִצְרָיִם *ad extremos fluvios Aegypti*? (cf. בַּנָּהָר *ad* fluvium, s. בְּ no. 7). Alii interpretantur: ad *ostia* Nili (cf. Jos. XV, 5), alii: ad initia brachiorum Nili i. e. circa Memphin (Hitzig), equidem malim: *ad extremas aquas Aegypti* i. e. remotissimas, in extremis Aegypti regionibus. Targ. ex finibus terrae Aegypti. — Singularis locutio est Gen. XIX, 4: *omnis populus* מִקָּצֶה *ab extremo*, ab extremis eius terminis. Jer. LI, 31: *capta est* עִירוֹ מִקָּצֶה *urbs eius ab extremo* i. e. universa (an allen Enden). Et sic מִקְּצֵהוּ Jes. LVI, 11. Ezech. XXV, 9. (Arab. عن اقصا ab extremo i. e. omnes, Abulph. dyn. 538. 542, et sic عن اخر ab ultimo, v. Schult. Opp. min. p. 121, syr. ܡܢ ܫܘܒܐ v. c. *totus mundus* ܡܢ ܫܘܒܐ Assem. III, 1 p. 333. BH. 311 l. extr.). Cf. no. 3.

2) *tempus extremum*, *finis*. Saepe hoc nexu: מִקְצֵה שְׁלֹשֶׁת יָמִים a fine trium dierum i. e. post triduum Jos. III, 2. (LXX μετά). מ׳ חֲמִשִּׁים וּמְאַת יוֹם Gen. VIII, 3. Deut. XIV, 28. 2 Sam. XXIV, 8. 1 Reg. IX, 10. 2 Reg. VIII, 3. XVIII, 10. Ez. III, 16. XXXIX, 14.

3) *res ab extremo*, inde *res universa*, *numerus universus*, *summa* (v. no. 1 extr., adde Num. XXII, 41: *vidit extremum populum* i. e. universum populum usque ad extremitates eius). Gen. XLVII, 2: מִקְצֵה אֶחָיו *ex numero fratrum eius*. Ez. XXXIII, 2.

קָצָה fem. praec. *extremitas*. In sing. non nisi hoc nexu: מִקָּצָה ab extremo (am Ende, am Rande) Exod. XXV, 19. XXVI, 4. XXXVI, 11. XXXVII, 8. Alibi semper in pl. cstr. קְצוֹת 1) *extremitates* v. c. palmitis Ez. XV, 4, alarum 1 Reg. VI, 24, ornamenti pectoralis Ex. XXVIII, 23. 24. 26. קְצוֹת הָאָרֶץ extremitates terrae, pro regionibus (et gentibus) remotissimis Jes. XL, 28. XLI, 9. 29. Job. XXVIII, 24. אַרְבַּע קְצוֹת הַשָּׁמַיִם quattuor extremitates coeli Jer. XLIX, 36 cf. Ps. XIX, 7. Metaph. Iob. XXVI, 14: קְצוֹת דְּרָכָיו *extremitates facinorum eius* (Dei), extremae quasi lineae s. umbrae operum divinorum.

2) *extremitates* pro *re universa*, *numero universo* ab extremo (v. קָצֶה no. 3). Iud. XVIII, 2: *miserunt quinque viros* מִקְצוֹתָם *ex eorum numero* (nos diceremus: aus ihrer Mitte). 1 Reg. XII, 31: *et constituit sacerdotes* מִקְצוֹת הָעָם *ex universo populo* (non solum ex Levitis). XIII, 33. 2 Reg. XVII, 32.

קֵצֶה m. *finis*, non nisi in hac locutione: אֵין קֵצֶה לְ *non est finis alicui rei* i. e. infinitus est numerus eius Jes. II, 7. Nah. II, 10. III, 3. 9.

קָצוּ vel **קָצוּ** m. tantum in pl. cstr. קַצְוֵי אֶרֶץ extremitates terrae Ps. XLVIII, 11. LXV, 6. Jes. XXVI, 15.

קְצָת (pro קְצָאת, a קְצָה, formae מְנָת a מָנָה) f. vc. chaldaizans 1) *extremitas*, *finis*. Ubique c. praef. מִן: מִקְצָת (pro מִקְּצָת) a fine, *post* (v. מִן 4, c). Dan. I, 15: מִקְצָת יָמִים עֲשָׂרָה Comm. 5, et Comm. 18: לְמִקְצָת (לְמִן v. pag. 807) הַיָּמִים. Cf. supra מִקְצֵה pro מִקְצָה,

a קָצָה. — Plur. קְצוֹת (ut קָנֶה pl. קָנוֹת) *extremitates* Ex. XXXVIII. 5, c. art. *extremitates* sc. terrae Ps. LXV, 9 cf. 6. (Eadem ellipsi Aethiopes dicunt: **ጽንፍ:** fines sc. terrae, de regionibus remotissimis, Lud. 589). Cum suff. קְצוֹתָיו Ex. XXXVII, 8. XXXIX, 4 Chethibh, ubi Keri et Sam. habent קצותיו.

2) *summa*, *totus numerus* i. q. קָצֶה no. 3. Dan. I, 2: מִקְצָת כְּלֵי בֵית הָאֱלֹהִים partem *de numero vasorum sacrorum.* מִקְצָת h. l. partitive ponitur, ut מִן no. 1. Neh. VII, 70: מִקְצָת רָאשֵׁי הָאָבוֹת pars *de numero phylarcharum* i. e. pars phylarcharum. Cf. מִקְצֵה אֶחָיו Gen. XLVII, 2. — Partem horum exemplorum Dan. I, 2. 18. Neh. l. c. interpretes referunt ad nomen formae מִקְצָת, cui *partis* significatum tribuunt: tali autem forma Chaldaismus, qui in his exemplis magnae auctoritatis est, plane caret (loci Gen. XLVII, 2 Targ. eadem ratio est, atque locorum sub no. 2 tractatorum), neque dubium est, quin formula מִקְצָת, ubicunque occurrit, eodem modo explicari debeat.

Not. *Extremitatem* s. *finem* igitur Hebraei his formis exprimunt (gr. §. 94, 2): Sing. absol. קָצֶה, קָצָה, in una formula קֵצֶה (adde קֵץ a קָצַץ), more chald. קְצָת; cstr. קְצֵה, more chald. קְצָת, c. suff. קָצֵהוּ, קְצֵיהֶם (a קָצֶה); pl. absol. קְצוֹת cstr. קַצְוֵי, saepius קְצוֹת, c. suff. קְצוֹתָם.

קְצָת cstr. קְצָת chald. 1) *finis*. Dan. IV, 31: לִקְצָת יוֹמַיָּא *in fine dierum.* — 2) *summa*, *totum*. II, 42: מִן קְצָת מַלְכוּתָא pars *de summa regni* i. e. pars regni. Respondet: מִנַּהּ *pars eius.*

קָצִין m. 1) *iudex*, *magistratus* (v. rad. no. 4). Jes. I, 10. III, 6. 7. Mich. III, 1. 9. — 2) *dux* belli, *imperator* Jos. X, 24. Iud. XI, 6. 11. Jes. XXII, 3. Dan. XI, 18. Cf. שֹׁפֵט. — 3) *princeps* Prov. VI, 7. XXV, 15.

קָצַח rad. inusit. Arab. قزح est: semina ceparum aliaque condimenta cibi ollae iniecit, قِزْح semen cepae aliaque cibi condimenta. Origo esse videtur in spargendo, inspergendo, cf. قزح sparsit urinam, stillavit. Inde

קֶצַח m. Jes. XXVIII, 25. 27 *nigella* (Schwarzkümmel), semen cumino simile, notissimum ciborum *condimentum* (Plin. 19 s. 8. Diosc. 3, 93). Ita constanter vett. intpp. LXX *μελάνθιον*. Vulg. *gith* (fort. ex hebr. גַּד, v. Plaut. Rud. 5, 3, 39. Plin. 18 s. 52. 20 s. 17). Targ. קִצְחָא. Saad. Abulw. شونيز nigella, qua voce utitur etiam Arabs Polygl. pro gr. *μελάνθιον*. V. Celsii Hierob. P. II. p. 70.

קָצַע in Kal inusit. 1) *incidit*, *excidit*, vic. radd. קָצַץ, קָצָה aliisque a קץ ordientibus. (Arab. قطع secuit, amputavit). Inde מַקְצוּעָה. — 2) *abrasit*, *decorticavit*, v. Hi. et קְצִיעָה. — 3) *fregit* i. q. syr. ܦܨܥ, v. Pu.

Pu part. מְקֻצָּעוֹת Ex. XXVI, 23. XXXVI, 28 et

Ho. part. מְהֻקְצָעוֹת Ez. XLVI, 22 i. q. מִקְצָעוֹת *anguli* iique interni (Winkel), pr. partes *infractae*, *inflexae*. Frangendo enim oritur *genu*, *γόνυ*, et *γῶνος*, *γωνία*, *angulus* (cf. בֶּרֶךְ genu, a frangendi potestate).

Hi. abrasit (abkratzen) i. q. קָצָה in Hi. Lev. XIV, 41.

Ho. v. Pu.

קְצִיעָה f. 1) pl. קְצִיעוֹת Ps. XLV, 9 aromatis genus cinnamomo simile, a *decorticando* dictum. LXX *κασία*, Vulg. *cassia.* Prius Arabs et Aethiops reddunt سليخة, **ሰሊኆት:** i. e. cassia, itidem a سلخ deglubit, decorticavit. Vide Celsii Hierobot. II, 360, et de *cassia* s. *casia* supra ad קִדָּה (rad. קָדַד), quod a קְצִיעָה non multum differre videtur. (Arab. „قصيعة cassia R.“ Cast. col. 3423). — 2) n. pr. unius ex filiabus Iobi, Iob. XLII, 14.

מִקְצוֹעַ f. *angulus* isque max. internus (Ez. XLVI, 22. Neh. III, 24), nostr. Winkel (v. rad. Pu. et Hoph.) 2 Par. XXVI, 9. Neh. III, 19. 20. 24 (ubi distinguitur a פִּנָּה angulo exteriore). 25. Ez. XLVI, 21. Plur. ים— ib., ות— Ex. XXVI, 24. XXXVI, 29. Ez. XLI, 22. XLVI, 22. LXX *γωνία*.

מַקְצוּעָה pl. מַקְצֻעוֹת f. Jes. XLIV, 13 instrumentum fabri lignarii et sculptoris imaginum. Int. *scalpella*, *scalpra* (plur. ad varias eorum genera refertur). Bene Targ. אִזְמֵלַיָּא, nam אִזְמֵל est gr. *σμίλη* scalpellum sculptorum et chirurgorum (arab. ازميل). Idque firmatur usu linguae arabicae cf. مِقْطَاع instrumentum secans chirurgorum, forfex, ensis acutus, قَاطِع, قِطَاع id. Subobscurum, quid sibi velit Kimchius: וכן נקרא הכלי שמקלף בו החרש העץ ומחליקו מקצועה. ואמר מקצועות לשון רבים כי הם שני כלים לזו המלאכה האחד קורין לו סימנ״ט והאחד קורין לו פלנא *et inde* (a decorticando) *appellatur instrumentum*, *quo removent frondes ligni idque levigant* 'מ, *idque* (*Jes. l. c.*) *in pl. ponitur*, *quoniam illi negotio duo instrumenta adhibent*, *unum quod appellatur simanet* (?), *alterum plana* (i. e. planula, ital. *pialla*, nostr. *Hobel*, quo levigatur lignum). *Planulam* s. runcinam intelligit etiam Jarchius voce רַהִטְנִין. Sed contextus *scalpra* poscit.

קָצַף fut. יִקְצֹף 1) *fregit*, velut lignum, v. קֶצֶף no. 1 et קְצָפָה. (Arab. قصف fregit ventus navem, med. Kesr. fractus est dens, rupta est hasta. V. VII. id. قصيف

fractus, de ramo arboris. Nasor. נצף fregit, confregit). Inde

2) metaph. *prorupit, erupit* in iram (cf. ῥήγνυμι de animi perturbationibus subito erumpentibus, v. Passov.), *graviter iratus est.* (Judaei originem quaerunt in *spumando*, v. ad קֶצֶף no. 1, sed fac Hos. X, 7 ita explicari posse, obstat tamen קְצָפָה Joël I, 7, quod neque a spuma, neque ab ira derivari potest). 2 Reg. V, 11. Esth. II, 21. Jes. LVII, 16. 17. LXIV, 4. 8, עַל pers. Gen. XL, 2. XLI, 10. Ex. XVI, 20. Lev. X, 6. 16. Num. XVI, 22. XXXI, 14. Deut. IX, 19. 1 Sam. XXIX, 4. 2 Reg. XIII, 19. Jes. XLVII, 6. LIV, 9. Zach. I, 2. Thren. V, 22. Eccl. V, 5, sq. אֶל Jos. XXII, 18. קָצַף קֶצֶף גָּדוֹל Zach. I, 15. (Syr. ܩܨܦܐ est: aemulatio, invidia, cf. קִנְאָה).

Hi. ad iram concitavit aliquem Deut. IX, 7. 8. 22. Ps. CVI, 32. Zach. VIII, 14.

Hithpa. i. q. Kal no. 2. Jes. VIII, 21.

קְצַף chald. i. q. hebr. no. 2. Dan. II, 12. In Targg. non reperitur.

קֶצֶף, in Pausa קָצֶף Jos. XXII, 20, sed c. suff. קִצְפִּי Jes. LX, 10 m. 1) *sarmenta, vimen* Hos. X, 7. LXX. Theod. φρύγανον. (Sed Symm. ἐπίζεμα. Targ. Vulg. רִתִיחָא *spuma* et sic Abulw. Kimchi, Tanchum Hieros., qui *spumandi* vim primariam faciunt, et *iram* inde repeti volunt). Ed. prima ק׳ h. l. *navem* tempestate *fractam* esse conieci (v. ad rad. no. 1), quod etiamnum non displicet.

2) *ira* Eccl. V, 16, spec. de *ira Dei*, quae in puniendo cernitur (ut זַעַם) Num. XVII, 11. Ps. XXXVIII, 2. Zach. I, 15. Atque haec absol. קֶצֶף appellatur (cf. זַעַם, הַזַּעַם pro זַעַם יְיָ, gr. ἡ ὀργή), max. in hac locutione 2 Reg. III, 27: וַיְהִי קֶצֶף גָּדוֹל עַל יִשְׂרָאֵל. Num. I, 53. XVIII, 5. Jos. IX, 20. 1 Par. XXVII, 24. 2 Par. XIX, 10. XXIV, 18. XXXII, 25, plenius ib. XIX, 2: עָלֶיךָ קֶצֶף מִלִּפְנֵי יְיָ. XXIX, 8: וַיְהִי קֶצֶף יְיָ עַל. XXXII, 26: לֹא בָא עֲלֵיהֶם קֶצֶף יְיָ. Jes. XXXIV, 2: קֶצֶף לַיהוָה עַל־כָּל־הַגּוֹיִם. Copulatur cum synn. אַף, חֵמָה Deut. XXIX, 27, זַעַם Ps. CII, 11. It. *altercatio*, *lis* Esth. I, 18. LXX θυμός, ὀργή, bis παροξυσμός, semel χόλος.

קְצַף chald. *ira* Esr. VII, 23.

קְצָפָה f. *fractio*, *fractura*, spec. frondes ramique fracti, v. rad. no. 1. Joël I, 7. LXX συγκλασμός, Compl. κλασμός. Ald. corrupte γλυκασμός.

קָצַץ *praecidit* manum Deut. XXV, 12, barbam (den Bart stutzen) Jer. IX, 25. XXV, 23, v. ad פֵּאָה p. 1086. (Arab. قصّ praecidit ungues crinesque. Syr. ܩܘܨܐ tonsor).

Pi. קִצֵּץ 2 Reg. XVIII, 16 et קִצֵּץ Ex. XXXIX, 3 1) *praecidit*, *abscidit* v. c. funem Ps. CXXIX, 4, manus, pollices Iud. I, 6. 2 Sam. IV, 12, hastam Ps. XLVI, 10. — 2) *dissecuit* (in fila) Exod. XXXIX, 3. — 3) *abscidit*, *abrupit*, velut ornamenta ex metallo facta a vasis sacris 2 Reg. XVI, 17. XVIII, 16. XXIV, 13. LXX ἀποκόπτω, συγκόπτω.

Pu. part. מְקֻצָּצִים pass. Pi. no. 1. Iud. I, 7.

קְצַץ chald. *Pa. abscidit, amputavit* (frondes) Dan. IV, 11.

קֵץ c. suff. קִצִּי, pl. cstr. קִנְצֵי Iob. XVIII, 2 (quo de loco vide quae disputavimus ad rad. קָנַץ) m. 1) *extremitas*, de loco 2 Reg. XIX, 23: מְלוֹן קִצֹּה *hospitium eius extremum* i. e. summum. מִקֵּץ Jer. L, 26 vel *ab extremo* sc. terrae, vel (omnes) *ab extremo*, i. q. מִקָּצֶה, v. קָצֶה. שׂוּם קֵץ לְ terminum posuit s. finem fecit alicui rei Iob. XXVIII, 3. — 2) *finis*, v. c. anni 2 Par. XXI, 19, sermonis Iob. XVI, 3, belli Dan. IX, 26, facinorum Dan. XII, 6 (הַפְּלָאוֹת h. l. impie s. atrociter gesta sc. ab Antiocho). אֵין קֵץ לְ finis non est alicui rei i. e. infinita est Jes. IX, 6. Eccl. IV, 8, innumera ib. IV, 16. (Cf. notionem *finiti* Ps. CXIX, 96). Omisso לְ Eccl. XII, 12: עֲשׂוֹת סְפָרִים הַרְבֵּה אֵין קֵץ *facere libros multos non est finis*, non desinunt quotidie novos libros condere. מִקֵּץ sq. genit. temporis: *a fine* i. e. post finem (v. מִן no. 4, c), *post* v. c. Gen. VIII, 6: מִקֵּץ אַרְבָּעִים יוֹם *post quadraginta dies.* XVI, 3: מִקֵּץ עֶשֶׂר שָׁנִים. IV, 3. XLI, 1. Ex. XII, 41. Num. XIII, 25. Deut. IX, 11. XV, 1. XXXI, 10. Iud. XI, 39. Ies. XXIII, 15. 17. Jer. XIII, 6; in quam sententiam recentiores scriptores frequentant לְקֵץ 2 Par. XVIII, 2. Neh. XIII, 6. Dan. XI, 6. 13. XII, 13.

Spec. a) *finis* alicuius est *interitus*, *mors* eius, de singulis Ps. XXXIX, 5. Dan. IX, 26. XI, 45. Iob. VI, 11: מַה־קִּצִּי, de populis Jer. LI, 13. Ez. VII, 2. 3. 6. Am. VIII, 2, de genere humano Gen. VI, 13. עֲוֹן קֵץ peccatum interitum afferens Ezech. XXI, 30. 34. XXXV, 5. — b) *eventus* vaticinii Hab. II, 3. — c) עֵת קֵץ Dan. VIII, 17. XI, 35. 40. XII, 4, מוֹעֵד קֵץ VIII, 19, קֵץ הַיָּמִים XII, 13 et simpl. קֵץ XI, 27 tempus extremum, de tempore calamitoso, diem Jovae et Messiae adventum proxime praecedente, v. Bertholdti Christologia Judaeorum (Erl. 1811) p. 38.

De formis, quibus *pluralem* exprimant, v. sub קְצָת, rad. קָצָה. — Inde

קִיצוֹן (pro קִיצוֹן ad analogiam formarum רִאשׁוֹן a רֹאשׁ, חִיצוֹן a חוּץ, Dag. post ־ִי eiecto) adj. *extremus*, tantum in f. קִיצֹנָה Exod. XXVI, 4. 10. XXXVI, 11. 17.

מַקַץ (formae מַסַךְ a סָכַךְ) n. pr. oppidi in tribu Dan vel Judae 1 Reg. IV, 9.

קָצַר 1) med. A et fut. יִקְצֹר pr. *abscidit* spec. fruges, *messuit*, *demessuit*. (Arab. قَصَرَ fut. I. praecidit capillos, fut. O diminuit, abbreviavit. Conj. II. id. Aeth. eandem vim habet ቀጸረ: sed intrans. brevis fuit, conj. IV. decurtavit. Nasor. כ׳ brevis, imbecillis. Litteris emollitis cf. גָּזַר). Sq. acc. messuit aristas Jes. XVII, 5, messem (קָצִיר) i. e. fruges Lev. XIX, 9. XXIII, 10. 22. XXV, 5. Deut. XXIV, 19. 1 Sam. VI, 13. VIII, 12, spinas Jer. XII, 13, absol. Ps. CXXVI, 5. Saepe sibi opponuntur *serere* et *metere* Jes. XXXVII, 30. Mich. VI, 15, etiam metaph. Iob. IV, 8: זֹרְעֵי עָמָל יִקְצְרֻהוּ. Prov. XXII, 8. Hos. VIII, 7, et sic *arare* et *metere* Hos. X, 13. Iob. l. c. Cf. זָרַע no. 2, *a*. — Part. act. קֹצֵר *messor* Ruth II, 3 sqq. 2 Reg. IV, 18. Jer. IX, 21. Am. IX, 13. Ps. CXXIX, 7. Part. pass. קָצוּר abscissus, inde *decurtatus*, *diminutus* Ez. XLII, 5 (de cellis).

2) med. E (cf. adj. קָצֵר) fut. יִקְצַר Num. XI, 23. XXI, 4. Iud. X, 16. XVI, 16 (sed semel tamen fut. O, תִּקְצֹרְנָה Prov. X, 27), intrans. *decurtatus*, inde *curtus*, *brevis fuit* Jes. XXVIII, 20 (de strato). (Arab. قَصُرَ brevis fuit, قَاصِر brevis). Spec.

a) קָצְרָה יַד פּ׳ *manus alic. brevis est* i. e. impotens est Num. XI, 23. Jes. L, 2, sq. מִן c. inf. LIX, 1. (Eandem locutionem frequentant Arabes, velut تقصر يدى عن Har. Cons. 8 p. 79 Sacy, قصر باع من brevior erat ulna quam ut — hist. Tim. II, 676. قاصر اليد brevis manu, hist. Tim. II, 628 Mang., et قصير الذراع brevis brachio Tebl. ap. Schult. ad Iob. 604 i. e. impotens, cf. Tim. I, 206: *breves erant manus consilii eorum*. Ispah. p. 6. Syn. est ضاق يدا ب et ضاق ذراعا *brevis manus* vel *brevis ulnae est in* aliqua re i. e. non multum valet in ea Cor. 11, 79. 29, 32. Har. Cons. 8 p. 80. Opp. est يد طولى *manus longa* i. e. potentia, virtus Ispah. l. c. Abulf. Ann. 1, 450, رحب الذراع, qui *ampli brachii* est Tebl., *prolongavit brachia* Ibn Doreid 103. — *Manus longae* metaphoram frequentant etiam Persae in دراز دست *μακρόχειρ* i. e. potens, quod cognomen gessit Artaxerxes s. Ardeschir a Graecis proprie et physice acceptum Plut. Artax. 1. Strab. 15, 3 §. 1. Cf. d'Herbelot p. 170 b, et de locutione arabica Schult. ad Iob. 604. Reiske ad Abulf. 1, 362. Haitsma ad Ibn Dor. p. 254. Adde denique sin. *dschâng - giö - scheù* longus - pedes - manus i. e. potens, *giö - scheù - duàn* pedes - manus - brevis i. e. impotens).

b) קָצְרָה נֶפֶשׁ פּ׳ Num. XXI, 4. Iud. XVI, 16, et קָצְרָה רוּחַ פּ׳ Iob. XXI, 4. Mich. II, 7: *brevis factus est animus* alic. i. e. impatiens factus est, sq. בְּ propter rem Iud. X, 16. Zach. XI, 8. Opp. אֶרֶךְ אַפַּיִם v. rad. אָרַךְ. (Eodem modo transfertur arab. جزع resecuit, med. Kesr. verbis, impatiens fuit. Dicimus etiam germ. kurz seyn, kurz angebunden seyn).

Pi. decurtavit, *abbreviavit* (dies) Ps. CII, 24.

Hiph. 1) *messuit* Iob. XXIV, 6 Chethibh. 2) i. q. Pi. Ps. LXXXIX, 46.

קָצֵר adj. *brevis*. קְצַר יָמִים brevis diebus, *μινυνθάδιος* Iob. XIV, 1, spec. (cf. verbum) קְצַר יָד impotens, debilis 2 Reg. XIX, 26. Jes. XXXVII, 27, קְצַר רוּחַ Prov. XIV, 29, קְצַר אַפַּיִם (brevis s. praeceps ad iram) Comm. 17 impatiens.

קֹצֶר m. *brevitas*, unde קֹצֶר רוּחַ *impatientia* Exod. VI, 9.

קָצִיר m. 1) *messis*, eaque frugum (quo differt a קַיִץ messis pomorum max. ficuum Jes. XVI, 9. Jer. VIII, 20, et אָסִיף Ex. XXIII, 16), quae in Palaestina mensibus Aprilis et Maii fiebat Jos. III, 15, incipiens a messe hordei (קְצִיר שְׂעֹרִים 2 Sam. XXI, 9. 10. Ruth II, 23), desinens in messe tritici (קְצִיר חִטִּים Gen. XXX, 14. Ex. XXXIV, 22 al.), et festo pentecostes (חַג הַקָּצִיר Exod. XXIII, 16). *Tempus messis* dicunt עֵת הַקָּצִיר Jer. L, 16, יְמֵי קָצִיר Gen. XXX, 14, יוֹם קָצִיר Prov. XXV, 13, et simpl. קָצִיר Prov. VI, 8. X, 5. XXVI, 1. Passim copulantur זֶרַע וְקָצִיר Gen. VIII, 22, חָרִישׁ וְקָצִיר XLV, 6. Exod. XXXIV, 21. — Meton. *messis* ponitur a) pro *frugibus* vel demetendis Lev. XIX, 9. XXIII, 22. Joël I, 11. IV, 13, vel demessis Jer. V, 17. Iob. V, 5. קְצִיר יְאֹר annona Nili Jes. XXIII, 3. — b) pro אַנְשֵׁי קָצִיר Jes. XVII, 5. Metaph. de *excidio* et *clade* populi Jer. LI, 33. Hos. VI, 11.

2) *frons*, collect. *frondes* arboris Iob. XIV, 9. XVIII, 16. XXIX, 19. Jes. XXVII, 11, vitis Ps. LXXX, 12, ut vulgo volunt, a praecidendo. Sed vide sitne haec significatio repetita a rad. חצר no. 2 viruit, certe radd. קצר et חצר sibi admodum vicinae sunt, v. קָצַר, aeth. ቀጸረ: brevis fuit, חָצֵר, ሐጸረ: et ቀጸረ: circumsepsit, circumvallavit.

קַר *frigidus*, rad. קָרַר.

קִר *paries*, v. קִיר, rad. קוּר.

קֹר *frigus*, rad. קָרַר.

I. קָרָא 3 fem. קָרָאת pro קָרְאָה Jes. VII, 14, inf. קְרֹא, semel קְרוֹאת Iud. VIII, 1 more verborum לה, fut. יִקְרָא c. suff. יִקְרָאוֹ pro יִקְרָאֵהוּ Jer. XXIII, 6

1) *clamavit*, *κράζειν*. (Verbum pr. onomatopoëticum, sonos etiam non articulatos exprimens, v. קָרָא et syr. ܩܪܳܐ ܩܪܳܐ, ܩܪܳܐ ܒܩܪܢܳܐ tuba cecinit, *σαλπίζειν*, ܩܪܳܐ ܬܪܢܓܘܠܳܐ cecinit gallus, nostr. der Hahn *krähet*, Mt. XXVI, 74. Mc. XIV, 68. 72, cf. gr. *κράζω* [*κραγ*], *κηρύσσω* [*κηρυγ*], in linguis germ. *charen* clamare, *charo*

clamor, fletus: saepius de clamore bestiarum, ut *krähen*, gall. *crier*, angl. *to cry*, praemisso sibilo *skreian*, suec. *skria*, *schreien*; addito a fine sibilo *kreischen*, כָּרַז q. v. Syr. ܩܪܐ ut hebr. clamavit Mt. III, 3. Luc. III, 4, dein vocavit, advocavit, convocavit, invitavit, appellavit, legit, v. Schaaf. Arab. قرأ solam praelegendi, legendi potestatem habet, vocandi sensu frequentant دعا). Dicitur absol. de quovis clamore adeoque non articulato, ut צָעַק Gen. XXXIX, 14: וָאֶקְרָא בְּקוֹל גָּדוֹל *clamabam alta voce.* LXX ἐβόησα φωνῇ μεγάλῃ. Comm. 15: הֲרִימֹתִי קוֹלִי וָאֶקְרָא. Saepe sequuntur verba alta voce clamata, vel immediate Gen. XLV, 1: וַיִּקְרָא הוֹצִיאוּ וגו׳ *et clamavit* (Josephus): *egredi iubete* cet. XLI, 43: וַיִּקְרְאוּ לְפָנָיו אַבְרֵךְ. Lev. XIII, 45. Iud. VII, 20. 2 Sam. XX, 16. 2 Reg. XI, 14. Esth. VI, 9. 11, vel interposito לֵאמֹר Ez. IX, 1, וַיֹּאמַר 2 Sam. XVIII, 28, cf. 2 Reg. XVIII, 28: וַיִּקְרָא בְקוֹל גָּדוֹל יְהוּדִית וַיְדַבֵּר וַיֹּאמֶר *et clamavit alta voce iudaica lingua et locutus est et dixit.* LXX κράζω, ἀνακράζω it. βοάω, c. derivv. ἀναβοάω, διαβοάω cet.

Spec. a) sq. אֶל pers. *inclamavit*, *succlamavit* alicui (jemandem zurufen). Jes. VI, 3: וְקָרָא זֶה אֶל זֶה *et alter succlamat alteri.* Iud. XVIII, 23, additis verbis disertis praemisso לֵאמֹר 1 Sam. XXVI, 14 et וַיֹּאמַר Iud. IX, 54. 1 Sam. XVII, 8. 1 Reg. XVII, 11; it. sq. עַל pers. Jes. XXXIV, 14 („daemones sibi succlamant"), sq. אַחֲרֵי pers. clamavit post aliquem, abeuntem inclamavit 1 Sam. XX, 37. 38. XXIV, 9. — Saepe est

b) i. q. *opem imploravit*, max. Dei, absol. Ps. IV, 2: בְּקָרְאִי עֲנֵנִי *ubi clamo, exaudi me.* XXII, 3. XXXIV, 7. LXIX, 4, sq. אֶל יְהוָֹה Ps. IV, 4. XXVIII, 1. XXX, 9. LV, 17. LXI, 3. Iud. XV, 18. XVI, 28. 2 Reg. XX, 11. Hos. VII, 7, לֵאלֹהִים Ps. LVII, 3, c. acc. Ps. XIV, 4. Jes. XLIII, 22: וְלֹא אֹתִי קָרָאתָ *et me non invocasti, Jacobe*, cf. 23, c. Suff. Ps. XVII, 6. LXXXVIII, 10. XCI, 15. Addito עַל pers., propter quam Dei auxilium imploratur Deut. XV, 9.

c) i. q. κηρύσσειν (quo saepe utuntur LXX interpretes), more praeconis vel prophetae. Absol. Prov. I, 21: *sapientia clamat* (declamat) *in plateis.* VIII, 1, c. acc. XX, 6. Jes. XL, 6: *vox dixit: declama*, sed *ille: quid declamem?* XLIV, 7. LVIII, 1. Zach. I, 14. 17, sq. עַל obiecti Jon. I, 2. Sequuntur etiam ipsa verba renunciata Exod. XXXII, 5. Jer. II, 2. VII, 2. XIX, 2. LI, 61, vel copulatur c. acc. Zach. VII, 7. Jes. XLIV, 7. Joël IV, 9: קִרְאוּ זֹאת בַּגּוֹיִם *renunciate hoc inter gentes*, vel sq. כִּי Jes. XL, 2. קָרָא דְרוֹר לְ libertatem indixit, annunciavit (servis, captivis) Jer. XXXIV, 8. 15. 17. Jes. LXI, 1. קָרָא צוֹם indixit ieiunium (populo) Jerem. XXXVI, 9. Jon. III, 5. A proclamando proficiscitur etiam recitandi et legendi potestas, de qua vide no. 4.

2) *vocavit.* LXX καλεῖν (ultra ter centies). Spec.

a) *advocavit*, vocando arcessivit aliquem, sq. acc. Gen. XXVII, 1. Ex. II, 8. 1 Sam. III, 16. Hos. VII, 11. Jes. XLVI, 11, sq. לְ Gen. XX, 9. Lev. IX, 1. 1 Sam. XVI, 3. Hos. XI, 1, sq. אֶל Gen. III, 9. Ex. III, 4. 1 Sam. III, 4. קָרָא אֵלָיו ad se vocavit 2 Sam. XV, 2. Metaph. Prov. XVIII, 6: *os eius verbera advocat* i. e. arcessit. Ps. XLII, 8: תְּהוֹם אֶל תְּהוֹם קוֹרֵא *fluctus fluctum advocat* i. e. continuo excipit. Ruth IV, 11: קְרָא שֵׁם בְּבֵית־לָחֶם i. e. *arcesse* compara tibi *nomen in Bethlehem.*

b) ubi refertur ad plures: *convocavit* (LXX συγκαλέω), sq. acc. Gen. XLI, 8, sq. dat. Gen. XX, 8. XXXIX, 14. Jos. XXII, 1. XXIII, 2. XXIV, 1, אֶל Gen. XLIX, 1. Jos. X, 24. Inde קָרָא עֲצָרָה convocavit concionem sacram Joël I, 14, cf. Jes. I, 13, festum Lev. XXIII, 2. 4. קְרוּאֵי הָעֵדָה convocati ad concionem Num. I, 16.

c) *vocavit* i. e. *invitavit* aliquem ad coenam (cf. καλεῖν ἐπὶ δεῖπνον, lat. vocare ad coenam et simpl. vocare Plaut. Nep.), sq. acc. 1 Sam. IX, 13. 22. 1 Reg. I, 9. 10. 41. 49, absol. Prov. IX, 3, translate קָרָא לְשָׁלוֹם אֶל, לְ ad pacem iungendam invitavit Deut. XX, 10. Iud. XXI, 13.

d) *in ius vocavit* (καλεῖν, καλεῖν εἰς δίκην) Iob. XIII, 22. XIV, 15, cf. V, 1. Jes. LIX, 4 (parall. נִשְׁפָּט).

e) *evocavit*, velut exercitum Jes. XIII, 3, generationes hominum (de Deo) ib. XLI, 4.

f) *vocavit* aliquem ad munus obeundum, i. q. בָּחַר elegit, sq. acc. Jes. XLII, 6. XLIX, 1. LI, 2, sq. לְ XXII, 20. Eodem sensu, sed gravius, dicitur קָרָא בְשֵׁם פ׳ nominatim vocavit al. Jes. XLIII, 1. XLV, 3. 4.

g) קָרָא בְּשֵׁם פ׳ *laudavit*, *celebravit nomen* alic. α) hominum. Ps. XLIX, 12: קָרְאוּ בִשְׁמוֹתָם *celebrant nomina eorum* (divitum). Prov. XX, 6: יִקְרָא אִישׁ חַסְדּוֹ *celebrat quisque benignitatem eius.* (Syr. ܩܪܝܐ vocatus i. e. celeber). Paulo aliter inflexa est sententia in his Jes. XLIV, 5: זֶה יִקְרָא בְשֵׁם יַעֲקֹב *hic celebrat nomen Jacobi* i. e. Jacobi partes sequitur et laudat. β) קָרָא בְשֵׁם יי׳ invocavit nomen Dei, i. e. adoravit eum, veneratus est nomen eius Gen. IV, 26. XII, 8. XIII, 4. XXI, 33. XXVI, 25. 2 Reg. V, 11. (LXX ἐπικαλέω τὸ ὄνομα αὐτοῦ). Ps. LXXIX, 6. CV, 1. Jes. LXIV, 6. Jer. X, 25. Zeph. III, 9 (cf. הִזְכִּיר בְּשֵׁם יי׳), omisso בְּ: קָרָא שֵׁם יי׳ Deut. XXXII, 3 (ubi cod. Sam. בְּשֵׁם) Ps. XCIX, 6. Thren. III, 55. Passim *invocare* numen est i. q. implorare opem eius 1 Reg. XVIII, 24 sqq. (Alia ratio est loci Ex. XXXIII, 19, ubi Deus ipse: קָרָאתִי בְשֵׁם יְהוָה לְפָנֶיךָ *et clamabo nomen Jovae ante te* i. e. Dei praesentiam annunciabo, ut scias summum numen praesens adesse, ipse praeconem agam, qui eius adventum nunciet. Cf. Gen. XLI, 43).

3) *vocavit* i. q. *appellavit*, *nominavit*, *nuncupavit*, plene קָרָא שֵׁם לְ nomen imponere alicui, gr. καλεῖν τινά τι (Il. 5, 306. Od. 8, 550) Gen. XXVI, 18. Ruth IV, 17. Ps. CXLVII, 4. Varie construitur a) sq. acc. nominis et dat. rei, cui nomen imponitur. Gen. I, 5: וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לָאוֹר יוֹם. Comm. 8. 10. XXXI, 47. 1 Sam. IV, 21. Ruth I, 20. 21. Jes. XLVII, 1 et saepe. — b) sq.

dupl. acc. Num. XXXII, 41. Jes. LX, 18, sed plerumque c) hunc in modum Gen. IV, 25: וַתִּקְרָא אֶת־שְׁמוֹ שֵׁת *et appellavit nomen eius Seth.* Comm. 26. V, 2. 3. 29. XI, 9. XIX, 22. XXVII, 36. XXIX, 34. LXX *καλέω, ὀνομάζω, ἐπονομάζω.*

4) *recitavit, alta voce legit* (a clamandi significatu, v. no. 1 fin.) aliquid, c. acc. Ex. XXIV, 7. Jos. VIII, 34. 35. 2 Reg. XXIII, 2, it. קָרָא בְּסֵפֶר *legere* quae *in libro* scripta sunt (cf. שָׁתָה בְּ *bibere* quae *in* vasculo insunt) Neh. VIII, 8. 18. IX, 3. Jer. XXXVI, 14 sqq. Hab. II, 2 (arab. قَرَأَ بِ Cor. 96, 1), saepe additur בְּאָזְנֵי פ׳ Exod. Jos. l. l. c. c. נֶגֶד פ׳ Deut. XXXI, 11. Deinde gener. *legit* Deut. XVII, 19. 2 Reg. V, 7. XIX, 14. XXII, 8. Jes. XXIX, 11.

Niph. נִקְרָא 1) *vocatus est* i. e. vocando arcessitus est, *convocatus est* Esth. III, 12. VIII, 9. נִקְרָא שֵׁם פ׳ Jer. XLIV, 26 celebratur nomen alic. Ruth IV, 14.

2) *appellatus, nuncupatus est.* Constr. a) sq. dat. pers. et rei, cui nomen imponitur. Gen. II, 23: לְזֹאת יִקָּרֵא אִשָּׁה *haec appellabitur vira.* 1 Sam. IX, 9. Jes. I, 26. XXXII, 5. LXII, 4. 12. b) c. dupl. nominat. Zach. VIII, 3: נִקְרְאָה יְרוּשָׁלַיִם עִיר הָאֱמֶת *Hierosolyma appellabitur urbs proba.* Jes. LIV, 5. LVI, 7, et c) addito nomine שֵׁם Gen. XVII, 5: לֹא יִקָּרֵא עוֹד אֶת־שִׁמְךָ אַבְרָם *non appellabitur amplius nomen tuum Abram.* XXXV, 10. Deut. XXV, 10. Dan. X, 1. Cf. de triplici hac structura in Kal no. 3.

Adde has formulas: *α*) נִקְרָא בְּשֵׁם פ׳ nominari de nomine alic., eius genti accenseri Jes. XLIII, 7. XLVIII, 1, sq. בְּ Gen. XXI, 12, et similiter עַל שֵׁם XLVIII, 6: עַל שֵׁם אֲחֵיהֶם יִקָּרְאוּ *fratribus suis annumerabuntur* (idem nomen gerent quod fratres, Josephi non Jacobi filii vocabuntur); it. מִן Jes. XLVIII, 2: מֵעִיר הַקֹּדֶשׁ נִקְרָאוּ i. e. urbis sanctae incolae appellari volunt. — *β*) נִקְרָא שְׁמִי עַל nomen meum appellatur super al. re i. e. huic rei additur, haec res mea vocatur (*domus* enim *patris* est domus quam pater possidet) 2 Sam. XII, 28: *ne ego capiam urbem* וְנִקְרָא שְׁמִי עָלֶיהָ *eaque mea vocetur.* Jes. IV, 1: רַק יִקָּרֵא שִׁמְךָ עָלֵינוּ *dummodo tuae esse dicamur.* Ita de populo Israelitico, cui Dei nomen additur (qui populus Dei vocatur) Deut. XXVIII, 10. Jes. LXIII, 19. Jer. XIV, 9. Am. IX, 12. 2 Par. VII, 14, de templo 1 Reg. VIII, 43. Jer. VII, 10. 11. 14. 30. XXXIV, 15, Hierosolymis Dan. IX, 18. 19, prophetis Jer. XV, 16. Eadem sententia sq. בְּ (pro עַל) Gen. XLVIII, 16: יִקָּרֵא בָהֶם שְׁמִי i. e. mei erunt. — Ceterum *appellari* passim dicitur pro *esse* (appellamur enim ab hominibus et cognomina nanciscimur ex eo quod vel sumus vel certe esse videmur), ut Jes. I, 26: *postea appellaberis urbs probitatis* i. e. tali epitheto ornaberis, quia re vera iusta eris. IX, 5. XXX, 7. XXXV, 8. XLVII, 1. 5. XLVIII, 8. LVI, 7 (cf. IV, 3. XIX, 18 et Comment. nostr. ad Jes. III, p. 29). Ita gr. *κεκλῆσθαι* Il. 4, 61. Od. 7, 313. Aesch. Pers. 540. Soph. Electr. 366. Eurip. Hec. 484. 629. Hippol. 2. Electr. 368. Phoen. 570 al. 576. Monk ad Eurip. Hippolyt. Porson ad Phoeniss. ll. cc. Adde locum memorabilem Eccl. VI, 10: מַה־שֶּׁהָיָה כְּבָר נִקְרָא שְׁמוֹ *quicquid est* existit, *dudum appellatum est nomen eius* i. e. iam diu nomen suum invenit, i. e. eius indoles dudum aestimata et nota est: inde pergitur: *notum quoque est, quid sit homo, eumque non posse litigare cum potentiore.*

3) *praelectum, recitatum est.* Esth. VI, 1, sq. בְּ in libro Neh. XIII, 1.

Pu. 1) pass. Kal no. 2, litt. f. *vocatus* i. e. *electus est* Jes. XLVIII, 12. — 2) *appellatus est* Jes. LXV, 1, plerumque קֹרָא לְ XLVIII, 8. LVIII, 12. LXI, 3. LXII, 2. Ez. X, 13. Ceterum vide ad Niph. extr.

קְרָא chald. fut. יִקְרָא, semel יִקְרֵה Dan. V, 7. Part. pass. קְרֵי Esr. IV, 18. 23 1) *clamavit* (praeco) Dan. III, 4. IV, 11. V, 7. — 2) *recitavit* Esr. ll. cc., *legit* Dan. V, 8. 15—17.

קֹרֵא m. *perdix*, a vocando dicta (ut nostri venatores perdicem *vocare* dicunt, „das Rebhuhn ruft," sunt etiam, ut Adelung lex. germ. III, 1089, qui *Reb*huhn vel potius *Repp*huhn ducant a *röpen* clamare, equidem malim a *reppen*, celerem, agilem esse, festinare, cf. ital. *pernice*). 1 Sam. XXVI, 20: *egressus est rex ..... quasi quis persequeretur perdicem in montibus.* Jerem. XVII, 11: *perdix fovet* ova, quae *non peperit:* sic qui *divitias facit et non iure. Perdicem* interpretantur LXX ap. Jerem. (1 Sam. *νυκτικόραξ* = chald. קדא), it. Vulg. Syr. et plerique Hebraei v. c. Abulw. الحجل, eaque interpretatio commendatur tum arabico كَرَّآة, كَرًا, كَرَوَان perdix, perdicis species, tum veterum observatione (utrum vera an falsa, nil refert), de qua perdicem aliena ova suffurari et fovere, pullosque ex iis natos sibi ut suos vindicare asserunt (Epiphan. physiol. 9. Cassiodor. var. 2, ep. 14. Isidor. Origg. 12, 7 al.). — Ex Hebraeis Sal. Jarchi ap. Sam. quidem *perdicem* interpretatur, sed ap. Jerem. *cuculum*, quippe cui proprium esse multi putent, ut alienis ovis incubet (cf. Acron ad Hor. sat. 1, 7, 31. Plaut. Asin. 5, 2, 73). Vel propter etymon hoc non displicuerit (quam enim avem aptius *vocatricem* nuncupes, quam cuculum?), sed recte animadvertit Bochartus, in cuculo rem secus se habere, quam apud Jerem. l. c., hic enim non aliena ova sibi vindicat, sed ova sua aliis avibus, ut turturi, currucae, incubanda tradit (Arist. h. a. 9, 29. Plin. 10, 9), quapropter ap. Hor. et Plaut. ll. cc. moechus per convicium cuculus appellatur. Ipse Bochartus (Hieroz. II, 632 Lips.) *rusticulam* intelligit, coll. a) arab. قَارِيَةٌ: sed haec avis, cui longum quidem rostrum, sed pedes breves, viridemque colorem tribuunt, rusticula esse non potest; b) chald. קרא מצראה, cui avi in fabula Talmudica (Beres. rabba s. 64) rostrum longum tribuatur, quo careat perdix. Sed neglexit vir

magnus attributum „*aegyptiae*." Potest enim *perdix aegyptia* rusticula esse, quippe quae perdici similis sit (Martial. 13, 76: rustica sim, an perdix, quid refert, si sapor idem est?) et Graecis etiam ἄγρια πέρδιξ dicatur, sed קֹרֵא simpliciter *rusticulam* esse, non sequitur. — E recentioribus J. E. Faber (ad Harm. Beob. I, 306. II, 442) avem قطا dictam intelligebat, *coturnicis* speciem, itidem a *clamore* dictam (v. Burckh. itin. Syriae p. 168. 681 cf. not. p. 505. 1067): quam opinionem refellit Oedmannus, verm. Samml. II p. 55 sqq.

קָרִיא m. *vocatus, electus* Num. XVI, 2 et I, 16 Chethibh. LXX σύγκλητος βουλῆς.

קְרִיאָה f. *proclamatio, praeconium* Jon. III, 2.

מִקְרָא m. 1) n. act. *convocatio*. Num. X, 2: לְמִקְרָא הָעֵדָה *ad convocandam concionem*. Inde a) *concio* convocata, *coetus* populi ad sacra obeunda *convocatus*, πανήγυρις (cf. ندا, نَدْوَةٌ concio a ندا vocavit) Jes. I, 13, plenius מִקְרָא קֹדֶשׁ Ex. XII, 16. Lev. XXIII, 3. 7. 8. 24. 27. 35. 36. Num. XXVIII, 25. 26. XXIX, 1. 7. 12, de concione sacra, quae singulis sabbatis ac primo quoque et septimo trium festorum maiorum die instituebatur. Plur. מִקְרָאֵי ק׳ Lev. XXIII, 2. 4. 37. b) pl. loca *conventus* i. e. atria et porticus templi Jes. IV, 5.

2) *recitatio, lectio*. Neh. VIII, 8: *et explicabant* בַּמִּקְרָא *inter legendum* (bei dem Vorlesen). Non bene Vulg. et intellexerunt, quum legeretur.

II. קָרָא i. q. קָרָה *occurrit* alicui. (Origo huius radicis haud dubie est in *offendendo, impingendo, illidendo*, cf. פָּגַע pepigit, dein *impegit, illisit, occurrit* et multa alia omnium linguarum verba, quae obviam veniendi vim habent, ut *occurrere, offendere, incidere* in aliquem, auf jem. *stossen*, jem. *treffen, antreffen*, τυγχάνω pr. ferio scopum. Fortiorem significatum etiamnum habes in קְרִי occursus hostilis. Verba cognata sunt קָרַב, quod pr. similem *attingendi* vim habet, קֶרֶן cornu, a feriendo, et in indogerm. κυρίσσω ferio instar hirci, κριός, κέρας: vulgarem verbi קָרָא, קָרָה significationem habet gr. κυρέω, cui plane respondet. Arabes huius significationis vestigia habent in radd. قرأ et قرا, velut قُرَاءٌ pestis pr. plaga i. q. נֶגַע, قرأ menstruata est mulier, per euphem. pr. ei accidit aliquid, cf. קְרֵה לַיְלָה, قرا excepit aliquem hospitio, pr. obviam ivit. — Memini virum doctum nescio quem verba קָרָא no. I et II ita inter se conciliare, ut primariam potestatem poneret ἐντυγχάνειν obviam venire, inde *alloqui, loqui*, it. legere, unde ἔντευξις lectio, coll. lat. *appellare* cogn. verbo *appellere*. Sed ex supra dictis apparet, קָרָא per se *clamandi* significatum habere, *alloquendi* vim nunquam, *acclamandi* et *invocandi* duntaxat sq. praep. אֶל et בְּ. *Clamandi* autem potestatem, ex *adeundo* natam esse nemo facile statuat). Ubique translate sq. acc. *invasit* aliquem, velut terror Iob. IV, 14: פַּחַד קְרָאַנִי וּרְעָדָה, *accidit* alicui noxa, malum Gen. XLII, 4. 38. Lev. X, 19. Deut. XXXI, 29. Jes. LI, 19. Jer. XIII, 22, in bonam partem: *evenit* alicui aliquid Gen. XLIX, 1: *nunciabo vobis* אֵת אֲשֶׁר יִקְרָא אֶתְכֶם *quae vobis evenient*. Semel sine acc. Exod. I, 10: כִּי תִקְרֶאנָה מִלְחָמָה *si* forte *acciderit bellum* (v. Lgb. p. 800, gr. §. 47, not. 3) vel *acciderint bella*. Fuerunt iam inter veteres, ut LXX. Vulg. Syr., qui נָה h. l. suffixum 1 pers. pl. esse statuerent i. q. chald. נָא, hebr. נוּ (unde cod. Sam. habet תקראנו), *si nobis acciderit bellum* (Lud. de Dieu cr. sacrae p. 23), cui opinioni favet longe creberrima verbi structura c. acc., sed reperitur tamen hoc ipsum תִּקְרֶינָה omisso acc. Jes. XLI, 22, et suffixum formae chaldaeae in Exodi libro sine necessitate haud ferendum videtur.

Niph. pr. *offendi* (angetroffen werden) i. e. *reperiri, inveniri* idque casu. 2 Sam. XX, 1: שָׁם נִקְרָא אִישׁ בְּלִיַּעַל *ibi forte erat vir nequam*. I, 6. Sq. לִפְנֵי *inveniri coram* aliquo i. e. ei obiici, obviam fieri, de hominibus 2 Sam. XVIII, 9, de rebus Deut. XXII, 6, sq. עַל id. Ex. V, 3: *deus Hebraeorum* נִקְרָא עָלֵינוּ *obviam factus est nobis*. Metaph. *accidit* malum Jer. IV, 20.

Hiph. *accidere fecit* alicui mala, c. dupl. acc. Jer. XXXII, 23.

קְרָאת nom. act. f. (formae יִרְאָה) *occursus*, ubique praevio לְ: לִקְרַאת contr. ex לִקְרָאַת, c. suff. לִקְרָאתִי, לִקְרָאתְכֶם, sed לִקְרַאתְכֶם praep. 1) *in occursum, obviam*, post verba eundi et motus (הָלַךְ, יָצָא, עָלָה), sive sensu hostili Jos. VIII, 14. Iud. VII, 24. XX, 31. 1 Sam. IV, 1. XVII, 2. 48. 2 Sam. X, 9. Iob. XXXIX, 21. Ps. XXXV, 3, sive minus Gen. XIV, 17: וַיֵּצֵא מֶלֶךְ סְדֹם לִקְרָאתוֹ. XVIII, 2. XXIX, 13. XXX, 16. XXXIII, 4. XLVI, 29. Ex. IV, 27. XVIII, 7 et saepe. Constructio praegnans est, ubi copulatur cum verbo quietis, ita quidem ut plerumque verbum motus cogitando addendum sit. Gen. XIX, 1: וַיָּקָם לִקְרָאתָם *surrexit iis*que *obviam* ivit. Iud. XIX, 3: וַיִּשְׂמַח לִקְרָאתוֹ *cum gaudio ei* obviam *ivit*. 1 Sam. XVI, 4: וַיֶּחֶרְדוּ לִקְרָאתוֹ. XXI, 2. Am. IV, 12: הִכּוֹן לִקְרַאת אֱלֹהֶיךָ *accinge te* ad *obviam* eundum *deo tuo*. Ps. LIX, 5. Jes. XIV, 9. Jos. XI, 20: לְחַזֵּק אֶת־לִבָּם לִקְרַאת הַמִּלְחָמָה *ut obdurato animo bello obviam irent*. Sed in aliis exemplis nihil supplendum est, velut Ex. V, 20: נִצָּבִים לִקְרָאתָם *qui adstabant in occursum eorum*, i. e. ut iis occurrerent, eos exspectantes. — 2) *e regione* Gen. XV, 10, sensu hostili 1 Sam. XVII, 21.

קָרֵב et **קָרַב** (Zeph. III, 2 cf. part. קָרֵב), inf. קְרֹב, c. suff. קָרְבְכֶם Deut. XX, 2, et f. קִרְבָה Exod. XXXVI, 2. XL, 32, fut. יִקְרַב *accessit, appropinquavit*. (Arab. قرب et قرُب prope accessit, propinquus fuit. VI. VIII. id., adde كرب I. III. propinquus fuit, prope

abfuit quin faceret, sq. أن, قُرْبٌ appropinquatio. Syr. ܩܪܒ, aeth. ቀርበ: id. Originem posuerim in *tangendo, attingendo*, cf. נָגַע, נָגַשׁ, itaque cognatum est verbis קָרָא no. II, קָרָה). Ponitur sq. אֶל pers. Gen. XXXVII, 18. 2 Sam. XX, 17. Jon. I, 6, rei et loci Ex. XXXII, 19. Deut. II, 37. Prov. V, 8., rarius עַל 2 Reg. XVI, 12, לְ Iob. XXXIII, 22, בְּ loci Iud. XIX, 13. Ps. XCI, 10 (ut verba tangendi, attingendi), it. pro contextu sq. עַד 2 Sam. XX, 16, לִקְרַאת 1 Sam. XVII, 48, לִפְנֵי Jos. XVII, 4, מוּל Deut. II, 19 al., neque non absol. Deut. XXV, 11. Jes. XLI, 5. Ezech. IX, 1. Proprie quidem de animantibus dicitur, sed translate de tempore Gen. XXVII, 41: יִקְרְבוּ יְמֵי אֵבֶל אָבִי. Deut. XV, 9. Ez. XII, 23. Thren. IV, 18: קָרַב קִצֵּנוּ. Sq. gerundio Gen. XLVII, 29: וַיִּקְרְבוּ יְמֵי יִשְׂרָאֵל לָמוּת. Deut. XXXI, 14. 1 Reg. II, 1.

Spec. a) dicitur sensu hostili Ex. XIV, 20, sq. אֶל מִלְחָמָה et לַמִּלְחָמָה Deut. XX, 2., אֶל הָעִיר Deut. XX, 10. Jos. VIII, 5, עַל פ׳ Ps. XXVII, 2 cf. Ps. CXIX, 150. Vide קְרָב. Contra b) amice, benevole 1 Reg. II, 7: כִּי כֵן קָרְבוּ אֵלַי *nam ita* amice *accesserunt ad me*. Ita Deus dicitur appropinquare, ubi opem fert afflictis Ps. LXIX, 19. Thren. III, 57. c) *accedere* ad Deum (אֶל יי) et in conspectum Dei (לִפְנֵי יי) tum proprie dicitur Ex. XVI, 9, tum de iis qui sacra faciunt Lev. XVI, 1. 1 Sam. XIV, 36. Ez. XL, 46, deove ministrant XLIV, 15, tum denique de his qui pie et cum spe ad eum accedunt Ps. XXXII, 9. Zeph. III, 2, cf. Ps. CXIX, 169: תִּקְרַב רִנָּתִי לְפָנֶיךָ. Frequentatur etiam de iis quorum est ad sacra accedere Exod. XII, 48. Lev. XXI, 17. 18. XXII, 3. Num. XVII, 5. 2 Reg. XVI, 12. — d) קָרַב אֶל אִשָּׁה honeste dicitur de complexu venereo Gen. XX, 4. Lev. XVIII, 14. Deut. XXII, 14. Jes. VIII, 3. Ez. XVIII, 6, omisso casu Lev. XVIII, 6. 19. Contra קָרְבָה אֶל בְּהֵמָה de mulieris concubitu cum bestia Lev. XX, 16. (Ita arab. قَرِبَ Cor. 2, 183, aeth. ተቀረበ: gr. πλησιάζω 2 Macc. VI, 4, πλησιασμός Arist. h. anim. 4, 9, it. πελάζω Aesch. Prom. 904, ἐμπελάζειν, unde ἐμπελάτειρα de meretrice, v. Gatackeri opp. crit. p. 78). — e) Jes. LXV, 5: קְרַב אֵלֶיךָ *accede ad te ipsum* i. e. recede huc, noli propius accedere. Cf. Hiph. no. 2. — LXX plerisque locis ἐγγίζω, προσέρχομαι.

Niph. i. q. Kal *accessit* Ex. XXII, 7. Jos. VII, 14.

Pi. קֵרַב 1) causat. *appropinquare fecit* Jes. XLI, 21. XLVI, 13. Hos. VII, 6: קֵרְבוּ כַתַּנּוּר לִבָּם *appropinquare faciunt cor suum ut furnum*, furni ardentis instar pravis cupiditatibus flagrans; *admisit, excepit* Ps. LXV, 5. Iob. XXXI, 37: כְּמוֹ נָגִיד אֲקָרְבֶנּוּ *ut princeps eum appropinquantem exciperem* i. e. libere, intrepide, ut principes solent; *admovit* sibi invicem (duas res) Ez. XXXVII, 17 (ubi קָרַב est imp. pro קָרֵב). — 2) intrans. (et intensive) *valde appropinquavit* Ez. XXXVI, 8, sq. Gerundio.

Hi. 1) *appropinquare fecit* vel *iussit* hominem Ex. XXVIII, 1. XXIX, 4. XL, 12. Num. VIII, 9. 10. Jos. VII, 16—18. 1 Sam. X, 20. 21, tempus Ez. XXII, 4, inde *ad se admisit* aliquem Jer. XXX, 21, *admovit* sibi duas res Jes. V, 8. — 2) *attulit, obtulit* donum Iud. III, 18. V, 25. Ps. LXXII, 10. Mal. I, 8, max. sacrificium qualecunque Ex. XXIX, 3. 10. Lev. I, 13. 14. III, 3. 7. 9. 14. VII, 14. XVI, 6. 9. 11. 20. Num. IX, 13 et persaepe, passim addito לִפְנֵי יְהוָה Lev. III, 12. XII, 7. Num. VI, 16. XVII, 3, לַיהוָה 2 Par. XXXV, 12. Ezech. XLIV, 15. (cf. קָרְבָּן), it. *detulit* causam ad Deum iudicem Deut. I, 17. (Arab. قرّب II. id. obtulit). — 3) Sq. gerundio: *prope fuit* ad faciendum (lat. non multum abfuit ut faceret), sq. לָלֶדֶת (vicina erat ad pariendum) Jes. XXVI, 17 (cf. arab. اقربت absol. partui vicina fuit mulier), sq. לָבוֹא Gen. XII, 11, et ita absol. pro הִקְרִיב לָבוֹא Ex. XIV, 10. (Arab. قارب sq. أن prope abfuit ut faceret vit. Tim. II, 214). — 4) sq. מִן *recedere iussit, removit*. 2 Reg. XVI, 14: *et altare aeneum* ..... וַיַּקְרֵב מֵאֵת פְּנֵי הַבַּיִת *removit a fronte templi*. Cf. supra Kal litt. e, it. נָגַשׁ no. 3. Adde sanscr. *âgam* accedere et recedere.

קְרֵב chald. pl. קְרִבוּ *appropinquavit, accessit* Dan. III, 26. VI, 13, sq. עַל ad aliqu. ib. VII, 16, לְ VI, 21.

Pa. obtulit Esr. VII, 17.

Aph. 1) *adduxit* Dan. VII, 13. 2) *obtulit* Esr. VI, 10. 17.

קָרֵב adj. verbale, *appropinquans, accedens* Deut. XX, 3. 1 Sam. XVII, 41. 1 Reg. V, 7.

קָרוֹב adj. f. קְרוֹבָה *propinquus*, opp. רָחוֹק, idque

a) loco. Sq. אֶל pers. Gen. XLV, 10: הָיִיתָ קָרוֹב אֵלַי *eris mihi propinquus*, vicinus. Exod. XII, 4. Deut. XIII, 8. XXII, 2. Jos. IX, 16, sq. אֵצֶל (nostr. nahe bei) 1 Reg. XXI, 2. שָׁכֵן קָרוֹב vicinus propinquus Prov. XXVII, 10. Inde (propinquus alicui) dignitate Esth. I, 14, et qualicunque modo (jem. nahe stehend). 2 Sam. XIX, 43: קָרוֹב הַמֶּלֶךְ אֵלַי *rex nobis* (Judaeorum tribui) *propinquus est*, arcte nobiscum coniunctus. Spec. Deus dicitur propinquus esse hominibus, ubi iis opem fert Deut. IV, 7. Ps. XXXIV, 19: קָרוֹב יי לְנִשְׁבְּרֵי לֵב. CXIX, 151. CXLV, 18, et contra populus Dei, pii homines, sacerdotes dicuntur Deo propinqui esse Ps. CXLVIII, 14 (ubi קְרֹבוֹ est i. q. קָרוֹב לוֹ) Lev. X, 3. Ez. XLII, 13. XLIII, 19, cf. 1 Reg. VIII, 59. — Alia ratio est loci Jer. XII, 2: קָרוֹב אַתָּה בְּפִיהֶם *propinquus tu es ori eorum* (*sed remotus a corde eorum*) i. e. quotidie te in ore gerunt. Eadem sententia dicitur Ps. LXXV, 2: קָרוֹב שְׁמֶךָ *propinquum* nobis familiare est *nomen tuum*.

b) cognatione et affinitate, sq. אֶל Lev. XXI, 2. 3. XXV, 25. Num. XXVII, 11. Deut. XXI, 6, sq. לְ Ruth II, 20. Neh. XIII, 4, sq. מִן comparative Ruth III, 12: קָרוֹב מִמֶּנִּי *propinquior quam ego*. C. suff. קְרֹבוֹ i. q. קָרוֹב לוֹ Ex. XXXII, 27. Ps. XV, 3, pl. קְרֹבַי propinqui mei Ps. XXXVIII, 12. Iob. XIX, 14. Etiam de *amicis* i. e. amasiis, moechis mulieris dici videtur Ezech. XXIII, 5. 12, sed ad hunc usum cf. rad. litt. d.

c) tempore i. e. α) *prope instans*, v. c. dies Jovae. Jes. XIII, 6 קָרוֹב יוֹם. Joël I, 15. IV, 14, salus, auxilium , 5. Ps. LXXXV, 10, angustia XXII, 12. Pl .citur קָרוֹב לָבוֹא Jes. XIII, 22. LVI, 1. Jer. X , 16. Ad temporis propinquitatem pertinent etiam loci. א) Iob. XVII, 12: אוֹר קָרוֹב מִפְּנֵי חֹשֶׁךְ *lux prope abest a tenebris* i. e. lux mea mox exstinguetur et in tenebras mutabitur. Construitur h. l. sq. מִפְּנֵי, ut arab. قرب من et lat. prope abesse *a* re. ב) Ez. XI, 3: לֹא בְקָרוֹב בְּנוֹת בָּתִּים quae verba interpretor cum LXX οὐχὶ προςφάτως ᾠκοδόμηνται αἱ οἰκίαι; pr. *nonne in propinquo est exstructio domorum?* i. e. en, mox domus obsidione dirutae denuo exstruentur. Verba sunt hominum poenas divinitus immissas et prophetarum minas floccipendentium vanamque salutis spem alentium (cf. Jes. IX, 9), לֹא pro הֲלֹא v. לֹא no. 2 p. 734. Idem valet מִקָּרוֹב pr. *post propinquum* tempus i. e. *brevi*, *mox*, v. מִן 4, c. Ezech. VII, 8: עַתָּה מִקָּרוֹב אֶשְׁפּוֹךְ חֲמָתִי עָלַיִךְ *iam brevi effundam iram meam super te.* Jer. XXIII, 23: הַאֱלֹהֵי מִקָּרֹב אָנִי .. וְלֹא אֱלֹהֵי מֵרָחֹק *num ego deus sum propinquorum ... neque vero deus longinquorum?* i. e. num talis sum, qui nonnisi propinqua et brevi eventura sciat? minime vero, contra etiam longe remota mihi nota sunt. (Ita arabice dicunt non solum فيما بقرابٍ, هو قريب propediem, mox, sed etiam من قريب Cor. 4, 21, عن قريب vit. Tim. I, 492 Mang., عن, من قُرْب id.). Targ. מִקָּרִיב. Pesch. ܡܢ ܩܘܪܒܐ. Simile est Iob. XX, 5: *iubilum impiorum* מִקָּרוֹב *breve* est (nostr. von kurzer Dauer), brevi finem habiturum. — Sed *tempus propinquum* est etiam β) *haud ita diu praeteritum* (opp. עוֹלָם), unde מִקָּרוֹב ante breve tempus, *nuper*, ut opp. מֵעוֹלָם. Deut. XXXII, 17 de idolis quae nuper demum innotuerunt populo: חֲדָשִׁים מִקָּרֹב בָּאוּ לֹא שְׂעָרוּם אֲבֹתֵיכֶם *nova* illa, quae *nuper venerunt*, *nec colebant eos patres vestri.* Bene LXX πρόςφατοι ἥκασιν. Vulg. *recentes venerunt.*

קריב (קָרִיב) in cod. Sam. aliquoties pro קָרֹב forma chaldaizante, v. c. Ex. XXXII, 27. In Targg. saepe pro hebr. קָרֹב.

קְרָב (Kamez impuro) m. *proelium*, *bellum*, v. rad. litt. a, i. q. מִלְחָמָה, sed ubique in oratione sublimiore (2 Sam. XVII, 11) et poëtica Ps. LV, 22. LXXVIII, 9. CXLIV, 1. Iob. XXXVIII, 23 (ubi copulatur cum מִלְחָמָה). Eccl. IX, 18. Zach. XIV, 3. Ps. LV, 19: מִקְּרָב־לִי *ex pugna* quae *mihi* est, ex pugnae a me pugnandae periculis. Plur. קְרָבוֹת Ps. LXVIII, 31. (Syr. ܩܪܒܐ id., ܐܬܩܪܒ pugnavit). Teste Kimchio Ps. LV, 19. 22 erant codd., qui haberent קֶרֶב (formae קֶדֶם, قَبْل).

קְרָב chald. id. Dan. VII, 21. In Targg. saepe pro hebr. מִלְחָמָה.

קָרְבָּן c. art. in Pausa הַקָּרְבָּן Ez. XL, 43 (v. not.) cstr. קָרְבַּן c. suff. sing. קָרְבָּנוֹ, sed c. suff. pl. semel קָרְבְּנֵיהֶם Lev. VII, 38 (licet in aliis libris קָרְבָּנֵיהֶם cf. Lgb. §. 129 not. 3) m. *oblatio* (LXX ubique δῶρον), vocabulum est generale, omnia sacrificiorum genera complectens (cf. Bähr Symbolik d. mos. Kultus II, 198), sive cruenta sive non cruenta sunt, sive tota sive ex parte cremanda, praeter Ez. XX, 28. XL, 43 in solo Pentateucho, ibique tantum in Levitico et Numeris, obvium Levit. I, 2. 3. 10. 14. II, 1. 4. 5. 7. 12. 13. III, 1. 2. 6—8. 12. 14. IV, 23. 28. 32. V, 11. VI, 13. VII, 13. 15. 16. XXII, 27. XXIII, 14. Num. V, 15. VII, 17 sqq. IX, 7. 13. XV, 4. 25. XVIII, 9. XXVIII, 2. XXXI, 50. Vide rad. in Hiph. no. 2. Cf. κορβᾶν in N. T. Mc. VII, 11. (Arab. قُرْبَان, syr. et zab. ܩܘܪܒܢܐ, chald. קָרְבָּן, קוּרְבָּן, aethiop. ቍርባን: oblatio, donum, sacrificium, max. apud Christianos de sacrificio eucharistiae. De usu vocis κορβᾶν ap. Phoenices v. Theophr. ap. Jos. c. Ap. 1, 22). — Not. Quod semel Ezech. XL, 43 scribitur קָרְבָּן (cum Beth raphato et Metheg), id propter pausam factum: tonus enim, ubi vel propter syllabam productiorem vel propter pausam in ultima syllaba fortius incumbit a) tenuem mitigat in aspiratam, v. c. מַלְכוּת, עַבְדוּת coll. מַלְכֵי, עַבְדֵי; לְסַפּוֹת Num. XXXII, 14 et לְסַפֹּתָה Ps. XL, 15; מַרְבַד pl. מַרְבַדִּים Prov. VII, 16. XXXI, 22. b) praecedenti Kamez-chatuph Metheg additur, ne nimis festinetur et o vocalis fere pereat, v. דָּלְיָו *doljav* Num. XXIV, 7 (a דְּלִי), הַדָּבְרוֹ *haddobro* (a דֹּבֶר) Mich. II, 12, et cum aspirata, ut h. l., הַדָּרְבָן *haddorban* 1 Sam XIII, 21 (cf. supra p. 349). Non debebant itaque Ewaldus (gr. crit. p. 143) et Winerus in lex. Ez. l. c. קָרֳבָן *kārᵉban* pronunciare quasi a Piël derivatum sit: haec enim species *offerendi* significatu prorsus caret, formam *korban* autem tuentur omnes linguae Semiticae, v. supra. Kimchi: בהעמדת הקמץ וברפיות הבי״ת בשר הַקָּרְבָן: בפלס הַדָּרְבָן ורבי יונה כתבו בחטפית הקו״ף וברפיות הבי״ת, quibus addit R. Sal. Norzi, se istam R. Jonae scripturam הַקָּרֳבָן nusquam in codd. reperisse, reperisse se autem in nonnullis libris l. c. קָרְבָן omisso Metheg. (Falsum est, quod Fürstius in concordd. „nonnunquam" scribi observat קָרֳבָן, nam ita fit in uno loco laudato: cave quoque eidem credas, Abulwalidem praeferre scriptionem קָרֳבָן, nam haec doctoris Hebraei scriptura ad unum Ezechielis locum pertinet).

קֻרְבָּן n. act. *oblatio*, קֻרְבַּן הָעֵצִים oblatio lignorum Neh. X, 35. XIII, 31, cf. ἑορτὴ τῆς ξυλοφορίας Jos. b. jud. 2, 17 §. 6 et Maimon. ad Taanith c. 5.

II. קָרַב rad. in verbo inusitata eandem vim habuisse videtur atque arab. قَلَبَ Conj. I. II. III. vertit, convertit, versavit, med. E. inversus fuit, de rebus physicis v. c. de labio inverso, inde قَلْب interior

pars rei (das In*wendige*), nucleus, medulla, medium, spec. cor. Atque huic respondet hebr.

קֶרֶב, in Pausa קָרֶב Lev. III, 3. 9. IV, 8 c. suff. קִרְבִּי, semel pl. c. suff. קְרָבַי Ps. CIII, 1 m. 1) *intimum, medium* rei. (Priores lexicographi hoc a *propinqui* significatione ducebant, „quia *internum* sit centro *proximum*" Sim., quod quid valeat, nemo non facile intelligit. Sed haud profecto melius Fürstius arcessivit lat. *corpus*). Cum praep. a) בְּקֶרֶב *in medio*, abit fere in Praep. (ut בְּתוֹךְ) v. c. בְּקֶרֶב הָאָרֶץ in (media) terra Gen. XLV, 6. Ex. VIII, 18. Deut. IV, 5. Jes. VII, 22. X, 23, בְּקֶרֶב הָעָם Gen. XXIV, 3, בְּ' אֶחָיו Deut. XVIII, 2, בְּ' כְּסִילִים Jes. V, 25, בְּקֶרֶב הַכְּנַעֲנִי Iud. I, 32, חֻצוֹת Prov. XIV, 33, בְּ' לִבִּי Ps. XXXVI, 2, בְּ' צָרָה CXXXVIII, 7, de tempore: בְּקֶרֶב שָׁנִים *intra* (aliquot, paucos) annos Hab. III, 2. Cf. בְּ no. 3 et ad hunc usum pluralis numeri v. יָמִים (aliquot) dies. Ponitur etiam post verba motus (v. בְּ no. 10) v. c. בְּקֶרֶב הַמִּלְחָמָה in mediam pugnam 1 Reg. XX, 39, transire בְּקֶרֶב הַמַּחֲנֶה per media castra Jos. I, 11. b) מִקֶּרֶב *e medio*, frequentatur post verba tollendi, removendi, exscindendi v. c. בִּעֵר, כָּרַת, הֵסִיר Exod. XXXI, 14. Lev. XVII, 4. 10. XVIII, 29. XX, 3. 6. Deut. XIII, 6. XVII, 7. XIX, 19. XXI, 9. 21. Mich. V, 9 et persaepe.

2) spec. *interiora* corporis sive hominum sive bestiarum, a) *intestina*, v. c. hostiarum Ex. XXIX, 13. 22. Lev. I, 13. III, 3. 9. 14. IV, 8. VIII, 16. 21. 25. IX, 14, venter interior Gen. XLI, 21, uterus mulieris Gen. XXV, 22. LXX ἐνδόσθια, κοιλία. b) *interiora* hominis, ut sedes animae (1 Reg. XVII, 21: תָּשָׁב־נָא נֶפֶשׁ הַיֶּלֶד עַל קִרְבּוֹ) et animi (Ps. XXXIX, 4: לִבִּי בְּקִרְבִּי LV, 5. CIX, 22. Jes. XVI, 11. XIX, 1. Jerem. XXIII, 9. 1 Sam. XXV, 37. — Ps. LI, 12: רוּחַ נָכוֹן חַדֵּשׁ בְּקִרְבִּי. Jes. XXVI, 9. Zach. XII, 1). Inde de ipso *animo* Ps. LXIV, 7. 1 Reg. III, 28: חָכְמַת אֱלֹהִים בְּקִרְבּוֹ. Ps. V, 10. Gen. XVIII, 12: *et risit Sara* בְּקִרְבָּהּ *in animo suo*, apud se. Ps. LXII, 5: *maledicunt* בְּקִרְבָּם. Jer. XXXI, 33: נָתַתִּי אֶת־תּוֹרָתִי בְּקִרְבָּם, parall. עַל לִבָּם אֶכְתֲּבֶנָּה.

קַרְדֹּם m. *securis*, c. Suff. קַרְדֻּמּוֹ 1 Sam. XIII, 20. Pl. קַרְדֻּמִּים V. 21, קַרְדֻּמּוֹת Ps. LXXIV, 5. Jer. XLVI, 22, it. קַרְדֻּמוֹת (sine Dag.) Iud. IX, 48. (Arab. قَدُومٌ, talmud. קורדום id. Hebraeum autem קַרְדֹּם ortum censeo ex verbali Pi. קַדֹּם, قَدُومٌ inserta littera r [v. ר], a קָדַם primaria acuendi significatione, coll. גָּזַם, קָסַם. Alia eaque mollior huius eiusdem vc. forma est גַּרְזֶן, ubi cf. formas arabicas. Adde كَرْزِيمٌ securis).

קָרָה fut. יִקְרֶה, semel יִקְרָה (more verborum לא) Dan. X, 14 apoc. יִקֶר i. q. קָרָא no. II, ubi vide 1) *occurrit, obviam ivit* alicui, sensu hostili, sq. acc. Deut. XXV, 18 v. Niph. et קְרִי. — 2) *accidit, evenit*, sive bonum sive malum Jes. XLI, 22, sq. acc. pers. Gen. XLII, 29. XLIV, 29. 1 Sam. XXVIII, 10. Esth. IV, 7. VI, 13. Eccl. II, 14. IX, 11. Num. XI, 23: הֲיִקְרְךָ דְבָרִי אִם לֹא *utrum tibi eveniet quod dixi* promisi *an non*, sq. לְ Dan. X, 14. — Ruth II, 3: וַיִּקֶר מִקְרֶהָ חֶלְקַת הַשָּׂדֶה לְבֹעַז *et accidit casus eius* (ein ihr günstiger Zufall wollte), *ut ager Boasi esset.*

Niph. 1) *occurrit, obviam factus est*, sq. עַל (nostr. *auf* jem. stossen) Ex. III, 18 (coll. V, 3), sq. אֶל Num. XXIII, 4. 16, sq. לִקְרַאת V. 3, omisso casu V. 15. — 2) *forte fuit, casu adfuit* 2 Sam. I, 6. Cf. קָרָא Niph.

Pi. קֵרָה *contignavit* pr. fecit, ut trabes sibi invicem occurrerent (cf. קוֹרָה trabs) 2 Par. XXXIV, 11. Neh. II, 8. III, 3. 6, inde *struxit, aedificavit* Ps. CIV, 3.

Hiph. 1) *fecit, ut occurreret*, sq. לִפְנֵי Gen. XXVII, 20. XXIV, 12: הַקְרֵה־נָא לְפָנַי הַיּוֹם *fac ut hodie mihi occurrat* (quam quaero). — 2) *obvium fecit*, h. e. elegit sibi rem obviam, opportunam Num. XXXV, 11: וְהִקְרִיתֶם לָכֶם עָרִים.

קְרָה chald. v. קְרָא.

קָרֶה m. *casus*. Deut. XXIII, 11: מִקְּרֵה לָיְלָה *propter casum nocturnum* h. e. pollutionem nocturnam. Talmudici ita utuntur nomine קֶרִי, v. c. בַּעַל קֶרִי qui noctu pollutus est, Sanhedr. 106, 1. Berach. 22, 1.

קוֹרָה f. *tignum, trabs*, ita dicta, quod trabes in aedificiis sibi occurrunt et decussantur, v. rad. Pi. (Syr. ܩܘܪܬܐ id.) 2 Reg. VI, 2. 5, pl. 2 Par. III, 7. Cant. I, 17. Per synecd. pro domo, ut gr. μέλαθρον. Gen. XIX, 8.

קֶרִי, in Pausa קֶרִי m. *occursus hostilis* Lev. XXVI, 28, in hac locutione: הָלַךְ קֶרִי עִם *ivit in occursum* (ut pugnaret) *cum* al. i. e. *opposuit se, restitit* alicui Lev. XXVI, 21. 23, בְּקֶרִי V. 24. 27. 40. 41.

קִרְיָה f. *urbs, oppidum* i. q. עִיר, cf. קֶרֶת. Origo non satis certa. Alii ab *occursu* hominum dictum volunt, alii, quod praestaret, ab *aedificando* v. rad. in Pi. et קוֹרָה. Sed vide, sitne proprie *munimentum, urbs munita* (cf. עִיר, קִיר), ita dicta quia hostibus *resistat* (cf. masc. קֶרִי). Praeter pauca exempla (Deut. II, 36. 1 Reg. I, 41. 45) solis poëtis proprium est Num. XXI, 28. Ps. XLVIII, 3. Prov. X, 15. XI, 10. XXIX, 8. Iob. XXXIX, 7. Jes. I, 21. 26. XXII, 2. XXIV, 10. XXV, 2. 3. XXVI, 5. XXIX, 1. XXXII, 13. XXXIII, 20. Hos. VI, 8. Mich. IV, 10. Hab. II, 8. 12. (Syr. ܩܪܝܐ, ܩܘܪܝܬܐ, ܩܘܪܝܐ, arab. قَرْيَةٌ, قِرْيَةٌ max. de oppidis minoribus adeoque vicis, v. Lorsbach Archiv I, 223).

Nomina propria oppidorum sunt:

a) קִרְיַת אַרְבַּע Gen. XXIII, 2. Jos. XV, 54. XX, 7, c. art. קִרְיַת הָאַרְבַּע Neh. XI, 25 antiquum nomen Hebronis (v. חֶבְרוֹן p. 442). Cave autem ק' א' cum Eichhornio (Einleit. III, p. 166 ed. 4) reddas *Quadricomium*, est

enim *urbs Arbae*, viri Enacitae cf. Jos. XIV, 15. XV, 13. XXI, 11.

b) קִרְיַת בַּעַל Jos. XV, 60. XVIII, 14 idem quod frequentius ק׳ יְעָרִים appellatur, v. litt. d.

c) קִרְיַת־חֻצוֹת (urbs platearum) opp. Moabitarum Num. XXII, 39.

d) קִרְיַת־יְעָרִים (urbs silvarum) opp. in confiniis tribuum Judae et Benjamini, ubi per aliquod tempus sedes arcae sacrae fuerat Jos. IX, 17. XVIII, 15. Iud. XVIII, 12. 1 Sam. VI, 21, c. art. קִרְיַת הַיְּעָרִים Jer. XXVI, 20, contractius קִרְיַת־עָרִים Esr. II, 25 et fortasse Jos. XVIII, 28, ubi עָרִים excidisse videtur, quum eadem vox statim sequatur, alibi etiam קִרְיַת־בַּעַל, v. litt. b, neque non בַּעֲלֵי יְהוּדָה et בַּעֲלָה, v. pag. 225. 226. Eusebius ponit miliario nono euntibus Aelia Diospolin, ubi teste Ed. Robinsone hodieque est vicus *Kurjath el enâb* (vicus uvarum).

e) קִרְיַת־סַנָּה Jos. XV, 49 (urbs palmae, cf. סַנְסִנִּים) et קִרְיַת־סֵפֶר (urbs libri, LXX *πόλις γραμματέων*) in tribu Judae, alibi דְּבִיר (q. v. pag. 318) Jos. XV, 15. 16. Iud. I, 11. 12.

f) קִרְיַת עָרִים v. litt. d.

g) קִרְיָתַיִם (urbs gemina) *α*) in agro Rubenitarum Num. XXXII, 37. Jos. XIII, 19, olim Emaeorum oppidum Gen. XIV, 5, Jeremiae et Ezechielis aetate Moabitarum Jer. XLVIII, 1. 23. Ez. XXV, 9. Eusebius: ... *καὶ νῦν ἐστιν ὅλη Χριστιανῶν κώμη παρὰ Μηδαβὰν πόλιν τῆς Ἀραβίας λεγομένην Καριάδα* (lege *λεγομένη Καριάθα*, Hieron. et appellatur Koreiatha) *ἀπὸ ί σημείων τῆς Μηδαβὰν πρὸς δυσμάς, ἐπὶ τὸν βάριν.* *β*) in agro Naphtalitarum 1 Par. VI, 61, alibi קַרְתָּן.

קִרְיָה et **קִרְיָא** chald. id. Esr. IV, 10 sqq. In Targg. קְרִי, קִרְיָא et קַרְתָּא, Jon. קוּרְיָא, pl. קִרְוִין, קִרְוִין id.

קְרִיּוֹת (urbes) n. pr. duorum oppidorum, unius in tribu Judae Jos. XV, 25, alterius Moabitarum Jer. XLVIII, 24. 41. Am. II, 2. — A priore ortum censent gentil. Judae proditoris *Ἰσκαριώτης* אִישׁ קְרִיּוֹת. LXX *Καριώθ*.

קִרְיַת v. קִרְיַת יְעָרִים.

קֶרֶת, in Pausa קָרֶת f. i. q. קִרְיָה *urbs*, *oppidum*, vc. minus usitatum Iob. XXIX, 7. Prov. VIII, 3. IX, 3. 14. XI, 11. (Perfrequens erat apud Phoenices, v. קרת חדשת *urbs nova* in nummis Siculis Panormi, sive Carthaginis nomen est sive Neapolis Panormitanae v. monn. Phoen. tab. 38 p. 291, מלקרת Herculis nomen, ortum ex מלך קרת rex urbis, praeterea in nomm. pr. urbium, variis formis, etiam masc. *Car*, *Cur*, et c more Afrorum emollito in g *gar*, *gara*, v. c. *Cirta* Numidiae קַרְתָּא, *Cartili* קרת אלִ, *Caralis*, *Rusucurum* רֹאשׁ הַקָּר, *Ausucurro* עֹז הַקָּר al. v. monn. ph. p. 417. Praeterea *Certa* i. e. aram. קַרְתָּא saepe reperitur in nomm. urbium Armenarum, ut Tigranocerta, Cercathiocerta, Artasigarta cf. Hesych. *Κέρτα*, *πόλις ὑπὸ Ἀρμενίων*. In Targg. קַרְתָּא id.).

קַרְתָּה (urbs) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. XXI, 34.

קַרְתָּן (dual. vet. a קֶרֶת) n. pr. eiusdem oppidi, quod alibi קִרְיָתַיִם appellatur (v. קִרְיָה litt. g, *β*) Jos. XXI, 32.

מִקְרֶה m. 1) *casus fortuitus* 1 Sam. VI, 9: מִקְרֶה הוּא הָיָה לָנוּ. XX, 26. Ruth II, 3. — 2) *sors*, quae alicui evenit. Eccl. II, 14: מִקְרֶה אֶחָד יִקְרֶה אֶת־כֻּלָּם *eadem sors omnibus evenit.* V. 15. III, 19. IX, 2. 3.

מְקָרֶה m. pr. part. Pi. *contignatio*, *tabulatum* Eccl. X, 18.

קָרַח pr. *glabrum fecit* (v. קֶרַח glacies), spec. *calvum fecit.* קָרַח קָרְחָה calvitium fecit Lev. XXI, 5. Mich. I, 16. (Arab. per Ain, قَرَعَة calvitium, أَقْرَع calvus, syr. ܩܘܪܣ cornua non habens, de pecore, pr. glabri frontis, glattstirnig. Litteris emollitis inde orta est rad. גָּלַח q. v. Cogn. est חָלַק. Ex Indogermanicis congruunt *glacies*, *gelu*, *calvus*, slav. *goly*, *holy* calvus).

Niph. calvitium factum est, sq. לְ propter aliquem (mortuum) Jer. XVI, 6.

Hiph. i. q. Kal Ez. XXVII, 31.

Hoph. pass. מָקְרָח calvatus Ez. XXIX, 18.

קָרֵחַ (calvus) n. pr. viri 2 Reg. XXV, 23. Jer. XL, 8.

קֵרֵחַ m. *calvus in occipite* (differt a גִּבֵּחַ q. v.) Lev. XIII, 40. 2 Reg. II, 23. Chald. קָרִיחַ id.

קֶרַח m. in Pausa קָרַח 1) *glacies* a glabritie dicta Iob. VI, 16. XXXVII, 10. XXXVIII, 29, inde *frigus* Gen. XXXI, 40. Jer. XXXVI, 30. — 2) *crystallus*, ut gr. *κρύσταλλος*, a similitudine glaciei Ezech. I, 22. (Chald. קַרְחָא id.).

קֹרַח m. 1) i. q. antecedens no. 1, *glacies*, poët. de *grandine* Ps. CXLVII, 17. — 2) n. pr. filii Esavi Gen. XXXVI, 5. 14. b) filii Eliphasi et tribus Idumaeae ab eo ortae, ibid. V. 16. c) viri Levitae, filii Jizhar f. Kahath f. Levi, contra Mosen coniurati Ex. VI, 21. 24. Num. XVI, 1 sqq. XXVI, 9—11. 1 Par. VI, 7. IX, 19. Eiusdem gentis sunt בְּנֵי קֹרַח *Korachitae*, Levitae Davidi aequales (v. קָרְחִי), quibus undecim Psalmi tribuuntur Ps. XLII — XLIX. LXXXIV. LXXXV. LXXXVII. LXXXVIII. — d) 1 Par. II, 43.

קָרְחָה, semel קָרְחָא Ez. XXVII, 31 f. *calvitium* a) in occipite Lev. XXI, 5, quale sibi tondere solebant lugentes Jes. III, 24. XV, 2. XXII, 12. Jer. XLVII, 5. XLVIII, 37. Ez. VII, 18. XXVII, 31. Am. VIII, 10. Mich. I, 16. b) in sincipite i. q. גַּבַּחַת Deut. XIV, 1.

קָרְחִי patron. a קֹרַח no. 2, c *Korachita* Ex. VI, 24. Num. XXVI, 58, quae gens Davidis adhuc aetate florebat 1 Par. XII, 6. XXI, 1. Plur. IX, 19.

קָרַחַת f. i. q. קָרְחָה *calvitium* in occipite Lev. XIII, 42. 43, inde transl. locus depilis in aversa parte panni Lev. XIII, 55.

קָרַם *obduxit* (syr. et chald. metallo induxit), sq. עַל, ut alia tegendi verba. Ez. XXXVII, 6: קָרַמְתִּי עֲלֵיכֶם עוֹר *cutem vobis inducam*. Intrans. *obductus est* fut. יִקְרַם V. 8.

קָרַן 1) pr., ut videtur, *feriit*, cogn. radd. קָרָא no. II, קָרַב, קָרָה, unde קֶרֶן *cornu* a feriendi potestate. Aeth. ቀረነ: cornu feriit, it. aggressus est, pugnavit, ቀርን: cornu, licet vix dicas, utrum verbum in his primarium sit an nomen. Syllaba primaria haud dubie est קר, et eodem modo sanscr. *çarnis*, *çarñgan* cornu, acies, *çiris* acies, sunt a *çar* perforare. Contra non audiendi sunt, qui קֶרֶן ab altitudinis notione ducunt coll. אָרַם, הָרַם, רוּם, יָרַם, a stirpe primaria רם.

2) denom. a קֶרֶן significatu radii (no. 4): *radiavit*, *radios sparsit*, de facie Mosis, postquam splendorem Dei cominus viderat Ex. XXXIV, 29. 30. 35. LXX δεδόξασται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Targ. סְגִי זִיו יְקָרָא דְאַפּוֹהִי. Pesch. ܐܬܪܘܚ ܐܬܩܠܐ ܕܦܪܨܘܦܗ. Saad. et Abulw. بصّ وجهه, splenduit facies eius. Ridicule Aqu. κερατώδης ἦν. Vulg. *cornuta erat* (facies), quo factum est, ut pictores Mosen cornutum depingerent, v. Deylingii observatt. s. III, 81 sqq.

Hiph. *cornua habuit* (pr. emisit, produxit) Ps. LXIX, 32.

קֶרֶן, in Pausa קָרֶן Ps. LXXV, 5, c. suff. קַרְנוֹ, dual. קַרְנַיִם Am. VI, 13. Hab. III, 4 et קְרָנַיִם (qs. a קֶרֶן) Dan. VIII, 3. 6. 20, cstr. קַרְנֵי (quo etiam pro plurali utuntur), pl. קְרָנוֹת cstr. קַרְנוֹת Ps. LXXV, 11. Ez. XXVII, 15, max. signif. no. 3, fem.

1) *cornu* velut tauri, arietis Gen. XXII, 13. Deut. XXXIII, 17. Ps. XXII, 22. Dan. VIII, 5. 8. 9 al., etiam de cornubus artefactis 1 Reg. XXII, 11. Zach. II, 1 sqq. (Arab. قَرْنٌ cornu, it. acies cuspisve ensis, قرون الخيل cornua s. acies equitatus, sunt hastae, قَرْنَةٌ acies, cuspis, aeth. ቀርን:, aram. ܩܪܢܐ, קַרְנָא id. De origine v. ad rad. no. 1. Ex indogerm. praeter sanscr. *çarnis* cf. lat *cornu*, gr. κέρας it. κέραυνος fulmen, quod in cornu s. cunei formam a Cyclopibus cusum fingebant veteres, goth. *haurns*, nostr. *Horn*. Male Bohlenius conferebat sanscr. *karna* auris). Meton. *vasculum corneum* vel cornu, quo pro vasculo utebantur 1 Sam. XVI, 1. 13. 1 Reg. I, 39.

Metaph. symbolum est *roboris* et *potentiae*, imagine a tauris aliisque animalibus cornutis petita. Ier. XLVIII, 25: *fractum est Moabi cornu* h. e. robur eius fractum est, cf. Thren. II, 3. Ps. LXXV, 11. הֵרִים קֶרֶן פ׳ exaltavit s. evexit cornu alic. (Deus) i. e. potentiam et dignitatem eius auxit Ps. LXXXIX, 18. XCII, 11. CXLVIII, 14. 1 Sam. II, 10. Thren. II, 17 et contra exaltavit cornu (Dei) i. e. celebravit, laudavit eum 1 Par. XXV, 5. Inde רָמָה קַרְנִי altum est cornu meum i. e. crescit robur meum, altiores spiritus sumo Ps. LXXXIX, 25. CXII, 9. 1 Sam. II, 1. In eandem sententiam Am. VI, 13: לָקַחְנוּ לָנוּ קַרְנָיִם *cornua nobis sumsimus*. Contra in malam partem accipitur הֵרִים קַרְנוֹ evexit cornu suum i. e. superbivit Ps. LXXV, 5. 6. (Cf. lat. *cornua sumere* Ovid. A. A. 1, 239. Trist. 4, 9, 27, de iis qui nimia in viribus suis fiducia posita ferociores fiunt, adde Hor. Od. 3, 21, 18: *addis cornua pauperi*). Similis metaphora est in his Iob. XVI, 15: *immisi in pulverem cornu meum*, ex nostrae linguae genio dixeris: caput meum, in quo summum decus summaque gloria inest. Ps. XVIII, 3 Davides Deum appellat: קֶרֶן יִשְׁעִי *cornu auxilii mei* s. *liberationis meae* i. e. instrumentum liberationis, imagine a bestiis cornutis petita, quae cornibus adversarios arcent.. Ephraem Syrus: „haec imago ab animalium natura desumta est. Etenim cornibus adversarios arcent, ne noceant, et vindictam sumunt ab offensoribus." Non bene alii: collis s. mons salutis meae (vide infra litt. d), ad quem tuto refugere liceat. Ps. CXXXII, 17: *ibi* (Sione) *germinare faciam Davidi cornu* domui Davidicae sobolem potentem largiar. Ez. XXIX, 21. (Ita etiam Syri et Arabes. BH. p. 516, de regina Mogolorum fidei christianae addicta: ܗܝ ܐܪܝܡܬ ܩܪܢܐ ܕܟܪܣܛܝܢܐ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ i. e. auxit res Christianorum in tota terra. Har. Cons. 43 p. 498: قبّح الله ظنّك ولا أشبّ قرنك *maledicat Deus opinioni tuae et non adolescere faciat cornu tuum*, quod explicatur لا أطال عمرك ne longam esse iubeat vitam tuam. Eodem pertinet Alexandri Magni epitheton ذو القرنين bicornis, cornutus Cor. 18, 85 sqq., quod variis iisque ridiculis modis interpretati sunt Arabes, equidem nil dubitans *potentem*, *victorem* explico: et Alexander enim et Seleucidae in numis cornuti sistuntur Curt. 4, 7). In prophetarum visionibus cornua *reges* significant, utpote potentes Dan. VII, 7. 24. VIII, 8. 21.

A similitudine *cornu* est

a) *buccina cornea* Jos. VI, 5, ut lat. cornu, v. Freundii lex. litt. B, 3, b. Dicunt

b) קַרְנוֹת שֵׁן *cornua eboris* pro dentibus elephantinis, errore apud veteres vulgari. Ex. XXVII, 15. Plin. 18, 1: cornua elephanti et uri. Varro l. l. 7, 8. Martial. 1, 73, 4. Aethiop. ebur appellatur ቀርነ: ነገ: cornu elephanti, et simpl. ቀርን: v. Lud. lex. 198, hist. aeth. 10, 29. J. E. Faber (Archaeol. I p. 404) cornua rhinocerotis intelligere volebat, sed sine causa idonea.

c) קַרְנוֹת הַמִּזְבֵּחַ *cornua altaris* sunt prominentiae ligneae metallo obductae in quattuor altaris angulis cornibus similes (γωνίαι κερατοειδεῖς Jos. b. j. 5, 5. 6),

quibus sanguis hostiarum illini (Ex. XXIX, 12. Lev. IV, 7) quasque malefici asylum quaerentes prehendere solebant (1 Reg. I, 50. II, 28). Exod. XXVII, 2. XXX, 2. 3. 10. XXXVII, 25. 26. XXXVIII, 2. Lev. IV, 7. 18. 25. 30. 34. VIII, 15. IX, 9. XVI, 18. Ps. CXVIII, 27. Am. III, 14. Jer. XVII, 1. Ezech. XLIII, 15. 20. Eadem ornamenta reperiuntur in altaribus Graecorum (v. Spanhem. ad Callim. p. 82 sqq. Spencer de legg. Hebr. lib. 3 c. 4, 1) et Aegyptiorum. J. D. Michaëlis ipsos angulos intelligere volebat (cf. ܩܪܢܐ Act. VIII, 11 Pesch., قرن arab. vulg. angulus), contra verba manifesta Exod. XXVII, 2: וְעָשִׂיתָ קַרְנֹתָיו עַל אַרְבַּע פִּנֹּתָיו. De Rabbinorum aliorumque antiquiorum intpp. hallucinationibus v. Carpzov. appar. 274. Lundii jüd. Heiligth. 172. Dav. Ikén. de cornibus altaris exterioris, in diss. selectis no. XI.

d) קֶרֶן est *vertex* montis Jes. V, 1, ut arab. قَرْن vertex, parvus mons separatus, gr. *κέρας*, lat. *cornu* Curt. 3, 4, 4. Stat. Theb. 5, 532, etiam de promontorio Ov. Fast. 4, 480 (cf. angl. *Cornwall*), germ. *Horn*, max. in Helvetia, ut *Schreckhorn*, *Wetterhorn*, *Aarhorn*. Denique

e) dual. קַרְנַיִם Hab. III, 4 dicitur de *radiis* fulguris, quemadmodum Arabum poëtae primos solis orientis radios cum cornubus comparant ipsumque solem dorcada (الغزالة) appellant, v. ad אַיֶּלֶת p. 46 A. Etiam Firuzabadius قَرْن cornu, primos radios solis explicat, et Talmud. dicunt קרן כרכם splendor croci, קרנתא cornua solis Buxt. col. 2140. Adde quae de Aegyptiis docet Champollion, gramm. p. 359: „*deux cornes* remplaçaient par metaphore dans les textes hiéroglyphiques le verbe ϩⲟϫϩⲟϫ *rayonner*, *resplendir*, *briller* parceque chez les peuples orientaux on trouvait une analogie marquée entre les *cornes* et les rayons du soleil.“

קֶרֶן emphat. קַרְנָא chald. id. 1) *cornu* Dan. VII, 8. 20. 21. 2) *buccina* Dan. III, 5. 7. 10. 15. Dual. קַרְנַיִן VII, 7, emph. קַרְנַיָּא 8. 20. 24.

קֶרֶן הַפּוּךְ (vasculum s. pyxis fuci) n. pr. unius ex filiabus Iobi, Iob. XLII, 14.

קָרַס *curvavit se* (vic. כָּרַע), inde *corruit*, *collapsus est* i. q. כָּרַע in altero membro. Jes. XLVI, 1: קָרַס נְבוֹ *corruit Nebo*. LXX *συνετρίβη Ναβώ*. Vulg. contritus est Nebo. Targ. succisus est. Melius Kimchi: ענין כפיפה.

קֶרֶס pl. קְרָסִים cstr. קַרְסֵי pr. curvatura, articulus (Gelenk, cf. קַרְסֹל), inde *ansula*, *uncinus*, cui laqueolus immittitur Exod. XXVI, 6. 11. 33. XXXV, 11. XXXVI, 13. 18. XXXIX, 33. LXX *κρίκοι*. Vulg. *circuli*. Pesch. ܩܘܪ̈ܩܣܐ i. e. ansulae cf. chald. קורקסים.

קֵרֹס Esr. II, 44 et **קֵירֹס** Neh. VII, 47 (ex usu chald. pecten textorius) n. pr. viri.

קַרְסֹל pr. diminut. a קֶרֶס (vide ad ל pag. 728 A) *articulus*, *nodiculus* (Gelenkchen), spec. *talus* (quem etiam germanice diminutivo exprimimus *Knöchel*). Dual. Ps. XVIII, 37: לֹא מָעֲדוּ קַרְסֻלָּי *non vacillant tali mei*. 2 Sam. XXII, 37. Vulg. *tali*. Reperitur hoc vc. etiam in Targg. et ponitur (partim non satis accurate) pro אֲפָסַיִם Ez. XLVII, 3, בְּהֹנוֹת Iud. I, 6, כְּרָעַיִם Lev. XI, 21. Simile est syr. ܩܘܪܣܠܐ, quo Ps. l. c. utitur Pesch., quodque sine dubio *talum* significat. Ephr. II, 25: *vestibus demissis* ܠܩܘܪ̈ܣܠܐ ܥܕܡܐ *usque ad talos*. Cf. Act. III, 7, ubi ponitur pro gr. *σφίρα*, adde Ezech. XLVII, 3. Non bene Novar. interpretatur العقب calcaneum, et ambigue Ferrar. „talus, calx“. Ceterum chald. קַרְצוּלִין Ps. L, 11 de *calce* vel *planta* pedis poni videtur. — Quadrilittero in trilitterum contracto e nostro vocabulo ortum est arab. قزل talipedavit, talis vacillantibus incessit, vulgo: claudicavit, أقزل homo ita incedens, talis cruribusque infirmis.

קָרַע 1) *discidit* (cogn. verbo קָרַץ, arab. قرض secuit), ut vestes, max. prae dolore et in luctu Gen. XXXVII, 29. 34. XLIV, 13. Num. XIV, 6. 1 Sam. IV, 12. 2 Sam. I, 2. XIII, 19. 31. 2 Reg. V, 8. XVIII, 37. Esr. IX, 3. Jer. XXXVI, 24. Iob. I, 20 al., pulvinaria Ez. XIII, 21, librum cultro Jer. XXXVI, 23, *dilaniavit* fera Hos. XIII, 8, *disrupit* Deus coelum Jes. LXIII, 19. קָרַע קְרָעִים discidit, discerpsit in partes 1 Reg. XI, 30, לִקְרָעִים 2 Reg. II, 12. Opp. תָּפַר consuit Eccl. III, 7. קָרַע עֵינַיִם בַּפּוּךְ Jer. IV, 30 disrupit oculos stibio i. e. oculos stibio quam plurimo illevit (v. פּוּךְ, כָּחַל), quo fit ut oculi *disrumpantur*, distendantur et maiores esse videantur. Simillima est ratio loci XXII, 14: קָרַע לוֹ חַלּוֹנָי *exscindit sibi fenestras* in palatio, ubi verbo קָרַע significatur, *amplas multas*que fenestras fecisse Jojakimum. ־ָי in חַלּוֹנָי mihi terminatio est plur. (Lgb. pag. 523) vel dual. (Ew. §. 359): coacte Böttcherus (specc. p. 40): *exscindit* s. *dirumpit sibi* domum, ut sit *fenestrosa* (־ָי i. q. ־ִי, ut in כִּילַי al.). — 2) *abscidit*, *avellit* (abreissen), sq. מִן Lev. XIII, 56, מֵעַל Ezech. XIII, 20. Metaph. sq. מֵעַל 1 Sam. XV, 28: קָרַע יְהוָה אֶת־מַמְלְכוּת יִשְׂרָאֵל מֵעָלֶיךָ *avellit Jova regnum Israëlis a te*. 1 Reg. XI, 11, sq. מִיַּד Comm. 12. 1 Sam. XXVIII, 17, מִן 1 Reg. XIV, 8; *abscidit se* 2 Reg. XVII, 21. — 3) metaph. verbis *proscidit*, *maledixit* Ps. XXXV, 15. (Arab. قرع II. increpuit, reprehendit. Repetitum vel a significatione verbi arabici قرع percussit max. caput et cervicem v. H. A. Schult. ad Elnawab. p. 121 — 127 cf. nostr. Nackenschläge, vel a discindendi potestate apud Hebraeos).

Niph. discissa, dirupta est vestis Ex. XXVIII, 32. XXXIX, 23. 1 Sam. XV, 27, ara 1 Reg. XIII, 3. 5.

קֶרַע m. *pars vestis laceratae* 1 Reg. XI, 30. 31. 2 Reg. II, 12, pl. *panni laceri* (Lumpen) Prov. XXIII, 21.

קָרַץ 1) fere i. q. cogn. קָרַע *scidit*, inde *excidit*, *perdidit*, unde קֶרֶץ excidium, et chald. קְרַץ frustum. (Arab. قرص scidit, abscidit, قرص id. II. secuit, resecuit rodendo, VII. consumtum, absumtum est, de tempore. قُرَاضَة quod secando rodendoque decidit, vicc. sunt قرط, قرطم, قرظ secuit. Aeth. ቀረፀ: totondit lanam).

2) spec. dentibus scidit, *momordit*, max. in formulis a) קָרַץ שְׂפָתַיִם labia momordit (die Lippen zusammen-*kneifen*), quod est hominis maligni insidias parantis Prov. XVI, 30. b) ק׳ עַיִן X, 10. Ps. XXXV, 19, et בְּעֵינָיו Prov. VI, 13 oculos compressit (labiorum instar), oculis nictavit post tergum alterius, quod itidem maligni et dolosi est. (Arab. قرص vellicavit, duobus digitis compressit carnem alic., ut dolore afficiatur, nostr. kneifen, to nif; it. avellit partem massae, ad panem formandum, v. hebr. Pu., قرص et قرصة paniculus. Ad usum Hebraeorum sub litt. b cf. nasor. ܩܪܨ oculos compressit, quod copulatur cum ܪܡܙ nictavit Cod. Nas. III, 236, et haec synn. arabica: زرّ momordit, vellicavit, dein oculis nictavit, غمز, لمز oculis nictavit, mit den Augen zwinken, dein: obtrectavit, diffamavit Cor. 9, 80, لُمَزَة obtrectator, maledicus 104, 1).

Pu. avulsus est, decerptus est. Iob. XXXIII, 6: מֵחֹמֶר קֹרַצְתִּי גַם־אָנִי *de luto decerptus sum et ego*, imagine a figulo repetita, qui vasculum formaturus luti partem de massa decerpit.

קֶרֶץ m. *excidium* Jer. XLVI, 20. V. rad. no. 1.

קְרַץ m. chald. *frustum*, syr. ܩܪܨܐ, v. rad. no. 1, in hac locutione: אֲכַל קַרְצֵי דִי comedit frusta alicuius, metaph. pro: *calumniatus est*, obtrectavit, sycophantam egit, eadem metaphora, qua lat. *mordere*, *dente carpere*, *dente rodere* dicuntur sycophantae (rodere carnem Martial. 6, 64, 30, adde gr. ἐνδατέομαι Aesch. Sept. 580. Soph. Trach. 791, sec. Schol. pr. σφοδρῶς ἐσθίω, dein σφόδρα κακῶς λέγω, δυςφημῶ). Dan. III, 8. VI, 25. (Syr. ܐܟܠ ܩܪܨܐ id. Arab. أكل لحمه carnem alicuius comedit, calumniatus est, v. אֲכַל pag. 91).

קַרְקַע *fundamentum, fundus*, v. rad. קִיר pag. 1210.

קַרְקֹר n. pr. v. ibid.

קָרַר rad. in verbo inusit. Arab. قرّ 1) frigidus fuit; frigore affectus, laesus est. 2) quietus fuit (calor enim membra vegeta reddit, frigus lenta et torpida), قُرّ, قِرّة frigus. Aeth. ቆረረ: friguit, ቍር: frigus, ቈሪር: frigidus. Syr. ܩܪ refrigeravit se, i. q. chald. אִתְקְרַר, ܩܪܝܪܐ, ܩܘܪܐ frigus, ܩܪܝܪܐ frigidus. Sam. Aph. quiescere fecit, reposuit. Ex Indogermm. congruit κρύος).

קַר adj. pl. קָרִים *frigidus* (de aqua) Prov. XXV, 25. Jer. XVIII, 14. Metaph. קַר רוּחַ animi frigidi (homo) i. e. quieti Prov. XVII, 27 Chethibh. Keri: יְקַר רוּחַ cf. יָקָר no. 1.

קֹר m. *frigus* Gen. VIII, 22.

קָרָה f. id. Ps. CXLVII, 17. Iob. XXIV, 7. XXXVII, 9. Prov. XXV, 20. Nah. III, 17.

מְקֵרָה f. *refrigeratio* (Kühlung). עֲלִיַּת הַמְּקֵרָה III, 20 cf. 24.

קָרַשׁ rad. inusit. (cogn. radici חָרַשׁ) *secuit, resecuit*, arab. قرش teste Kamuso p. 823 i. q. قطع.

קֶרֶשׁ in Pausa קָרֶשׁ c. suff. קַרְשְׁךָ Ez. XXVII, 6 pl. קְרָשִׁים, קַרְשֵׁי m. *asser*, *tabula* Ex. XXVI, 15 sqq. XXXV, 11. XXXVI, 20 sqq. XL, 18. Num. III, 36. IV, 31. Collect. *tabulatum* navis Ez. l. c.

קֶרֶת f. *oppidum, urbs*, v. rad. קָרָה.

קַרְתָּה, קַרְתָּן v. ibid.

קָשָׂה rad. inusit. fort. i. q. קָשָׁה no. II, قشا decorticavit (cf. קַשְׂקֶשֶׂת rad. קָשַׂשׂ), inde *tornavit*, *in rotundam formam effinxit*, inde

קָשָׂה et **קַשְׂוָה**, in solo pl. קְשָׂוֹת Ex. XXV, 29. XXXVII, 16. 1 Par. XXVIII, 17 cstr. קְשׂוֹת Num. IV, 7 *phialae* ad libandum. LXX σπονδεῖα. In Targg. pl. קַסְוָת Num. l. c. Talmud. קסיא est tegumentum, spec. chirotheca, a כָּסָה, unde hebr. קַשְׂוָה, קֶסֶת esse possit vasculum opertum, sed *phialae* saltem hoc minus convenit.

קֶסֶת f. *ampulla*, *vasculum*, vel a forma *rotunda* dictum (v. rad.) vel quia *opertum* sit (v. ad קַשְׂוָה). (Aeth. ቀሡት: hydria, urceus aquarius, aram. per Tet ܩܣܛܐ, קִסְטָא urceus, spec. sextarius, syr. ܐܩܣܛܐ a קֶשֶׁת ܩܫܬܐ arcus, arab. per ز, قازوزة vasculum, ampulla). Inde קֶסֶת הַסֹּפֵר vasculum scribae i. e. *atramentarium* Ezech. IX, 2. 3. 11.

קָשַׂט rad. inusit. quae *pendendi*, *appendendi* vim habuisse videtur, unde notio *aequitatis* et *iustitiae* in rad. vicina קָשַׁט. Arab. قسط iustus fuit, pr., si quid video, appendit librâ iustitiae, unde قِسْط trutina, libra, et pondus quoddam; it. quantitas iusta v. c. cibi (pensum), portio, mensura. Inde est

קְשִׂיטָה f. pr. *appensum*, dein *certum quoddam* argenti aurive *pondus*, quo pariter atque siclo (cf. מָנֶה, שֶׁקֶל) patriarcharum aetate pro pecunia utebantur. Sic Gen. XXXIII, 19 Iacobus narratur agrum emisse *centum Kesitis* (cf. Jos. XXIV, 32) et Iob. XLII, 11 Iobo ab amicis singulis Kesita una dono offertur. Kesitam autem siclo graviorem fuisse, et quattuor fere siclis aestimandam esse ex duobus locis Gen. XXXIII, 19. XXIII, 16 inter se collatis colligas. Veterum duplex fere est sententia. Una est 1) Versionum antiquarum, quae praeter Jon. et Targ. Hieros. in Gen. (qui מרגלין margaritas s. gemmas interpretantur) omnes *agnum* exprimunt, et sic ex Hebraeis Abulw. فسر فيه دابّة وقيل نعجة وكن الى هذا نميل *bestiam esse volunt*, *secundum nonnullos ovem femellam*, *quorsum nos quoque inclinamus*, et Aben Esra ad Iob. l. c. Hic vero significatus neque ullum habet ab etymo praesidium, neque patriarcharum moribus consentaneus est, quorum aevo iam desierant res rebus permutare veraeque emtiones usitatae erant, quae argento appenso fiebant (Gen. XXIII, 16. XLVII, 16). Vide quae contra Frid. Spanhemium (hist. Iobi, Opp. T. III p. 84) disputat Bochartus, Hieroz. T. I p. 433 — 37. Contra 2) plerique Hebraei *nummum* quendam explicant provocantes illi quidem ad haec R. Akibae in Rosch haschana c. 3 fol. 26, a: כשהלכתי לאפריקי היו קורין למעה קשיטה (Kimchi: לערביא) לפרושי מאה קשיטה דאוריתא מאה דנקי *quum in Africam* (*Occidentem*) *profectus essem*, *ibi obolum appellabant Kesitam. Quid inde proficimus? Discimus centum kesitas in lege esse centum danacas.* [דנק gr. δανάκη, arab. دانك pers. دانگ est obolus Persarum]. Si vera narravit homo, statui possit, Poenos Africanos Hadriani adhuc tempore vetus vocabulum servasse: sed fateor, me his non multum tribuere, praesertim quum non credibile sit, Kesitam tam exiguum nummum designasse. E recentioribus fuerunt, qui duas illas opiniones ita inter se conciliarent, ut ק׳ pecuniam antiquissimam fuisse censerent, cui pecudis nota impressa fuerit (cf. Plin. H. N. 33, 3 s. 13): quam coniecturam praeter alios secutus est Frid. Münterus (in progr. danice scripto *de Kesita*, Hauniae 1824, 4), qui in numo quodam agni figuram gerente Kesitam sibi reperisse visus est. Sed nil dubito, quin nummus iste ad Cyprum referendus sit, cuius pecunia illam imaginem gerit. Minus etiam placet J. E. Faber (ad Harmari Beob. II, p. 15 — 19), qui (coll. syr. ܩܣܛܐ vas) ק׳ explicat vas aureum argenteumve antiquissimis temporibus emtionibus adhibitum (Aelian. v. h. 1, 22). Ceterum pro pondere nummove argenteo laudari etiam possunt verba Act. VII, 16, ubi eadem emtio, de qua agitur Gen. XXXIII, 19, τιμῆς ἀργυρίου facta esse dicitur.

קָשַׂשׂ rad. inusit., quae *decorticandi*, *desquamandi* vim habuisse videtur, ut arab. قشّ (cf. hebr. קָשָׁה et קָשָׁה no. II), et قشر, unde قِشْرَة cortex, squama. Inde

קַשְׂקֶשֶׂת Lev. XI, 9. 10. 12. Deut. XIV, 9. 10 pl. קַשְׂקַשִּׂים 1 Sam. XVII, 5 et c. suff. קַשְׂקְשֹׂתֶיךָ Ezech. XXIX, 4 f. *squama*. שִׁרְיוֹן קַשְׂקַשִּׂים lorica squamata i. e. lamellis ferreis squamas referentibus constans 1 Sam. l. c.

קָשָׂא rad. inusit. fortasse *duritiei* et *gravitatis* vim habens. Inde קִשֻּׁא *cucumerem* dictum voluerunt, nimirum a duritie et concoctionis difficultate, Aboda sara fol. 11, 1. למה נקרא שמן קשאים מפני שקשין לגופו של אדם כחרבות *unde vocatur nomen ipsorum kissuim? quod graves sunt corpori humano ut gladii*, cf. Plin. H. N. 19, 5, de cucumeribus: „vivunt hausti in stomacho in posterum diem, nec perfici queunt in cibis". Atque idem etymon suadet arab. كشى voravit cibum distentis buccis labiisque, *cucumeres edit*, med. E cibo repletus est. V. id. كشّى et كشى cibo repletus.

קִשֻּׁא, tantum in pl. קִשֻּׁאִים (nonn. codd. Sam. קשוים) *cucumeres* Num. XI, 5. (Talmudici habent קשות cucumeres Kil. c. 2, ubi copulantur cum peponibus, et apud Phoenices *Κουσίμεζαρ* Diosc. 4, 152, *cussimezara* Apulej. c. 113, quod equidem scripserim קשא מצר cucumis Aegypti, erat σίκυς ἄγριος. Idem nomen in omnibus linguis cognatis exstat, forma paullulum diversa, arab. قِثّاء et قُثّاء nom. unit. قِثّاءَة, aeth. ቀሥጵ:, chald. קִטֵּי, syr. ܩܛܝܐ, ܩܛܘܬܐ pl. ܩܛܘܬܐ v. Act. M. II, 295. Ephr. Syr. 1, 256, et vide sitne eiusdem originis gr. σικυός cucumis, σικύα cucurbita). LXX. Num. l. c. σικυοί, et ita Gr. Venet., sed cod. Alex. σικύαι, unde Luth. *Kürbis.* De cucumeribus Aegypti et Syriae v. Prosp. Alpinum de plantis Aegypti c. 38. Abdoll. Aeg. p. 34. 125. ed. Sacy, Forskal Flora Aegypt. p. 169 (ubi male قطة, قثة scribit). Hartmanni Aeg. p. 180. Celsii Hierob. II, 249. — Inde denom.

מִקְשָׁה *ager cucumeribus consitus* Jes. I, 8, arab. مَقْثَأَة, qua voce h. l. utitur Saadias. Etiam vocem hebraeam vulgo femininam esse statuunt, pro מִקְשָׁאָה: sed huiusmodi formam non contrahere solent Hebraei.

Itaque nescio an masc. sit מַקְשָׁה pro מִקְשָׁא ut מִכְלָה Hab, III, 17 pro מִכְלָא. Occurrat aliquis, huius generis nomina abundantiae maximam partem feminea esse (v. Lgb. §. 513. de Sacy gr. arabe 1 §. 689): sed non minus certa exstant sexus masculini exempla: מַעְגָּל, מַלְבֵּן al. Aliud מִקְשָׁה v. rad. קָשָׁה no. II.

קָשַׁב fut. יִקְשַׁב *attendit* ad aliquid, in Kal semel Jes. XXXII, 3, ubi auri tribuitur. (Originem posuerim in *acuendo*, ut קָשַׁב idem fere sit atque קָצַב, nostr. die Ohren spitzen, arrexit aurem, locutione ab animalibus v. c. ab equo petita, v. append. ad אָזַן, אֹזֶן. *Acuendi* autem vis facile nascitur e *secando*, secando et resecando enim acuimus rem, nostr. spitz zuschneiden, et si acuimus gladium, efficimus ut secet, *schärfen = schneiden machen.* A קָצַב قضب Arabes habent قَضِيبٌ gladius secans; propius etiam est قشب polivit ensem, intr. nitidus, politus fuit, poliendo autem ensis acuitur. Alias coniecturas proponunt Schult. ad Prov. I, 24, cui ה׳ אֹזֶן est: nitidavit, tersit, emundavit aurem; J. D. Mich., Beurth. der Mittel p. 220. 221, cui eadem formula est: inclinavit aurem coll. قسب, cui tamen inclinandi vis perperam tribuitur; nuper Fürstius, cui קָשַׁב est i. q. שָׁאַב q. d. inhiavit verbis alterius).

Hiph. plene הִקְשִׁיב אָזְנוֹ (pr. aurem acuit) *auscultavit, attendit* Ps. X, 17. Prov. II, 2 (sq. לְ), alibi omisso אָזְנוֹ id., sq. אֶל *ad* aliquem, aliquid Neh. IX, 34. Jes. LI, 4. Jer. XVIII, 18. 19. Zach. I, 4. Ps. CXLII, 7, עַל Jer. VI, 19. Prov. XVII, 4. XXIX, 12, לְ Jes. XLVIII, 18. Prov. IV, 20. V, 1. VII, 24 (לְקוֹל Ps. V, 3. Jer. VI, 17. Cant. VIII, 13), בְּ (בְּקוֹל) Ps. LXVI, 19. LXXXVI, 6, acc. Jer. XXIII, 18. Iob. XIII, 6. Ps. XVII, 1. LXI, 2, absol. Jes. X, 30. XXVIII, 23. XXXIV, 1. XLIX, 1. Mich. I, 2. Hos. V, 1. Iob. XXXIII, 31. Dan. IX, 19. Non raro sequitur שָׁמַע Jes. XLII, 23. Jer. VIII, 6. XXIII, 18. Mal. III, 16. *Attendere* autem, ubi Deo tribuitur, saepe *exaudiendi* vim habet Ps. V, 3. XVII, 1. LXI, 2, ubi hominibus tribuitur, etiam *obedientiam* comprehendit 1 Sam. XV, 22. Jes. XLVIII, 18. Jer. XXIII, 18.

קֶשֶׁב in Pausa קָשֶׁב m. *attentio, auscultatio* 1 Reg. XVIII, 29. 2 Reg. IV, 31. Jes. XXI, 7: הִקְשִׁיב קֶשֶׁב רַב־קָשֶׁב quam diligentissime auscultavit.

קַשָּׁב f. קַשֶּׁבֶת adj. *attentus*, de aure Neh. I, 6. 11.

קַשֻּׁב id. pl. fem. (de auribus) 2 Par. VI, 40. VII, 15. Ps. CXXX, 2.

I. קָשָׁה 1) *durus fuit.* (Arab. قسا id. cui vic. قسب; قَسِيّ, قاسٍ durus. Syr. Pa. ܩܰܫܺܝ obduravit, ܐܶܬܩܰܫܺܝ obduratum est cor BH. 417, ܩܫܶܐ, ܥܰܫܝܳܐ durus). De verbis 2 Sam. XIX, 44. — 2) *gravis fuit*, de manu Dei puniente 1 Sam. V, 7, de ira Gen. XLIX, 7. — 3) *difficilis, arduus fuit* Deut. I, 17. XV, 18.

Niph. part. נִקְשָׁה *gravatus*, gravi sorte *afflictus* Jes. VIII, 21, cf. *βαρούμενος* 2 Cor. V, 4, vel a duritiei potestate: *dura* et adversa fortuna usus. Verba enim duritiei hunc in modum ad duram sortem transferuntur, v. c. قَساوة dura sors vit. Tim. I, 140, cf. קְשֵׁה־יוֹם Iob. XXX, 25 et supra ad גַּלְמוּד.

Pi. Gen. XXXV, 16: וַתְּקַשׁ בְּלִדְתָּהּ *difficilem partum habuit* (sie hatte es schwer beym Gebären). Comm. 17 in eadem formula est Hiph. (sed a me non impetro, ut, quod nuper propositum est, etiam וַתְּקַשׁ pro fut. Hiph. habeam, pro וַתַּקְשׁ).

Hiph. הִקְשָׁה, fut. apoc. וַיֶּקֶשׁ 1) *obduravit*, spec. a) cervicem i. e. *obstinatus, contumax fuit* Deut. X, 16. 2 Reg. XVII, 14. 2 Par. XXX, 8. XXXVI, 13. Neh. IX, 29. Jer. VII, 26. XVII, 23. XIX, 15. Prov. XXIX, 1, omisso עֹרֶף Iob. IX, 4: מִי הִקְשָׁה אֵלָיו וַיִּשְׁלָם *quis ei restitit impunis?* (Arab. قسا IV. induravit cor alic. Cor. 57, 15. III. obduravit se). b) animum alic. obfirmavit, *pervicacem reddidit* Ex. VII, 3. Deut. II, 30; ה׳ לְבָבוֹ animum suum obfirmavit Ps. XCV, 8. Prov. XXVIII, 14. — 2) *grave fecit* (iugum) 1 Reg. XII, 4, *difficilem fecit* rem. 2 Reg. II, 10: הִקְשִׁיתָ לִשְׁאוֹל *dificile quid petiisti.* Ex. XIII, 15: כִּי הִקְשָׁה פַרְעֹה לְשַׁלְּחֵנוּ *quum Pharao difficilem faceret dimissionem nostram*, nollet nos dimittere.

קָשֶׁה f. קָשָׁה adj. 1) *durus*, de dura servitute Ex. I, 14. VI, 9. Deut. XXVI, 6. 1 Reg. XII, 4. Jes. XIV, 3, de verbis duris s. asperis Gen. XLII, 7. 30. 1 Sam. XX, 10. 1 Reg. XII, 13. XIV, 6, de homine duro i. e. animi duri, asperi et immitis 1 Sam. XXV, 3. Jes. XIX, 4. — Spec. a) de cervice *dura*, flecti nescia, obstinata Deut. XXXI, 27. Inde קְשֵׁה עֹרֶף qui durae cervicis est i. e. obstinatus, contumax Ex. XXXII, 9. XXXIII, 3. 5. XXXIV, 9. Deut. IX, 6. 13, et similiter קְשֵׁה לֵב contumacis animi Ez. III, 7, קְשֵׁה פָנִים perfricti oris i. e. impudens ib. II, 4, et simpl. קָשֶׁה obduratus, pervicax Jes. XLVIII, 4, דַּרְכָּם הַקָּשָׁה vita contumax Iud. II, 19. b) de sorte *dura* et adversa. Ps. LX, 5: הִרְאִיתָ עַמְּךָ קָשָׁה *dura* adversa *experiri iussisti populum tuum.* Iob. XXX, 25: קְשֵׁה יוֹם *cuius dies durus* i. e. cuius vita sorsve adversa est (der schwere Tage hat, gr. *δυςημερῶν*), v. verbum in Niph. Jes. XXI, 2: חָזוּת קָשָׁה *visio dura* i. e. res adversas praesagiens. — Semel c) in bonam partem est: *firmus*, invictus, de amore Cant. VIII, 6.

2) *gravis* Iud. IV, 24. Jes. XXVII, 1. Spec. a) קְשַׁת רוּחַ animi gravati i. e. depressi, aegri 1 Sam. I, 15. b) gravis i. q. vehemens, de vento Jes. XXVII, 8, de proelio 2 Sam. II, 17, c) gravis opibus et auctoritate, potens 2 Sam. III, 39. d) difficilis Ex. XVIII, 26.

קְשִׁי m. *durities animi, pertinacia* Deut. IX, 27.

קִשְׁיוֹן (durities) n. pr. oppidi Issacharitarum Jos. XIX, 20. XXI, 28. Eodem contextu (nescio quo vitio) 1 Par. VI, 57 exstat קֶדֶשׁ.

II. קָשָׁה arab. قشا *decorticavit*, impr. tornando, inde *tornavit*, forma rotunda effinxit, cf. קָשָׁה. Kamus p. 1934: قشا العود قشره وخرطه. Inde

מִקְשֶׁה, quod semel legitur Jes. III, 24: מַעֲשֶׂה מִקְשֶׁה *opus tornatile* (Drechslerarbeit), pr. de opere tornatoris (v. מִקְשָׁה), sed h. l. per irrisionem de cincinnis artificiose crispatis (tire-bouchons). Vulg. crinis crispans. Saad. عمل المشط opus pectinis. — Jarchius *capitis ornamentum* intelligit ex lamellis aureis *crispatis* factum (Plin. H. N. 21, 3. 4), et similiter LXX κόσμος τῆς κεφαλῆς ὁ χρύσιος: sed ornamentum capitis non satis apte calvitiei opponitur. Minus etiam placent Vitringa et Schult. (ap. Schroederum de vest. p. 403. 404), qui *opus rasile* interpretantur, et pulverem aureum intelligunt, quem a veteribus inspersum capillis legimus (Jos. Ant. 8, 7 §. 3. Val. Max. 2, 1. Lamprid. Heliog. 30): hoc enim, ut alia taceam, ab usu fem. מִקְשָׁה nimis recedit.

מִקְשָׁה f. praec. *tornatio* (das Drechseln, Runddrehen) tum ligni Ex. XXV, 18, tum auri argentique, *opus tornatile*. Ex. XXV, 31: מִקְשָׁה תֵּעָשֶׂה הַמְּנוֹרָה *opere tornatili conficiatur candelabrum*. Comm. 36: כֻּלָּהּ מִקְשָׁה אַחַת *omne* candelabrum *eadem tornatione* fiat i. e. omnes eius partes (calamus, canales cet.) ad idem exemplar opere tornatili elaborentur. (Cod. Sam. h. l. et XXXVII, 22 מקשה אחד gen. masc. ut Jes. III, 24). Bene de Wettius nunc ed. 3: alles von Einer abgerundeten Arbeit. Sic de candelabro etiam Ex. XXXVII, 17. 22. Num. VIII, 4, de tubis argenteis Num. X, 2, de columna Jer. X, 5, de Cherubis Ex. XXV, 18: מִקְשָׁה תַּעֲשֶׂה אֹתָם *opere tornatili facias eos* sc. Cherubos. XXXVII, 7. Hos oleaginos fuisse auroque obductos, apparet ex loco 1 Reg. VI, 23, cf. V. 28, ut falsi sint, qui מִקְשָׁה de auro *solido* intelligant, a rad. קָשָׁה no. I durus, gravis fuit. Aliud מִקְשָׁה vide s. rad. קָשָׁא.

קָשַׁח in Kal inusit. Arab. قسا i. q. קָשָׁה قسح durus fuit (v. de necessitudine verborum לה et לח s. v. צָפָה no. II i. q. צָפַח). III. durum se gessit adversus aliquem, قاسح et قسّاح et قاشح, قشاح durus, rigidus.

Hiph. 1) *obduravit* animum Jes. LXIII, 1. 2) *dure habuit* (pullos struthio) Iob. XXXIX, 16.

קָשַׁט rad. inusit. Arab. قسط iustus fuit, قسط iustitia. Nasor. כשט iustus, fidelis fuit, כושטא iustitia, veritas. (Origo esse videtur in *librando*, *pendendo*, v. קָשַׁט). Apud Hebraeos *veritatis* vis usitata fuisse videtur, ut contra צָדַק iustus fuit, صدق verus fuit.

קֹשֶׁט *m. veritas.* Prov. XXII, 21. (Chald. קְשׁוֹט, קוּשְׁטָא id. in Targg. persaepe pro hebr. אֱמֶת, etiam pro צֶדֶק, קְשִׁיט, קַשִּׁיט verus, fidus, קַשִּׁיטוּת veracitas. Syr. ܩܘܫܬܐ veritas, ת et ט permutatis). Sed

קֹשֶׁט Ps. LX, 6 est *arcus* i. q. chald. קִישְׁטָא pro קַשְׁתָּא hebr. קֶשֶׁת (vide de ת huius vocis passim in ט mutato pag. 1211). Ps. LXI, 4. Esth. I, 3 Targ. sec. Verba sunt: *dedisti cultoribus tuis vexillum* לְהִתְנוֹסֵס מִפְּנֵי קֹשֶׁט *quo fugiant ab arcu* hostium. LXX. τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τοῦ τόξου. Symm. εἰς τὸ ἐκφυγεῖν ἀπὸ προσώπου τοξεύματος. Pesch. ne fugiant a facie arcus. Vulgo: *dedisti cultoribus tuis vexillum, ut tollerent se* exsurgerent ad bellum *propter veritatem* dimicaturi pro causa fidei et veritatis: quae mihi ab illius carminis et contextu et indole aliena videntur.

קְשׁוֹט chald. *veritas* i. q. hebr. קֹשֶׁט q. v. Dan. IV, 34. מִן קְשׁוֹט *ex veritate*, vere. ib. II, 47.

קָשַׁר fut. יִקְשֹׁר 1) *ligavit.* (Congruit aram. ܩܛܪ, קְטַר q. v., aeth. ቀጸረ: funibus ligavit. Arab. قسر cognatam vim habet *cum vi adigendi* unde قسورة potens, leo). Constr. sq. acc. et עַל: *alligavit* aliquid alicui rei Gen. XXXVIII, 28: וַתִּקְשֹׁר עַל יָדוֹ שָׁנִי. Deut. VI, 8 XI, 18. Jer. LI, 63. Prov. III, 3. VI, 21. VII, 3, c. acc. et ב Jos. II, 18. Iob. XXXIX, 10 (13); addito dat. Iob. XL, 29: תִקְשְׁרֶנּוּ לְנַעֲרוֹתֶיךָ num *alligas eum pro puerulis tuis?* i. e. ut eo delectentur filioli tui. Deut. ll. cc. Metaph. sq. ב Gen. XLIV, 30: נַפְשׁוֹ קְשׁוּרָה בְנַפְשׁוֹ *animus eius* (patris) *affixus est animo eius* (pueri) i. e. intimo amore ei addictus est. Prov. XXII, 15 (cf. Niph. 1 Sam. XVIII, 1).

2) *conspiravit, coniuravit* (pr. confoederavit se cum aliis) Neh. IV, 2, sq. עַל contra aliquem 1 Sam. XXII, 8. 13. 1 Reg. XV, 27. XVI, 9. 16. 2 Reg. X, 9. XIV, 19. XV, 10. 15. 25. XXI, 23. Am. VII, 10, plerisque locis plenius קָשַׁר קֶשֶׁר עַל, v. קֶשֶׁר. Part. קֹשְׁרִים *coniurati* 2 Sam. XV, 31. 2 Reg. XXI, 24. (Arab. عقد ligavit, it. iniit foedus, coniuravit).

3) part. pass. קָשׁוּר *ligatus*, inde constrictus, *robustus*, pl. de agnis *robustioribus* i. e. vernis Gen. XXX, 42, opp. עֲטֻפִים q. v. De ligandi potestate, quae refertur ad robur, v. חָזַק no. 2. 3.

Niph. 1) pass. Kal no. 1., metaph. 1 Sam. XVIII, 1 (cf. Gen. XLIV, 30). — 2) *colligatus, compactus est* murus, id est *absolutus est* singulis eius partibus compactis Neh. III, 38 (IV, 6).

Pi. 1) i. q. Kal no. 1 *colligavit* Iob. XXXVIII, 31. 2) *alligavit sibi* instar cinguli i. e. *cinxit se* aliqua re. (Cf. شَدَّ ligavit it. cinxit, شَدَادَة cingulum Jes. III, 22 Ar. Pol.). Sq. acc. Jes. XLIX, 18: *omnibus illis ceu ornamento te indues,* וּתְקַשְּׁרִים כַּכַּלָּה *et instar sponsae te iis cinges.* Cf. קִשֻּׁר.

Pu. part. מְקֻשָּׁרוֹת *robustae* (agnae) Gen. XXX, 41, v. ad Kal no. 3.

Hithp. i. q. Kal no. 2, sq. אֶל 2 Reg. IX, 14. 2 Par. XXIV, 25. 26.

קֶשֶׁר in Pausa קָשֶׁר 2 Reg. XI, 14, c. suff. קִשְׁרוֹ m. *coniuratio,* a) civium contra regem 2 Sam. XV, 12. 2 Reg. XI, 14. Jer. XI, 9. Ez. XXII, 25. קָשַׁר קֶשֶׁר עַל coniuravit contra al. v. קָשַׁר. b) populorum ad alium opprimendum Jes. VIII, 12. Dicitur l. c. de foedere Ephraimitarum cum Syris.

קִשֻּׁר m. *cingulum,* quod est in ornamentis sponsae Jer. II, 32 (cf. Jes. XLIX, 18), et mulierum elegantium Jes. III, 20. LXX et Vulg. ap. Jerem. *στηθοδεσμίς fascia pectoralis*, ap. Jes. *ἐμπλόκιον*, *muraenula* i. e. torquis genus, quod optarunt etiam Aben Esra et Kimchius, contra Raschi *vittas* continendis crinibus intelligit. *Cinguli* significatum recte vindicat Schroederus de vestitu p. 131 sqq.

קָשַׁשׁ 1) pr. aridus fuit. (Vic. חָשַׁשׁ. Arab. قَشَّ aridus fuit, de planta, unde قُشّ stipula Iob. XLI, 19. Act. XXVIII, 3 pro gr. *φρύγανα*, قُشَاش, قَشِيش, quisquiliae, res de humo collectae. Syr. et talmud. ܩܫ, קָשַׁשׁ est *consenuit*, unde ܩܫܝܫܐ, قسيس senex, quod et ipsum ab ariditate cutis dictum esse potest. Aliud etymon optavi supra s. v. יָשִׁישׁ p. 643, sed facilius יָשִׁישׁ oritur ex קָשִׁישׁ, quam contra). Inde קַשׁ stipula, unde

2) denom. *collegit stipulam* (v. Po.), et univ. *collegit* Zeph. II, 1 v. Hithpo.

Po. קוֹשֵׁשׁ *collegit* stipulam Exod. V, 7. 12, ligna arida Num. XV, 32. 33. 1 Reg. XVII, 10. 12.

Hithpo. metaph. *collegit se* i. e. in semet ipsum descendit, se recepit (nostr. sich sammeln, in sich gehen). Zeph. II. 1: הִתְקוֹשְׁשׁוּ וָקוֹשּׁוּ גּוֹי לֹא נִכְסָף *in vosmet ipsos descendite, gens inverecunda!* Hithpo. et Kal copulantur ad vim augendam (cf. Jes. XXIX, 9.). Vett. intpp. congregandi vim exprimunt proprie acceptam. LXX *συνάχθητε καὶ συνδέθητε.* Hieron. *convenite et congregamini*, et ita Targ. Pesch. (Generaliorem *colligendi* vim habet etiam arab. قَشَّ collegit opes, قَشِيشَة agmen).

קַשׁ m. *culmus aridus* frumenti, *stipula* (Stoppel) Exod. V, 12, quae partim in ipso agro igne conflagrari solet (ut hodieque in Sicilia) ib. XV, 7. Jes. V, 24. XLVII, 14. Joël II, 5. Nah. I, 10. Obad. 18, partim triturando concisa ventilando a granis separatur, *palea* in aëre volitans (קַשׁ נִדָּף Jes. XLI, 2, קַשׁ עוֹבֵר Jer. XIII, 24) Iob. XIII, 25. XLI, 20. Jes. XL, 24. Ps. LXXXIII, 24. Solebant enim Hebraei (et Aegyptii) superiorem partem culmi (sed breviorem, quam nostrates) cum arista falce abscindere et triturando comminuere, inferiorem in agro relictam conflagrare, cuius cineribus ager stercoretur.

קֶשֶׁת f. *arcus*, v. rad. קוּשׁ.

קַשָּׁת m. *sagittarius*, v. ibid.

קָתָה rad. inusit. Arab. قتا servivit, famulatus est. Inde

יָקְתְאֵל (a Deo subactum, in servitutem redactum, sed sec. Sim. in Onomast. praemium, *βραβεῖον* Dei, coll. وقت constituit, ቀጠወ IV constituit certantibus praemium, ቀቀጥ፡ praemium, *βραβεῖον*) n. pr. 1) oppidi tribus Judae Jos. XV, 38. 2) quod Amazias rex Selae urbi a se expugnatae imposuit 2 Reg. XIV, 7.

קַתְרוֹס chald. in Keri pro קִיתָרוֹס *cithara* q. v.

ר

Resch, vicesima Hebraeorum littera, in numeris i. q. 200. Nomen רֵישׁ *caput* significat ut רֹאשׁ, רֵאשׁ, et refertur ad figuram huius elementi in alphabeto Phoenicio (v. monn. Phoen. p. 44).

Cognata est haec littera, 1) ut liquidarum durissima reliquis liquidis, et passim permutatur cum ל v. pag. 727, et נ p. 833: adde נוּחַ quievit et راح quievit, utrumque a respirando. In nonnullis exemplis etiam finitima videtur dentalis ד (cf. meridies, medidies), velut in שָׂרַף, שָׂדַף, שָׁדַף; רָחַק cogn. דָּחַק al. 2) quatenus gutture proferebatur, gutturalibus ע et غ, v. c. צוּעַ صاغ et צוּר formare, fingere, קַרְקַע i. q. קַרְקַר fundamentum, מָרַט et

מָעַט polivit intr. politus est, cf. رجل in dial. Himj. recent. غيخ *ghyk* vir; rarius vicinum videtur h, velut רוּחַ nostr. *hauchen*. 3) permutatur passim cum sibilantibus, max. ז v. pag. 400, adde חָפַר et חָפַשׂ fodit terram, مار et ماش irritavit vulnus, excitavit inimicitiam, رم et زم capistravit, افر et افز assilivit, insilivit, حجر et حجز prohibuit.

Ut littera durior non ita saepe excidit. Sunt tamen exempla in quibus a) sequenti litterae inseratur vel assimiletur (ut in *pellucidus* pro perlucidus), velut שֶׁ pro אֲשֶׁר; כִּכָּר orbis pro כִּרְכָּר; כְּדָרְלָעֹמֶר LXX Χοδολλογομόρ; b) in vocalem emolliatur (*ar* in *ô*, ut *al* in *ô*), velut הַצֹּצְרָה pro חֲצֹצְרָה tuba, דּוּדָנִים pro דְּדָנִים, saepius in Punicis, ut *Himilcar, Himilco; Bomilco* pro *Barmilcar*, cf. monn. Phoen. p. 431; c) plane abiiciatur, tum in mediis tum extremis vocibus, velut שֶׁ pro אֲשֶׁר, arab. vulg. حدعش pro حدعشر undecim, ܚܨܐ i. q. חַרְצָא lumbus, ܒܪܬܐ (bat) filia.

Contra pro littera geminata in Hebraismo recentiore et Aramaismo (et Arabismo) haud raro ponunt simplicem inserto ante eam Resch, ut כִּסֵּא chald. arab. כָּרְסֵא, كرسي solium, דַּמֶּשֶׂק in Paralipp. דַּרְמֶשֶׂק, syr. ܕܪܡܣܘܩ Damascus, כַּרְבֵּל ortum ex כַּבֵּל, כִּרְסֵם ex כִּסֵּם, קַרְדֹּם ex קַדֹּם, syr. ܟܘܪܣܝܐ et ܟܘܣܝܐ, פַּנַּג et פַּרְנַג, כֻּסֶּמֶת arab. كرسنّة spelta, יַבֹּק arab. يرموك Hieromiax fl., מָשַׁשׁ aeth. መርሰሰ: palpavit cf. אַבָּד n. pr. LXX Ἀρχάδ. In aliis exemplis r post primam radicalem insertum, pariter atque ל (pag. 727), radici augendae et amplificandae inservit, v. c. שֵׁבֶט et שַׁרְבִיט sceptrum, גֹּמֶד chald. גַּרְמִידָא ulna, סְעִיף et סַרְעַפָּה ramus, שְׂעִפִּים et שַׂרְעַפִּים cogitationes, עָקֵב عرقوب calx al.

רָאָה inf. absol. רָאֹה, רָאוֹ Gen. XXVI, 28. Jes. VI, 9, inf. cstr. רְאֹה Gen. XLVIII, 11, semel רְאָוֹה (ut יִרְאֶה) Ez. XXVIII, 17, vulgo רְאוֹת, fut. יִרְאֶה, apoc. יֵרֶא, c. Vav conv. וַיַּרְא, raro וַיִּרְאֶה 1 Sam. XVII, 42. 2 Reg. V, 21, in reliquis personis תֵּרֶא, וָאֵרֶא, וַתֵּרֶא.

1) *vidit*. (Arab. رأى, aeth. ርእየ: Congruit cum gr. ὁράω, ut יָדַע cum gr. εἴδω, lat. video. Cogn. רָעָה q. v.). Constr. sq. acc. (sexcenties), raro sq. dat. Ps. LXIV, 6, et c. dupl. acc. Gen. VII, 1: אֹתְךָ רָאִיתִי צַדִּיק *te vidi iustum*; sq. integra sententia praemisso כִּי v. c. Gen. VI, 5: וַיַּרְא יְהוָה כִּי רַבָּה רָעַת הָאָדָם. XXVIII, 6. XXIX, 31. XXXVIII, 14. 2 Reg. XI, 1. 2 Par. XXII, 10, etiam per antiphonesin Gen. I, 4: וַיַּרְא אֱלֹהִים אֶת־הָאוֹר כִּי טוֹב. VI, 2. Exod. II, 2, sq. הֲ interrogativo (utrum) Ex. IV, 18. Ps. XIV, 2, haud raro sq. הִנֵּה, hoc modo: Gen. VIII, 13: וַיַּרְא וְהִנֵּה חָרְבוּ פְּנֵי הָאֲדָמָה. XVIII, 2. XIX, 28. XXII, 13. Lev. XIII, 20. 39. XIV, 3. 39. 44. 48. Omisso accusativo Ps. XL, 13: *peccatorum meorum poenae* לֹא יָכֹלְתִּי לִרְאוֹת *non possum videre* eas i. e. earum copiam oculis complecti. ib. 4: יִרְאוּ רַבִּים וְיִירָאוּ *multi viderunt* (testes fuerunt liberationis meae) *et reveriti sunt*, cf. eundem verborum lusum LII, 8. Iob. VI, 21. Jes. XLI, 5. Saepe tribuitur oculo Iob. XIII, 1: הֶן כֹּל רָאֲתָה עֵינִי *ecce! omnia vidit oculus meus*. XXVIII, 10. XXIX, 11. Jes. XXIX, 18. XXXIII, 20. Spec. dicunt

a) *videre faciem* alicuius, *videre faciem Dei*, v. פָּנִים no. 1, h.

b) *videre* pro *luminibus uti*, *vivere* gr. βλέπειν, plenius *solem videre* Eccl. VII, 11, *lucem videre* Ps. XLIX, 20 (cf. gr. ζώειν καὶ ὁρᾶν φάος Ἠελίοιο Hom. apud recentiores simpl. ὁρᾶν, lat. *diem videre* Ov. Trist. 5, 5, 44) it. Jehovam videre in terra viventium Jes. XXXVIII, 11. Ita intelligendus locus difficilis Gen. XVI, 13: הֲגַם הֲלֹם רָאִיתִי אַחֲרֵי רֹאִי *num hic video* i. e. vivo *etiam post visionem* sc. Dei, adeo numine conspecto? Verba sunt mulieris admirantis, hoc loco, aliter atque alibi, Deum impune et sine vitae periculo conspici a mortalibus.

c) *videre* i. e. visionibus divinitus oblatis edoceri dicuntur prophetae Jes. XXX, 10 (cf. XXIX, 10). Inde part. רֹאֶה propheta (q. v.), מַרְאָה visio. Cf. חָזָה no. 2.

2) *vidit* i. q. *spectavit*, *adspexit*, *intuitus est* (besehn, ansehn), quod fit consilio, sq. acc. Gen. XI, 5: *et descendit Jehova* לִרְאֹת אֶת־הָעִיר. XXXVII, 14: רְאֵה אֶת־שְׁלוֹם אַחֶיךָ. XXXIX, 23. Lev. XIII, 3. 5. 17. 1 Reg. IX, 12. Sq. בְּ Gen. XXXIV, 1: לִרְאוֹת בִּבְנוֹת הָאָרֶץ *ad spectandum puellas eius regionis*. Iud. XVI, 27: *et erant tria millia hominum* הָרֹאִים בִּשְׂחוֹק שִׁמְשׁוֹן *qui Simsonem spectabant ludentem* (saltantem). Ez. XXI, 26: רָאָה בַּכָּבֵד *inspicit iecur*. Eccl. XI, 4: רֹאֶה בֶעָבִים *intuens nubes*. Cant. VI, 11. Eccl. III, 22: *quis efficiet ut intueatur in ea quae post eum futura sunt?* (wer wird ihm einen Einblick gestatten in die Zukunft?). — Sed Eccl. XII, 3: הָרֹאוֹת בָּאֲרֻבּוֹת est: *spectantes per fenestras*. Jer. XVIII, 17: *cervice, non facie, eos intuebor* i. e. tergum iis obvertam. Sq. כְּ c. inf. (zusehen *wie* etwas geschieht) Jes. XVIII, 3: כִּנְשֹׂא נֵס הָרִים תִּרְאוּ. Spec.

a) *aspectu delectatus est*, quae enim placent, his oculis immorari, iisque oculos pascere solemus. Prov. XXIII, 31: *noli intueri vinum, si rutilat*. Jes. LIII, 2. Eccl. VII, 13. Max. sq. בְּ (cf. בְּ no. 10, b) Iob. III, 9. XX, 17. Jes. LXVI, 5. Ps. CVI, 5, saepissime de gaudio quod ex interitu adversariorum percipitur. Ps. LIV, 9: בְּאֹיְבַי רָאֲתָה עֵינִי *inimicis meis* (i. e. interitu eorum) *delectatur oculus meus*. XXII, 18. XXXVII, 34. CXII, 8. CXVIII, 7. Obad. 12. — Contra

b) cum dolore aspexit, rei acerbae, miserae testis fuit, sq. בְּ Gen. XXI, 16: אַל אֶרְאֶה בְּמוֹת הַיָּלֶד *a me non impetrarem, ut testis essem mortis pueri.* XLIV, 34. Ex. II, 11: וַיַּרְא בְּסִבְלֹתָם. Num. XI, 15. Esth. VIII, 6.

c) *despexit* (qs. deorsum spectavit in aliquem, cf. καταφρονέω, herabsehn auf), cum contemtu aspexit. Iob. XLI, 26: אֶת כָּל־גָּבֹהַּ יִרְאֶה *in omne altum despicit* (tanquam in altissimo loco constitutus), cf. Cant. I, 6: אַל תִּרְאוּנִי שֶׁאֲנִי שְׁחַרְחֹרֶת *nolite me despicere* (sehet mich nicht verächtlich an), *quia subnigra sum.*

d) *respexit.* Jes. XXVI, 10: לֹא יִרְאֶה גֵּאוּת יְהוָה *non respicit maiestatem Dei*, eius rationem non habet; max. miseriam Deus, ita ut eam tolleret. Ex. IV, 31: כִּי רָאָה אֶת־עָנְיָם *quod respexerit miseriam eorum.* Ps. IX, 14. XXV, 18. XXXI, 8. 2 Reg. XIV, 26, et sq. בְּ Gen. XXIX, 32. 1 Sam. I, 11. Ps. CVI, 44. Sq. integra sententia Eccl. VII, 14: *die bono laetus esto, die malo* רְאֵה *respice* (reputa) hoc: *et hunc et illum dedit Deus* cet.

e) *prospexit, providit* alicui rei, *curavit* rem, i. q. יָדַע. 1 Reg. XII, 16: רְאֵה בֵיתְךָ דָּוִד *prospice domui tuae, Davides!* Gen. XXXIX, 23: *praefectus carceris nullam rem curabat, quae Josepho tradita erat.* Jes. XXII, 11. Ps. XXXVII, 37: רְאֵה יָשָׁר *cura* sectare *ius*, siehe aufs Recht.

f) רָאָה לוֹ *providit sibi* aliquid (sich ausersehen), i. e. *elegit, procuravit sibi.* Gen. XXII, 8: *Deus providebit sibi ovem ad holocaustum.* Ibid. Comm. 14: *et appellavit Abrahamus nomen huius loci* (Moriae): יְיָ יִרְאֶה *(quem) Jehova elegit*, = מָרְאִיָּה, contr. מֹרִיָּה (q. v. pag. 819). Deut. XXXIII, 21: וַיַּרְא רֵאשִׁית לוֹ *elegit sibi primitias.* 1 Sam. XVI, 1. 17. Omisso dat. Gen. XLI, 33. Deut. XII, 13. Part. רָאוּי selectus Esth. II, 9. (Cf. Tob. XII, 1: ὅρα, τέκνον, μισθὸν τῷ ἀνθρώπῳ. Syr. ܚܙܐ elegit BH. 483).

g) *visit, visitavit* aliquem, adiit eum visendi et salutandi causa. 2 Sam. XIII, 5. 2 Reg. VIII, 29. 2 Par. XXII, 6. Plenius in hanc sententiam dicitur רָאָה אֶת־שְׁלוֹם פ׳ Gen. XXXVII, 14 (cf. שָׁאַל לְשָׁלוֹם לְ).

h) sq. אֶל *intuitus est* in aliquem auxilium exspectans Jes. XVII, 7, sq. עַל intuitus est in aliquem, eius causam perspecturus Ex. V, 21.

i) sq. כְּ habuit pro aliquo (für jemand oder etwas ansehen). Iud. IX, 36: *umbram montium* אַתָּה רֹאֶה כָּאֲנָשִׁים *habes pro hominibus*, cf. נָתַן כְּ s. rad. נָתַן no. 3, b.

k) sq. מִן pers. spectando didicit ab aliquo (etwas von jemand absehen). Iud. VII, 17: מִמֶּנִּי תִּרְאוּ i. e. *me imitamini*, facite quae me facere videtis.

l) translate: *spectavit* aliquid (beabsichtigen, im Auge haben), *sibi propositum habuit.* Gen. XX, 10: *quid spectabas, quum hoc faceres?*

3) Non raro Hebraei (pariter atque Graeci et nostrates) *videndi* verbo etiam de his utuntur, quae non oculis percipimus, sed

a) aliis sensibus, velut auditu Gen. II, 19: לִרְאוֹת מַה יִּקְרָא לוֹ *ad videndum, quomodo eos appellaret.* XLII, 1. Jerem. XXXIII, 24, gustu Gen. III, 6, tactu Jes. XLIV, 16: רָאִיתִי אוּר *sentio ignem* (calorem). (Ita gr. ὁράω v. Brunk ad Soph. Oed. Colon. 138, lat. video, Virg. Aen. 4, 490: mugire videbis sub pedibus terram. Hor. Sat. 2, 8, 77: tum videres stridere — susurros).

b) de his, quae percipit, experitur, quibusque fruitur *anima* (Hebraeorum נֶפֶשׁ v. no. 2). Itaque dicunt *videre vitam* Eccl. IX, 9, *videre mortem* Ps. LXXXIX, 49 (cf. ἰδεῖν θάνατον Hebr. XI, 5) et in eandem sententiam *videre foveam* XVI, 10. XLIX, 10, it. *videre somnum* Eccl. VIII, 16 (cf. Terent. Heautontim. 3, 1, 82: somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis), *videre famem* Jer. V, 12; *videre bonum* (Cic. Mil. 28 bona videre) i. e. frui vitae bonis Ps. XXXIV, 13. Eccl. III, 13. VI, 6, etiam רָאָה בְטוֹב Jer. XXIX, 32. Mich. VII, 9. Eccl. II, 1, et contra *videre miseriam* Thren. III, 1, *malum* Prov. XXVII, 12. Jer. XLIV, 17, etiam רָאָה בְרָעָה Obad. 13. Cf. ὁρᾶν κινδύνους Tob. IV, 4. (Arab. videre poenam Cor. 42, 43, mortem 3, 137). Denique

c) de his, quae *animo, mente* (בְּלֵב) percipimus, inde *intellexit, animadvertit, cognovit.* Eccl. I, 16: לִבִּי רָאָה הַרְבֵּה חָכְמָה *cor meum cognovit multum sapientiae.* II, 12. Jer. II, 31. XX, 12. 1 Sam. XXIV, 12. 1 Reg. X, 4. Saepe de iis rebus, quae vitae experientia docemur. Jes. XL, 5: *videbit* (i. e. intelliget, experietur) *omnis caro, Deum locutum esse.* Iob. IV, 8: כַּאֲשֶׁר רָאִיתִי *quemadmodum expertus sum.* Eccl. VII, 15. רָאָה בֵּין vidit (discrimen) inter Mal. III, 18.

Niph. 1) *visus est* Iud. V, 8. XIX, 30. 1 Reg. VI, 18. X, 12. Jer. XIII, 26. Dan. I, 15. Prov. XXVII, 25. — 2) *conspiciendum se praebuit, apparuit, comparuit* Gen. I, 9. IX, 14, de hominibus et rebus (Gen. VIII, 5. Lev. XIV, 35). 2 Sam. XVII, 17: *non poterant conspiciendos se praebere*, in publicum prodire. Sq. אֶל *stitit se* alicui Lev. XIII, 7. 19. 1 Reg. XVIII, 1. נִרְאָה אֶת־פְּנֵי יְיָ comparuit apud sacrarium (v. פָּנִים no. 1, h). Saepe de Jehova vel angelo, qui conspiciendum se praebet Ex. XVI, 10. 1 Sam. III, 21, sq. אֶל pers. Gen. XII, 7. XVII, 1. XVIII, 1. XXXV, 1. Ex. III, 16. IV, 1. 5. Lev. IX, 4. 1 Reg. III, 5. IX, 2. Iud. XIII, 10, de visione Dan. VIII, 1; sq. לְ Jer. XXXI, 3. 2 Par. III, 1: *mons Moriae* אֲשֶׁר נִרְאָה לְדָוִד *qui apparuerat Davidi*, in visione, qui monstratus est Davidi in visione. — 3) pass. no. 2, litt. f *provideri, curari.* Gen. XXII, 14: בְּהַר יְהוָה יֵרָאֶה *in monte Dei providetur* i. e. in monte Moriae Deus hominibus providet et auxilium fert, quemadmodum olim Abrahamo (Vers. 8) ita nunc nobis: proverbialis locutio, qua significatur, templum adeuntibus Deum providere et auxilio suo praesentissimo adesse, et simul alluditur ad etymon nominis מֹרִיָּה (q. v. sub rad. מָרָה).

Pu. visus est. Plur. רֻאּוּ (dag. forti vel, quod malim, Mappik in littera א, v. Lgb. pag. 97) Iob. XXXIII, 21.

Hiph. הֶרְאָה et הִרְאָה fut. יַרְאֶה apoc. וַיַּרְא (ut fut. Kal) 2 Reg. XI, 4 1) causat. Kal no. 1 *fecit, ut videret*

Gen. XLVIII, 11. Deut. IV, 36. 2 Sam. XV, 25, inde *monstravit, ostendit* c. acc. rei Jes. XXX, 30, plerumque c. dupl. acc. p. et rei *ostendit* alicui aliquid Ex. XXV, 9. XXVII, 8. XXXIII, 18. Num. VIII, 4. 2 Reg. XI, 4. Jes. XXXIX, 2. 4. Esth. I, 4. 11. IV, 8. Nah. III, 5, spec. in somno Gen. XLI, 28, in visione 2 Reg. VIII, 13. Jer. XXIV, 1. XXXVIII, 21. Am. VII, 1. 4. 7. VIII, 1. Zach. II, 2. III, 1. Sq. כִּי 2 Reg. VIII, 10: וְהִרְאַנִי יְיָ כִּי מוֹת יָמוּת. — 2) causat. Kal no. 2, litt. a. fecit, ut adspectu quodam delectaretur, sq. בְּ Ps. LIX, 11. — 3) causat. Kal no. 3, litt. b. *experiri fecit* aliquem mala c. dupl. acc. Hab. I, 3. Ps. LX, 5. LXXI, 20, *frui fecit* bonis Eccl. II, 24. Ps. IV, 7. LXXXV, 8, c. acc. pers. et בְּ rei Ps. L, 23. XCI, 16.

Hoph. הָרְאָה pr. videre factus est aliquid i. e. *ei monstratum est* aliquid. Ex. XXV, 40: *secundum exemplar* אֲשֶׁר אַתָּה מָרְאֶה בָּהָר *quod tibi monstratum est in monte.* XXVI, 30. Deut. IV, 35. Lev. XIII, 49: הָרְאָה אֶת־הַכֹּהֵן *et monstretur sacerdoti.*

Hithpa. adspicere se invicem a) de cunctatoribus, qui incerti quid agant nil agunt Gen. XLII, 1. b) הִתְרָאוּ פָנִים *aspexerunt sibi vultus*, de his qui pugnando manus conserunt, cominus pugnant 2 Reg. XIV, 8. 11. 2 Par. XXV, 17. 21, cf. in Kal Jes. XLI, 27. (Ita arab. رَأَى VI aspexerunt se invicem i. e. in proelium descenderunt exercitus Cor. 8, 50, et نظر VI id. et: disputavit vit. Tim. 1, 104 lin. 6, et gr. συλλαλέω Alex. Jes. VII, 6. Maiores nostri proverbio dicebant: »sich die Köpfe besehn,« sich das Weisse im Auge besehn).

רָאֶה adj. verbale, *videns*. St. cstr. Iob. X, 15: רְאֵה עָנְיִי *videns miseriam meam*, cf. rad. no. 3, b.

רָאָה Deut. XIV, 13 species avis rapacis, ab acie oculorum dicta, sed in loco gemino Lev. XI, 14 est דָּאָה *vultur*, quod nescio an etiam in Deut. reponendum sit. Vide pag. 309. 310.

רֹאֶה 1) part. act. *videns* sc. visiones i. e. *vates, propheta* (Seher, sanscr. *duradharschi* i. e. longinqua videns), cf. rad. no. 1, litt. c, vocabulum teste 1 Sam. IX, 9 antiquitus usitatius. Κατ' ἐξοχὴν Samueli tribuitur 1 Sam. IX, 9. 19. 1 Par. IX, 22. XXVI, 28. XXIX, 29, alii prophetae 2 Par. XVI, 7. 10. Plur. רֹאִים Jes. XXX, 10. — 2) abstr. i. q. רְאִי *visio* (quo sensu nescio an accentus in penultima ponendus sit, more Segolatorum). Jes. XXVIII, 7: שָׁגוּ בָּרֹאֶה *vacillant inter* (ipsas) *visiones.* Cf. חֹזֶה no. 2.

רְאוּי *selectus* (auserlesen), nobilis, v. rad. no. 2, f.

רְאוּת f. *visus* Eccl. V, 10 Keri. In Chethibh est רְאִית.

רְאִי m. *speculum*, ab inspectando dictum, alibi מַרְאָה (no. 2). Iob. XXXVII, 18. Erant autem specula e metallo *fusa* et polita.

רֳאִי in Pausa רֹאִי m. 1) *visio* Gen. XVI, 13 (quo de loco v. rad. no. 1, c). — 2) i. q. מַרְאֶה *aspectus*. 1 Sam. XVI, 12: טוֹב רֹאִי *pulcher aspectu*. Iob. XXXIII, 21: *eius caro evanescit* מֵרֹאִי *ex aspectu.* — 3) *spectaculum, exemplum,* παράδειγμα. Nah. III, 6: שַׂמְתִּיךְ כְּרֹאִי *faciam te* παράδειγμα.

רְאִית f. *visus* Eccl. V, 10 Chethibh.

רֵו chald. (pro רְאוּ) *aspectus* Dan. II, 31. III, 25. In Targg. exstant formae רֵוָא, רֵיוָא, רֵוֵי, רֵיוּת pro hebr. מַרְאֶה, תֹּאַר. Arab. رُوَا, رُوَآءٌ aspectus, pulchritudo.

רוּת v. rad. רָעָה.

רְאוּבֵן (*videte* s. en vobis *filium*, quanquam Gen. XXIX, 32 hoc nomen ita declaratur, ut esse videatur pro רָאָה [רְאוּי] בְּעָנְיִי *provisum est in miseria mea* cf. rad. no. 1, e) n. pr. *Ruben* (LXX. Ῥουβήν, apud Josephum Ῥούβηλος, qui huius formae corruptae novum etymon exputavit: διότι κατ' ἔλεον αὐτῇ [matri] τοῦ θεοῦ γένοιτο [ראוי באל] Antiqu. 1, 19 §. 7, Pesch. ܪܘܒܝܠ, arab. روبيل), filius Jacobi natu maximus, quam ex Lea suscepit Gen. XXIX, 32. XXXVII, 21 sqq., propter incestum primogeniti iure privatus (Gen. XXXV, 22. XLIX, 3). Auctor erat tribus cognominis (Num. I, 20 sqq. XXXII, 7), de cuius sedibus ab oriente Jordanis inter Gaditas et Moabitas v. Num. XXXII, 33 sqq. Jos. XIII, 15 sqq. cf. comment. ad Jes. XV. XVI cum mappa geographica ei annexa. Patron. רְאוּבֵנִי (Aleph otioso) 1 Par. XI, 42, sed plerumque collect. *Rubenitae* Deut. III, 12. 16. IV, 43. XXIX, 8. Jos. I, 12. IV, 12. XII, 6. XIII, 8. XXII, 1. 2 Reg. X, 33 al.

רְאָיָה (cui Jova prospexit) n. pr. virorum 1) 1 Par. IV, 2, pro quo II, 52 הָרֹאֶה. 2) 1 Par. V, 5. 3) Esr. II, 47. Neh. VII, 50.

אֲרוּ *en! ecce!* Dan. VII, 2. 5. 6. 7. 13, aliis quattuor locis אֲלוּ (v. pag. 104). In aliis libris chaldaeis hoc vc. non exstat (falso enim Haeverniccius ad Dan. p. 76 formam אֲרוּ recentioribus Targumim tribuit), sed cognata sunt chald. et talmud. הָרֵי *ecce!* (non הֲרֵי, ut in lex. man. et ap. Fürstium), et אֲרֵי pr. ecce! dein: *nam, quod, quia* (sexcenties pro hebr. כִּי), ut sam. הלא pr. nonne, ecce! dein: *nam, quia*, et הֵן *ecce; si*: adde אֲרוּם, quod in nonnullis Targg. paene constanter ponitur pro hebr. כִּי *quod, quia, nam.* De origine ambigitur. Aliis 1) est imp. verbi, vel a) אֲרוּ pro רְאוּ (Sim. lex. ed. 1. 2) *videte*, cuius sing. esse possit אֲרֵי pro רְאִי, רְאֵה; vel b) a forma arab. أَرُوا (Eichh. Win.) *videte*, c. Aleph. prosthetico, quod minus placet, quum linguae arabicae in Aramaismo formando exigua vis sit *). Aliis contra 2) est adverbium demonstr. idque primiti-

*) S. de Sacy (gr. arab. I §. 572 ed. 2) has imperativi formas exhibet رَ, رَهْ pl. رَوْا, sed Freytagius in lex. أَرِ et أَرْأَ.

vum eiusdem originis atque demonstrativa אֵל, הַל, אֵל, אֵלֶּה (Fürst in concordd., Hupfeld), qua ratione adoptata nativa forma esset אֵלוּ, unde l indurato ortum esset אֵרוּ, coll. ܗܳܪܟܳܐ hic, hoc loco et ܠܗܳܪܟܳܐ huc i. q. chald. הָלְכָא, הָכָא et הָכָא, ܬܰܡܳܢ illic, ibidem chald. תַּמָּן. Equidem in prima illa ratione (1, a) acquieverim: in plerisque enim formis est r, quod facilius emollitur in l, quam contra l induratur in r.

יִרְאִיָּה (quem Jova aspicit) n. pr. viri Jer. XXXVII, 13. 14.

מַרְאֶה cstr. מַרְאֵה, c. suff. מַרְאֵךְ, מַרְאֵךְ Cant. II, 14 extr., מַרְאֵהוּ Lev. XIII, 34, מַרְאֶהָ ib. 4. 20. 25, sed saepius tertia radicali servata (v. gr. §. 90 extr.), מַרְאַיִךְ Cant. II, 14 init., מַרְאָיו Iob. XLI, 1, מַרְאֵיהֶם, מַרְאֵיהֶן, quae cum sing. copulata habes Gen. XLI, 21. Lev. XIV, 37. Dan. I, 15, sed מַרְאֵינוּ Dan. I, 13 construitur c. verbo plur., pl. cstr. מַרְאֵי Eccl. XI, 9 Chethibh (Keri מַרְאֵה)

1) *aspectus* Gen. XLI, 2. Cant. II, 14 cet. (Arab. مَرْآةٌ id. aeth. ምርአይ: aspectus, sed speciei, imaginis significatu ponunt አርአያ:) Lev. XIII, 12: לְכָל מַרְאֵה עֵינֵי הַכֹּהֵן *secundum omnem aspectum sacerdotis* i. e. quoad eum cernere potest sacerdos. Deut. XXVIII, 34: מִמַּרְאֵה עֵינֶיךָ אֲשֶׁר תִּרְאֶה *propter aspectum quem videbis oculis tuis.* Comm. 67. Jes. XI, 3: לֹא לְמַרְאֵה עֵינָיו יִשְׁפּוֹט *non iudicabit secundum aspectum* i. e. secundum speciem. Ez. XXIII, 16. Eccl. XI, 9.

2) *species, forma.* Exod. XXIV, 17: וּמַרְאֵה כְּבוֹד יְהוָה כְּאֵשׁ אֹכֶלֶת *et species splendoris divini* erat ut *ignis comedentis.* Ez. I, 16. 28. Saepe postponitur in genit. יְפַת מַרְאֶה Gen. XII, 11. XXIX, 17. XXXIX, 6 (arab. امرأة حسنة المرآة), טוֹבַת מַרְאֶה XXIV, 16. XXVI, 7, vel praevio לְ: נֶחְמָד לְמַרְאֶה (iucundus aspectui, speciei iucundae) Gen. II, 9, גָּדוֹל לְמַרְאֶה Jos. XXII, 10. Inde *forma pulchra, iucunda* Jes. LIII, 2 (cf. *formosus* i. q. pulcher). In sermone prophetico et in visionibus describendis מַרְאֵה דָבָר *species rei* est *quod tali rei simile visum est,* cf. דְּמוּת no. 3. Dan. X, 18: וַיִּגַּע בִּי כְּמַרְאֵה אָדָם *et tetigit me* quiddam *speciei humanae simile* (etwas wie eine Menschengestalt). Vide prae ceteris Ez. VIII, 2: *spectavi et ecce* דְמוּת כְּמַרְאֵה אֵשׁ מִמַּרְאֵה מָתְנָיו וּלְמַטָּה [אֵשׁ] וּמִמָּתְנָיו וּלְמַעְלָה כְּמַרְאֵה זֹהַר I, 26. Quae enim hominibus in somnio et in visionibus apparent rerum umbrae et imagines potius quam res ipsae esse videntur.

3) *visio, visum* divinitus oblatum. Exod. III, 3: *accedam* וְאֶרְאֶה אֶת־הַמַּרְאֶה הַגָּדֹל הַזֶּה. Ez. VIII, 4. XI, 24. XLIII, 3. Dan. VIII, 16: *explica huic visionem.*

מַרְאָה f. 1) *visio* Num. XII, 6. 1 Sam. III, 15. Dan. X, 7. 8. 16. מַרְאוֹת הַלַּיְלָה visiones nocturnae Gen. XLVI, 2, מַרְאוֹת אֱלֹהִים visiones quae divinitus contingunt Ez. I, 1. VIII, 3. XL, 2.

2) *speculum* i. q. רְאִי. Plur. מַרְאֹת Ex. XXXVIII, 8 specula, ut recte LXX. Vulg. Gr. Venet. Arab. مِرْآةٌ id.

מֹרִיָּה *Moria,* v. rad. מָרָה.

מֻרְאָה f. *ingluvies* v. rad. מָרָא.

רָאַל rad. inusit. et dubia, fort. i. q. רָעַל, unde

תַּרְאֲלָה (tremor terrae?) n. pr. oppidi Benjaminitarum Jos. XVIII, 27. Eo nonnulli referre voluerunt

אֶרְאֶלָּם Jes. XXXIII, 7, de quo dictum est p. 146 B. Michaëlis in suppl. 120 *legatos* intelligit a رَأَلَ festinanter incessit (dicere poterat a רָאַל i. q. רָעַל trepidavit i. e. festinavit), et nuper Ewaldus (Propheten 1, 296) adv. explicat *trepide, timide,* provocans ad Vers. Alex., quae verae traditionis exegeticae vestigia servaverit his verbis: ἰδοὺ δὴ ἐν τῷ φόβῳ ὑμῶν οὗτοι φοβηθήσονται (οὓς ἐφοβεῖσθε βοήσονται). Sed auctoritas illa nulla est, quum nihil dubitandum sit quin LXX timoris vim elicuerint ex litteris ארא, quas referebant ad rad. ירא: in ipsa autem illa explicatione non unum est quod displiceat. Displicet adverbium in isto sententiae loco, ubi subiectum exspectes, displicet forma adverbii ἅπ. λεγομένου, sive אֶרְאֶלָּם legas sive אֶרְאֶלָּם (אֶקְטְלָם), displicet denique sententia: *clamant* enim *prae dolore, terrore,* clamant etiam *prae ferocia* (v. Rosenm. ad h. l.), sed *trepide, timide* clamari non solet.

רָאַם i. q. רוּם, אָרַם, הָרַם *altus fuit.* Semel legitur רָאֲמָה Zach. XIV, 10. (Fürstius huic radici *fremendi* vim tribuit i. q. רָעַם: male).

רְאֵם Num. XXIII, 22. Deut. XXXIII, 17.

רְאֵים Ps. XCII, 11 (ubi 52 codd. defective ראם).

רֵים Iob. XXXIX, 9. 10, pl. רְאֵמִים Ps. XXIX, 6. Jes. XXXIV, 7 et רֵמִים Ps. XXII, 22 (ubi 36 codd. habent ראמים) m. *bos bubalus, bos ferus* (Büffel), animal silvestre, ferum et indomitum (Iob. XXXIX, 9), cornutum cornibusque suis hominibus perniciosum (Ps. XXII, 22. XCII, 11. Deut. l. c.), bovi simile, ut onager asino (Iob. l. c. cf. ibid. comm. 7). Ps. XXIX, 6 (ubi בֶּן־רְאֵמִים in altero membro habet עֵגֶל). Deut. l. c. (parall. שׁוֹר). Jes. XXXIV, 7 (parall. פָּרִים, אַבִּירִים). Ps. XXII, 22 (cf. פָּרִים רַבִּים Comm. 13). Variae de eo fuerunt interpretum sententiae. 1) Intpp. orientales, ut Targ. et Pesch. retinuerunt רֵימָנָא, רֵימְנָא, רֵימָא, ܪܝܡܐ (quae ponunt etiam pro דִּישׁוֹן Deut. XIV, 5), Saad. in Num. رئم, licet in bestia, quae hac voce designetur, definienda ipsi incerti fuisse videantur. Ephraem. Syr. II, 17:

... *Raimo bovi similem esse dicunt, in regionibus australibus inveniri unumque cornu habere.* Saadias in Numeris habet ipsum ريم, sed apud Jes. جواميس *bubali* (Castell. 571), in Deut. et Iob. كركدن *rhinoceros, unicornis.* Talmudistae (Baba bathra 5 fol. 73 b. Sebachim 14 fol. 113 b) vocabulum ראם explicant אורזילא, quod idem esse videtur quod غزال *gazella.* — 2) Ex intpp. graecis Alex. et Gr. Venet. habent *μονόκερως*, Aqu. ap. Iob. *μονόκερως*, unde Vulg. modo *unicornis* (Ps. Jes.) modo *rhinoceros* (Pent. Iob.), vicissim gr. *μονόκερως* in Psalterio aeth. Pocockii Ms. 28, 6 transfertur ርኤም: [in Psalt. impr. አሐዱ: ቀርኑ:]. Ac rhinocerotis quidem causam pauci agere susceperunt (Ludolf hist. aeth. p. 155. Bruce): *unicornis* de quo Aelian. h. a. 16, 20: *λέγεται δὲ καὶ ζῶον ἐν τούτοις εἶναι μονόκερων, καὶ ἀπ' αὐτῶν ὀνομάζεσθαι καρτάζωνον* *). *καὶ μέγεθος μὲν ἔχειν ἵππου τοῦ τελείου, καὶ λόφον καὶ λάχνην ἔχειν ξανθήν, ποδῶν δὲ ἄριστα εἰληχέναι καὶ εἶναι ὠκιστον καὶ τοὺς μὲν πόδας ἀδιαρθρώτους τε καὶ ἐμφερεῖς ἐλέφαντι συμπεφυκέναι, τὴν δὲ οὐρὰν συός· μέσον δὲ τῶν ὀφρύων ἔχειν ἐμπεφυκὸς κέρας, οὐ λεῖον ἀλλὰ ἑλιγμοὺς ἔχον τινὰς καὶ μάλα αὐτοφυεῖς καὶ εἶναι μέλαν τὴν χρόαν, λέγεται δὲ καὶ ὀξύτατον εἶναι τὸ κέρας ἐκεῖνο.* adde Ctesiam Ind. c. 25, qui *asinum Indicum* appellat, et Plin. 8, 21 plures: istam enim bestiam nequaquam, ut post Buffonium plerique statuerunt, fabulosam, sed licet raram, tamen in deserto Tibetano etiamnum superstitem esse itineratorum nonnullorum auctoritate nixi affirmant (v. F. A. A. Meyer Versuch über das vierfüssige Säugethier Reem der h. Schrift. Leipzig 1796. Rosenm. Morgenland II, 269 sqq. Eiusd. Alterthumsk. IV, 2 p. 192). Sed faciamus, hoc animal et exstitisse et hodieque exsistere, V. T. locis id non adhibebis: erat enim unicorne et equo asinoque, non bovi, simile, praeterea animal in India degens idque perrarum, quum contra *Rêm* non possit non in Palaestina et regionibus huic finitimis frequens fuisse. Accedunt verba Ps. XXII, 22: מִקַּרְנֵי רֵמִים עֲנִיתָנִי, quae *unicorni* minus conveniunt. — 3) E recentioribus BOCHARTUS (Hieroz. II. p. 335 Lips.) collato arab. رِئْمٌ, quod *dorcadem albam* significat (v. Zoheir. v. 3. mon. vet. Arabum p. 69. Niebuhrii Arab. praef. p. XXXVIII), antilopae speciem significari existimat, eam tamen magnam et indomitam, quae gr. *ὄρυξ* appellatur Oppian. Cyneg. II, 445. Assentiunt Rosenm. in notis, Winerus al. Sed praeferenda tamen 4) sententia Alb. Schultensii ad Iob. l. c., de Wettii ad Ps. XXII, 22, qui *bovem bubalum* intelligendum censent, praeeunte fere Bootio in animadvv. sacr. III, 8, qui *urum* intelligebat. Nam a) flagitant fere V. T. loci animal ferum, quod bovi respondeat, ut onager asino domestico (v. supra). b) Linguae arabicae usus tantum abest, ut huic sententiae contrarius sit, ut contra ei faveat. Antiloparum enim species maiores bobus feris bubalisque simillimae sunt, quam ipsam ob causam gr. *βούβαλος*, *βουβαλίς* vocantur, ut apud Arabes animalia cervini generis البقر الوحش, البقر الوحشي *boves feri* appellantur. Facile igitur vc. רְאֵם, quod Hebraeis bubalum significabat, ab Arabibus de antilopae maioris specie usurpari poterat. c) Orygem in Palaestina repertum esse vel adhuc reperiri, nemo (quod sciam) tradidit: bubalorum greges teste Ed. Robinsone hodieque in silvis transjordanicis degunt, et eorundem frequens est mentio in Arabum poëtis (v. Schult. l. c.). Neque d) bubalo obstat, quod hodie in Syria eum nonnunquam domari et aratro iungi docet Ed. Russel (Naturgesch. v. Aleppo II, not. p. 7) contra Iob. XXXIX, 9. 10: multa enim in hoc genere praestitit recentior aetas, quae veteres fieri non posse existimaverunt.

רָאמוֹת m. pl. i. q. רָמוֹת *excelsa*, inde 1) *sublimia*, translate *ardua* Prov. XXIV, 7.

2) de re quadam pretiosa ab Aramaeis Tyrum advecta Ez. XXVII, 16. Iob. XXVIII, 18. Intpp. hebr. (v. Parchon ap. Rossium ad Iob. l. c., Kimchi al.) *coralia rubra* intelligunt, neque male, *coralia* certe, quippe arbusculis similia, non male conveniunt cum etymo. Malim autem nigram speciem intelligere, rubrae enim nomen esse videtur פְּנִינִים q. v. Bohlenius (A. L. Z. 1834, II, p. 309) et ipse *coralia* intelligebat, sed coll. scr. *ramye* gratum, acceptum, sicut unio appellatur *rama* iucunda.

3) n. pr. a) oppidi Gileaditidis Deut. IV, 43 (Sam. רימות). Jos. XX, 8. 1 Par. VI, 65, alibi רָמוֹת, רָמַת מִצְפֶּה appellati, v. רום. b) opp. Issacharitarum 1 Par. VI, 58, fortasse eiusdem, quod scribitur רָמֶת Jos. XIX, 21, יַרְמוּת XXI, 29.

רָאמַת נֶגֶב (excelsum austri) n. pr. oppidi Simeonitarum Jos. XIX, 8, pro quo רָמוֹת נֶגֶב 1 Sam. XXX, 27.

ראשׁ rad. inusit. fortasse i. q. רָעַשׁ *commotus est, contremuit*, arab. رعس, رعش tremuit, max. de capite, unde רֹאשׁ de cacumine rei, velut mali, arboris, quippe quod concussum contremiscat (Maur. ad Ps. III, 4).

רֹאשׁ (pro רֹאשׁ) pl. רָאשִׁים (pro רְאָשִׁים) semel c. suff. רָאשָׁיו Jes. XV, 2 *caput.* (Phoen. רש caput, princeps, quod pronunciatur *rûs*, maxime in nomm. pr. pro-

*) De hoc vc. vide Pott etym. Forschungen T. I p. LXXXI. Respondet sanscr. *khadgadhênus* i. e. rhinoceros vacca (Rhinoceros-Kuh) a *khadgas* (d cerebrali, quod in r transire potest) rhinoceros et *dhênus* zend. *daênû* vacca, et pr. *rhinocerotem femellam* significat (rh. mas est: êkaçringas i. e. unicornis). Inde ortum pers. et arab. كركدن. Apud Aelian. l. c. quidem *καρτάζωνος* non rhinocerota significat, sed equum asinumque *unicornem*; at non dubium est, quin illius nomen ad hoc animal, quod et ipsum uno cornu conspicuum erat, translatum sit.

montoriorum et urbium maritimarum, velut *Rusaddir* רש אדיר, *Ruspina* רש פנה, *Ryssadium* רש שדה al. v. monu. Phoen. pag. 356. 426. Arab. رأس, unde denom. رأس caput, princeps fuit, aethiop. ርእስ: caput, amhar. ራስ: id. et titulus principum et proregum in Aethiopia. Chald. רֵאשׁ, רֵישׁ v. infra, ad quam formam accedit etiam nomen *Resch* litterae. Syr. ܪܺܫܳܐ, sam. [illegible] et [illegible]. Dicitur

1) de *capite* hominum et animalium Gen. III, 15. XXVIII, 18. XL, 16. 20. XLVIII, 14. 17 et sexcenties. כָּרַת אֶת־רֹאשׁ פ׳ caput alic. abscidit (v. כרת). הֵנִיעַ רֹאשׁ agitavit caput, quod insultantium est et ἐπιχαιρεκάκων (v. נוע p. 865). נָשָׂא רֹאשׁ sustulit caput, vario sensu (v. נָשָׂא no. 1, b), הֵרִים רֹאשׁ extulit caput Ps. CX, 7, sq. genit. ext. caput alic. evexit eum Ps. III, 4. *Redit*, recidit aliquid *in caput alic.*, ei rependitur Ps. VII, 17 cf. Joël IV, 4. נָתַן בְּרֹאשׁ פ׳ *dare* aliquid (prave factum) in caput alic. i. e. ei rependere Ez. IX, 10. XI, 21. XVI, 43. XVII, 19. XXII, 31 (syr. ܐܦܢܝ ܒܪܝܫܗ BH. 221, 3). De רֹאשׁ כֶּלֶב, quae vox est conviciantium v. p. 685 A. Meton. a) de *uno* homine, in numerandis hominibus, max. militibus, ut גֻּלְגֹּלֶת q. v. 1 Par. XII, 23: אֵלֶּה מִסְפְּרֵי רָאשֵׁי הֶחָלוּץ. Iud. V, 30: לְרֹאשׁ גֶּבֶר *pro capite viri* i. e. singulis viris. (Ita Arabes max. in pecudibus numerandis. Abulph. hist. dyn. 53 de equis Salomonis: كانوا اربعون الف رأس من خيل *erant illi quadragies mille capita equorum* pro equis, p. 54: *tunc in sacrificium* [illegible] مائة وعشرين الف [illegible] *centies et viginties mille capita ovium* pro oves, p. 216: *supellex eius culinaria capitibus iumentorum mille ducentis gestabatur.* Sic hist. Tim. 1, 20 رأس ماعز caper unus, ubi vide Mangerum. Abulf. A. V, 194. 280. In lingua Tatarica ita utuntur vc. باش caput, v. description de toutes les peuples de la Russie II, 24. 202. Lat. de hominibus et pecudibus *in capita* i. e. in singulos Liv.). b) pro *vita*. Dan. I, 10. בְּרָאשֵׁנוּ *cum capitis* i. e. vitae nostrae *periculo* 1 Par. XII, 19 cf. נֶפֶשׁ no. 2, b, et Iliad. 4, 162. 17, 242.

2) quicquid *summum* est et *supremum*. a) *caput* s. *cacumen* montis Gen. VIII, 5. Ex. XVII, 9. 10. XIX, 20. Jes. XXX, 17. Am. I, 2 cet., turris Gen. XI, 4, columnarum 1 Reg. VII, 19, solii regii ib. X, 19, spicae Iob. XXIV, 24, sceptri Esth. V, 2. רֹאשׁ כּוֹכָבִים cacumen stellarum Iob. XXII, 12 de coelo stellato. רֹאשׁ גֵּיא שְׁמָנִים cacumen vallis pinguissimae i. e. valli p. imminens Jes. XXVIII, 1. 4. רֹאשׁ הַמִּטָּה caput lecti Gen. XLVII, 31 est pars lecti, ubi caput reponitur, cf. מְרַאֲשׁוֹת. b) *princeps* populi, civitatis. Iud. X, 18: יִהְיֶה לְרֹאשׁ לְכֹל יֹשְׁבֵי גִלְעָד. XI, 8: הָיִיתָ לָּנוּ לְרֹאשׁ. 9. 1 Sam. XV, 17: רֹאשׁ שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל אָתָּה. Ps. XVIII, 44: רֹאשׁ גּוֹיִם *princeps populorum*. 2 Sam. XXIII, 8. 18. 1 Par. XI, 20. Jes. VII, 8. 9. רֹאשׁ וְזָנָב caput et cauda, v. זָנָב. רֹאשׁ בֵּית אָבוֹת Ex. VI, 14. Num. VII, 2. 1 Par. V, 24. VII, 9. 40 et brevius רֹאשׁ אָבוֹת Ex. VI, 25. Num. XXXII, 28. XXXVI, 1. 1 Par. VIII, 6. 13. 28. IX, 9. 33. 34 caput s. princeps familiae, patriarcha, syr. ܪܺܫ ܐܰܒ̈ܳܗܳܬܳܐ. (Ita non solum arab. رأس, sed etiam انف, خرطم *nasus* et جبهة *frons* ad principem transfertur, veluti انف القوم, cf. Cor. 9, 35. vit. Tim. 1, 394). — הָיָה לְרֹאשׁ princeps i. e. victor factus est (Herr werden) Thren. I, 5. Deut. XXVIII, 44. — Iob. XXIX, 25: אֵשֵׁב רֹאשׁ *sedebam princeps* i. e. in loco summo et primario. c) *locus summus*, *principalis*. כֹּהֵן הָרֹאשׁ 2 Par. XIX, 11 sacerdos summus, pr. loci primarii (opp. כ׳ הַמִּשְׁנֶה) et simpl. הָרֹאשׁ XXIV, 6; spec. *urbs primaria*. Jos. XI, 10. Jes. VII, 8: רֹאשׁ אֲרָם דַּמֶּשֶׂק. (Arab. الرأس de Mecca). — d) metaph. de eo quod *summum*, *principale* et *praestantissimum* est. רָאשֵׁי בְשָׂמִים praestantissima aromata Cant. IV, 14. Ezech. XXVII, 22. רֹאשׁ שִׂמְחָה summum gaudium Ps. CXXXVII, 6. רֹאשׁ הַרְרֵי קֶדֶם praestantissima dona montium aeternorum Deut. XXXIII, 15 (parall. מֶגֶד). (Arabes eodem modo transferunt انف, velut انف البرد summum frigus, انف الشدّ summa vehementia). Inde

3) *summa*, pr. numerus universus, qui *summus* est, cf. קָצֶה no. 3, קְצָת no. 2. Spec. *summa* pecuniae (arab. رأس المال summa pecuniae, quae fenori collocatur, nostr. das *Capital*). Lev. V, 24: וְשִׁלַּם אֹתוֹ בְּרֹאשׁוֹ *id restituet secundum summam*. Ps. CXXXIX, 17: מָה עָצְמוּ רָאשֵׁיהֶם *quanta est copia eorum!* CXIX, 160: רֹאשׁ דְּבָרְךָ *summa verbi tui*. Inde נָשָׂא רֹאשׁ, v. נָשָׂא no. 3, c. Metaph. *multitudo*, *agmen* max. militum Iud. VII, 16. 20. IX, 34. 37. 43. 1 Sam. XI, 11. XIII, 17. 1 Par. XII, 23. Ps. CXL, 10. Iob. I, 17.

4) quod *prius* et *anterius* est, *initium*, *principium*, *frons* (Spitze). בְּרֹאשׁ הָעָם in fronte (acie) populi Deut. XX, 9, בְּרֹאשׁ הַגּוֹיִם Jer. XXXI, 7, יְהוָה בְּרֹאשָׁם Mich. II, 13, בְּרֹאשׁ גֹּלִים Am. VI, 7. Jes. II, 2: *collocatus est mons templi* בְּרֹאשׁ הֶהָרִים *in fronte montium* וְנִשָּׂא מִגְּבָעוֹת *et collibus excelsior erit* i. e. montium quasi princeps et coryphaeus erit (non: in cacumine montium positus erit). רֹאשׁ דֶּרֶךְ initium viae, compitum Ez. XVI, 25. XXI, 24 (pers. سر رِه et sin. *lú-teú* viae caput, id.). רֹאשׁ חוּצוֹת initium platearum, id. Thren. II, 19. Jes. LI, 20. Inde explicandum אַרְבָּעָה רָאשִׁים *quattuor initia* sc. fluminum i. e. quattuor flumina in quae aqua se diffundit, quattuor *brachia* dicas Gen. II, 10. LXX. et Gr. Venet. ἀρχαί. Onk. רֵישֵׁי נַהֲרִין. Similis (non idem) est usus Latinorum, ubi *caput* fluminis de *origine* s. *fonte* eius dicunt Virg. Ge. 4, 368. Liv. 37, 18, contra ab h. l. alienum, quod iidem *caput* etiam de ostio fluvii usurpant Caes. b. g. 4, 10. Non bene alii, ut Rosenm., *quattuor capita* interpretantur *quattuor flumina principalia* sc. orbis terrarum (Luth. vier Hauptwasser). רֹאשׁ פִּנָּה Ps. CXVIII, 22 gr. κεφαλὴ τῆς γωνίας Mt. XXI, 42 lapis extremus angularis (der die Spitze der Ecke bildet), i. q.

λίθος ἀκρογωνιαῖος 1 Petr. II, 6, v. רֹאשָׁה. Eccl. III, 11: *opera Dei* מֵרֹאשׁ וְעַד סוֹף *ab initio usque ad finem*, cuncta a primo usque postremum. — Saepe etiam de tempore רֹאשׁ הַשָּׁנָה initium anni Ez. XL, 1, רֹאשׁ חֳדָשִׁים primus mensium Exod. XII, 2, רֹאשׁ הָאַשְׁמֹרֶת הַתִּיכוֹנָה initio (acc.) vigiliae mediae Iud. VII, 19. מֵרֹאשׁ inde ab initio Jes. XL, 21. XLI, 26. XLVIII, 16 (syr. ܡܢ ܪܝܫ ab initio, denuo, nostr. da capo). Prov. VIII, 26: רֹאשׁ עַפְרוֹת תֵּבֵל *prima gleba orbis terrarum* i. e. quae prima creata est.

5) רֹאשׁ, semel discriminis causa רוֹשׁ Deut. XXXII, 32 (quod ipsum in reliquis quoque locis unus alterve codex exhibet, v. Mich. suppl. 2223: contra cod. Sam. etiam Deut. l. c. habet ראשׁ), est etiam planta quaedam venenifera Deut. XXIX, 17, cito crescens et pulchre florens Hos. X, 4, saporis amari Ps. LXIX, 22. Thren. III, 5, propterea saepe copulata cum absinthio Deut. XXIX, 17. Thren. III, 19, eaque, si quid video, neque cicuta (Cels. hierobot. II, 46 sqq.), neque colocynthis (Oedmanni Samml. IV, p. 63), neque lolium (Mich. l. c.), sed *papaver*, a capitibus dictum (papaveris capita Liv. 1, 54). מֵי רֹאשׁ *succus papaveris* venenosus, *opium* Jer. VIII, 14. IX, 14. XXIII, 15. Inde רֹאשׁ, רוֹשׁ de quovis *veneno* Deut. XXXII, 32, adeo serpentum ib. 33. Iob. XX, 16. (Chald. רֵישֵׁי חִוְיָן venenum serpentum Ps. LXIX, 22. Thren. III, 19. Jer. VIII, 14 Targ. Idem valet רֵים).

רֹאשׁ n. pr. gentis, v. hac rad. extr.

רֵאשׁ *paupertas*, v. רושׁ.

רֵאשׁ chald. i. q. hebr. רֹאשׁ m. 1) *caput*. Dan. II, 32. 38. VII, 9. 20. חֶזְוֵי רֵאשִׁי *visiones capitis mei* i. e. cerebri mei, phantasiae meae ibid. IV, 2. 7. 10. VII, 15. — 2) metaph. *summa*. ib. VII, 1: רֵאשׁ מִלִּין *summa rerum*. Plur. רָאשִׁין VII, 6, c. suff. רָאשֵׁיהֹם (more Hebraeo) Esr. V, 10. (In Targg. רֵישׁ).

רֵאשָׁה (per Syriasmum pro רֵאשִׁית) f. *principium*, pl. Ez. XXXVI, 11.

רֹאשָׁה f. *initium*, *acies* (Spitze), unde הָאֶבֶן הָרֹאשָׁה per appos. *lapis* qui *acies* (anguli) est Zach. IV, 7 i. q. רֹאשׁ פִּנָּה, v. רֹאשׁ no. 4. Quaerunt, utrum lapis angularis supremus intelligendus sit, an infimus, cui aedificium substructum? Ego posterius praefero, nam רֹאשׁ h. l. non ad locum supremum, sed ad principem et primarium refertur, a quo duae parietes proficiscuntur (cf. רֹאשׁ דֶּרֶךְ).

רִאשׁוֹן (more Syro pro רִאישׁוֹן, quod exstat Jos. XXI, 10. Iob. XV, 7 Chethibh et in cod. Sam. ubique), semel רִישׁוֹן Iob. VIII, 8 fem. רִאשֹׁנָה adj. (denom. a רֹאשׁ)

1) pr. *summus* (der oberste), *princeps*. (Syr. ܪ̈ܝܫܢܐ summi magistratus, principes, die Oberen Luc. XVIII, 18. Apoc. VI, 15. X, 11, ܪܝܫܢܘܬܐ principatus, primatus ep. Iud. 6. 1 Mc. VIII, 16. *Primus* est ܩܕܡܝܐ). Licet propria et nativa sit haec significatio, tamen in recentiore tantum Hebraismo ad exemplum Syrorum usitata est. שָׂרִים רִאשֹׁנִים principes summi Dan. X, 13. 1 Par. XVIII, 17: הָרִאשֹׁנִים לְיַד הַמֶּלֶךְ. Fem. רִאשֹׁנָה in summo loco (zu oberst). Esth. I, 14: הַיֹּשְׁבִים רִאשֹׁנָה. Inde

2) *primus*, *prior* a) loco et ordine (der erste = vorderste). Gen. XXXII, 18. Inde רִאשֹׁנָה in primo loco et ordine (zu vorderst). Gen. XXXIII, 2. בָּרִאשֹׁנָה in fronte, in prima acie (LXX ἐν πρώτοις) Jes. LX, 9. — b) tempore, quod longe usitatissimum. הַחֹדֶשׁ הָרִאשׁוֹן mensis primus Exod. XL, 2. 17. Esr. VI, 19. VII, 9 (ellipt. בָּרִאשׁוֹן primo sc. mense Gen. VIII, 13. Num. IX, 5. Ez. XXIX, 17. XLV, 18. 21), יוֹם הָרִאשׁוֹן dies primus Ex. XII, 15. 16, רִאשׁוֹן אָדָם primus homo (v. pag. 24 B) Iob. XV, 7, אָבִיךָ הָרִאשׁוֹן pater tuus primus Jes. XLIII, 27. Plur. primi, priores, v. c. duo priores (die beiden ersten) 2 Reg. I, 14. 2 Sam. XXI, 9: בִּימֵי קְצִיר בָּרִאשֹׁנִים *primis diebus messis*. Opponitur α) sequentibus ordinalibus, ut altero, tertio, septimo Gen. XXXII, 18. Ex. XII, 15. 16. Dan. VIII, 21. 2 Par. XXIX, 3. — β) opp. ultimo (הָאַחֲרוֹן) Exod. IV, 8. רִאשׁוֹן וְאַחֲרוֹן primus et ultimus (de Deo) Jes. XLIV, 6. XLVIII, 12. — γ) opp. posteriori, v. c. maritus prior (opp. posteriori) Deut. XXIV, 4, tempus prius (opp. posteriori) Jes. VIII, 23. Plur. res gestae priores et posteriores (die frühern und spätern Thaten) 2 Par. IX, 29. XVI, 11. XX, 34. — δ) saepe est *pristinus*, *superior*, *prior* opp. tempori praesenti (das vorige, frühere). הַמֶּלֶךְ הָרִאשׁוֹן rex prior, superior (der vorige König) Num. XXI, 26, et sic templum prius Esr. III, 12. Hagg. II, 3. 9, dominium pristinum Mich. IV, 8, reges priores Jer. XXXIV, 5, modus prior Gen. XL, 13. Plur. tabulae priores Exod. XXXIV, 1, praefecti priores s. superiores Neh. V, 15, beneficia priora Ps. LXXXIX, 50 cf. Jes. LXV, 7. יָמִים רִאשֹׁנִים dies priores, tempora priora Deut. IV, 32. X, 10. נְבִיאִים רִאשֹׁנִים prophetae superiores Zach. I, 4. VII, 7. 12. Absol. רִאשֹׁנִים maiores Lev. XXVI, 45. Deut. XIX, 14. Ps. LXXXIX, 8. (Arab. أَوَّلُونَ Cor. 6, 25 et أَوَائِلُ priores i. e. maiores, patres). Jes. LXI, 4: שֹׁמְמוֹת רִאשֹׁנִים *ruinae maiorum* i. e. quae inde ab aetate maiorum desertae iacuerunt. Pl. fem. הָרִאשֹׁנוֹת priora i. e. res antehac gestae Jes. XLIII, 18. XLVI, 9, it. prius praedictae XLII, 9. XLIII, 9. XLVIII, 3. — ε) dicitur de tempore primo i. e. statim secuturo, opp. tempori dein futuro. בָּרִאשׁוֹן *primo* tempore, i. e. mox. Joël II, 23. Vide infra בָּרִאשֹׁנָה Zach. XII, 7.

Fem. רִאשֹׁנָה A) adj. fem. *prima*, *prior*. Neutr. *prius*, *superius* (das Frühere) Jes. LXV, 18. Jerem. XVI, 18.

B) adj. 1) *in summo loco* (zu oberst), v. masc. no. 1. 2) *in primo loco*, *in fronte*, v. no. 2, a. 3) de

tempore: *primum* (zuerst). Gen. XXXVIII, 28: זֶה יָצָא רִאשֹׁנָה. Num. II, 9: רִאשֹׁנָה יִסָּעוּ (lat. primi). 1 Reg. XVIII, 25; *prius* (früher, das erste Mal) Dan. XI, 29.

Cum praef. A) בָּרִאשֹׁנָה 1) de ordine et loco Jes. LX, 9, v. רִאשׁוֹן no. 2, a. — 2) de tempore: a) *primum* (zuerst, zuvor), in hac locutione: facio *primum* hoc, dein illud. 2 Sam. XX, 18. 1 Reg. XVII, 13. Zach. XII, 7: *auxiliabitur tentoriis Judae* בָּרִאשׁוֹנָה *primum* i. e. ante omnes alias res. b) *zuerst* i. e. *als der erste*, lat. *primus*. Num. X, 13. 14: וַיִּסְעוּ בָּרִאשֹׁנָה *et castra moverunt primi*. Deut. XIII, 10. XVII, 7. 1 Reg. XX, 17. 1 Par. XI, 6. Neh. VII, 5. c) *prius*, *antehac*, *tempore pristino* (früher, früherhin). 2 Sam. VII, 10. 1 Par. XVII, 9. Jes. I, 26. LII, 4. Jer. VII, 12. XXXIII, 7. 11. Prov. XX, 21. Saepe respondet nostro: das erste Mal, voriges Mal Gen. XIII, 4 (cf. XII, 8). Jos. VIII, 5. 6. Iud. XX, 32. 1 Reg. XX, 9. 1 Par. XV, 13. — כְּבָרִאשֹׁנָה sicut antehac Jes. I, 26. לְמִבָּרִאשֹׁנָה 1 Par. XV, 13 contr. ex לְמָה et בָּרִאשֹׁנָה.

B) כָּרִאשֹׁנָה sicut prius Deut. IX, 18. Dan. XI, 29.

C) לָרִאשֹׁנָה i. q. בָּרִאשֹׁנָה litt. c. *prius*, *antehac* Gen. XXVIII, 19. Iud. XVIII, 29.

Plur. רִאשֹׁנוֹת v. masc. 2, d.

רִאשֹׁנִי f. ־ִית i. q. רִאשׁוֹן Jer. XXV, 1.

רֵאשִׁית f. semel רֵשִׁית Deut. XI, 12 (ubi cod. Sam. plene ראשית) 1) pr. *summitas*, concr. quod *summum* est, metaph. *praestantissimum*. רֵאשִׁית שְׁמָנִים unguenta praestantissima Am. VI, 6 (cf. ἀρχὴ γλυκασμάτων de melle Sir. XI, 3). רֵאשִׁית הַגּוֹיִם praestantissima gentium, de Israële Am. VI, 1, de Amalecitis Num. XXIV, 20. רֵאשִׁית בְּנֵי עַמּוֹן nobilissimi, principes Ammonitarum Dan. XI, 41. ר׳ הַחֵרֶם praestantissimum eius quod Deo devotum erat 1 Sam. XV, 21. ר׳ גְּבוּרָתָם id in quo summum robur eorum, int. arcus Jer. XLIX, 35. ר׳ חָכְמָה summa sapientia Ps. CXI, 10. Prov. IV, 7; ר׳ דַּעַת Prov. I, 7. רֵאשִׁית דַּרְכֵי אֵל praestantissimum operum Dei Job. XL, 19 (de hippopotamo).

2) *principium*, *initium* (cf. ראשׁ no. 4), syr. ܪܺܫܺܝܬ, Eccl. VII, 8 (opp. אַחֲרִית finis), v. c. litis Prov. XVII, 14, imperii Jer. XXVI, 1. XXVIII, 1. XLIX, 34, peccati Mich. I, 13 (de auctore peccati). ר׳ מַמְלַכְתּוֹ *primordium imperii eius* (Nimrodi) i. e. imperii recens conditi territorium. Gen. X, 10. — Absol. de primordio omnium rerum Gen. I, 1, cf. ἐν ἀρχῇ Joh. I, 1. Vulg. in principio. (Gr. ἐξ ἀρχῆς Hes. Theog. 45, lat. a principio Cic. nat. deor. 1, 12).

3) *tempus prius*. Hos. IX, 10: *ut ficus praecox in ficu arbore* בְּרֵאשִׁיתָהּ *in principio eius*, quo tempore incipit fructus ferre, it. *tempus priscum* Jes. XLVI, 10 (opp. אַחֲרִית), it. *status prior*, *conditio prior* Iob. VIII, 7. XLII, 12.

4) concr. *primum* suo in genere, *primitiae*. Saepe de primitiis messis et frugum Lev. XXIII, 10. Deut. XVIII, 4, fructuum XXVI, 10, lanae XVIII, 4, omnis proventus Prov. III, 9, quae Jovae offerebantur, inde קָרְבַּן רֵאשִׁית oblatio primitiarum Lev. II, 12. Sed ר׳ בִּכּוּרִים sunt primum primitiarum (das Erste von den Erstlingen) Exod. XXIII, 19. XXXIV, 26. Ez. XLIV, 30. ר׳ אוֹן primitiae roboris (virilis) poët. de primogenito Gen. XLIX, 3. Deut. XXI, 17. Ps. LXXVIII, 51. CV, 36. ר׳ דַּרְכּוֹ primitiae creationis eius (Dei), de sapientia hypostatica Prov. VIII, 22 (cf. ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ θεοῦ Apoc. III, 14). Deut. XXXIII, 21 de Gado: וַיַּרְא רֵאשִׁית לוֹ *et elegit sibi primitias* terrae sanctae, primam terrae sanctae partem.

מָרֵאשָׁה (i. q. מְרַאֲשָׁה quod *ad caput* est i. e. oppidum ad caput montis situm) Jos. XV, 44, contr. מָרֵשָׁה 1 Par. IV, 21. 2 Par. XI, 8. XIV, 8. 9. Mich. I, 15 n. pr. 1) oppidi muniti in campestribus Judae, gr. Μαρισά 2 Mc. XII, 35, Μαρησά, Μαρισσά Jos. antiqu. 8, 10 §. 1. 12, 8 §. 6. 13, 9 §. 1. 10 §. 2. 15 §. 4. 14, 1 §. 4. 4 §. 4. 5 §. 3. 13 §. 9. b. j. 1, 8 §. 4 (adde 1 Mc. V, 66 coll. Relandi Palaest. p. 889). Teste Eusebio et Hieronymo (Onom. v. Μαρησά) ruinae eius monstrabantur ,,in secundo lapide Eleutheropoleos": ibique locorum $1\frac{1}{4}$ mill. ab austro oppidi *Bet Gibrîn* (i. e. Eleutheropoleos) in loco editiore Ed. Robinson (Palaestina II, 693) veteris urbis parietinas invenit. Nomen dudum periisse ipsaque illa rudera vicinae Eleutheropoli exstruendae adhibitae esse videntur. Vid. Relandus et Robinson ll. cc. — 2) viri 1 Par. II, 42.

מְרַאֲשָׁה (hanc formam pono coll. n. pr. מָרֵאשָׁה) locus *ad caput* alic. (cf. מַרְגְּלוֹת). Plur. (nomina enim locorum Plurali numero delectantur) id. adeoque poët. de ipso capite. Jer. XIII, 18: יָרַד מַרַאֲשׁוֹתֵיכֶם עֲטֶרֶת תִּפְאַרְתְּכֶם *descendet capita vestra* i. e. de capitibus vestris *corona decoris vestri*. יָרַד cstr. sq. acc. rei, de qua descenditur, ut יָצָא, עָלָה. Rosenm. et Maurerus: *descendet quod in capite vestro est* i. e. ornatus capitis vestri, sc. *corona gloriae vestrae*, sed מראשות (מְרַאֲשׁוֹת) ubique de loco dicitur, nusquam de re quae in loco est. LXX. Vulg. Syr. *de capitibus* vestris, his vocalibus מֵרַאֲשׁוֹתֵיו, ut 1 Sam. XXVI, 12, quod non displicet.

מְרַאֲשׁוֹת pl. f. locus qui *ad caput* est, i. q. מְרַאֲשָׁה, מְרַאֲשָׁה (cf. מַרְגְּלוֹת). Imitatur hoc denominativum Verbalia a Pi. ducta, ut מְזַמְּרוֹת, quorum nonnulla etiam locum designant, ut מְבַשְּׁלוֹת culinae. Maurerus (ad Gen. XXVIII, 11) מ ortum censet ex מִן praef., ita ut מֵרַאֲשׁוֹת ortum sit ex מְרַאֲשׁוֹת, quod legitur 1 Sam. XXVI, 12; sed hoc ipsum differre videtur a מְרַאֲשׁוֹת (vide mox). Ponitur in acc. adv. *ad caput* alic. cum suff. מְרַאֲשֹׁתָיו ad caput eius. 1 Reg. XIX, 6: וְהִנֵּה מְרַאֲשֹׁתָיו עֻגַת רְצָפִים. 1 Sam. XXVI, 7: חֲנִיתוֹ מְעוּכָה בָאָרֶץ מְרַאֲשֹׁתָיו. 11. 16, it. *sub caput* eius 1 Sam. XIX, 13. 16. Gen. XXVIII, 11. 18. Sed 1 Sam. XXVI, 12: *et cepit hastam* ..... מֵרַאֲשֹׁתֵי שָׁאוּל pr. *a loco ad caput Sauli*, ubi מ non aliam quam *removendi* vim habere videtur, secus atque Comm. 11: קַח־נָא אֶת־הַחֲנִית אֲשֶׁר

מֵרַאֲשֹׁתָיו. Statuendum igitur h. l. רַאֲשֹׁתַי (ad formam בָּנוֹתַי) dictum esse pro מֵרַאֲשֹׁתַי, vel alterum מ excidisse et מֵרַאֲשֹׁתַי dictum esse pro מִמְּרַאֲשֹׁתַי (Hitzig). Duo codd. de Rossii h. l. habent אשר מְראשתי, ut Comm. 12, quod expressit Vulg. *qui ad caput.*

* * *

ראשׁ n. pr. gentis Scythicae borealis, quae Ezech. XXXVIII, 2. 3. XXXIX, 1 cum Tibarenis et Moschis, Ponti Euxini accolis, copulatur, hoc modo: נְשִׂיא ראשׁ מֶשֶׁךְ וְתוּבָל i. e. *princeps Rosorum, Moschorum et Tibarenorum*, ut recte LXX. Symm. Theod. (cf. Socr. h. eccl. 7, 43): *ἄρχοντα Ῥῶς Μοσὸχ καὶ Θοβέλ*, male contra Targ. Pesch. Aqu. Vulg., qui ראשׁ appellative interpretantur: *princeps summus M. et T.* Addit Hieronymus: *Nec in Genesi nec in alio scripturae loco, nec in Josepho quidem, qui omnia Hebraicarum* (fort. hebraice) *gentium in primo Antiquitatum libro exponit nomina, hanc gentem potuimus invenire. Ex quo manifestum est Rhos non gentem significare, sed caput.* Sed fallitur ecclesiae doctorum doctissimus. Populi enim *Ῥῶς*, روس *Rûs* dicti regiones Tauricas habitantis apud scriptores Byzantinos et Orientales haud infrequens est memoria. „Georgius monachus, seculi decimi scriptor, *τοὺς Ῥῶς* describit ut *ἔθνος Σκυθικὸν ἀνήμερόν τε καὶ ἄγροικον* (v. Stritteri memoriae populorum olim ad Danubium cet. habitantium e scriptoribus Byzantinis T. II p. 957), Simon logotheta (ib. p. 958) *ἔθνος δὲ οἱ Ῥῶς Σκυθικὸν περὶ Ἀρκτῷον Ταῦρον κατῳκημένον ἀνήμερόν τε καὶ ἄγριον.* Zonaras (ibid.) *ἔθνος οἱ Ῥῶς Σκυθικὸν τῶν περὶ τὸν Ταῦρον ἐθνῶν.*“ Mich. suppl. p. 2224. Adde Leonem Diac. 4, 6, Tzetzes chil. hist. XI, 393: *Ταῦροι — ἔστι καὶ γένος Σκυθικόν· ἐπεὶ δ' ἄδηλον τοῦτο, σαφέστερον ἐδήλωσα Ταύρους τοὺς Ῥῶς καλεῖσθαι*, cf. 396. E scriptoribus Arabum populum روس dictum ad littus Wolgae (اتل) habitantem, numerosum et bellicosum, ethnicum, albi coloris, ceterum barbarum et immundum, multis describit Ibn Foszlan (circa annum 921 p. Chr. apud Iakutum, quem edidit et eximio commentario illustravit ill. Fraehn in libro: Ibn Foszlan's und anderer Araber Bericht über die Russen älterer Zeit. St. Petersburg 1823. 4.). Eundem filium Japheti facit Mirchond (d'Herbelot bibl. orient. III, 794), alii *Turci* filium i. e. e Turcis oriundum (Frähn p. 27 sqq.) et Bulgaris, Slavis, Turcis, item Alanis et Georgianis finitimum faciunt (v. Eutych. Ann. 1, 55 ed. Pococke. Abulph. dyn. p. 105. 106. 135. 474. 491. Ferdusi in Schachname ap. Frähn. p. 39. Masudi in مروج الذهب T. I, 416 ex vers. angl. Sprengeri. Assem. bibl. III, 1, p. 354): et pontum Euxinum inde بحر الروس *mare Russorum* dictum esse tradunt (Frähn p. 27—29. 193). Apud Tartaros vulgari appellatione etiam اروس dicuntur, apud Josephum Gorionidem (c. 1) רוסי ad Cyrum fl. habitantes. Antiquam populi *Russici* memoriam in his nemo non facile agnoscet (cf. Leo Diac. l. c.): contra fortasse non deerunt, qui nobis reluctentur etiam *Rosch* Ezechielis ab illo non diversum existimantibus. Mirum enim videri dicent, hunc populum ab Ezechiele septimo ante Chr. seculo, et iterum a seculi decimi p. Chr. scriptoribus commemorari: ignorari autem a cunctis, qui intercedunt, scriptoribus. His vero cum Bocharto (Phaleg III, 13) respondemus, manifestum eius vestigium superesse in *Roxalanis*, illius regionis populo, quem cum Alanis coniungit Plinius N. H. 4, 12: *Hamaxobii aut Aorsi, alias Scythae degeneres et a servis orti, aut Troglodytae, mox Alani et Rhoxalani.* „Roxalanorum enim nomen conflatum esse nemo non videt ex *Rhos* vel *Rhox* et Alanis; tanquam ex utroque mixtis populis, quod vel ex situ patet. Nam inter Tauros et Alanos medii sunt Rhoxalani circa paludem Maeotidem. Ptolemaeus 3, 5: *καὶ πρὸς ὅλην τὴν πλευρὰν τῆς Μαιώτιδος Ἰάζυγες καὶ Ῥωξολᾶνοι, καὶ ἐνδοτέρω τούτων οἵτε Ἀμαξόβιοι καὶ οἱ Ἀλαῦνοι (Ἀλᾶνοι) Σκύθαι.*“ Bochartus l. c. p. 189. — De origine et etymo vocabuli in tanta rei obscuritate nemo facile quaeret: non displicent tamen qui ראשׁ proprie *Araxis* fluminis nomen fuisse censent, arab. أَرَس et الرس dicti (Boch. Mich., v. Hammer): non raro enim fluviorum nomina propria ad accolas translata sunt, v. קִיר. (*Rhoas* fluvium Plin. 6, 4 huius loci non esse putaverim). Ut autem haec satis probabilia sunt, ita valde incerta videntur, quae praeterea coniectata sunt, eandem gentem atque ראשׁ روس *Ῥῶς* esse اصحاب الرس, quorum Cor. 25, 40. 50, 12 una cum aliis gentibus emortuis mentio fit, adeoque *Tiras* Gen. X, 2 (v. ill. de Hammer Origines Russes. St. Petersbourg. 1827. 4.).

רָבַב 1) *multus factus est* Gen. VI, 1, *multus fuit* 1 Sam. XXV, 10. Ps. III, 2. IV, 8. XXV, 19. XXXVIII, 20. LXIX, 5. CIV, 24. Iob. XXXV, 6. Eccl. V, 10. Jes. XXII, 9. LIX, 12. LXVI, 16. Jer. V, 6. XIV, 7. XLVI, 23. Exstat in solo praet. pl. רַבּוּ (sing. habes auctore Kimchio Jes. LIV, 13: וְרַב שְׁלוֹם בָּנָיִךְ), semel in inf. רֹב Gen. l. c., reliquae formae formantur a rad. cognata רָבָה. (Arab. رَبَّ magnus fuit, dominus fuit, sed etiam multitudinis vis servata est, in رَبَّ auxit, رُبَّ multum, رُبْوَة magna multitudo, myrias, aeth. ረበበ: expandit, pr. amplum fecit. Syr. et chald. Palp. ܪܰܘܪܶܒ pro ܪܰܒܪܶܒ magnificavit: multitudinis potestate frequentant רָבָה). — Praeterea complures interpretes tum Hebraei tum recentiores statuunt

2) verbum med. O, רָבַב *iaculandi* significatu, sive quod רָבַב idem sit quod רָמָה sive, quod praestat, a sagittarum copia, cf. רְבִיבִים, et رَبَابَة copia sagittarum Kam. Tria eius significatus laudant exempla, veri qui-

dem haud dissimilia, neque tamen certa et necessaria, quum etiam vulgaris significatio aptam sententiam praebeat. Unum est Gen. XLIX, 23: וַיְמָרֲרֻהוּ וָרֹבּוּ וַיִּשְׂטְמֻהוּ בַּעֲלֵי חִצִּים, ubi auctore Kimchio vertunt: *et exacerbant eum iactis sagittis et adversantur ei sagittarii.* Gr. Venet. κύβωλον. Idem fortasse voluerant vocalium auctores, discriminis caussa scribentes רֹבּוּ pro רַבּוּ. Sed fortasse tamen iusto plus parallelismo tribuerunt, nam haud peior sententia est: *et exacerbant eum magno numero et adversantur ei sagittarii.* Critici Samaritani in ורבו verbum ריב latere suspicati sunt, et propterea scripserunt ויריבהו *et contenderunt cum eo*, quod et ipsum parallelismo perquam accommodatum est, et cum scriptura Hebraea conciliari potest, modo scribas וָרָבוּ. — Alterum exemplum est Ps. XVIII, 15: יִשְׁלַח חִצָּיו וַיְפִיצֵם וּבְרָקִים רָב וַיְהֻמֵּם, ubi Kimchius: *mittit sagittas suas et dispergit eos, et fulgura iaculatur et dissipat eos.* רָב (in aliis codd. רַב) ā vocali longa propter acc. distinct., quod parallelismo omnino commendatur. Sed non minus licet interpretari: *et fulgura multa* sc. mittit. בְּרָקִים רָב i. q. בְּרָקִים רַבִּים, ut אֲנָשִׁים מְעַט, v. מְעַט. In tertio loco est רַב subst., quod *telum* interpretantur omnes Verss. veteres. Iob. XVI, 13: יָסֹבּוּ עָלַי רַבָּיו *cingunt me tela eius* (Dei), sed quidni retineas: *cingunt me multi eius* i. e. agmina eius, vel *fortes*, *potentes eius* i. q. גִּבּוֹרָיו? cui magis etiam convenit verbum סָבַב. Tribus his locis Kimchius adeo quartum addit ex rad. רָבָה, Gen. XXI, 20: וַיְהִי רֹבֶה קַשָּׁת quae verba explicat: *et factus est iaculator sagittarius* coll. רֹמֵה קֶשֶׁת Jer. IV, 29. Sed vide infra rad. רָבָה.

Pu. (denom. a רְבָבָה) part. *in myriades auctus s. multiplicatus* Ps. CXLIV, 13.

רַב in Pausa רָב f. רַבָּה pl. רַבִּים adj. 1) *multus*, sive de una re continua (ubi respondet gall. *beaucoup de*, angl. *much*), ut זָהָב רַב aurum multum 1 Reg. X, 2. Ps. XIX, 11, et similiter מִסְפּוֹא רַב multum pabulum Gen. XXIV, 25, זֶרַע רַב Deut. XXVIII, 38, sive de collectivis, quae multas partes (multa individua) continent (ubi respondet lat. et gall. *numerosus*, *nombreux*, angl. *many*), ut עַם רַב populus multus i. e. numerosus Jos. XVII, 14, אָדָם רַב multi homines Iob. XXXVI, 28 (h. l. οἱ πολλοί), עֲבֻדָּה רַבָּה familia numerosa Gen. XXVI, 14, מִקְנֶה רַב pecus numerosum Num. XXXII, 1, סוּס וָרֶכֶב רַב Jos. XI, 4. Inde c. pl. מַיִם רַבִּים aquae multae Num. XX, 11, יָמִים רַבִּים dies multi, longum tempus Gen. XXI, 34, עַמִּים רַבִּים multi populi Ps. LXXXIX, 51, נָשִׁים רַבּוֹת multae mulieres Iud. VIII, 30. Sq. genit. רַב תְּבוּנָה multae (magnae) prudentiae homo Prov. XIV, 29, רַבַּת בָּנִים multos liberos habens 1 Sam. II, 5, רַבַּת אוֹצָרוֹת Jer. LI, 13, c. Jod parag. רַבָּתִי עָם frequens populo (civitas) Thren. I, 1. Saepe neutraliter ponitur pro *multum*. Exod. XIX, 21: נָפַל מִמֶּנּוּ רָב quod latine quidem redditur: *cadunt ex iis multi*, sed proprie est: *es fällt von ihnen viel* (Mannschaft). 1 Sam. XIV, 6. Gen. XXXIII, 9, inde adv., adeoque c. subst. plur. (sicut מְעַט) Ps. XVIII, 15: בְּרָקִים רָב *fulmina multa* (der Blitze viel, Blitze in Menge), quo de loco v. ad rad. in Kal no. 2. Eccl. VI, 3: וְרַב שֶׁיִּהְיוּ יְמֵי שָׁנָיו *etsi multi fuerint dies annorum eius.* Saepe i. q. *satis*, *satis* (est), *sufficit.* Gen. XLV, 28. Ps. CXXIII, 3, max. in formula (cf. מְעַט) רַב עַתָּה *ohe! iam satis!* i. e. desiste! 2 Sam. XXIV, 16. 1 Reg. XIX, 4, plenius רַב לָךְ Deut. III, 26, רַב לָכֶם Ezech. XLV, 9. Num. XVI, 3 desiste, desistite. Sq. inf. Deut. I, 6: רַב לָכֶם שֶׁבֶת *satis diu commorati estis.* II, 3, sq. מִן Ez. XLIV, 6: רַב לָכֶם מִכָּל־תּוֹעֲבוֹתֵיכֶם *desistite ab omnibus sceleribus vestris.* 1 Reg. XII, 28. Ex. IX, 28. — Etiam fem. רַבָּה saepe ponitur adverbialiter pro *multum*, *satis* Ps. LXII, 3, et saepius st. cstr. רַבַּת LXV, 10. CXX, 6. CXXIII, 4. CXXIX, 1. 2 Par. XXX, 18. (Saepe ita syr. ܣܓܝ v. Agrell. suppl. p. 263, et arab. رُبَّ, رُبَ, رُبَتَ, رُبَّتَ multum, saepe, رُبَّمَا id.).

2) *magnus*, *amplus*, *vastus* (cf. πολύς ap. Passov. no. 1, b), de vasto spatio Gen. VII, 11. Esth. I, 20, de longa via (πολλὴ ὁδός, cf. adeo μυρία κέλευθος Pind. Isthm. 4, 2) 1 Reg. XIX, 7; de pugna et clade gravi 2 Par. XIII, 17. Num. XI, 33, de peccato gravi Ps. XIX, 14, de Dei benignitate multiplici Ps. XXXI, 20, de attentione diuturna (cf. πολλὴ σιγή) Jes. XXI, 7: וְהִקְשִׁיב קֶשֶׁב רַב קָשֶׁב, ubi רַב potest subst. esse (v. infra) vel adj. propter emphasin substantivo suo praemissum cf. כָּל־רַבִּים עַמִּים Ps. LXXXIX, 51. — Spec. a) i. q. *potens* Ps. XLVIII, 3. Jes. LXIII, 1. Plur. רַבִּים potentes Iob. XXXV, 9. Jes. LIII, 12. b) *maior* natu Gen. XXV, 23. Plur. רַבִּים aetate provecti Iob. XXXII, 9. c) subst. *summus*, *praefectus* i. q. שַׂר, max. in sequiore Hebraismo, v. c. רַב טַבָּחִים praefectus satellitum 2 Reg. XXV, 8, רַב סָרִיסִים praefectus eunuchorum Dan. I, 3. רַב בֵּית הַמֶּלֶךְ praefectus palatii regii Esth. I, 8. רַב הַחֹבֵל praefectus nautarum Jon. I, 6. d) *magister*, qui multum valet in aliqua arte, *artis peritus* Prov. XXVI, 10. Cf. talmud. רַב doctor, doctrina praestans. (Phoen. רב magnus, princeps, dominus, v. monn. Phoen. p. 355, adde ex inscr. nuperrime Athenis reperta רב כדנם dominus mulorum i. e. mulio, institor mulorum cf. ܪܒ ܪܟܫܐ equiso, fem. רבת princeps, domina, de deabus. Syr. ܪܒ, ܪܒܐ id. magnus, princeps, arab. رَبّ dominus, possessor). — Neutr. et subst. *magnitudo.* Ps. CXLV, 7. Jes. LXIII, 7.

De *sagittae* significatu, qui huic vc. tribuitur, v. ad rad. in Kal no. 2.

רַב emphat. רַבָּא, fem. emph. רַבְּתָא Dan. IV, 27 pl. (forma dupl.) רַבְרְבִין f. רַבְרְבָן emph. ־תָא chald. 1) adj. *magnus.* (Syr. ܪܒ id. pl. ܪܘܪܒܐ pro ܪܒܪܒܐ, quanquam etiam, sed raro tamen, sing. ܪܘܪܒܐ et pl. ܪܒܐ in usu sunt v. Schaaf. p. 528). מֶלֶךְ רַב Dan. II, 10, צַלְמָא רַב II, 31, טוּר רַב ib. 35, אֱלָהּ רַב ib., יַמָּא רַבָּא

Dan. VII, 2. Plur. II, 48. III, 33. VII, 3 sqq. מְמַלֵּל רַבְרְבָן magna s. grandia loqui i. e. verba impia iactare Dan. VII, 8. 20, v. גָּדוֹל no. 4. Adde Obad. 12 Targ. — 2) subst. *praefectus, princeps* v. c. רַב טַבָּחַיָּא Dan. II, 14, רַב סִגְנִין ib. 48, רַב חַרְטֻמַּיָּא IV, 6.

רֹב, in recentioribus libris etiam plene רוֹב Iob. XXXV, 9. Esth. X, 3, sq. Makk. רָב־, c. suff. רֻבָּם Hos. IV, 7 m. *multitudo, copia*, sq. plur. רֹב שָׁנִים Lev. XXV, 16, רֹב זִבְחֵיכֶם Jes. I, 11, et (pro natura substantivorum, v. רַב no. 1) sq. sing. רֹב דָּגָן וְתִירוֹשׁ Gen. XXVII, 28, רֹב עָשְׁרוֹ (gr. πολὺς πλοῦτος) Ps. XLIX, 7, רֹב רִכְבִּי Jes. XXXVII, 24, saepe etiam, ubi lat. *magnitudinem* dixeris, v. c. רָב־חָכְמָה Eccl. I, 8, רֹב שָׁלוֹם (gr. πολλὴ εὐδαιμονία) Ps. XXXVII, 11. LXXII, 7, רֹב כֹּחוֹ Jes. LXIII, 1, רֹב הַדֶּרֶךְ longitudo viae Jos. IX, 13. לָרֹב adv. multum (in Menge). 1 Par. XII, 40: בָּקָר וְצֹאן לָרֹב. XXII, 3: בַּרְזֶל לָרֹב ib. 4: עֲצֵי אֲרָזִים לָרֹב. Gen. XLVIII, 16: וְיִדְגּוּ לָרֹב *et augeantur multum*, valde. Saepe additur comparatio magnam copiam indicans, velut Deut. I, 10: הִנְּכֶם כְּכוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם לָרֹב. X, 22. XXVIII, 62. Jos. XI, 4: עַם רָב כַּחוֹל אֲשֶׁר עַל שְׂפַת הַיָּם לָרֹב. 1 Sam. XIII, 5. 2 Sam. XVII, 11. Iud. VI, 5: יָבֹאוּ כְדֵי אַרְבֶּה לָרֹב. — מֵרֹב prae multitudine, saepe in huiusmodi locutionibus Gen. XVI, 10: לֹא יִסָּפֵר מֵרֹב. XXXII, 13. 1 Reg. VIII, 5: לֹא יִמָּנוּ מֵרֹב. — Poët. רֹב fere omnem multitudinem designat et vix differt a כֹּל, velut Iob. IV, 14: רֹב עַצְמוֹתַי הִפְחִיד *et terrefecit multitudinem ossium meorum* i. e. ossa mea quotquot sunt. XXXIII, 21 cf. Jer. XXIII, 9 et Schult. ad Iob. l. c. — Plur. cstr. רֻבֵּי Hos. VIII, 12 Keri.

רַבָּה 1) adj. fem. *multa, magna*, v. masc. רַב. — 2) subst. *metropolis, caput* regni, syr. ܪܰܒܬܳܐ (v. Cast. ed. Mich. p. 843), inde n. pr. a) metropoleos Ammonitarum Jos. XIII, 25. 2 Sam. XI, 1. XII, 27. 1 Par. XX, 1. Jer. XLIX, 3 (non Ps. CX, 6), plene רַבַּת בְּנֵי עַמּוֹן Deut. III, 11, quae gr. Ῥαβαθάμανα Polyb. 5, 7 §. 4. Steph. Byz. h. v. et a Ptolemaeo Philadelpho (v. Steph. B. l. c.) *Philadelphia* appellata est, quo nomine a scriptoribus graecis et romanis (Jos. b. j. 1, 6 §. 3. Ptolem. 5, 15. Plin. 5, 16) et in nummis (v. Eckhel d. n. III, 351. Mionnet V, 330) memoratur: apud Arabes tamen vetus nomen عَمَّان servatum est et denuo emersit (Abulf. Syria p. 91 Köhl.), et idem hodieque gerunt parietinae urbis haud exiguae, quas descripserunt Seetzenius (v. Zach monatl. Correspondenz XVIII p. 429) et accuratius Burckhardtus, itin. Syriae p. 612 — 618 ed. germ. cf. 1062. b) oppidi tribus Judae Jos. XV, 60.

רְבָבָה f. *myrias, decem millia* Lev. XXVI, 8. Deut. XXXII, 30. Iud. XX, 10, saepe pro numero maximo Cant. V, 10. Ps. XCI, 7. Ez. XVI, 7, אַלְפֵי רְבָבָה Gen. XXIV, 60. Plur. רְבָבוֹת myriades 1 Sam. XIII, 8, cstr. רִבְבוֹת et רִבְבוֹת v. c. רִבְבוֹת אֶפְרַיִם Deut. XXXIII, 17, רִבְבֹת עַם Ps. III, 7, רִ' קֹדֶשׁ de angelis Deut. XXXIII, 2. (In recentiore Hebraismo respondet רִבּוֹ. Arab. رِبَة myrias, magna multitudo, رِبْوَة et رِبَة decem millia drachmarum, رِبِّي mille homines, aethiop. ፈበዋት: myriades. Sinenses μυρίους dicunt de *multis, omnibus* et ita ut pluralem multitudinis designet, v. c. *wán mîn* decies mille populi i. e. populi, quorum multi sunt).

רִבְבָה chald. id., unde pl. רִבְבָן myriades Dan. VII, 10 Keri, in Chethibh est רִבְבָן, v. רִבּוֹ. In Targg. utraque forma usitata est, v. Buxt. p. 2180.

רִבּוֹת f. pl. μυρίοι, *decies mille*. Neh. VII, 71: שְׁתֵּי רִבּוֹת *vicies mille*. Saepius ת littera abiecta (cf. terminationem syr. *û* pro ût, בֵּי بِي chald. et arab. pro בֵּית p. 175 A)

רִבּוֹ (syr. ܪܶܒܘܳ) id. אֲדַרְכֹּנִים רִבּוֹ 1 Par. XXIX, 7. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה רִבּוֹ אָדָם Jon. IV, 11, et addito א (gr. §. 23, 2 not. 3) רִבּוֹא. אַרְבַּע רִבּוֹא quadragies mille Esr. II, 64. Neh. VII, 66. שְׁתֵּי רִבּוֹא Neh. VII, 72. — A רִבּוֹת formatus est dual. רִבּוֹתַיִם (cf. לוּחוֹתַיִם) duae myriades Ps. LXVIII, 18, a רִבּוֹא novus pluralis רִבֹּאוֹת *myriades* Dan. XI, 12, רִבֹּאוֹת Esr. II, 69. Est vox recentioris Hebraismi (v. chald.), de qua equidem statuo, primariam formam esse רִבּוֹת Neh. VII, 71 eamque pluralem (ut μυρίοι) pariter atque רִבּוֹ, רִבּוֹא cf. שְׁתֵּי רִבּוֹת Comm. 71 et שְׁתֵּי רִבּוֹא 72, ubi numerale pluralem flagitat, et sic in אַרְבַּע רִבּוֹא. His non obstat pl. רִבֹּאוֹת *myriades* a *ribbo*, quod nominis pluralis speciem emiserat cf. Lgb. p. 541. 613.

רִבּוֹ chald. id. Dan. VII, 10: רִבּוֹ רִבְבָן *myrias myriadum*, Keri רִבְבָן. In Targg. utraque forma reperitur, syr. ܪܶܒܘܳ.

רַבִּית (multitudo) n. pr. oppidi Issacharitarum Jos. XIX, 20.

רְבִיבִים m. *pluviae*, vc. poët., a guttarum multitudine (cf. אַרְבֶּה) Deut. XXXII, 2. Ps. LXV, 11. LXXII, 6. Mich. V, 6. Jer. III, 3. XIV, 22. Arab. رَبَب aqua copiosa.

רַבְרְבָן chald. tantum pl. *magnates, principes*. Dan. IV, 33. V, 1 — 3. 9. 10. 23. VI, 18. In Targg. saepe. Syr. ܪܰܘܪܒܳܢܶܐ.

רַבְשָׁקֵה n. pr. ducis militum Sanheribi 2 Reg. XVIII, 17. 19. 26. 28. 37. XIX, 4. 8. Jes. XXXVI, 2. 4. 12. 13. 22. XXXVII, 4. 8. Linguae Aramaeae formam redolet, in qua ܪܰܒ ܫܩܳܐ est *princeps pocillatorum* i. q. שַׂר הַמַּשְׁקִים: videtur autem nomen muneris fuisse, quo

in aula fungebatur homo, cf. רַב סָרִיס 2 Reg. XVIII, 17. Jer. XXXIX, 3, et רַב מָג Jer. l. c. Luth. plerisque locis: *der Erzschenke.*

יָרָבְעָם (cuius *populus multus est*) n. pr. duorum regum regni Israël. Horum unus erat 1) filius Nebat, Ephraimita, qui imperante Salomone praefectus mercenariorum, hoc rege mortuo a civibus ex Aegypto, quam fuga petierat, revocatus decem tribuum imperium adeptus est (1 Reg. XI, 26 sqq. XII—XIV, 20), in quo expulsis Levitis vitulorum cultum instituit. Hic autem est, quem sacri scriptores *Jarobeami peccatum* s. *peccata* ib. XIV, 16. XV, 30. XVI, 31. 2 Reg. X, 31, *vias Jarobeami* 1 Reg. XVI, 26 appellant. Imperium gessit per 22 annos (975—954 a. Chr.), gens eius (בֵּית יָרָבְעָם 1 Reg. XV, 29) filio eius Nadabo occiso exstincta est. — Alter 2) *Jarobeamus* (II), filius Joasi, aequalis Usiae regis, Amosi et Hoseae prophetarum (Hos. I, 1. Am. VII, 9—11) 825—784 a. Chr. 2 Reg. XIII, 13. XIV, 23—29. — LXX. Ἱεροβοάμ et Ῥοβοάμ, Vulg. *Jeroboamus* et *Roboamus.*

רָבַד I. i. q. רָפַד *stravit* lectum. Prov. VII, 16. LXX. τέτακα. Aqu. Theod. περιέστρωσα. Targ. Pesch. id. (Talmud. רובד pavimentum, v. Buxt.).

II) i. q. ربط vinxit, ligavit. Inde

רָבִיד m. *collare* Gen. XLI, 42. Ez. XVI, 11.

מַרְבַדִּים (sine Dag. l. in Beth, in nonnullis מַרְבַדִּים; cf. שַׁרְבִיט) *stragulae, tapetes,* quibus lecti *sternuntur* Prov. VII, 16 (c. adj. fem., proinde a sing. מַרְבַדָּה). XXXI, 22.

רָבָה pl. רָבוּ fut. יִרְבֶּה apoc. יִרֶב et יֶרֶב, imp. רְבֵה pl. רְבוּ, inf. רְבוֹת Ex. XI, 9. Prov. XXIX, 2. 16, part. רֹבֶה Gen. XXI, 20 i. q. רָבַב (quod minus frequens, et in solo praet. et inf. usitatum)

1) a) *multus factus est; multiplicatus, auctus est.* Gen. I, 22. VII, 17. 18. Ex. I, 10. 12. 20. Deut. VIII, 1. Esr. IX, 6 al. Saepe copulatur cum פָּרָה, v. c. Gen. I, 22: פְּרוּ וּרְבוּ *fecundi estote et multiplicaminor.* 28. VIII, 17. IX, 1. 7. XXXV, 11. XLVII, 27. Jer. III, 16. XXIII, 3. Ez. XXXVI, 11. Sq. dat. Deut. VIII, 13: כֶּסֶף וְזָהָב יִרְבֶּה־לָּךְ *argentum et aurum augeatur tibi.* Prov. IV, 10. — b) *multus, numerosus fuit.* 1 Par. V, 9. 23. Ps. XVI, 4. CXXXIX, 18. Dicunt etiam: *multa* (i. e. longa) fuit via (πολλὴ ὁδός, v. רַב no. 2, et רֹב) Deut. XIV, 24. XIX, 6, *multae* fuerunt opes Ps. XLIX, 17, *multa* (magna) fuit sapientia 1 Reg. V, 10.

2) a) *magnus, maior factus est, crevit* Deut. XXX, 16, inde *adolevit* Iob. XXVII, 14. XXXIX, 4. Ezech. XVI, 7. Gen. XXI, 20: וַיְהִי רֹבֶה קַשָּׁת *et factus est, quum adolevisset, sagittarius.* Vulg. factusque est iuvenis sagittarius, et ita quoque Onk. Saad. (sed Kimchius: factus est iaculator sagittarius, v. ad רבב no. 2). — b) *magnus fuit* Gen. XLIII, 34, it. *potens fuit* Iob. XXXIII, 12. (Chald. רְבָה magnus fuit, v. infra. Syr. ܪܒܐ crevit multitudine et magnitudine, Pa. educavit, aluit, cf. ܪܒ magnus fuit, Aph. magni fecit).

Pi. רִבָּה 1) *multiplicavit, auxit* c. acc. Iud. IX, 29 (ubi רַבֵּה ἀνομαλῶς pro רַבֵּה, quod in nonnullis codd. est). Absol. multum fecit, i. e. multa comparavit, acquisivit sibi (cf. הִרְבָּה no. 1, a, עָשָׂה no. 2, d). Ps. XLIV, 13: לֹא רִבִּיתָ בִּמְחִירֵיהֶם *non multum acquisivisti venditione eorum,* h. e. parvo pretio eos vendidisti, vel: *non auxisti* sc. opes tuas (cf. Prov. XXII, 16) cet. — 2) *educavit* Ez. XIX, 2. Thren. II, 22. (Syr. ܪܰܒܺܝ, arab. ربّى id., ܪܘܒܝܐ educatio).

Hiph. הִרְבָּה fut. יַרְבֶּה apoc. et conv. יֶרֶב, וַיֶּרֶב, imp. apoc. הֶרֶב, inf. absol. הַרְבֵּה (quam formam verbo finito addunt emphatice) Gen. III, 16. XVI, 10. XXII, 17, et הַרְבֵּה (quae forma adverbialiter ponitur) cstr. הַרְבּוֹת 1) *multum fecit, multiplicavit, auxit* aliquid, sq. acc. Gen. III, 16: הַרְבָּה אַרְבֶּה עִצְּבוֹנֵךְ *multas faciam molestias tuas.* XVI, 10: הַרְבָּה אַרְבֶּה אֶת־זַרְעֵךְ. XXVI, 4. 24. Ex. VII, 3. Deut. I, 10. VII, 13. XIII, 18. XXX, 5. Iud. XVI, 24. 2 Par. XXXIII, 23. Neh. IX, 23. Jes. IX, 2. XXIII, 16. Jer. XLVI, 11. Ezech. XXVIII, 5. Hos. VIII, 11. 14. XII, 11 al., raro sq. לְ Hos. X, 1. Sq. gerundio verbi saepe exprimit adv. *multum,* v. c. הִרְבָּה לֶאֱכֹל multum comedit 2 Sam. XVIII, 8, הִרְבָּה לְהִתְפַּלֵּל multum precatus est 1 Sam. I, 12, הִרְבָּה לְהָשִׁיב אַפּוֹ multum (saepe) remisit iram suam Ps. LXXVIII, 38. 2 Reg. XXI, 6. 2 Par. XXXVI, 14. Esr. X, 13. Jes. LV, 7, it. *nimis* Ex. XXXVI, 5, et sic sq. verbo finito 1 Sam. II, 3: אַל תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ. Ps. LI, 4. — Praeterea ponitur a) c. acc. rei et dat. pers. *multum dedit* alicui, Hos. II, 10: כֶּסֶף הִרְבֵּיתִי לָהּ, omisso dat. Exod. XXX, 15 (opp. הַמְעִיט parum dedit ib.). Sed הִרְבָּה ד׳ לוֹ reflex. *multiplicavit sibi* aliquid i. e. comparavit sibi multum Deut. XVII, 16. 17, insumsit multum rei Jer. II, 22. — b) c. acc. *multum habuit* (v. gr. §. 52, 2). Lev. XI, 42: מַרְבֵּה רַגְלַיִם *multos pedes habens.* Iob. XXIX, 18: כַּחוֹל אַרְבֶּה יָמִים *instar arenae multae erunt dies meae.* Nah. III, 16. 1 Par. VII, 4: *nam multas mulieres habebant et liberos.* VIII, 40. XXIII, 11, omisso acc. IV, 27: לֹא הִרְבּוּ (sc. בָּנִים) עַד בְּנֵי יְהוּדָה *multitudine liberorum non aequabant Judaeos.* — c) sq. עַל, *multum imposuit* alicui, pro pleniore הִרְבָּה לָשׂוּם עַל Gen. XXXIV, 12.

2) *magnum fecit* 1 Par. IV, 10. Ps. XVIII, 36. Iob. XXXIV, 37: *grandia facit verba in Deum* i. e. impia verba iactat.

Inf. absol. הַרְבֵּה (raro הַרְבּוֹת Am. IV, 9. Prov. XXV, 27) *multum faciendo,* ubique adv. 1) *multum* (ut הֵיטֵב bene, cf. aethiop. ብእብዝኀ፡ multiplicando,

adv. multum, multis). Copulatur a) cum verbo, v. c. עָבַד הַרְבֵּה servivit multum s. studiose 2 Reg. X, 18, שָׁגָה הַרְבֵּה מְאֹד multum peccavit 1 Sam. XXVI, 21. Eccl. VII, 17. — b) c. subst. eoque plurali, v. c. דְּבָרִים הַרְבֵּה verba multa Eccl. V, 6, סְפָרִים הַרְבֵּה XII, 12. 1 Reg. X, 11, et sing. maxime collectivo. 2 Sam. XII, 2: צֹאן וּבָקָר הַרְבֵּה מְאֹד. VIII, 8: נְחֹשֶׁת הַרְבֵּה מְאֹד *permultum aeris.* 2 Par. XXXII, 27: עֹשֶׁר הַרְבֵּה. XIV, 12, adde Gen. XLI, 49: בַּר כְּחוֹל הַיָּם הַרְבֵּה מְאֹד. Praedicatum est Gen. XV, 1: שְׂכָרְךָ הַרְבֵּה מְאֹד *merces tua* erit *permultum* i. e. permagna. Raro substantivo praemittitur Eccl. I, 16, ab eo separatur, ut Ps. CXXXI, 7: הַרְבֵּה עִמּוֹ פְדוּת *multa salus apud eum.* — c) absol. 2 Sam. I, 4: הַרְבֵּה נָפַל מִן הָעָם *multi ceciderunt e populo* (cf. מעט). 2 Par. XXV, 9. Eccl. V, 11. — לְהַרְבֵּה id. 2 Par. XVI, 8. Neh. V, 8. — 2) *nimis* Eccl. VII, 16.

רְבָה chald. *magnus factus est, crevit* (arbor) Dan. IV, 8. 19. In Targg. pro hebr. גָּדַל, צָמַח.

Pa. magnum fecit, evexit aliquem Dan. II, 48.

רְבוּ chald. emphat. רְבוּתָא f. *magnitudo, magnificentia* Dan. IV, 19. 33. V, 18. VII, 27. In Targg. sexcenties.

רבי (רְבִי) in cod. Sam. reperitur Deut. XXXIII, 25, ubi pro דָּבְאֶךָ est רביך *magnificentia tua.* Est idem quod chald. רְבוּ et sam. [Samaritan] in carmm. Sam. 1, 1. 11. 2, 6.

אַרְבֶּה m. *locusta*, a *multitudine* dicta, ut recte observant Aben Esra et Kimchi. Innumera enim sunt locustarum examina. Iud. VI, 5: וּבָאוּ כְדֵי אַרְבֶּה לָרֹב. VII, 12. Jer. XLVI, 23: כִּי רַבּוּ מֵאַרְבֶּה. Ps. CV, 34. Nah. III, 15. 17. Judith II, 20 (cf. proverbium Arabum مال كالدبا opes s. pecudes ut locustae). Generale et usitatissimum locustae nomen fuisse videtur, bestiolae saltatricis (Iob. XXXIX, 20), frugibus perniciosissimae (Ex. X, 4 sqq. Deut. XXVIII, 38. Ps. LXXVIII, 46): sed arctiori significatu de certa quadam locustae specie dictum est, ut Lev. XI, 22, ubi quattuor recensentur locustarum species esu idoneae: הָאַרְבֶּה לְמִינוֹ, הַסָּלְעָם ל׳, הַחַרְגֹּל ל׳, הֶחָגָב ל׳. 2 Par. VI, 28: אַרְבֶּה וְחָסִיל, Ps. LXXVIII, 46 et Joël I, 4, ubi quattuor locustae species agrum deinceps vastantes se excipiunt hoc ordine: גָּזָם, אַרְבֶּה, יֶלֶק, חָסִיל. Ex hoc ipso autem loco colligere licet (v. Crednerum ad h. l.), quattuor his vocibus non diversas locustarum species intelligi, sed varias vulgaris locustae (grylli gregarii) formas, quas unam post alteram papilionis instar induit. Etenim verno tempore ex ovis erumpunt *bruchi* (prob. גָּזָם), erucis similes, voracissimi, alis et genitalibus externis carentes. Dum adolescunt, quater cutem exuunt: quod ubi bis fecerunt, alae comparent et genitalia externa, illae tamen vaginis corneis horridisque obvolutae, quarum ope subsilire, neque tamen volare possunt (יֶלֶק attelabus), donec denique vaginis illis abiectis avolant (חָסִיל). *Arbeh* igitur, quae secundum locum occupat, strictiori sensu locustam in secundo harum transfigurationum stadio, quod inter bruchum et attelabum est, indicare videtur. His autem non obstat, quod Lev. l. c. additur לְמִינוֹ: hoc enim loco *arbeh* ampliori significatione plures species comprehendere videtur.

מַרְבֶּה f. 1) *multiplicatio, amplificatio.* Jes. IX, 6 Keri: לְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה *ut amplificetur imperium.* 2) *multitudo.* Jes. XXXIII, 23: שָׁלָל מַרְבֶּה *multum praedae,* q. d. שָׁלָל לָרֹב.

מִרְבָּה f. *amplitudo,* concr. *ampla* Ez. XXIII, 32.

מַרְבִּית f. 1) *multitudo*, populi 2 Par. XXX, 18, sapientiae IX, 6. Cum suff. מַרְבִּיתָם *multitudo* i. e. maxima pars *eorum* 1 Par. XII, 29. — 2) *incrementum, soboles* familiae 1 Sam. II, 33. Inde 3) *fenus, usura* q. d. summae capitalis incrementum (das Kind des Kapitals) Lev. XXV, 37, ubi cod. Sam. תַּרְבִּית. (Sic gr. *τόκος* a *τίκτω*, lat. *fenus* a feo i. e. fero, pario, unde fetus, femina, fecundus. Varro ap. Gellium 18, 13: fenus autem dictum a fetu et quasi a fetura quadam pecuniae parientis atque increscentis. Arab. رِبًا, رَبِيَّة fenus, usura, أَرْبَى IV. feneravit, syr. [Syriac], [Syriac]. Eandem vim habent verba cognata رَبِحَ [Ethiopic] lucratus est. IV. fenori collocavit pecuniam, [Ethiopic] lucrum, fenus. Ut Semitae et Graeci, ita etiam Sinenses dicunt *tsiân-dsée* pecuniae filius, et ellipt. *dsée* filius, pro fenore).

תַּרְבּוּת f. *soboles, proles.* Num. XXXII, 14: תַּרְבּוּת אֲנָשִׁים חַטָּאִים.

תַּרְבִּית f. *fenus, usura* (Zins) Lev. XXV, 36. Prov. XXVIII, 8. Ez. XVIII, 8. 13. 17. XXII, 12. Copulatur aliquoties cum נֶשֶׁךְ, ut nostr. *Wucher und Zins*, ita quidem ut נֶשֶׁךְ maiorem etiam invidiam habere videatur (v. h. v.). Sunt Hebraei interpretes, qui ת׳ usuram interpretentur, נֶשֶׁךְ (pr. morsum) id quod feneratores sordidi a pecuniae mutuum dandae et olim restituendae summa statim ab initio detrahunt et qs. *praemordent.* Sed haec nostri aevi tocullionum artificia esse videntur veteribus vix cognita.

רָבַךְ *commiscuit, versavit* (panem similamque in oleo, tantum in Part. Hoph. מֻרְבֶּכֶת Lev. VI, 14. VII, 12. 1 Par. XXIII, 29. LXX. *φυρᾶν.* Arab. رَبَكَ commiscuit, miscendo paravit cibum رَبِيك et رَبِيكَة dictum).

רָבַל rad. inusit., arab. رَبَلَ multus, fertilis fuit, abundavit. Inde

רִבְלָה (fertilitas) n. pr. oppidi ad terminum Palaestinae septentrionalem in agro Hamathensi, quod Babylonii et irruentes et abeuntes transire solebant. Vestigia eius prius incognita mihi reperisse videor in oppido *Rebla* octo milliaria ab austro Hamathae ad Orontem sito, cuius mentionem facit Buckingham (Travels among the Arab. tribes. London 1825. 4. p. 481). Num. XXXIV, 11. 2 Reg. XXIII, 33. XXV, 6. Jer. XXXIX, 5. LII, 10. Interpretes Hebraei et Hieronymus (Onom. v. Reblatha et ad Ezech. XLVII) *Daphnen* Antiochiae intelligebant. Male, ut dudum recte observavit Cellarius, v. etiam Mich. suppl. p. 2229.

I. רָבַע 1) i. q. רָבַץ *cubuit*, ע et ץ permutatis, v. רֶבַע. (Chald. syr. sam. id.). — 2) *concubuit* cum aliquo, sq. acc. de coitu cum bestiis Lev. XVIII, 23. XX, 16 (ubi רִבְעָה est pro רִבְעָה XVIII, 23). (Sic chald. et talmud. saepe de coitu bestiarum, max. eo, qui praeter naturam fit v. c. equorum cum asinis, v. Buxt. p. 2194. Arab. رَبَعَ IV. multum coivit vir, prolem genuit iuvenili aetate).

Hi. coire fecit vel *sivit* (bestias) Lev. XIX, 19.

רֶבַע c. suff. רִבְעִי m. *cubatio* Ps. CXXXIX, 3. Aliud v. s. rad. II.

II. רָבַע (rad. nomin.), ubique cum Aleph. prosth.

אַרְבַּע f. אַרְבָּעָה cstr. אַרְבַּעַת m. numerale cardinale, *quattuor*. (Arab. أَرْبَعٌ f. أَرْبَعَةٌ m. aethiop. ፈብዐ: ant. ርብዕ: vulg. አርባዕቱ: et አርባዕ: id. Syr. ܐܪܒܥ f. ܐܪܒܥܐ m. Cum numeralibus indogermm. ut sanscr. *catwâras*, zend. *catwaro*, τέσσαρες, *quattuor*, et aeg. *ftôv*, huic nil necessitudinis est: Semitis igitur proprium esse videtur. Ut hoc satis certum est, ita ambigua videntur hoc nomen ad originem revocandi pericula. Lepsio [sprachvergl. Abhandll. p. 139] רבע videtur idem fuisse quod רָבַב, רָבָה multus fuit. Quum autem numerus quaternarius vix magnus multusve dici possit, *arba* quattuor ab *arbaim* אַרְבָּעִים quadraginta, hoc autem a רבב, רבה ortum esse suspicatur: nulla, ut verum fatear, probabilitate. Ingeniose certe Redslobius אַרְבַּע ducit a רָבַע = רָבַץ *cubuit* quadrupes, coll. κύβος, *cubus* a κύπτω *cumbo*, *cubo* et *tessera*, τέσσαρα. Sed qua ratione *cubus* proficiscatur a cubando, vir doctus non indicavit, neque huc facit, quod addit, Hebraeos hunc numerum fortasse *manibus pedibusque protensis* significasse, quem quidem gestum homines stantes vix efficiant. Sed dudum observaverat Simonis, אַרְבַּע dici a cubando „quia *quadrata* firmiter cubent, quum rotunda contra circumvolvantur“, in quo fortasse veri vestigia latent. Quid si hoc fere modo rem tibi informaveris? Verbo רָבַץ, quod idem est atque רָבַע, Hebraei utuntur in opere latericio faciendo de lateribus *disponendis* et in calce s. cemento *reponendis* Jes. LIV, 11*), unde suspicari possis רָבַע, רֶבַע, אַרְבַּע dictum esse *laterem quadratum* i. q. לְבֵנָה, cf. رَبِيعَةٌ lapis quadratus, pariter atque κύβος, *cubus* est a cubando, et contra *tessera* i. e. later quadratus a numero quaternario. Fortasse etiam קִרְיַת הָאַרְבַּע proprie erat *oppidum latericium* cf. קִיר חֶרֶשׂ, קִיר חֲרֶשֶׂת. A figura quadrata lateris autem numerus *quaternarius* dici poterat). Cum femininis: אַרְבַּע מֵאוֹת Gen. XXIII, 16, אַרְבַּע רוּחוֹת Jerem. XLIX, 36, et numerali postposito (in recentiore Hebraismo), v. c. עָרִים אַרְבַּע Jos. XIX, 7. Cum masc. אַרְבָּעָה מְלָכִים Gen. XIV, 9, א׳ רָאשִׁים Iud. IX, 34, cstr. אַרְבַּעַת יָמִים Iud. XI, 40. Absol. אַרְבָּעָה quattuor (res) Prov. XXX, 24. Am. I, 3. 6. 9. 11. 13. II, 1. 4. 6. *Quattuor*, *quinque* i. e. nonnulli, iique pauci Jes. XVII, 6. (Melit. „*arba'* quatuor, it. = *ftit*, *schi* nonnulla, quaedam.“ Vassalli lex. melit. p. 9). Cum suff. אַרְבַּעְתָּם quattuor illi Ez. I, 8. 10. X, 10. 12. XLVI, 22. — In genit. postpos. est *quartus*, *a*. Zach. VII, 1: בִּשְׁנַת אַרְבַּע *anno quarto*. — *Quattuordecim* est m. אַרְבָּעָה עָשָׂר Gen. XLVI, 22. Ex. XII, 6, f. אַרְבַּע עֶשְׂרֵה 2 Par. XIII, 21.

Dual. אַרְבַּעְתַּיִם *quadruplum* 2 Sam. XII, 6.

Plur. אַרְבָּעִים *quadraginta* (arab. أَرْبَعُونَ) v. c. אַרְבָּעִים יוֹם quadraginta dies Gen. VII, 4, א׳ שָׁנָה quadraginta anni V, 13. Hic autem numerus, pariter atque septenarius et septuagenarius, Hebraeis solennis erat atque rotundus, quo pertinent *quadraginta anni*, quos populus oberravit in deserto Num. XIV, 33. 34. XXXII, 13. Deut. II, 7 cf. Iud. III, 11. V, 31. VIII, 28. XII, 14. XIII, 1. — Ez. XXIX, 11—13, *quadraginta dies* diluvii Noachici Gen. VII, 4. 17, quos Moses commoratus est in Sinai monte Ex. XVI, 35. XXIV, 18. XXXIV, 28. Deut. IX, 9, cf. 1 Sam. XVII, 16. — 1 Reg. XIX, 8. Mt. IV, 2. — Jon. III, 4. Ez. IV, 6, *quadraginta plagae* sonti infligendae Deut. XXV, 3. Cf. Bruns üb. die Zahl Vierzig im A. T. in Paulus Memorabilien VII p. 53. Bredow's hist. Untersuchungen I, 108. 109. Eodem modo hoc numero utuntur veteres Aegyptii (Gen. L, 3 cf. Diod. 1, 85. 90), Arabes (v. Sunna in den Fundgruben des Orients, no. 297. 330. 480, it. عَصَبَةٌ numerus inter denarium et quadragenarium Amr. 49,

---

*) Lateres disponendi et lateribus exstruendi vis comparet etiam in his: رَبَضٌ fundamentum structurae, pr. quod infra cubat et repositum est, رَبَضٌ suburbium, aedificia, quae circa oppidum sunt, fort. latericia.

ربعة grex minor, isque quadraginta pecudum), Persae (چهل منار quadraginta turres, de parietinis Persepolis Chardin Voyages en Perse VIII p. 403 ed. Langlès, چهل ستون quadraginta columnae i. e. palatium, v. Bohlen symb. p. 32. 33), *Turcae*, quibus fontes Scamandri quadraginta (قرق) fontes appellantur (Hammers Ansichten von der Levante p. 124) cet.

אַרְבַּע chald. f. id. Dan. VII, 2. 3, post subst. VII, 6. Cum masc. אַרְבְּעָה VII, 6. 17, post subst. III, 25.

אַרְבַּע n. pr. gigantis, qui pater Enaci erat Jos. XIV, 15. XV, 13. XXI, 11, a quo nomen invenit oppidum קִרְיַת אַרְבַּע.

רָבַע verbum denom. in Kal inusit. (Arab. ربع quartus fuit; quarto die venit febris al.). Part. pass. רָבוּעַ *quadratus* Ex. XXVII, 1. XXVIII, 16. XXX, 2. XXXVII, 25. XXXVIII, 1. 1 Reg. VII, 5. Ez. XLI, 21.

Part. Pu. מְרֻבָּע id. 1 Reg. VII, 31. Ez. XL, 47. XLV, 2. (Arab. مربع id., ربّع quadrata figura formavit).

רֶבַע m. 1) i. q. רֶבַע *quarta pars* v. c. mensurae Hin, Ex. XXIX, 40, sicli 1 Sam. IX, 8. Ita vox reperitur in nummis Simeonis Maccabaei, v. Mionnet descr. des medailles V p. 561, tab. 28 no. 38. — 2) *latus* rei quadratae, *quattuor laterum unum* Ez. XLIII, 16. 17, cf. I, 17: עַל אַרְבַּעַת רִבְעֵיהֶן *ad quattuor latera eorum*. — 3) n. pr. regis Midianitarum Num. XXXI, 8. Jos. XIII, 21.

רֹבַע m. *pars quarta*. (Arab. ربع id. Syr. ܪܘܒܥܐ BB. quadrans, sec. alios male ܪܘܒܥܐ). 2 Reg. VI, 25. Num. XXIII, 10: *et quis numerat* אֶת־רֹבַע יִשְׂרָאֵל vel *quartam partem Israëlis?* nedum totum. Cf. τὸ τέταρτον τῆς γῆς Apoc. VI, 8, τὸ τρίτον τῆς γῆς VIII, 7. Ita Targ. Pesch. Sed interpretes Hebraei, Saadias (ذرية), Jarchi, *generationem*, inde *semen*, *sobolem* intelligunt, a concubitu (רָבַע no. I), quam ipsam interpretationem secuti sunt etiam Samaritani pro רבע ponentes מרבע, in aliis codd. מרבעת prob. *concubitus* coll. chald. מַרְבַּעְתָּא accubitus, et syr. ܡܪܒܥܐ uterus, vulva.

רִבֵּעַ, tantum in pl. רִבֵּעִים m. *abnepotes*, filii pronepotum (שִׁלֵּשִׁים), quarta progenies. Exod. XX, 5. XXXIV, 7. Num. XIV, 18. Deut. V, 9.

רְבִיעִי m. רְבִיעִית et רְבִעִת f. adj. ordinale, *quartus*, *quarta*. Gen. I, 19. II, 14. XV, 16 it. saepe. Ellipt. dies *quartus* (mensis) 1 Par. XXVII, 7, et mensis quartus Ez. I, 1. Zach. VIII, 19. בְּנֵי רְבִיעִים *filii quartorum* i. e. quartae stirpis nepotum s. abnepotum 2 Reg. X, 30. XV, 12. — Fem. רְבִיעִית ellipt. *quarta pars*, *quadrans* Ex. XXIX, 40. Lev. XXIII, 13. Num. XV, 5. Ez. XLVIII, 20 al.

רְבִיעַי emphat. רְבִיעָיָא Keri רְבִיעָאָה *quartus* Dan. II, 40. III, 25. VII, 7. 23. Fem. emph. רְבִיעָיְתָא VII, 19. 23.

רָבַץ fut. יִרְבַּץ *cubuit*, *recubuit*. Proprie de quadrupedibus, qui complicatis pedibus pectori incubant, sive ad quietem captandam, sive quod oneri succumbunt (Exod. XXIII, 5) vel aliam ob causam progredi nolunt (Num. XXII, 27). Dicitur de gregibus Gen. XXIX, 2. Jes. XI, 7. XVII, 2. XXVII, 10. Zeph. II, 14. Ez. XXXIV, 14, de feris Gen. XLIX, 9. 14. Jes. XI, 6. Ps. CIV, 22. Ez. XIX, 2, de asina Ex. XXIII, 5. Num. XXII, 27, it. de dracone in aqua cubante Ez. XXIX, 3, de ave pullis incubante Deut. XXII, 6. (Arab. ربض complicatis pedibus pectori incubuit ovis, bos, equus, canis, leo Togr. 20. Elnaw. no. 128, de camelo dicunt برك, de ave جثم; ربض agmen, turba boum, ربيض grex in caulis congregatus). Spec. a) de bestia in insidiis cubante. (Arab. رابض cubator, insidiator, poët. de leone, it. ربص expectavit, insidiatus est, nostr. lauern Cor. 57, 13). Gen. IV, 7: *si non bene feceris* (et odio occulto indulseris) לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ *ad ianuam peccatum insidiator* erit h. e. peccatum instar ferae ad ianuam tuam recubantis tibi nunquam non insidiabitur. רֹבֵץ h. l. substantive et ἐπικοίνως positum sexu non congruit cum חַטָּאת, cf. gr. §. 144, not. 2. Ad sententiam cf. Ps. XXXVII, 8, ad imaginem 1 Pet. V, 8. b) transfertur ad homines placide quiescentes, secure viventes Gen. XLIX, 14. Iob. XI, 19. Jes. XIV, 30. Zeph. III, 13, ad aquas in terrae gremio quiescentes Gen. XLIX, 25. Deut. XXXIII, 13, ad exsecrationem quae alicui incumbit Deut. XXIX, 19. (Arab. ربع tranquillus fuit, placide vixit).

Hiph. 1) *recubare fecit* gregem, sq. acc. Jer. XXXIII, 12: מַרְבִּצִים צֹאן, eo omisso Cant. I, 7: אֵיכָה תַּרְבִּיץ *ubi recubare facis* gregem i. e. ubi recubas cum grege. Jes. XIII, 20. Transfertur ad homines Ps. XXIII, 2. Ez. XXXIV, 15. — 2) *reposuit* (einlegen). Jes. LIV, 11: אָנֹכִי מַרְבִּיץ בַּפּוּךְ אֲבָנַיִךְ *in stibio ponam lapides tuos* stibio pro calce utar in lapidibus disponendis et inter se coniungendis.

רֵבֶץ c. suff. רִבְצִי m. 1) *cubile* gregum aliarumque bestiarum Jes. XXXV, 7. LXV, 10. Jer. L, 6. — 2) *domicilium quietum* hominum Prov. XXIV, 15. (Arab. ربع cubile, habitaculum quodvis).

מַרְבֵּץ m. *cubile* gregum Zeph. II, 15, cstr. מִרְבַּץ Ez. XXV, 5 (cf. Lgb. 578).

רָבַק rad. in verbo inusit. Arab. رَبَقَ ligavit, constrinxit, VIII. haesit in laqueo dorcas, avis. رِبْق funis, pluribus laqueis instructus, quo agni ligantur insertis in laqueos capitibus, رِبْقَة huiusmodi laqueus. Talmud. רִבְקָא est funis quo collum bovis constrictum est, ubi areae palo ad triturandum vel in stabulo alligandus est. ;,In tract. Gittin c. 5 fol. 53, 1: פרה שהכניסה לרבקה על מנת שתינק ותדוש *iuvenca, quam inducit in ribkam, ut sugat et trituret.* Et in Baba Metzia c. 2 fol. 30. Et in Pesachin c. 2 fol. 26 a. rursus de iuvenca: הכניסה לרבקה ודשה *inducit eam in ribkam et illa triturat.* Et glossa ad priorem locum, רבקה קופ״לא בלע״ז שמרבקים שלש בהמות או ארבעה בצואריהן זו אצל זו ודשים הדישה *ribka vulgari lingua est copula qua tres aut quattuor pecudes* [imo *iumenta*] *collis suis simul iunctas devinciunt ad triturandum* ...... Et in tractatu Erubhin c. 2. fol. 17 b: וביניהן כמלא שתי רבקות של ג׳ בקר דברי ר״מ ר׳ יהודה אמר של ד׳ קשורות *et inter eas* (columnas areae ad triturandum) *sit spatium duabus ribkis, quarum singulae capiant tres boves iuxta R. Meir; sed R. Juda dixit quattuor boves ligatos*" Bocharti Hieroz. 1, 303. *Saginandi* vim ei verbo nonnulli, ut Kimchius, tribuerunt ex mera coniectura.

רִבְקָה f. (pr. laqueus, v. rad., aptum nomen puellae viros pulchritudine sua irretientis) n. pr. *Rebecca* (LXX. Ῥεβέκκα), filia Bethuelis, uxor Isaaci, mater Esavi et Jacobi Gen. XXII, 23. XXIV, 15 sqq. XXV, 20. 21. 28. XXVI, 7. 8. 35. XXVII, 5. 6. 11. 42. 46. XXVIII, 5. XXIX, 12. XLIX, 31.

מַרְבֵּק m. *stabulum*, in quo pecus alligatur ad saginandum Am. VI, 4. Inde עֵגֶל מַרְבֵּק vitulus in stabulo saginatus 1 Sam. XXVIII, 24. Jer. XLVI, 21. Mal. III, 20. Targ. bene רִבְקָא, quo de verbo v. ad rad. De etymo praeter Bochartum v. Tanch. Hieros. ad 1 Sam. l. c. الربق في لغة العرب الحبل الذى يربط به العجل للتسمين والمربق اسم الموضع الذى يربط فيه العجل ليسمن رבק وقوله עגל מרבק يريد به عجل مربوط للتسمين *i. e.* רבק *arabice est laqueus quo vitulus alligatur ad saginandum, et* מַרְבֵּק *est nomen loci, ubi alligatur vitulus ad saginandum,* ע׳ מ׳ *autem est vitulus alligatus ad saginationem.* Arabs Pocockii عجل مربوط.

רַבְרְבִין v. רַב chald. rad. רְבַב.

רַבְרְבָן v. ibid.

רַבְשָׁקֵה v. ibid.

רָגַב rad. inusit. cogn. רָגַם coacervavit lapides, iecit lapidibus, fort. etiam glebis (Erdklumpen).

רֶגֶב m. *gleba*. Iob. XXXVIII, 38: וּרְגָבִים יְדֻבָּקוּ *et si glebae conglutinantur*, sc. pluviâ madefactae. Vulg. et glebae compingebantur. Targ. גַּרְגִּשְׁתָּא אִדְּבַקוּ. XXI, 33: מָתְקוּ לוֹ רִגְבֵי נָחַל *dulces ei sunt glebae convallis*, sub quibus sepultus iacet, est ei terra levis. Targ. גַּרְגִּשְׁתָּא דִּנְחָלָא. LXX. χάλικες χειμάῤῥου. Kimchi: פי׳ בהם ר׳ יונה המקומות אשר בעמקים הסמוכים לנחל ועומדים בהם המים ואחרים פירשו מגרפות העפר או חלקי הנחל. Sed de R. Jonae s. Abulwalidis sententia is neque plene retulit neque accurate. Haec enim eius verba sunt: רגבי נחל. רגבים ידבקו هو الرجاب بالجيم الواحدة رجبة بضم واسكان الجيم وهى بطون الاوديا الذى يستنقع فيها الما . وقوله רגבי נחל استعارة عن القبور i. e. רגבים *respondet arabico* رِجَاب *per Gim, cuius sing. est* رُجْبَة, *et significat viscera vallium, in quibus confluit aqua.* Et ר׳ נ׳ *est metaphora de sepulcris.* Confert is رِجَاب, quod idem valere ponit atque أَرْجَاب intestina et repetit a sing. رُجْبَة, secus atque Lexicographi Arabum. Et *viscera* quidem *vallis* de *sepulcro* dicta non displicuerint, sed alteri loco *viscera* non apta sunt: superior igitur vocis interpretatio praeferenda.

אַרְגֹּב (i. q. רגב Aleph prosthetico prob. tumulus, acervus i. q. رَجْم tumulus, رِجَام lapis magnus, sec. Sim. Onom. p. 457 leo foveae ex אר i. q. אֲרִי et גב, male) n. pr. 1) regionis et civitatis Basaniticae, cui praefuit Ogus rex Deut. III, 4. 13. 14. 1 Reg. IV, 13. Vestigium eius superesse videtur in oppido et arce transjordanensi Ῥαγαβᾶ, de qua Jos. Ant. 13, 15 §. 5. Eiusdem meminit Misna Menach. 8, 3: ,, *Thekoe primas tenet in oleo, Abba Saul dicit, secundas Ragab* (רגב) *in regione trans Jordanem.* Eusebius v. Ἀργόβ ..... κεῖται εἰς ἔτι νῦν κώμη πέριξ Γερεσὰν πόλιν τῆς Ἀραβίας, ὡς ἀπὸ σημείων ιε' πρὸς δυσμάς· καλεῖται δὲ νῦν Ἐργά (lege cum Relando Ἐργαβά). Intp. Sam. in Deut. l. c. ubique ponit ריגובאה, quae forma suo tempore usitata fuisse videtur. — 2) viri 2 Reg. XV, 25.

רָגַז fut. יִרְגַּז *commotus, perturbatus est* ad tremorem usque 2 Sam. VII, 10. 1 Par. XVII, 9, sq. לְ (propter rem) Jes. XIV, 9. (Inest haec significatio varie translata in stirpe primaria רג, רע, adeoque רה, cf. רָהַם, רָהַב; רָגַשׁ, רָגַן, רָגַע et infra ad rad. רָעַע. Congruit sanscr. *rag* se movere, ire, it. timere, pr. tremere, et translate *rāga* gr. ὀργή ira, dolor, ῥήσσω [ῥήγω], nostr. *regen*, et addita ab initio alia littera *frango* [fregi, fragor], *krachen*, al. Ad nostram rad., quae tertiam sibilantem habet, proxime accedunt רָגַשׁ, רָעַשׁ, ubi vide).

Spec. 1) irâ *commotus est, iratus est* Prov. XXIX, 9. Jes. XXVIII, 21, sq. לְ in al. Ez. XVI, 43. Cf. Hithp. (Syr. ܪܓܙ id. ܪܘܓܙܐ ira, Aph. iram provocavit). — 2) dolore 2 Sam. XVIII, 33 (XIX, 1). —

3) timore, *contremuit*, *trepidavit* (arab. رجد). Gen. XLV, 24: אַל תִּרְגְּזוּ בַּדָּרֶךְ *ne contremiscatis* ne quid timeatis *in itinere.* (LXX. Vulg. μὴ ὀργίζεσθε, *ne irascimini.* Onk. לָא תִתְנְצוּן *ne contendatis*, et sic Pesch. Saad. et uterque cod. Sam. scribens תתרגזו in Hithpa. q. v. Sed invito contextu). 1 Sam. XIV, 15. Ps. IV, 5. Jes. XXXII, 10. 11. Joël II, 1. Hab. III, 16, sq. מִפְּנֵי propter al. Deut. II, 25. Jes. LXIV, 1. Etiam de rebus inanimatis 1 Sam. XIV, 15. Am. VIII, 8. Joël II, 10. Jes. V, 25. Hab. III, 7. Ps. XVIII, 8. Mich. VII, 17: יִרְגְּזוּ מִמִּסְגְּרֹתֵיהֶם *trepidant ex claustris suis*, h. e. trepidi exeunt ex claustris suis victoribus ea tradituri. — 4) prae laetitia Jer. XXXIII, 9.

Hiph. 1) *commovit*, *perturbavit*, sq. acc. 1 Sam. XXVIII, 15, sq. לְ Jer. L, 34. — 2) *ad iram provocavit*, *irritavit.* Iob. XII, 6. — 3) *contremiscere fecit* Jes. XIV, 16. XXIII, 11, etiam res inanimatas XIII, 13. Praegn. Iob. IX, 6: הַמַּרְגִּיז אֶרֶץ מִמְּקוֹמָהּ *facit ut contremiscat terra* et recedat *de loco suo.*

Hithp. cum ira egit, *tumultuatus est*, sq. אֶל in al. 2 Reg. XIX, 27. 28. Jes. XXXVII, 28. 29. Et ita cod. Sam. Gen. XLV, 24: אל תתרגזו *ne irascamini* sc. vobis invicem i. e. ne rixemini. Eadem forma utitur Versio Sam. tum h. l. tum Deut. I, 37. IV, 21. IX, 20 pro הִתְאַנַּף, coll. syr. ܐܬܪܓܙ iratus fuit. Sed vide supra ad Kal no. 3.

רְגַז chald. *iratus est.* *Aph. irritavit.* Esr. V, 12.

רְגַז chald. *ira.* Dan. III, 13.

רַגָּז m. *trepidans* Deut. XXVIII, 65, v. rad. no. 3.

רֹגֶז m. *commotio*, inde 1) *tumultus*, *tumultuatio.* Iob. III, 17: שָׁם רְשָׁעִים חָדְלוּ רֹגֶז *ibi impii desinunt tumultuari.* De equo XXXIX, 24: בְּרַעַשׁ וְרֹגֶז יְגַמֶּא אֶרֶץ; *strepitus* tonitru. Iob. XXXVII, 2. (Arab. رجز fragorem edidit tonitru رجس vehementer tonuit coelum). — 2) *turba*, *molestia*, *vexatio*, cui quis obnoxius est (Unruhe, Ungemach). Iob. III, 26. XIV, 1. Jes. XIV, 3. — 3) *ira* Hab. III, 2.

רָגְזָה f. *trepidatio*, *tremor* Ez. XII, 18.

אַרְגָּז m. *arca*, *cista* e vehiculi lateribus dependens, ita dicta quod *commoveatur* et agitetur 1 Sam. VI, 8. 11. 15. Tanch. Hieros. صندوق cista. Cf. arab. رِجَازَةٌ vehiculi muliebris genus e latere camelorum dependens, sec. al. pannus cum lapidibus, qui eiusmodi pilento appenditur aequilibrii causa, quod et ipsum a tremendo et fluctuando dictum est.

רָגַל pr. *pedes movit*, *ivit*, *calcavit.* (Cogn. רָכַל. Ab *eundo* s. fluendo ducitur syr. ܪܶܓܠܳܐ, ܪܳܓܠܳܐ torrens, aqua decurrens, cf. הָלַךְ. Movendi, se movendi vim habet sanscr. *rag* moveri, ire, cf. ad רָגַז). Spec. 1) *circumivit* calumniandi et obtrectandi causa, inde *calumniatus est* idque neglecta origine Ps. XV, 3: רָגַל עַל לְשֹׁנוֹ. — 2) *calcavit* vestes lavandas et a sordibus purgandas, inde רֹגֵל lotor, fullo. V. nomm. pr. עֵין רֹגֵל et רֹגְלִים.

Pi. i. q. Kal *circumivit* a) calumniandi causa sq. בְּ 2 Sam. XIX, 28: וַיְרַגֵּל בְּעַבְדְּךָ אֶל אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ *et calumniatus est servum tuum apud te regem.* b) explorandi causa, *exploravit*, sq. acc. Jos. XIV, 7: לְרַגֵּל אֶת־הָאָרֶץ *ad explorandam terram.* VI, 25. Deut. I, 24. Num. XXI, 32. Iud. XVIII, 2. 14. 17. 2 Sam. X, 3 al. Part. מְרַגֵּל *explorator* Gen. XLII, 9 sq. Jos. II, 1. VI, 22. 1 Sam. XXVI, 4. 2 Sam. XV, 10.

Tiph. תִּרְגַּל *ire docuit*, *manuduxit* (puerum) Hos. XI, 3. (Syr. ܐܰܪܓܶܠ duxit Knös chr. syr. p. 112. Cf. etiam neohebr. הִרְגִּיל assuefecit, exercuit, רָגִיל exercitatus).

רֶגֶל in Pausa רָגֶל, c. suff. רַגְלִי f. dual. רַגְלַיִם etiam de pl. Lev. XI, 23, cstr. רַגְלֵי comm. (m. Prov. I, 16. VII, 11. Jer. XIII, 16) pl. רְגָלִים f. signif. 2.

1) *pes* et hominum et bestiarum Ez. I, 7. XXIX, 11. (Arab. رِجْل syr. ܪܶܓܠܳܐ id.). מֵרֹאשׁוֹ וְעַד רַגְלָיו Lev. XIII, 12 et מִכַּף רֶגֶל וְעַד קָדְקֹד Deut. XXVIII, 35. Jes. I, 6. Iob. II, 7, gr. ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς Il. 18, 353, ἐκ κεφαλῆς ἐς πόδας ἄκρους 16, 640, ἐκ ποδῶν εἰς κεφαλήν Arist. — אֶצְבַּע רֶגֶל digitus pedis, בֹּהֶן רֶגֶל, v. בֹּהֶן, אֶצְבַּע. שֹׁרֶשׁ רַגְלַיִם radix pedum, v. שֹׁרֶשׁ. נְכֵה רַגְלַיִם percussus pedibus i. e. claudus, v. נָכֶה. מֵימֵי רַגְלַיִם aqua pedum, honeste de lotio Jes. XXXVI, 12 Keri (cf. syr. ܦܫܛ ܠܟܣܐ ܕܪܓܠܝܗ consedit ad mingendum Ass. II, 422 A. BH. pag. 106, et simpl. ܟܣܐ BH. 139 cf. supra p. 774 B), et sic שְׂעַר רַגְלַיִם crines pedum Jes. VII, 20, de crinibus pudendorum (quanquam non audiendi sunt, qui etiam alibi, ut Ex. IV, 25. Jes. VI, 2 רַגְלַיִם euphem. de pudendis dici putant); de formula הֵסֵךְ רַגְלָיו v. סָכַךְ. — מְקוֹם רַגְלֵי יְיָ locus pedum Jovae i. e. quo Deus pedes posuit, de templo Jes. LX, 13, מְקוֹם כַּפּוֹת רַגְלָיו id. Ezech. XLIII, 7, הֲדֹם רַגְלָיו scabellum pedum eius id. v. הֲדֹם. — Saepe pedibus tribuuntur, quae ad itionem et incessum pertinent. 1 Sam. XXIII, 22: *locum* אֲשֶׁר תִּהְיֶה רַגְלוֹ *quo veniet pes eius.* 2 Reg. XXI, 8: לֹא אֹסִיף לְהָנִיד רֶגֶל יִשְׂרָאֵל *non amplius oberrare faciam pedem Israëlis.* Jes. XXIII, 7. XXXII, 20. LII, 7: *quam iucundi sunt in montibus pedes eius qui salutem nunciat.* Nah. II, 1. — הִשְׁקָה בְרַגְלְךָ Deut. XI, 10 *pede potavit* terram i. e. agrum rigavit machinis rotisque aquaticis, quae pedibus calcando circumagebantur, cuiusmodi machinae in Aegypto, neque non in Syria et India usitatae graece appellantur ἕλιξ Philo de confusione ling. I, 410 Mang. (III, 330 Pfeiff.), κοχλίας Diod. 1, 34. 5, 37. Strabo XVII p. 819 Casaub., arab. دَالِيَةٌ, نَاعُورَةٌ, سَاقِيَةٌ v. prae ceteris Philonem et Niebuhrium

ll. cc., qui plures huiusmodi machinarum species, quarum aliae bovibus (ساقية الثور) aliae pede humano agitantur (ساقية تدير بالرجل), descripsit et iconibus illustravit.

2) Metaph. a) *ictus pedis* (ein Fusstritt), pl. רְגָלִים *vices* (Male), quippe quae ictu pedis numerari soleant (v. פַּעַם no. 3, adde pers. پای pes it. rursus, iterum). Num. XXII, 28: הִכִּיתַנִי זֶה שָׁלשׁ רְגָלִים *iam ter percussisti me.* 32. 33. Ex. XXIII, 14: שָׁלשׁ רְגָלִים תָּחֹג לִי בַּשָּׁנָה *ter quotannis feriaberis mihi.* (Talmudici שָׁלשׁ רְגָלִים h. l. interpretantur de ipsis tribus *festis* maioribus, ad quae celebranda omnes Israëlitae Hierosolymam ascenderint ברגליו *pedibus suis*, et ita ipsi quoque utuntur hac locutione v. Buxt. p. 2204. Inepte quidem. Vera enim ratio ex Num. l. c. manifesta est). b) *gressus* (Schritt, Tritt), *incessus*. *Vox pedum* i. e. strepitus gressuum 1 Reg. XIV, 6. 2 Reg. VI, 32. Gen. XXXIII, 14: לְרֶגֶל הַמְּלָאכָה *pro incessu pecoris*, prouti grex incedere et iter facere potest. c) *vestigium pedis* terrae impressum (Fusstritt). Inde בְּרַגְלֵי פ' in vestigiis alic., v. infra s. בְּרַגְלֵי.

Cum praep. a) בְּרֶגֶל *pede* (zu Fuss) Ps. LXVI, 6 (opp. ope navigii, vel iumenti), בְּרַגְלָיו Iud. IV, 15. 17. קַל בְּרַגְלָיִם pedibus celer 2 Sam. II, 18. Am. II, 15. Sed *esse* בְּרַגְלֵי פ' *in pedibus* (vestigiis) alic. est: vestigiis eius insistere, eum sequi. Ex. XI, 8: כָּל־הָעָם אֲשֶׁר בְּרַגְלֶיךָ *omnis populus, qui te* ducem *sequitur.* Deut. XI, 6: הַיְקוּם אֲשֶׁר בְּרַגְלֵיהֶם. Iud. IV, 10. 15. V, 15. VIII, 5. 2 Sam. XV, 17. 1 Sam. XXV, 27. 1 Reg. XX, 10. 2 Reg. III, 9. (Arab. على آثار ,على اثر ,فى اثر in vestigio, vestigiis i. q. بعد post v. c. Amru 82. Pers. در پای آمدن in pedibus i. e. vestigiis alic. ire i. e. eum sequi, gr. κατὰ πόδας τινός in vestigiis alic.).

b) לְרֶגֶל פ' *in pede* i. e. *in vestigiis* alic. i. q. אַחֲרֵי פ'. 1 Sam. XXV, 42. Gen. XXX, 30: *fortunavit te Deus* לְרַגְלִי *in vestigiis meis*, ita ut salus et felicitas sequeretur vestigia mea, quocunque pedem ponerem. Paullo audacius dictum est hoc Jes. XLI, 2 de Cyro: צֶדֶק יִקְרָאֵהוּ לְרַגְלוֹ *salus ei obviam facta est* et *sequebatur vestigia eius*, nisi simpl. explicandum est: quocunque pedem ponebat, quovis gressu (auf jedem seiner Tritte). Plur. לְרַגְלֵי פ' id. Iob. XVIII, 11: *terrores* ... וֶהֱפִיצֻהוּ לְרַגְלָיו *et fugant eum in vestigiis eius* i. e. ita ut eum persequentes vestigiis eius insistant. Hab. III, 5 (opp. לְפָנָיו). (Syr. ܠܪܓܠܝ̈ post aliquem Ephr. I, 91. 93). — Aliud v. litt. c, *α*.

c) *α*) עַל רַגְלָיו *super pedibus suis*, in locutione: עָמַד עַל רַגְלָיו insistere pedibus suis Ez. II, 1. Zach. XIV, 12, et קוּם עַל רַגְלָיו 2 Reg. XIII, 21. Cf. Dan. VII, 4. *β*) עַל רַגְלֵי פ' ad pedes alic., in locutione: נָפַל עַל רַגְלֵי פ' prostravit se *ad pedes* alic. 1 Sam. XXV, 24. 2 Reg. IV, 37, in quam sententiam dicunt etiam לִפְנֵי רַגְלֵי Esth. VIII, 3. et Deut. XXXIII, 3: הֵם תֻּכּוּ לְרַגְלֶךָ.

d) תַּחַת רַגְלֵי פ' in hac formula Ps. VIII, 7: כֹּל שַׁתָּה תַחַת רַגְלָיו *omnia subiecisti pedibus eius.* 2 Sam. XXII, 39. Ps. XVIII, 39. XLVII, 4.

e) בֵּין רַגְלַיִם *inter pedes* Iud. V, 27. De formula מִבֵּין רַגְלָיו Gen. XLIX, 10. Deut. XXVIII, 57 v. בֵּין p. 204 A.

רְגַל et **רֶגֶל** chald. id. *pes*, spec. de infima parte pedis, quae crure inferior est (opp. שָׁק) Dan. II, 33. Dual. pedes (etiam de quattuor pedibus quadrupedis) VII, 4. Emph. רַגְלַיָּא II, 41. 42, c. suff. II, 33. 34. VII, 7.

רֹגֵל fullo, v. rad. no. 2. Inde רֹגְלִים (locus *fullonum*) n. pr. loci in Gileaditide 2 Sam. XVII, 27. XIX, 32.

רַגְלִי m. *pedes*, ubique sensu militari Num. XI, 21: שֵׁשׁ מֵאוֹת אֶלֶף רַגְלִי. Ex. XII, 37. (Cod. Sam. utroque loco רגלאר). 1 Sam. IV, 10. XV, 4. 2 Sam. X, 6. 1 Reg. XX, 29. 2 Reg. XIII, 7, plenius addito אִישׁ, ut Iud. XX, 2: אַרְבַּע מֵאוֹת אֶלֶף אִישׁ רַגְלִי. 1 Par. XVIII, 4. XIX, 18. Plur. רַגְלִים Jer. XII, 5. (Arab. رَجُل, رَاجِل, رَجْلَان, رَجِيل, syr. ܪܓܠܐ chald. רִגְלָאָה id.).

מַרְגְּלוֹת pl. f. *locus ad pedes* alic. (opp. מְרַאֲשׁוֹת), die Gegend zu den Füssen jem. Ruth III, 4. 7. Dan. X, 6. In acc. adv. (in loco) *ad pedes* alic. Ruth III, 8. 14.

רָגַם 1) pr. *cumulavit, coacervavit.* (Arab. رجم VIII. accumulata, congesta fuit res, ركم congessit. VI. VIII. congregatus est, رُكَام acervus arenae, رَكْمَة lutum coacervatum. Radix primaria esse videtur גם, כם, עם, quae cumulandi vim habet, v. ad עָמַם, כּוּם). Inde רִגְמָה.

2) spec. *cumulavit lapides* (v. מַרְגֵּמָה), inde *lapides iecit, lapidavit.* (Arab. رجم cumulavit lapides in sepulcro, it. lapidibus iactis obruit et interfecit aliquem, lapidavit eum, metaph. maledixit alicui, exsecratus est, III. lapides iactando contendit. Aeth. et amh. ረገመ: maledixit, ut supra. Syr. ܪܓܡ lapidavit, chald. id. etiam sagittas proiecit, iaculatus est). Ponitur a) sq. עַל pers. lapidibus obrutis necavit aliquem. Ez. XXIII, 47: רָגְמוּ עֲלֵיהֶן אֶבֶן. b) sq. בְּ pers. Lev. XXIV, 16, et addito אֶבֶן 1 Reg. XII, 18. c) sq. acc. pers. lapidavit aliquem Lev. XXIV, 14, plerumque addito בָּאֶבֶן XX, 2. 27. Ez. XVI, 40, בָּאֲבָנִים Num. XIV, 10. XV, 35. Deut. XXI, 21, אֶבֶן Lev. XXIV, 23. Jos. VII, 25. 2 Par. XXIV, 21. — A iaciendo proficisci videtur

3) *colores s. pigmenta induxit, illevit* rei, q. d. *iniecit*, sicuti nos dicimus calcem *iniicere* muro (die Mauer *bewerfen*, der Bewurf, *Wurf*, auf nassen *Wurf* mahlen, al fresco), aliquid in chartam *coniicere*, et ut primam pictoris adumbrationem appellamus *Entwurf.* Cogn. est

רָקַם. Unde אַרְגָּמָן. Denique

4) a iaciendo duci videtur chald. תַּרְגֵּם pr. *traiecit* flumen (übersetzen), dein *transtulit* ex una lingua in aliam, interpretatus est, q. v. infra.

רֶגֶם (i. q. رَجْم amicus sc. Dei) n. pr. viri 1 Par. II, 47.

רֶגֶם מֶלֶךְ (amicus regis) n. pr. viri. Zach. VII, 2.

רִגְמָה f. acervus (Haufe), dein *caterva*, *agmen* hominum. Ps. LXVIII, 28: שָׂרֵי יְהוּדָה רִגְמָתָם *principes Judae* et *caterva* multitudo *eorum*. Bene Abulwalides: جماعتهم *multitudo eorum*. Arab. رَكْم densum compactumque agmen, licet non alia auctoritate quam Gigg. apud Cast.

אַרְגָּמָן m. 1) *purpura* i. e. ostrea marina, quae in mari mediterraneo, maxime ad Phoenices et Laconicae oram (Ezech. XXVII, 7. Strab. XVI, 757. Hor. Carm. 2, 18 §. 7) capiebatur, e cuius sanie Tyrii colorem illum rubrum pretiosissimum parare solebant, qui πορφύρα κατ᾽ ἐξοχὴν appellabatur, et distinguitur a purpura caerulea s. violacea (תְּכֵלֶת). De ipsa concha marina Cant. VII, 6: דַּלַּת רֹאשֵׁךְ כָּאַרְגָּמָן *coma capitis tui* est *instar purpurae* s. ostreae marinae i. e. cincinni tui suaviter inflexi et retorti sunt instar cochleae purpurariae. Quod enim hanc comparationem ad colorem purpureum „*id est nigrum*" capilli referunt, nugae sunt, cf. ad אָדֹם. Eaedem ostreae intelligendae videntur Ex. XXVII, 7 (fort. 16); Tyrii enim, arti tinctoriae quammaxime intenti, conchas potius purpurarias ut tingendi materiam quam pannos purpura tinctos a Graecis et Syris emisse videntur. — 2) *quicquid purpura infectum est*, *panni purpurei* Ex. XXVI, 1. 31. 36. XXVII, 16. XXVIII, 6. 33. XXXV, 25. XXXIX, 3. Esth. I, 6. VIII, 15. Prov. XXXI, 32. Jer. X, 9. 2 Par. II, 6. 13. III, 14. Cant. III, 10. בֶּגֶד אַרְגָּמָן vestis purpurea Num. IV, 13. בִּגְדֵי א' Iud. VIII, 26. Cf. de purpura Tyria Boch. Hieroz. III, 675 sqq. Lips. Braunium de vest. sacerd. p. 201 sqq. Amati de restitutione purpurarum ed. III. Casin. 1784. Rosa delle porpore degli antichi, Modena 1786. 4. Io. Gottl. Schneider in append. ad Ulloa phys. Beschreibung v. America T. II. Hartmann Hebräerin I, 367 sqq. III, 126 sqq. M. R. Wilde (medici Dublinensis) Voyage (de quo p. 1169) T. II extr. (Arab. أُرْجُوَان, syr. ܐܪܓܘܢܐ id. chald. אַרְגְּוָן q. v.). — De etymo variae sunt opiniones in quibus iudicandis ab eo proficiscendum videtur quod אַרְגָּמָן pr. *muricem* s. concham purpurariam significet (v. no. 1), sicuti etiam תְּכֵלֶת proprie *conchylium* est. Abiicienda igitur eorum opinio, qui radicem faciunt ארג (texuit), unde אֶרֶג, dein אַרְגָּמָן: minus probabilis etiam Bocharti sententia (l. c. p. 684), cui ܐܪܓܘܢܐ אַרְגְּוָן compositum videtur ex אֲרָם Syria et ܓܘܢܐ color, *m* extruso, ut passim in plurilitteris (v. c. צְפַרְדֵּעַ, arab. ضفدع rana), inde *color Syrus*, cui praeterea obstat compositionis ratio in linguis Semiticis, quae postularet גון־ארם. Provocat ille quidem ad syr. ܣܘܣܓܘܢܐ color violaceus (pr. color iridis ex سوسنجون v. Anecdd. nostra orient. II p. 54), et arab. اسمانجونى caeruleus instar coeli (himmelfarbig), sed haec vocabula composita Persicae originis esse videntur. Nulla etiam veri specie sumitur, *m* ortum esse ex *v* indurato quum contra facilius *m* emolliatur in *v* *). Nihilominus nolim cum J. D. Michaëli (suppl. p. 2231 sqq.) istam concham dictam esse a رجم sepulcrum, cippus, tumulus, nimirum „a similitudine cippi sepulcralis, et vero ornatioris, quem refert, si eam manu teneas altera graciliore extremitate erecta, unde etiam hodie apud Batavos *epitaphium* dicatur", sed a *colore variegato* harum concharum, quarum testae variis coloribus pictae esse solent (cf. רָקַם versicolorem fecit, רִקְמָה lapis versicolor, marmor variegatum, رُخَام marmor): ut אַרְגָּמָן pr. sit: bunte Muschel, Marmor-Muschel. Apud Persas ارجوان et ارغوان est *flos* quidam *purpuraceus* (v. Boch. l. c. p. 685): sed vix dubitandum est, quin haec vox Semiticae originis sit. Contra Persicam vocis Semiticae אַרְגָּמָן, אַרְגְּוָן originem statuit Sam. Lee (lex. p. 52), ab آرج pretium, decus, pulchritudo, et گون color. Verum quis credat, Phoenices hunc colorem sibi ita proprium, ut adeo nomen inde invenisse censendi sint (v. monn. Phoen. p. 338), nomine peregrino eoque *neo*-persico appellasse?

אַרְגְּוָן chald. i. q. אַרְגָּמָן (מ in ו mutato, ut חֵמָה et חֵוָה) *purpura* Dan. V, 7. 16. 29. Eadem forma reperitur in contextu Hebraeo 2 Par. II, 6.

מַרְגֵּמָה f. *acervus lapidum*. (Arab. رَجْم acervus lapidum in sepulcro, tumulus, cippus, رُجْم, رُجْمَة id.). Prov. XXVI, 8: כִּצְרוֹר אֶבֶן בְּמַרְגֵּמָה *ut sacculus gemmarum in acervo lapidum*, parall. *ita qui honorem habet stulto*. Proverbialis est locutio similis verbis Mt. VII, 6. Non male Luth. als ob man Edelsteine auf den Rabenstein würfe. Abulw. מרגמה رجمة .. وهى حجارة مجموعة. — LXX. מ' *fundam* interpretantur, hac sententia: ὃς ἀποδεσμεύει λίθον ἐν σφενδόνῃ *qui alligat lapidem fundae* (ita ut iactu non proiiciatur), quod nuper adoptavit Ewaldus ad h. l., sed nihil frigidius ista comparatione, et quod vir doctus observat, رجم *funditandi* vim habere (quam Arabes ubique verbis قلع III, رمى بالمقلاع, et

*) Hanc ipsam ob causam improbandus Doepkius ad Cant. l. c., cui ארגון est i. q. ארג = גון *texti color*, et Sam. Lee, qui praeter etymon supra allatum etiam aliud proponit a syr. ܐܪܓ desideravit, et ܓܘܢ color.

رضف exprimunt, v. Roediger de interpr. arab. lib. hist. p. 37), commentum est.

תַּרְגֵּם chald. *transtulit* ex una lingua in aliam (de etymo v. ad רגם no. 4). Inde תַּרְגּוּם translatio in aliam linguam, max. ex hebr. in chaldaeam, תּוּרְגְּמָן interpres, arab. تَرْجَمَ, aeth. ተርጐመ፡ interpretatus est idioma peregrinum, تَرْجُمان, ተርጓሚ፡ et መተርጕም፡ interpres, Dolmetscher, quod quidem vocabulum etiam in alias linguas non Semiticas transiit, arm. թարգմանել *targmanièl* interpretari, et in occidentales, ital. *turcimanno*, angl. *dragoman*.

Pu. מְתֻרְגָּם hebr. *translatus*, Esr. IV, 7: וּכְתָב הַנִּשְׁתְּוָן כָּתוּב אֲרָמִית וּמְתֻרְגָּם אֲרָמִית *et scriptura* (i. e. literarum figurae) *epistolae scripta erat aramaice eademque aramaice translata erat* i. e. epistola illa charactere aramaeo (chaldaeo) et lingua aramaea scripta erat, ut a Persarum rege facili negotio legeretur: erat autem ex Hebraeo *translata*. Quod Hengstenbergius (de auth. Dan. p. 299) observat, verbum תרגם illo tempore, quo hoc scriptum sit, *in aliam linguam transferendi* potestatem nondum habuisse, et a *scribendo*, *exprimendo* non diversum fuisse, id in suae opinionis gratiam finxit vir doctus, non probavit.

רָגַן *murmuravit*, *fremuit* (cogn. רָגַם, רָהַם, v. ad רָגַז), inde *contumax fuit*. Part. רֹגְנִים contumaces Jes. XXIX, 24. LXX. οἱ γογγύζοντες. Vulg. *mussitatores*. (Linguae cognatae hac radice carent).

Niph. id. sq. בְּ pers. Deut. I, 27. Ps. CVI, 25. LXX γογγύζω, διαγογγύζω.

רָגַע 1) pr. *tremefecit* (cf. רָגַז, רָגַשׁ et quae observavimus ad רָגַז, arab. transp. رعج tremuit, v. no. 3). Inde *terruit*, max. increpando. Jes. LI, 15: רֹגַע הַיָּם וַיֶּהֱמוּ גַּלָּיו *qui terret mare fremuntque* s. commoventur *fluctus eius*. Commoventur autem terrore ac metu, et tremulo qs. motu agitantur. (LXX bene ταράσσων. Targ. increpans). Jer. XXXI, 35. Iob. XXVI, 12: בְּכֹחוֹ רָגַע הַיָּם *vi sua terret* s. *increpat mare* (in altero hemistichio: *sapienti a sua percussit Rahab*). Alex. κατέπαυσεν. Cf. גָּעַר Ps. CVI, 9. Nah. I, 4.

2) intrans. *territus est*, *terrore percussus contraxit se*, *quievit* (cf. aethiop. ረጐዐ፡ contraxit se, coagulatum est lac, amh. ረጋ፡ id. et ad sententiam קָפָא, בָּאָה, גָּבַן). Iob. VII, 5: עוֹרִי רָגַע וַיִּמָּאֵס *cutis mea contrahit se* (passim coit et sanatur) *et recrudescit*. Syr. cutis contracta est.

3) intrans. *tremuit* (v. ad no. 1), it. de motu tremulo oculi, *nutavit*, v. Hiph. no. 3, et n. רֶגַע.

Niph. i. q. Kal no. 2 *quievit* (ensis) Jer. XLVII, 6.

Hiph. 1) causat. Kal no. 2 *quietum reddidit*, quietem dedit (populo) Jer. XXXI, 2. L, 34, it. pro *collocavit*, *fundavit*. Jes. LI, 4: מִשְׁפָּטִי לְאוֹר עַמִּים אַרְגִּיעַ *legem meam in lucem populorum fundabo*. — 2) intrans. *quietem egit*, *quiete habitavit* Deut. XXVIII, 65. Jes. XXXIV, 14. — 3) *nutum dedit* oculis, v. Kal no. 3. Jer. XLIX, 19: כִּי אַרְגִּיעָה אֲרִיצֶנּוּ *nutum dabo*, *currere faciam eum*, h. e. nutu meo curret. L, 44. Prov. XII, 19: עַד־אַרְגִּיעָה *dum innuo* h. e. unum temporis momentum. Oppos. לָעַד in perpetuum.

Quid equidem de hac rad. statuam, paucis dixi. In summa rei convenit Alb. Schult. in Origg. hebr. T. I. cap. 10, neque audiendus est J. D. Michaëlis (suppl. 2233), qui omnia exempla ad redeundi vim (رجع) revocare volebat. Paullo aliter Abulwalides, qui has ponit radicis significationes: 1) i. q. גָּעַר increpavit, compescuit, 2) quievit, inde 3) mitis, *tenuis*, *debilis fuit*, v. c. רִגְעֵי אֶרֶץ Ps. XXXV, 20 quieti i. e. mites, tenues terrae, רָגַע עוֹרִי (Iob. VII, 5) *tenera et debilis est cutis mea*, لان وضعف, unde רֶגַע tenuissimum s. minutissimum temporis, اقلّ ما يكون من الزمان, ut arab. دَقِيقَة i. e. *minuta* pars horae gradusve (nostr. Minute).

Sed haec *tenuitatis* vis probari nequit. A רֶגַע Abulw. repetit הִרְגִּיעַ in exemplis no. 3 laudatis, hoc significatu: *momentum transegit*, velut Jer. l. c. في اقلّ ما يكون من الزمان اطرده, et sic Vulg. *subito currere faciam eum*. Eandem sententiam secutus sum ed. 1. — Sunt etiam, qui duas radd. רגע statuant, et alteri *commovendi* vim tribuant (Jes. LI, 15: commovet mare et tumultuantur fluctus eius. Iob. XXVI, 12), intrans. *commoveri*, *tumultuari* Iob. VII, 5: *cutis mea tumultuatur* i. e. iterum iterumque diffringitur. Sed vix tibi persuadeas in una eademque radice *quietis* et *inquietudinis*, *commotionis* vim inesse.

רָגֵעַ adj. *quietus* (v. Kal no. 2). Ps. XXXV, 20: רִגְעֵי אֶרֶץ *quiete* placide *degentes in terra*.

רֶגַע, in Pausa רָגַע m. 1) pr. *nutus oculi*, inde *temporis momentum* (nostr. Augenblick, syr. ܡܪܦܘܥ ܥܝܢܐ momentum, pr. complosio sc. palpebrarum, v. p. 214 A). Jes. LIV, 7: בְּרֶגַע קָטֹן *parvo momento*. Ex. XXXIII, 5: רֶגַע אֶחָד *unum momentum*. Cum praepp. a) בְּרֶגַע *momento* i. e. repente, celeriter Iob. XXI, 13. b) עֲדֵי רָגַע *dum momentum* est (einen Augenblick lang) Iob. XX, 5. c) כְּרֶגַע momento i. e. repente, subito Num. XVI, 21. XVII, 10. Ps. LXXIII, 19, כְּמוֹ רָגַע Thren. IV, 6. Fortius est כִּמְעַט רֶגַע per exiguum momentum Jes. XXVI, 20. Esr. IX, 8. It. d) in acc. רֶגַע α) per momentum i. e. paullisper Jes. LIV, 8. Ps. XXX, 6 (opp. חַיִּים). β) uno momento i. e. subito, repente Jes. XLVII, 20. Jer. IV, 20. Ps. VI, 11. Iob. XXXIV, 20. Plur. לִרְגָעִים singulis momentis, quam saepissime Iob. VII, 18. Jes. XXVII, 3. Ez. XXVI, 16. XXXII, 10.

2) pariter atque זמן arab. وقت est: *vicis una* (ein Mal), ubi iteratur: *semel, iterum*. Jer. XVIII, 7: *semel* (רגע) *alloquor populum* cet. Comm. 9: *et iterum* (ורגע) *alloquor populum* cet. Vide supra זמן chald. no. 2, adde دفعة *vicis una*, momentum temporis. — Passim addunt duas alias significationes: a) *quies*, unde ברגע Iob. XXI, 13 Targ. בניחותא, Abulw. معافين وسالمين من الآفات *salvi et incolumes a noxis*. b) *ira*, LXX ὀργή Ps. XXX, 5 (cf. XXXV, 20). Sed neutrum probandum est, et vulgaris significatus ubique retinendus.

מַרְגּוֹעַ m. *quies, requies* Jer. VI, 16.

מַרְגֵּעָה f. id. Jes. XXVIII, 12. Aqu. ἀνάψυξις.

רָגַשׁ (cogn. רָעַשׁ) *tumultuatus est, strepuit*, de gentibus Ps. II, 1. (In Targg. in Pe. Ithpe. et Aph. ponitur pro hebr. הָמָה, רָעַשׁ. Syr. ܪܓܫ tumultuatus est, licet raro, Ps. II, 1, ubi ab Arabe Antiocheno redditur ارتجت fremuerunt, et Act. IV, 25 pro gr. ἐφρύαξαν. Alibi est: sensit. Nasor. ܡܪܓܫܐ strepitus. Arab. رجس tonuit VIII. commotus, concussus est).

רְגַשׁ chald. id.

Haph. cum strepitu concurrit, sq. עַל ad aliq. Dan. VI, 7. 12. 16, cf. Ruth I, 19 Targ.

רֶגֶשׁ, in Pausa רָגֶשׁ m. Ps. LV, 15 et **רִגְשָׁה** f. Ps. LXIV, 3 *turba* (populi). (Chald. רגוש strepitus multitudinis, אתרגושא id. et ipsa multitudo i. q. hebr. הָמוֹן).

רָדַד pr. *conculcavit, confregit* (cogn. רָצַץ, رضّ, cf. רָדָה). Ps. CXLIV, 2: הָרוֹדֵד עַמִּי תַחְתָּי *qui confregit populos sub me*. עַמִּי pro עַמִּים, nisi ita legendum est cum codd. bene multis. LXX. Vulg. Pesch. languidius: ὑποτάσσων, *qui subdidit*, ܡܫܥܒܕ. Targ. retinet מְרַדֵּד. Jes. XLV, 1: לְרַד לְפָנָיו גּוֹיִם *ad confringendum s. conculcandum coram eo populos*, ubi רַד est inf. pro vulg. רֹד. Bene Abulw. explicat לשבר, quanquam male רַד inf. apoc. facit a rad. רָדָה. A conculcando est

Hiph. expandit, diduxit, i. q. רָקַע. 1 Reg. VI, 32: וַיָּרֶד עַל הַכְּרוּבִים אֶת־הַזָּהָב *extendit aurum super Cherubos* i. e. Cherubos auro obduxit. (In Targg. in Pe. et Pa. ponitur pro hebr. רָקַע v. c. Ex. XXXIX, 3, unde רדיד lamina).

רָדִיד m. pr. *expansum*, hinc *vestis muliebris ampla* (expansa) *et tenuis, velum*. Jes. III, 23. Cant. V, 7. (Chald. רְדִידָא pro hebr. צָעִיף Gen. XXIV, 65. XXXVIII, 14, syr. ܪܕܝܕܐ, arab. ردآء id., unde ردى I. II. V. amicivit se huiusmodi veste, v. Schroeder de vest. mul. c. 21).

רַדַּי (subigens) n. pr. viri 1 Par. II, 14.

רָדָה fut. יִרְדֶּה conv. וַיֵּרְדְּ 1) *calcavit, conculcavit, calcando confregit*. (Cogn. רָדַד. Arab. ردى I. IV. id.). Sq. acc. Joël IV, 13 (calcavit torcular), sq. בְּ Ps. XLIX, 15: וַיִּרְדּוּ בָם יְשָׁרִים *calcant super eos probi* i. e. sepulcra eorum pedibus calcant, iis superstites sunt (stehen auf ihren Gräbern). Jes. XIV, 6: רֹדֶה בָאַף גּוֹיִם *conculcans in ira gentes*. A calcando et conculcando est

2) a) *incessit, ingressus est* (syr. ܪܕܐ id., ܪܕܝܐ, ܡܪܕܝܬܐ itio, iter). Jer. V, 31: *prophetae falsa vaticinantur* וְהַכֹּהֲנִים יִרְדּוּ עַל יְדֵיהֶם *et sacerdotes ingrediuntur ad latus eorum* (gehen ihnen zur Seite), i. e. iis comites et socios se praebent, v. ad צֵלָע no. 2, b. Optime Targ. מְסַיְעִין עַל יְדֵיהוֹן *auxiliantur ad latus eorum*. (Alii aliter: *α*) *dominantur ductu eorum*, cf. no. 3, ut nonnulli ap. Kimchium, de Dieu, Rosenm. Maur. et nos in lex. man. *β*) *accipiunt* munera *super manus eorum*, i. e. largitionibus emuntur in iudicio. Abulw. وفيه اضمار والتقدير וירדו שחד על ידיהם اسبار ان استغزار الرشى شبيه عندكم باشتيار العسل *sensus et potestas loci est, quasi dictum sit* ר' שחד ע' י', *proprie: appetitio largitionum iis similis videbatur exemtioni mellis*. Ita etiam Kimchius. Explicant locum ex verbis Iud. XIV, 9 וַיִּרְדֵּהוּ אֶל־כַּפָּיו et verbum *sumendi capiendique* potestate accipiunt, quam sola coniectura assecuti sunt. *γ*) LXX. Alex. et Vatic. ἐπεκρότησαν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Hier. applaudebant manibus suis. Sed cum Grabio legendum videtur ἐπεκράτησαν, v. litt. a).

De liquidis est b) i. q. *fluxit* (syr. ܪܕܐ id., ܪܕܝܐ fluvius, rivus). Ita de igne corpus ossaque permeante Thren. I, 13: *e sublimi Deus immittit ignem in ossa mea* וַיִּרְדֶּנָּה et *permeat ea*. Sic de igne BH. 216: ܘܪܕܐ ܢܘܪܐ ܒܡܫܚܐ ܥܕܡܐ ܠܦܬܝܠܬܐ ܘܡܕܠܩ ܠܗ *et currebat s. fluebat ignis usque ad ellychnium idque accendebat*. Abulw. ex frangendi potestate: كسرها ورضها *confringit ea*. Targ. et Aben Esra: כְּבַשׁ יָתְהוֹן signif. 1, Vulg. male *erudivit*, ex usu Syrorum.

3) *dominatus est*. (Chald. id. sed raro). Constr. sq. בְּ Gen. I, 26. 28. Lev. XXV, 43. 46. XXVI, 17. 1 Reg. V, 4. 30. IX, 23. Neh. IX, 28. Jes. XIV, 2. Ez. XXIX, 15, et acc. Lev. XXV, 53. Ez. XXXIV, 4. Ps. LXVIII, 28, absol. Num. XXIV, 19. Ps. LXXII, 8. CX, 2. LXX. κρατέω, κατακρατέω, ἄρχω, διώκω.

Sed a frangendo, confringendo est 4) *effregit* (ausbrechen), lenius: *evellit, exemit* velut mel ex alveari. Haec enim verbi origo est frustra hucusque quaesita in loco multum vexato Iud. XIV, 9: וַיִּרְדֵּהוּ אֶל־כַּפָּיו ... וְלֹא הִגִּיד לָהֶם כִּי מִגְּוִיַּת הָאַרְיֵה רָדָה הַדְּבַשׁ *et exemit illud* u-

manus suas .... sed non dixit iis, se ex cadavere leonis exemisse mel. LXX. ἐξεῖλεν. Targ. נְסַחֵיה. Vulg. sumsit. Eundem usum frequentant Talmudistae, qui רָדָה adhibent de pane et placentis ex furno eximendis et, ubi adhaerent, *avellendis*, v. Buxt. p. 2214. Sed male huic radici ex h. l. simplicem *sumendi, accipiendi* potestatem tribuunt, velut Pesch. Jer. V, 31 ܐܪܕܝܘ, et Abulw., v. supra ad Jer. l. c. De frangendi potestate v. Kal no. 1, it. Pi. et Hiph. (In lingua Syra et Chaldaea רְדָא ܪܕܐ etiam *castigandi* et *erudiendi* vim habet, et in Targg. ponitur pro יָסַר, quod a *calcando* et *feriendo* ductum suspicor, cf. *παίω* pro hebr. רָדָה Alex. Jes. XIV, 6; it. apud Chaldaeos est *aravit*, a frangendo terram).

Pi. i. q. Kal *confregit, conculcavit.* Fut. apoc. יְרַד pro יְרַדֶּה. Ita Abulw. explicat Iud. V, 13: יְרַד לִי בַּגִּבּוֹרִים his verbis: أى انه يكسر أوائل الجبابرة المحاربون لنا ويحطمهم i. e. *frangit principes heroum, qui bellum gerunt nobiscum et comminuit eos*, et addit: ومثله אז ירד שריד *et eodem modo accipienda verba* (eiusdem commatis) אָז יְרַד שָׂרִיד. Integra sententia, eaque non contemnenda, esset: אָז יְרַד שָׂרִיד לְאַדִּירִים עָם יְהוָֹה יְרַד לִי בַּגִּבּוֹרִים *tum comminuebat* Jova *residuum principum populi* hostilis, *Jova comminuebat mihi inter heroes*; vel neglectis accentibus sec. LXX et nonnullos codd. (qui iungunt עַם יְהוָֹה): *tunc comminuebat* populus Jovae *residuum principum* hostilium, *populus Jovae comminuebat mihi inter heroes* i. e. multos eorum comminuebat. Plerique tamen יְרַד ad יָרַד referunt, et vel pro imp. habent hoc modo: *tunc* dixi: *descendite, reliquiae, ad fortes, gens Jovae, descende mihi inter heroes* (Maur.), vel cum nonnullis codd. scribunt יָרַד, hac sententia: *tunc descenderunt superstites* in pugnam *contra fortes, populus Jovae descendit mihi contra heroes* (Studer), cui favent verba: אָז יָרְדוּ לַשְּׂעָרִים עַם יְהוָֹה Comm. 11.

Hiph. causat. no. 1. Jes. XLI, 2: וּמְלָכִים יַרְדְּ *et quis fecit ut reges confringeret* s. *conculcaret.* Targ. וּמַלְכִין תַּקִּיפִין תַּבַּר.

מִרְדָּה f. *conculcatio*, inde *dominatio severa*, quod quidem vc. reponendum est Jes. XIV, 6 pro מֻרְדָּף, v. rad. רָדַף.

רָדַם in Kal inusit. *graviter dormivit.* (Arab. ردن non potest non eandem vim habuisse, unde أُرْدُنٌ somnolentia, pr. rhonchus stertentium. Origo enim quaerenda in stertendo, cuius sonum illa radix imitatur, cf. gr. δαρθάνω, δέρθω sterto, et transp. lat. *dormio.* Aliud ὀνοματοποιΐας vestigium habes in رَدْنٌ *crepitus* armorum unum super alterum cadentium, *das Rasseln*, cui simile est stertendi sonus, cf. medicorum terminum: das Schleimgerassel. Fortasse etiam de *strepitu* aquae decidentis dicta est radix, nostr. *rauschen*, unde أُرْدُنٌ Jordanes, pr. strepitus, fluvius strepens, cf. אַרְנוֹן. Schult. ad Iob. IV, 13 soporis vim ab *obturando* ducit, coll. arab. ردم, nulla veri specie).

Niph. 1) *graviter dormivit, gravi somno oppressus est* (cui statui convenit conj. passiva) Prov. X, 5. Jon. I, 5. 6. — 2) *sopitus, attonitus fuit* (betäubt, des Bewusstseyns beraubt seyn). Dan. VIII, 18: נִרְדַּמְתִּי עַל פָּנַי אָרְצָה. X, 9. Iud. IV, 21: וְהוּא נִרְדָּם וַיָּעַף וַיָּמֹת. Ps. LXXVI, 7: *ab increpatione tua, Jova,* נִרְדָּם וְרֶכֶב וָסוּס.

תַּרְדֵּמָה f. *sopor, somnus gravis* Gen. II, 21. XV, 12. Iob. IV, 13. XXXIII, 15, qualis inertium est Prov. XIX, 15. Jes. XXIX, 10. תַּרְדֵּמַת יְיָ sopor a Jova immissus 1 Sam. XXVI, 12.

רֹדָנִים 1 Par. I, 7 (in textu recepto) et Gen. X, 4 apud Sam. et Alex. pro vulg. דֹּדָנִים (q. v. pag. 322) possunt *Rhodii* esse, quos eiusdem cum Cypriis (כִּתִּים) originis esse et Chittaeorum nomine passim comprehendi tradit Epiphanius, ipse Cyprius (adv. haer. 30 §. 25). Sed maior auctoritas est scripturae דֹּדָנִים, de qua novam coniecturam proposui in monn. phoen. p. 432. Suspicor enim דֹּדָנִים more Phoenicum contractum esse ex דַּרְדָּנִים et *Dardanos* s. Troes significare, quae sententia (ut postea edoctus sum) invenitur etiam in Bereschit rabba ad Gen. l. c.

רָדַף fut. יִרְדֹּף, semel יְרַדֵּף Ps. VII, 6 in plerisque editt. (quae scriptura manifesto falsa ex duabus aliis, יִרְדֹּף et יְרַדֵּף conflata est, v. Lgb. 462) pr. *cucurrit post* aliquid, *acriter secutus est, persecutus est.* (Chald. syr. id. Arab. levius: secutus est, pone fuit. Origo est tum in calcando, eundo, currendo, quam vim habet רד in רָדַד, רָדָה, tum in trudendo, quae potestas inest in syll. דף, v. הָדַף, נָדַף, דָּפָה cf. ad rad. עָקַשׁ). Iud. III, 28: רִדְפוּ אַחֲרַי *currite post me*, sequimini me acriter. 2 Reg. V, 21. Ps. XXIII, 6: טוֹב וָחֶסֶד יִרְדְּפוּנִי. Spec. a) *persecutus est* hostili modo, sq. אַחֲרֵי Gen. XXXI, 23. XXXV, 5. XLIV, 4. Ex. XIV, 4. Jos. II, 5. X, 19. Iud. IV, 16. VIII, 5. 1 Sam. XXIII, 25. 28. XXIV, 15. XXVI, 18. XXX, 8. 2 Sam. XVII, 1. XX, 6. 7. 13, sq. acc. (quod in poët. sermone frequentius est) Gen. XIV, 15. Lev. XXVI, 7. 17. Iud. IV, 22. Ps. VII, 6. XVIII, 38. XXXV, 6. CXLIII, 3. Iob. XIII, 25. Jes. XLI, 3. Thren. III, 43. Am. I, 11 al. raro sq. אֶל Iud. VII, 25, לְ Iob. XIX, 28, absol. Gen. XIV, 14. Ex. XV, 9. Part. רֹדְפִים persecutores Jos. II, 7. 16. 22, c. suff. רֹדְפַי, רֹדְפֶיךָ p. mei, tui Ps. VII, 2. XXXV, 3. 2 Sam. XXIV, 13. — b) *sectatus est* aliquid, *studiose appetiit* (einer Sache nachjagen), velut potum inebriantem Jes. V, 11, largitiones I, 23, ventum i. e. inania Hos. XII, 2, it. iustitiam Deut. XVI, 20. Prov. XXI, 21. Jes. LI, 1, pacem Ps. XXXIV, 15, scelus Ps. CXIX, 150. Ubique sq. acc., sed sq. gerundio Hos. VI, 3: נִרְדְּפָה לָדַעַת אֶת־יְהוָֹה. — c) *in fugam conjecit, fugavit* Lev. XXVI, 36, trop. Iob. XXX, 15: תִּרְדֹּף

כְּרוּחַ נְדִבָתִי *fugas* i. e. expellis et cum vi extrudis *instar venti* celeritate et vehementia venti *nobilitatem meam* conditionem meam nobilem et felicem.

Niph. pass. Kal litt. a. — Part. נִרְדָּף quod *propulsum* est, *quod abiit* (ut bene Vulg.) i. e. praeteritum. Eccl. III, 15: *deus* יְבַקֵּשׁ אֶת־נִרְדָּף Vulg. *instaurat, quod abiit.* Kösterus (Erläuterungen p. 38): *persequendum* i. e. quod minus certum est (das Unsichere, Hypothetische): invito contextu.

Pi. i. q. Kal, sed poët. tantum 1) *persecutus est* hostili modo Prov. XIII, 21. Nah. I, 8. — 2) *studiose sectatus est* aliquem, velut mulier moechos Hos. II, 9, vir nebulones Prov. XII, 11. XXVIII, 19, trop. iustitiam XV, 9, malitiam XI, 19. Prov. XIX, 7: *verba sectatur,* iis delectatur et confidit.

Pu. propulsus, dispulsus est Jes. XVII, 13.

Hiph. i. q. Kal litt. a. Iud. XX, 43.

מֻרְדָּף f. (verbale Hoph. abstr.) *persecutio*, Jes. XIV, 6. Sed parallelismus cum Doederleinio legere iubet מִרְדַּם (conculcatio, dominium severum), hoc modo:

מַכֶּה עַמִּים בְּעֶבְרָה מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה
רֹדֶה גוֹיִם בָּאַף מִרְדַּת בְּלִי חָשָׂךְ

Sibi respondent רֹדֶה מִרְדַּת, ut מַכֶּה מַכַּת. Eandem scripturam expressisse videntur LXX et Targ.

רָהַב 1) *tumultuatus est,* nostr. toben, lermen, Unruhe machen. (Syr. turbavit, pass. ܐܬܪܗܒ conturbatus est [in Unruhe gerathen], tumultuatus est Marc. V, 38. 39. Luc. X, 41. Ethpe. id. I, 39, cf. ܡܪܗܒ ursit, acceleravit. Zab. Aph. superbire fecit sq. ܒ aliqua re cod. Nas. 1, 48. Ethpa. superbivit. Arab. رَهِبَ timuit pr. conturbatus est terrore. Vic. radd. sunt רָהַם et רָעַם cum aliis a רה, רע, רג ordientibus, v. ad רָגַז). Sq. בְּ *tumultuatus est* s. *ferociter egit* in aliquem. Jes. III, 5: יִרְהֲבוּ הַנַּעַר בַּזָּקֵן *promiciter agunt pueri contra senes.* Parall. נִגַּשׂ. (Cf. chald. רְהַב, quod in Targg. passim ponitur pro לָעַג irrisit, subsannavit Ps. XXII, 8. Iob. XI, 3. XXI, 3). Inde 2) *fortiter institit* alicui (jem. drängen, in ihn dringen). Sq. acc. Prov. VI, 3: רְהַב רֵעֶיךָ *insiste amicis tuis.* [Reperitur etiam Jes. LX, 5 in nonnullis codd. pro רָחַב, sed hoc praestat].

Hiph. 1) *ferocem reddidit*, in bonam partem *animosum fecit, animum addidit.* Ps. CXXXVIII, 3. Aben Esra: חזקתני, Raschi: הגדלתני. — 2) i. q. Kal no. 2. Cant. VI, 5: *averte oculos a me* שֶׁהֵם הִרְהִיבֻנִי *quoniam insistunt mihi,* sie bestürmen mich, bestürmen mein Herz.

רָהָב adj. pl. רְהָבִים *feroces, superbi.* Ps. XL, 5: *beatus vir qui in Deo ponit fiduciam* וְלֹא פָנָה אֶל רְהָבִים *nec convertit se ad superbos.* Targ. סוּרְבָנַיָּא.

רַהַב m. 1) *ferocia, superbia.* Iob. IX, 13: עֹזְרֵי רָהַב *adiutores superbiae.* Symm. ἐπερειδόμενοι ἀλαζονείᾳ. Targ. *impii, qui auxiliantur in multitudine.* Fortasse alluditur ad Aegyptum cum Pharaone eiusque copiis auxiliaribus (cf. Nah. III, 8), et non indignus est hic locus, qui respiciatur ab his qui de aetate Iobi iudicare velint. De vers. Alex. ad h. l. v. infra no. 2.

2) a) poët. ita appellari videtur *bestia ferox eaque aquatica, monstrum marinum,* κῆτος, *crocodilus,* ut parum differat a תַּנִּין et לִוְיָתָן. Iob. XXVI, 12: *vi sua terret mare et sapientia sua* מָחַץ רָהַב *percutit monstra marina.* LXX τὸ κῆτος. Sibi respondent *mare* et *monstra eius*, ut comm. sq. *coelum* et *sidera eius* (נָחָשׁ בָּרִחַ). (Symm. συγκλᾷ ἀλαζονείαν. Vulg. percussit superbum. Targ. מְחָא גִּבָּרַיָּא). Jes. LI, 9: *nonne tu eras* (brachium Jovae) הַמַּחְצֶבֶת רַהַב מְחוֹלֶלֶת תַּנִּין *quod cecidit monstrum marinum, quod occidit draconem.* (Alex. omisit. Ἀλλ. ἀλαζονεία). Intelligenda est *Aegyptus*, quae etiam alibi sub *monstri aquatici* imagine repraesentatur (Ps. LXXIV, 13: שִׁבַּרְתָּ רָאשֵׁי תַנִּינִים עַל הַמָּיִם et comm. 14: אַתָּה רִצַּצְתָּ רָאשֵׁי לִוְיָתָן, ubi intelligendi Aegyptii in mari rubro a Deo occisi, Ez. XXIX, 3. XXXII, 3 ubi Pharao appellatur הַתַּנִּים הַגָּדוֹל הָרֹבֵץ בְּתוֹךְ יְאֹרָיו, adde חַיַּת קָנֶה Ps. LXVIII, 31, et Jes. XXVII, 1 ubi belluae marinae imagine depingitur imperium Babylonicum). Inde b) רַהַב (monstrum marinum idque ferox) in consuetam Aegypti appellationem abiit. Ps. LXXXIX, 11: אַתָּה דִכִּאתָ כֶחָלָל רָהַב *tu* (o Deus) *trucidasti, ut gladio confossos in bello, Rahab.* Parall. אוֹיְבֶיךָ. Targ. מִצְרָאֵי. Kimchi: היא מצרים. Ps. LXXXVII, 4: אַזְכִּיר רַהַב וּבָבֶל לְיֹדְעָי *annumero Rahab et Babylonem cultoribus meis.* Targ. Rahaba, is est Pharao impius. Fortasse accedit exemplum ad no. 1 laudatum. Primae origini vocis alluditur his verbis Jes. XXX, 7: *vanum est Aegypti auxilium . . . . propterea eam appello* רַהַב הֵם שָׁבֶת *ferocia* i. e. feroces s. superbi *hi* sunt *desidia* i. e. fortitudinem iactant superbi, ubi ad discrimen ventum est, sedent et nil agunt, locutio ut videtur proverbialis de hominibus magniloquis iisdemque ignavis. Kimchi: כלומר החוזק שלהם שבת ובטל. — Priores interpretes Iob. l. c. *tumultum maris* intelligebant, reliquis locis, ubi רַהַב Aegyptum significat, hanc auctore Kimchio a superbia s. ferocia dictam esse existimabant, quod ipsum suadebat locus Jes. XXX, 7, vel nomen quoddam Aegyptiacum sub his litteris latere suspicabantur, quod ad linguae hebraeae analogiam inflexum esset (cf. מֹשֶׁה, בְּהֵמוֹת), quanquam nemo huiusmodi voc. in lingua Aegyptiaca indagaverat *). *Monstri marini* significatum

*) Irritae enim virorum doctorum coniecturae, quotquot in medium prolatae sunt. Una erat Bocharti (Phaleg 4, 24), qui *Rib* Aegyptiis *pyrum* esse, et inde Delta ob pyri formam ريف dictum esse putaverat. Sed prius falsum esse (pyri enim vocabulo

huic voci vindicarunt Ewaldus et Hirzelius ad Iob. IX, 13 coll. locis Jes. LI, 9. Ps. LXXXIX, 11 et provocantes ad auctoritatem Alexandrini interpretis, qui Iob. l. c. עֹזְרֵי רהב reddit κήτη τὰ ὑπ' οὐρανόν, et XXVI, 12 רהב τὸ κῆτος. Et hactenus quidem satis probabiliter: quod vero addunt, רהב fuisse nomen mythicum monstri marini olim a Jova victi et, ut poenas seditionis et perduellionis lueret, firmamento affixi, itaque *coeli sidus* significare, fabula est horum interpretum ingenio debita, cuius fundamentum habere sibi videntur in verbis Alexandrini interpretis Iob. l. c. κήτη τὰ ὑπ' οὐρανόν *). Haec igitur interpretati sunt *balaenas in coelo* i. e. *coelestes, balaenas*, quae *coeli sidera* sunt. Sed hoc ipso nihil cogitari potest a linguae usu alienius. Tantum enim abest, ut locutio τὰ ὑπ' οὐρανόν Iob. l. c. et XXXVIII, 33, (τὸ) ὑπ' οὐρανόν XVIII, 4, ἡ ὑπ' οὐρανόν *ipsum coelum* significet et ad res coelestes pertinere possit, ut *in Versione Alexandrina Iobi* solennis appellatio *terrae* sit, et respondeat hebraeo אֶרֶץ II, 2. XVIII, 4. XXXIV, 13. XXXVIII, 18. 24. 33, חוּצוֹת V, 10, תַּחַת הַשָּׁמַיִם XLI, 3 cf. Ex. XVII, 14. Deut. XXV, 19. XXIX, 20, semel autem de *mari* (quod et ipsum *sub coelo* est) dicatur pro תְּהוֹם Prov. VIII, 28. Itaque κήτη τὰ ὑπ' οὐρανόν sunt *belluae* s. monstra, quae *sub coelo* i. e. in terra *mari*ve sunt **), quo ipso corruit unicum illius coniecturae fundamentum.

רַהַב m. *superbia*, meton. id quo quis superbit Ps. XC, 10.

מַרְהֵבָה f. *oppressio*, ab ea vi verbi, quae est Jes. III, 5 (parall. נָגַשׂ). Sic Jes. XIV, 4 in ed. Thessalon., quae scriptura vulgari praeferenda videtur, v. מַדְהֵבָה p. 32[illegible].

רהג rad. inusit., arab. [illegible] clamavit, unde

רֹהֲגָה (clamor) n. pr. viri 1 Par. VII, 34 Keri, pro quo Chethibh וְרָהְגָּה.

רהה rad. spuria Jes. XLIV, 8. v. ירה.

רהט rad. inusit., i. q. aram. רְהַט, ܪܗܛ = רוּץ *cucurrit, fluxit* (aqua), cf. litt. ה. Inde

רַהַט m. pl. רְהָטִים 1) *canales* potatorii Gen. XXX, 38. 41. Ex. II, 16. (Chald. רַהֲטָא, syr. ܪܗܛܐ et ܪܗܛܐ id. cf. arab. مَجْرَى alveus, canalis, a جرى cucurrit, fluxit). — 2) *cincinni*, ut videtur, a defluendo dicti Cant. VII, 6.

רָהִיט m. *laqueare, lacunar*, dictum a lacunis, quae canalibus similes sunt (cf., quod LXX habent, φάτνωμα a φάτνη praesepe). Cant. I, 17 Keri: רָהִיטֵנוּ, pauci codd. plur. רְהִיטֵינוּ Vulg. *laquearia*. In Keri est רָחִיטִים q. v.

רהם rad. inusitata, quae *strependi, tumultuandi* significatum habuisse videtur, pariter atque cognatae רָעַם, רָהַב, neque non הָמָה, הָמַם. Inde רָהָם, arab. رُهَام, multitudo in n. pr. אַבְרָהָם p. 10. Ex forma illa deperdita emollitis litteris mihi ortum videtur et לְאֹם et arab. لَهْم multitudo.

רהק rad. spuria, unde ducunt n. pr. תִּרְהָקָה. Sed hoc peregrinum est et ignotae originis.

רֵו chald. *aspectus*, v. rad. רְאָה.

רוב i. q. ריב *litigare*, q. v. Radicis med. Vav vestigia sunt in nomm. pr. יְרֻבַּעַל, יְרֻבֶּשֶׁת.

רוד i. q. arab. رَادَ *ultro citroque discurrit, libere vagatus est*, quod Arabes frequentant de pecudibus ferisque libere et excusso quasi iugo divagantibus et lascivientibus (v. Schroeder observatt. ad origg. hebr. pag. 1—17). Conj. III. IV. est: quaesivit (pr. circumeundo), cupiit, voluit. In V. T. pr. de pecude *libere et sine*

[illegible] (Ȼ[illegible]), posterius, quod arabicae originis est et *agrum cultum* significat atque hodieque de culta Aegypti parte usurpatur, ab hoc loco alienum, dudum observarunt viri docti (v. Mich. suppl. 2238. Abdoll. p. 397 Sacy. Edrisi I, 327 Jaub. Quatremère recherches p. 179). — Altera erat Forsteri, qui *Aegyptum* dictam putabat ⲫⲏ-ⲟⲩⲁⲃ *soli sacrum*, quae tamen vox citra analogiam, quam Aegyptii in vocibus componendis sequuntur, efficta est. Cf. Jablonskii Opusc. 1, 228.

*) Ewald (poet. Bücher des A. T. II. 126) ad Iob. l. c. „es folgt schon aus dem Zusammenhange, dass עזרי רהב nicht im leeren Allgemeinen trotzige Helfer sind, sondern aus Erfahrung und Erzählung berüchtigte; und da Rahab überall ein mythologischer Name ist für ein Seeungeheuer (selbst da, wo es für Aegypten steht), so muss man an eine Sage denken, *wonach ein Ungeheuer einst in einem grossen Kampfe, sammt allen seinen Helfern, von Gott besiegt zum Beispiel der Strafe als Sternbild am Himmel festgebannt worden, wo es nun ewig leuchte, der Welt den vergeblichen Widerstand gegen Gott verkündigend*; die LXX haben *hier und* XXVI, 12 (τὸ κῆτος) [illegible] XXVI, 13: τὸ κῆτος] κήτη τὰ ὑπ' οὐρανόν *ganz richtig* [pro עזרי רהב?], Κῆτος, Πρίστις. Balena, Bellua, Pistrix sind Sternbilder (s. Eichhorns Bibl. VII. S. 593)“.

**) Quomodo interpres Alexandrinus ex עזרי רהב exsculpserit κήτη τὰ ὑπ' οὐρανόν quidve legerit, iam Drusius ad h. l. se non assequi fatetur. *Legit* is haud dubie, ut hodie legitur: sed, ut solet hic interpres in locis difficilioribus, parum scite *coniecit* [illegible] ארץ [illegible] tem[illegible] [illegible] temeritati quid tribuendum sit, nemo non videt.

domino vagante (cf. Hiph.), translate de hominibus, qui relicto numine auspice, sibi suaeque libidini indulgent. Jer. II, 31: *quare dicit populus meus:* רַדְנוּ לוֹא־נָבוֹא עוֹד אֵלֶיךָ *libere discurrimus, non veniemus amplius ad te* (cf. comm. 20. 23). Chald. אִטַּלְטַלְנָא *vagamur* (non: *migravimus*). Hos. XII, 1: וִיהוּדָה עֹד רָד עִם־אֵל *Juda adhuc libere discurrit relicto deo.* Cf. עִם B, 1, d.

Hiph. fut. תָּרִיד i. q. Kal, de homine cum impetu et ferocia lasciviente iugumque excutiente. Gen. XXVII, 40 in benedictione Esavi: וְהָיָה כַּאֲשֶׁר תָּרִיד וּפָרַקְתָּ עֻלּוֹ מֵעַל צַוָּארֶךָ *fiet autem, ubi libere vagaberis, ut frangas et decutias iugum eius de cervicibus tuis.* Sumta est figura a iumento indomito iugique impatiente, quod libero cursu et impetu vagatur et continuo reluctans tandem iugo rupto evadit (cf. Jes. X, 27). Vivo colore ita adumbratur indoles gentis Idumaeae, quae omni tempore fuit turbulenta libertatisque amantissima (Jos. bell. iud. IV, 4). Vicinum est etiam aeth. ረወደ: insurgere contra aliquem c. acc. Num. XVI, 19. 42. — Ps. LV, 3: אָרִיד בְּשִׂיחִי *circumvagor in moerore meo.*

Kimchius radici nostrae duas tribuit significationes easque diversissimas, alteram dominandi i. q. רָדָה Gen. Jer. Hos. l. c., alteram lugendi et languendi Ps. l. c. (cf. Aben Esra ad Gen. l. c.), utrumque ex mera coniectura. Melius Lud. de Dieu ad Jer. l. c. quattuor locis arabicam volendi et cupiendi notionem accommodat, nimirum Jer. l. c.: sic *voluimus*, statuimus, *non veniemus amplius ad te*, Hos. l. c. *Juda adhuc vult cum Deo*, Gen. l. c. *quando volueris* cet. (consentiente Coccejo), Ps. l. c. *cupio in meditatione mea.* Sed supra propositam rationem multo et aptiorem esse et elegantiorem, non est quod demonstremus.

אַרְוַד (pro רוּד c. Aleph prosthetico, *vagatio*, inde *locus profugorum*, v. infra), n. pr. *Aradus*, urbs Phoenicia in insula cognomine haud procul a littore sita, teste Strabone (XVI, 2 §. 13: ἔκτισαν δ' αὐτὴν φυγάδες, ὥς φασιν, ἐκ Σιδῶνος) a Sidoniis profugis condita (v. quae de etymo observavimus), a nautarum dexteritate nobilis (Ezech. XXVII, 8. 11 cf. Strab. l. c. προςέθεσαν τῇ εὐτυχίᾳ καὶ πόνοιαν καὶ φιλοπονίαν πρὸς τὴν θαλαττουργίαν), arab. ارواد Edrisi I, 359 Jaub. it. رواد, رويدا. Gent. אַרְוָדִי Gen. X, 18. 1 Par. I, 16, ubi LXX Ἀράδιος, Jos. Ant. 1, 6 §. 2: Ἀρουδαῖος Ἄραδον τὴν νῆσον ἔσχεν. In numis eius exstat epigraphe graece ΑΡΑΔΙΩΝ (v. quae laudavimus in monn. Phoen. p. 275), sed Phoenicium insulae nomen ibi nusquam comparet, et falsissima est epigraphes Phoeniciae explicatio, quam proponit J. D. Michaëlis (orient. Bibl. VIII, 13 sqq.) et calculo suo approbavit Rosenm., Alterthumsk. II, 1 p. 59. Ille enim in eo numo (Cilicio), quem nos depictum dedimus in monn. Phoen. tab. 37 litt. P, legebat מלך לארד *rex Aradi*, quum manifesto ibi legatur מלך לארק. Vide quae disputavimus l. c. p. 285. De situ insulae v. etiam Mel. 2, 7. Plin. 5, 17. Maundrell in Paulus Samml. 1, 28. Shaw p. 232 ed. germ. Pococke itin. II, 293 cf. tab. 30. Volney II, 131 Buckingham II, 435.

מָרוּד c. Suff. מְרוּדִי Thren. III, 19 plur. מְרוּדִים m. 1) pr. *vagatio*, *error*, conditio hominis, qui domo sua deturbatus vel quocunque modo orbatus sine stabili sede misere vagatur. Thren. l. c. זְכָר עָנְיִי וּמְרוּדִי *memento miseriae et erroris mei.* (LXX διωγμός). Ibid. I, 7, ubi copulatur cum עֳנִי. — 2) concr. *errabundus*, stabili sede carens. Jes. LVIII, 7: *et dividas famelico panem tuum* וַעֲנִיִּים מְרוּדִים תָּבִיא בָיִת *et miseros errabundos deducas domum.* Egregie LXX. ἄστεγοι. Vulg. *vagi.* Chald. מְטַלְטְלִין *iactati.* Usui hebraeo rad. רוּד affine est aethiopicum ረወደ: persequi, graviter vexare, quo collato sententia non valde mutata interpretari possis: *vexatio, vexatus.* Sed *vagandi* potestatem, quae in verbo inest, ad nomen etiam transiisse, arguit Jes. l. c.

רָוָה 1) *largius bibit*, *satiatus est potu* (at שָׂבַע satiatus est cibo), semel adipe (quod bibitur et hauritur magis, quam comeditur) Ps. XXXVI, 9. (Arab. روى, aeth. ረወየ: potu satiatus est, irrigatus est. IV. causat.). Sq. מִן rei Ps. XXXVI, 9. Jer. XLVI, 10, v. Hiph. Poët. tribuitur gladio sanguinem haurienti Jer. l. c. רִוְּתָה מִדָּמָם, it. amantibus, qui deliciis venereis satiantur Prov. VII, 18: נִרְוֶה דֹדִים. (Cf. Cod. Nas. 1, 114: ܡܪܘܐ ܠܗܘܢ ܪܘܝܐ ܕܪܚܡܬܐ *inebrians eos ebrietate amoris*, arab. روى I. IV. explevit sitim, sed III. explevit libidinem, coivit, et צִמְאָה sitis, de coeundi ardore Jer. II, 25).

2) fortius: *inebriatus est*, ut aram. רְוָא, ܪܘܐ. Vide Pi. no. 1, b.

Pi. 1) i. q. Kal, sed intens. a) *largius satiata* s. rigata *est* (terra) Jes. XXXIV, 7, sq. מִן; b) *inebriatus est* gladius (v. syr.) ibid. comm. 5. — 2) causat. *potavit*, *irrigavit*, v. c. agros Ps. LXV, 11. Sq. dupl. acc. Jes. XVI, 9: אֲרַיָּוֶךְ דִּמְעָתִי *irrigabo te lacrimis meis.* אֲרַיָּוֶךְ litteris transpositis pro אֲרַוָּיֵךְ (v. Lgb. p. 143), it. *satiavit* aliquem adipe Jer. XXXI, 14, *inebriavit* aliqu., de re venerea Prov. V, 19: דַּדֶּיהָ יְרַוֻּךָ בְכָל־עֵת Vulg. *ubera eius inebrient te omni tempore*, nisi mavis legere דֹּדֶיהָ cf. VII, 18.

Hiph. potavit, *irrigavit* Jer. XXXI, 25. Thren. III, 15. Prov. XI, 25, agrum Jes. LV, 10, *satiavit* Jer. XXXI, 25, etiam adipe sacrificiorum Jes. XLIII, 24 (cf. Ps. XXXVI, 9. Jer. XXXI, 14).

רָוֶה adj. *satiatus* potu. Fem. (neutraliter) רָוָה *satiatum* i. e. satiati Deut. XXIX, 18, cf. ad צָמֵא pag. 1172. It. irriguus, de horto Jes. LVIII, 11. Jer. XXXI, 12.

רְוָיָה f. *potatio larga*, *abundantia*. Ps. XXIII, 5: כּוֹסִי רְוָיָה. LXVI, 12.

רִי pro **רְוִי** (ut אִי, עִי pro אֱוִי, עֲוִי) *irrigatio*, *pluvia*. Iob. XXXVII, 11, quo de loco v. ad טָרַח pag. 555 B. Arab. رِيّ id. Har. Cons. II, 62 Sch. Phoen. רו *rû* id., v. ad inscr. Cit. 22 in monn. Phoen. p. 147, et n. pr. fluvii Carth. *Rubricatus* i. e. רו בריכת irrigatio benedictionis.

רוּז rad. inusit. quae *occultandi*, *celandi* vim habuisse videtur. (Syr. ܪܳܙ secretum fecit. Aph. ܐܰܪܙ celavit consilia, ܐܰܪܶܙ id. Eiusdem familiae esse videntur رَسّ occultavit VI. inter se arcanum dixerunt, fort. نرز abscondit se, أَرَزَ fugit in latibulum). Inde

רָז chald. *occultum*, *arcanum*, *mysterium*. Dan. IV, 6. Emph. רָזָא Dan. II, 19. 27. 30. 47, רָזָה 18, pl. רָזִין II, 29. 47. In Targg. ponitur pro hebr. לָט, סָתוּם, חֶרֶשׁ, סֵתֶר. (Syr. ܐܪܳܙܐ, ܪܳܙܐ arcanum, secretum, mysterium. Sam. ࠋࠓࠆࠄ id. velut לִיד רזה *ad secretum suum* i. e. apud se, secum Gen. VIII, 21 cf. VI, 5.

רָוַח pr. *respiravit* (cogn. רוּחַ), *libere respiravit* (frey athmen), quo pectus dilatatur (v. Jes. LX, 5), relaxatur et recreatur, intrans. *latus*, *laxus*, *spatiosus fuit*. Impers. רָוַח לִי laxum fit mihi (opp. צַר לִי) i. e. respiro, recreor. 1 Sam. XVI, 23. Iob. XXXII, 20, ubi Targ. et Pesch. retinent יִרְוַח לִי, ܢܶܪܘܰܚ ܠܝ. (Chald. רְוַח id. Pa. et Aph. dilatavit pro הִרְחִיב, part. pass. amplus, it. recreavit, רְוָחָא respiratio, recreatio, dilatatio, רְוַח spatium amplum, suburbium. Sam. רוח Vav mobili et רבח spatium, suburbium, רבח Pa. recreavit. Syr. ܪܘܰܚ i. q. hebr. Pa. ܪܰܘܰܚ, ܪܰܘܚ et Aph. ܐܰܪܘܰܚ respiravit, dilatavit, ܪܘܳܚܐ spatium amplum, recreatio, cf. ܦܫܰܚ respiravit, dilatavit, zab. ܢܦܫ spiritum duxit, Pa. et Aph. spatium dedit, ܢܦܫܐ ܐܘܪܚܐ via ampla. Arab. رَوِحَ amplus fuit, أَرْوَحُ amplus, sed رَاحَ subito gaudium percepit, pr. respiravit, رَاحٌ, رَوْحٌ laetitia).

Pu. מְרֻוָּח *amplus*, *spatiosus* (de conclavibus), *aëri pervius* (luftig). Jer. XXII, 14.

רֶוַח m. 1) *relaxatio*, liberatio ex angustiis Esth. IV, 14. — 2) *spatium liberum* Gen. XXXII, 14. (Arab. رَوْحٌ interstitium amplum).

רְוָחָה f. i. q. רֶוַח no. 1. *respiratio* a labore, *relaxatio* Ex. VIII, 11. Thren. III, 56.

רוּחַ in Kal inusit. *flare*, *spirare*, max. naribus, rad. onomatopoët. ut cogn. פּוּחַ flavit ore, et נוּחַ pr. respiravit, inde quievit. (Arab. رَاحَ flavit ventus. IV. respiravit, inde quievit, sich verschnaufen. In linguis germm. cogn. sunt: a) *hauchen*, unde vet. germ. sup. *hugu*, *hugi*, suec. *hugh* animus, mens = רוּחַ Graff IV, 782; b) *wehen*; c) *ruhen* = رَاحَ; d) *riechen*, v. Hi.).

Hi. הֵרִיחַ *odoratus est*, *olfecit*, quod fit ubi aërem naribus modo attrahimus, modo efflamus, durch Ein- und Aushauchen der Luft durch die Nase. (Arab. رَاحَ I. IV. X. percepit odore rem, II. odoratam fecit rem. Syr. ܐܰܪܺܝܚ olfecit, Aph. id., chald. zab. et sam. אֲרִיחַ, אֲרַח id. Cf. germ. *riechen*, vet. germ. *riukhan* olere, fumigare, unde etiam *Rauch* fumus). Sq. acc. Gen. VIII, 21. XXVII, 27. 1 Sam. XXVI, 19, absol. Ps. CXV, 6. Deut. IV, 28. Metaph. pro *sensit* (ignem admotum) Iud. XVI, 9, *praesagivit* equus pugnam (quanquam hoc re vera naribus fit) Iob. XXXIX, 25. Sq. בְּ: *odore* rei delectatus est (ut רָאָה et שָׁמַע sq. בְּ) Ex. XXX, 38. Lev. XXVI, 31, inde gener. *delectatus est* aliqua re (nam suavis odor ab Orientalibus refertur ad id quod placet, v. בְּאֹשׁ, בֶּשֶׂם, נִיחֹחַ), Am. V, 21: לֹא אָרִיחַ בְּעַצְּרֹתֵיכֶם *non delector feriis vestris* (quanquam in hoc exemplo propriae potestatis vestigium superest: diebus festis enim arae nidorem exhalant), et Jes. XI, 3: הֲרִיחוֹ בְּיִרְאַת יְהוָה *deliciae eius in timore Jovae* i. e. timore Dei delectatur.

רוּחַ utriusque sexus vc. sed fem. saepius (m. Ex. X, 13. Ps. LI, 12. Eccl. I, 6) pl. רוּחוֹת Jer. XLIX, 36 al.

1) *spiritus*. (Chald. syr. id. spiritus, ventus, animus, sed Arabes distinguunt رُوحٌ spiritus, anima, et رِيحٌ ventus). Spec.

a) *spiritus narium* (Schnauben), *anhelitus*. Iob. IV, 9: רוּחַ אַפּוֹ *spiritus narium eius*, de ira divina et sic Ps. XVIII, 16: נִשְׁמַת רוּחַ אַפֶּךָ. Inde *α*) de *ira* ipsa (cf. אַף *nasus* et *ira*, utrumque a spirando) Iud. VIII, 3. Iob. XV, 13. Ps. XXXVII, 10. Prov. XVI, 32. XXIX, 11. Jes. XXV, 4. XXX, 28. XXXIII, 11. Zach. VI, 8. עָלָה אַף עַל ascendit i. e. exardescit ira alic. in aliquem Eccl. X, 4. *β*) *superbia* (superbus enim altiores spiritus sumit). Ps. LXXVI, 13: יִבְצֹר רוּחַ נְגִידִים.

b) *spiritus oris* (*Hauch* des Mundes, Athem), plene רוּחַ פֶּה Ps. XXXIII, 6 (h. l. de verbo Dei creatoris, parall. דְּבַר יְ׳), רוּחַ שְׂפָתַיִם Jes. XI, 4 (h. l. de verbo s. mandato regis). הֵשִׁיב רוּחַ spiritum duxit Iob. IX, 18. Inde *α*) de spiritu vitali (Lebensathem), plene רוּחַ חַיִּים Gen. VI, 17. VII, 15. 22, v. infra no. 2. *β*) ut syn. הֶבֶל, *halitus*, de re cito pereunte Iob. VII, 7. Ps. LXXVIII, 39.

c) *spiritus aëris* (Wehen der Luft), isque α) lenior, *aura* (Luft, Lüftchen), *aër*. Iob. IV, 15: וְרוּחַ עַל פָּנַי יַחֲלֹף. XLI, 8: רוּחַ לֹא יָבֹא בֵינֵיהֶם *aër non penetrat inter ea* (scuta crocodili). XXVIII, 25: לַעֲשׂוֹת לָרוּחַ מִשְׁקָל *quum aëri daret aequilibrium.* שָׁאֲפָה רוּחַ aërem s. auram captavit Jerem. II, 24. XIV, 6. רוּחַ הַיּוֹם aura diei i. e. vespera, ubi frigidior aura spirat Gen. III, 8 cf. Cant. II, 17. IV, 6. Plin. H. N. 2, 47: sub crepusculo commotior aura spirare solet. Itaque bene LXX τὸ δειλινόν. Luth. da der Tag kühle geworden war. (Arab. راح, I. II. III. V. vespere fecit, ivit, venit, et aegypt. ⲣⲟⲩϩⲓ vespera). Saepius est β) *ventus* Gen. VIII, 1. Num. XI, 31. 2 Reg. III, 17. Jes. VII, 2. XVII, 13. XXXII. 2. Ps. I, 4. XVIII, 43. XXXV, 5. LXXXIII, 14. CIII, 16. CXXXV, 7. Iob. XXI, 18. XXX, 22. Prov. XXVII, 16. XXX, 4. Eccl. XI, 4 al., et fortius etiam: *procella* Iob. XXX, 15, plenius רוּחַ גְּדֹלָה ventus vehemens Iob. I, 19. Jon. I, 4. 1 Reg. XIX, 11, רוּחַ כַּבִּיר Iob. VIII, 2 (cui comparatur oratio impetuosa), ר׳ קָשָׁה Jes. XXVII, 8. רוּחַ קָדִים ventus orientalis, ר׳ צָפוֹן ventus borealis, v. קָדִים, צָפוֹן. רוּחַ סְעָרָה turbo Ps. CVII, 25, ר׳ זִלְעָפוֹת ventus aestuosus Ps. XI, 6. *Dispergere* לְרוּחַ Ez. V, 2, לְכָל רוּחַ Ez. XII, 14. XVII, 21. Poët. כַּנְפֵי רוּחַ alae venti Ps. XVIII, 11. CIV, 3. Hos. IV, 19 cf. Ov. Met. 1, 264. — Quoniam autem ventum oris divini flatu ortum putabant (v. Exod. XV, 8. Iob. XV, 30: וְיָסוּר בְּרוּחַ פִּיו), *ventus* etiam רוּחַ יְהוָה *spiritus Jovae* appellatur 1 Reg. XVIII, 12. 2 Reg. II, 16. Jes. XL, 7. LIX, 19. Hos. XIII, 15 (non Gen. I, 2, v. no. 4).

Ventus autem dicitur etiam aa) de *coeli plaga*. ר׳ קָדִים plaga orientalis Ezech. XLII, 16. 17. אַרְבַּע רוּחוֹת quattuor coeli plagae XXXVII, 9. XLII, 20. 1 Par. IX, 24. Zach. II, 10. VI, 5. — bb) de re inani. Mich. II, 11. Jes. XXVI, 18. XLI, 29. דִּבְרֵי רוּחַ verba inania Iob. XVI, 3. דַּעַת רוּחַ scientia inanis XV, 2. רָעָה רוּחַ sectari ventum i. e. inania Jer. XXII, 22 et רְעוּת רוּחַ studium inane, v. רְעוּת. Dicunt etiam: serere ventum Hos. VIII, 7, hereditare ventum Prov. XI, 29. לָרוּחַ *in ventum* i. e. frustra Eccl. V, 15. Jer. V, 13. Iob. VI, 26: לְרוּחַ דִּבְרֵי נוֹאָשׁ *in ventum verba desperantis!* i. e. desperantis verba inconsiderata ventis danda sunt, non urgenda et ad vivum resecanda. (Cf. εἰς ἀέρα λαλεῖν 1 Cor. XIV, 9, δοῦναι ἀνέμοις, lat. dare verba in ventos Ov. A. A. 1, 6, 42, profundere verba ventis Lucr. 4, 932, it. sin. *giàng-fûng-dschùi* dicere ventum [et] aquam i. e. inania loqui, mentiri). — Figurate *ventus* s. *procella* dicitur de exercitu terram invadente Jer. IV, 11. 12 cf. 10. 13.

2) i. q. נֶפֶשׁ no. 2, ψυχή, *anima, qua vivitur*, quae in oris nariumque spiritu cernitur (v. no. 1, b), tum hominum, tum bestiarum. Eccl. III, 19: *sors hominum et bestiarum eadem est* ..... וְרוּחַ אֶחָד לַכֹּל *eademque anima omnibus.* 21: מִי יוֹדֵעַ רוּחַ בְּנֵי הָאָדָם הָעֹלָה הִיא לְמָעְלָה וְרוּחַ הַבְּהֵמָה הַיֹּרֶדֶת הִיא לְמַטָּה לָאָרֶץ. XII, 7: וְהָרוּחַ תָּשׁוּב אֶל הָאֱלֹהִים אֲשֶׁר נְתָנָהּ. Opp. הֶעָפָר corpus ex pulvere ortum. VIII, 8. Iob. XII, 10: רוּחַ כָּל־בְּשַׂר אִישׁ *anima omnis corporis humani* cf. Num. XVI, 22. Jes. LVII, 16. XLII, 5. אֵין רוּחַ בּוֹ non est (erat) anima in eo, dicitur de mortuis Ez. XXXVII, 8, et inanimatis, ut idolis Jer. X, 14. LI, 17. Hab. II, 19, metaph. de eo qui prae admiratione et stupore paene exanimatus est 1 Reg. X, 5, cf. Ez. II, 2. III, 24. — Inde dicitur חַיֵּי רוּחִי vita animae meae (vita mea) Jes. XXXVIII, 16, חָיְתָה רוּחִי revivisit anima mea Gen. XLV, 27, et שָׁבָה רוּחִי redit anima mea i. e. reficior (fessi enim anima qs. aufugisse videtur) Iud. XV, 19. 1 Sam. XXX, 12. — Iob. VI, 4: *sagittae* אֲשֶׁר חֲמָתָם שֹׁתָה רוּחִי *quarum venenum haurit vita mea.* XVII, 1: רוּחִי חֻבָּלָה *vita mea destructa est.* X, 12. Ps. XXXI, 6. — Poët. רוּחַ אַפֵּינוּ *spiritus narium nostrarum* i. e. *vita nostra* dicitur de rege civibus vita sua cariore, q. d. deliciae nostrae, lux nostra, Thren. IV, 20.

Semel *anima humana* etiam רוּחַ אֱלוֹהַּ appellatur Iob. XXVII, 3, quippe quae a Deo homini inspirata sit Gen. II, 7, et ad eum redeat Ps. CIV, 29. Eccl. XII, 7. Eodem referenda verba Gen. VI, 3: *non in perpetuum humilietur* (vett. intpp. *maneat*) *spiritus meus in homine*, quo de loco v. p. 327 B.

In visionibus propheticis רוּחַ bis dicitur de *vi* quadam *divina et miraculosa*, qua res alias inanimatae moventur. Ez. X, 17: כִּי רוּחַ הַחַיָּה בָּהֶם *nam iis* (rotis solii divini) *inerat anima* quasi *vitalis.* Zach. V, 9: וְרוּחַ בְּכַנְפֵיהֶם. Ad rem cf. Voss mythol. Briefe 1, 20.

3) *animus* i. q. נֶפֶשׁ no. 3. (Arabes distinguunt الروح الانسانى animam humanam s. rationalem, quae etiam الروح الاعظم anima superior dicitur, et الروح الحيوانى animam bestiarum, die thierische Seele. De hac egimus no. 2, de illa hac paragrapho). Est igitur

a) sedes sensuum, affectuum, et animi commotionum varii generis. Prov. XXV, 28: *vir non domans* רוּחוֹ *animum suum* i. e. animi sui affectus. XXIX, 11. Gen. XLI, 8: *agitatus* commotus *est animus eius.* Iob. XIX, 17: רוּחִי זָרָה לְאִשְׁתִּי *animus meus* commotus *molestus est uxori meae.* Eique tribuitur et impatientia (קְצַר רוּחַ q. v.) et patientia (אֶרֶךְ רוּחַ Eccl. VII, 8); et superbia (v. גְּבַהּ רוּחַ Prov. XVI, 18) et animus demissus, quietus (v. קַר, שְׁפַל), it. animus afflictus (רוּחַ נְכֵאָה Prov. XVII, 22, ר׳ נִשְׁבָּרָה Ps. LI, 19. דַּכָּא רוּחַ XXXIV, 19, מֹרַת רוּחַ Gen. XXVI, 35). Dicitur

b) de *sentiendi agendique ratione*, quo sensu alicui tribuitur animus firmus fidusque (רוּחַ נָכוֹן Ps. LI, 12, נֶאֱמַן רוּחַ Prov. XI, 13), animus virilis (ר׳ אִישׁ Prov. XVIII, 14 opp. ר׳ נְכֵאָה), animus novus isque emendatus Ez. XI, 19. XVIII, 31. Passim etiam de *communi* multorum *ingenio et indole* (nostr. Geist eines Volkes, Zeitalters), רוּחַ זְנוּנִים (propensio ad scortationes, Geist der Hurerei) Hos. IV, 12, רוּחַ עִוְעִים Jes. XIX, 14, רוּחַ תַּרְדֵּמָה Jes. XXIX, 10, רוּחַ קִנְאָה Num. V, 14, רוּחַ רָעָה (de inimicitia et discordia) Iud. IX, 23, talisque spiritus (talis indoles) coelitus in homines effundi dicitur Jes. XI, 2. XXXII, 15. Ez. XXXVI, 26. 27. Audacius dictum est hoc Jes. XXVIII, 6: *Jova erit* לְרוּחַ

מִשְׁפָּט לַיּוֹשֵׁב עַל הַמִּשְׁפָּט i. e. spiritu iustitiae indices totos quasi replebit, et 1 Reg. XXII, 22, ubi Spiritus propheticus per prosopopoeiam: *ero spiritus mendacii in ore prophetarum.* Refertur

c) ad *voluntatem* et *consilium.* Ez. I, 12: *ibant* quattuor bestiae אֶל אֲשֶׁר יִהְיֶה שָׁמָּה הָרוּחַ לָלֶכֶת *quo ferebat animus.* Inde הֵעִיר אֶת־רוּחַ פ׳ excitavit animum alic. ad aliquid 1 Par. V, 26. 2 Par. XXI, 16. XXXVI, 22. Esr. I, 1, et sententia haud multum diversa נָתַן רוּחַ בְּפ׳ indidit alicui animum (ad aliquid agendum) 2 Reg. XIX, 7. Jes. XXXVII, 7. נָדְבָה רוּחַ פ׳ impellit aliquem animus Exod. XXXV, 21, unde רוּחַ נְדִיבָה Ps. LI, 14; denique עָלָה עַל רוּחַ i. q. עָלָה עַל לֵב ascendit in animo animumque occupavit (consilium aliquod) Ez. XX, 32. — 1 Par. XXVIII, 12: *exemplar omnium* אֲשֶׁר הָיָה בָרוּחַ עִמּוֹ *quae animo secum ferebat.* Denique

d) refertur ad *intellectum.* רוּחַ חָכְמָה Ex. XXVIII, 3. Deut. XXXIV, 9 (cf. Num. XXVII, 18, ubi simpl. רוּחַ). רוּחַ חָכְמָה וּבִינָה Jes. XI, 2. תֹּעֵי רוּחַ Jes. XXIX, 24. XL, 13: מִי תִכֵּן אֶת־רוּחַ יְיָ.

Absol. רוּחַ est aa) *animus fortis* (cf. litt. b), nostr. Muth. Num. XXVII, 18: אִישׁ אֲשֶׁר רוּחַ בּוֹ. Jos. II, 11. V, 1. Hab. I, 11. — bb) *ingenium* (Geist, Genie), idque divinitus homini datum et quasi inspiratum, quo quis et sapit et eloquens fit. Iob. XXXII, 8: אָכֵן רוּחַ הִיא בֶאֱנוֹשׁ *verum enim vero ingenium, hoc* est in *homine* sc. quod eum sapientem reddat, parall. וְנִשְׁמַת שַׁדַּי תְּבִינֵם. Comm. 18: הֱצִיקַתְנִי רוּחַ בִּטְנִי, parall. מָלֵאתִי מִלִּים. XX, 3: וְרוּחַ מִבִּינָתִי יַעֲנֵנִי *sed ingenium* meum *responsum suggeret.* Jes. XIX, 3: *effundam spiritum Aegyptiorum* i. e. eos consilii expertes faciam, parall. עֲצָתוֹ אֲבַלֵּעַ.

4) רוּחַ אֱלֹהִים, רוּחַ יְהוָֹה, poët. רוּחַ אֵל Iob. XXXIII, 4, רוּחַ אֱלוֹהַּ XXVII, 3, *spiritus Dei, spiritus Jovae,* raro רוּחַ קָדְשׁ יְיָ *spiritus sanctus Jovae* (ubique c. suff. Ps. LI, 13. Jes. LXIII, 10. 11, nunquam, ut in N. T., absol. *spiritus sanctus*), *spiritus bonus Jovae* (Neh. IX, 20 cf. Ps. CXLIII, 10) et κατ' ἐξοχήν הָרוּחַ Hos. IX, 7 i. e. vis divina, quae venti halitusque instar cerni quidem nequit, sed omnem rerum universitatem penetrat (Ps. CXXXIX, 2), animat et vita replet (ζωοποιεῖ) Gen. I, 2 (ἐνεργεία ποιητική, ζωητική Euseb. ܪܘܚܐ ܚܝܐ ܡܚܝܢܝܬܐ Ephr., male alii: ventus Dei Onk. Jon. ريح الله Saad. Ar. Erp.). Iob. XXVI, 13: בְּרוּחוֹ שָׁמַיִם שִׁפְרָה *spiritu eius coelum est splendor,* parall. יָדוֹ: quae max. homines aliaque animantia implet Iob. XXVII, 3: כָּל־עוֹד .... רוּחַ אֱלוֹהַּ בְּאַפִּי i. e. dum vivo (cf. Gen. II, 7). XXXIII, 4: רוּחַ אֵל עָשָׂתְנִי וְנִשְׁמַת שַׁדַּי תְּחַיֵּנִי. Ps. CIV, 29. 30 [Jes. XXXIV, 16. Ps. XXXIII, 8, ubi *spiritus oris* poët. dicitur pro *verbo, iussu* Dei, in hunc censum non veniunt]: qua Deus mundum (Jes. XL, 13) hominesque ducit, regit, et tuetur (Jes. LXIII, 14: *sicut pecus descendit in vallem* רוּחַ יְיָ תְּנִיחֶנּוּ ita *spiritus Jovae duxit eum* Israëlem *ad quietem.* Comm. 11. Neh. IX, 20: *spiritum tuum bonum dedisti* populo in deserto לְהַשְׂכִּילָם *ad eos erudiendos.* Hagg. II, 5: *spiritus meus manet in medio vestrum,* ne timeatis), maxime in via virtutis et sanctimoniae. Ps. LI, 13: רוּחַ קָדְשְׁךָ אַל תִּקַּח מִמֶּנִּי. CXLIII, 10: *doce me exsequi voluntatem tuam,* ...... *spiritus tuus bonus ducat me in semita recta.* (De vi divina res humanas moderante voce nostra utuntur etiam Poeni, Plaut. Poen. 5, 1, 4, ubi optatur, ut nepos deperditus reperiatur *birua rob syllohom alonim* ברוח רב שלהם עליונים *spiritu potente* i. e. vi potente *Superorum,* v. monn. Phoen. pag. 371). De vi divina iudicante et puniente dicitur Jes. IV, 4: *ubi abluerit Dominus sordes filiarum Sionis* .... בְּרוּחַ מִשְׁפָּט וּבְרוּחַ בָּעֵר *spiritu iudicii et spiritu exstirpandi* i. e. iudicans et puniens vi sua divina.

Imprimis autem V. T. scriptores a spiritu Dei repetunt singulares ingenii dotes (cf. no. 3, d, et bb), velut artificis Exod. XXXI, 3. XXXV, 31 (cf. רוּחַ חָכְמָה XXVIII, 3), somniorum interpretis Gen. XLI, 38 cf. XL, 8. XLI, 16, max. prophetae Num. XXIV, 2. 1 Sam. X, 6. 10. 2 Sam. XXIII, 2. Jes. XLII, 1. LXI, 1. Mich. III, 8. Neh. IX, 30. Zach. VII, 12 (unde propheta κατ' ἐξοχήν appellatur אִישׁ הָרוּחַ Alex. ἄνθρωπος πνευματόφορος Hos. IX, 7), it. fortitudinem bellicam Iud. III, 10. VI, 34. XI, 29. XIII, 25. 1 Sam. XI, 6. 1 Par. XII, 18, regiasve virtutes (tum sapientiam et pietatem, tum fortitudinem bellicam) Jes. XI, 2, de spiritu cum hominibus communicato eos invadente et agitante his formulis usi: ר׳ א׳ עָבַר עַל Num. V, 14; ר׳ א׳ צָלְחָה עַל Iud. XIV, 6. 19. XV, 14, אֶל 1 Sam. XVI, 13; ר׳ א׳ לָבְשָׁה sq. acc. Iud. VI, 34, et sic ר׳ מִלֵּאָה (v. מָלֵא), פִּעֵמָה Iud. XIII, 25; it. הָיְתָה ר׳ א׳ עַל Num. XXIV, 2. Iud. III, 10. XI, 29. 1 Sam. XIX, 23 (omisso verbo Jes. LXI, 1), נָחָה עַל Num. XI, 25. 26. Jes. XI, 1 (cf. in N. T. μένειν Joh. I, 33. XIV, 16. 17). Hunc autem spiritum aliis concedi (1 Sam. XVI, 13), aliis adimi (Comm. 14), aliis semel et ad tempus dari (1 Sam. X, 6. XIX, 20 sqq.), ab uno ad alterum transferri (Num. XI, 17. 1 Reg. XXII, 24. 2 Reg. II, 15), aurea aetate omnibus hominibus concessum iri docent Joël III, 1. Jes. LIX, 21. (De *spiritu divino,* quo agitati vates oracula fundant, πνεῦμα μαντικόν, ἐνθουσιαστικόν, δύναμις πνεύματος, etiam scriptores Graeci et Romani multi sunt, v. Plato in Phaedro et in Ione, Arist. de mundo c. 4. Cic. de divin. 1, 50. Liv. 5, 15. Senec. ep. 27. Virg. Aen. 6, 47 sqq. Lucan. Pharsal. 5, 83. 84. Et Quintus quidem apud Cic. l. c. eum repetit ab anhelitu quodam terrarum, quo mentes vatum, ut Pythiae, inflatae vaticinia fundant).

Quandoquidem autem V. T. scriptores (certe plurimi, iique antiquiores) non solum beneficia, sed etiam mala coelitus immissa Deo tribuunt, *spiritui* divino *bono* (v. supra) opponitur etiam *spiritus Dei malus* (רוּחַ אֱלֹהִים רָעָה), qui, ubi Saulum occupavit, eum morosum reddit et furibundum (1 Sam. XVI, 14. 15. 16. 23. XVIII, 10); it. *spiritus immunditiei* (רוּחַ הַטֻּמְאָה) i. e. spiritus mendax et fallax, qui prophetas mendaces inspirat Zach. XIII, 2 cf. 1 Reg. XXII, 21 sqq. (v. infra).

Spiritui divino s. vi divinae passim opponitur *vis humana et terrestris* (כֹּחַ, בָּשָׂר). Jes. XXXI, 3: *Aegyptii homines* sunt, *non dii*, וְסוּסֵיהֶם בָּשָׂר וְלֹא רוּחַ *equi eorum caro, non spiritus* sc. divinus, i. e. fragiles et caduci sunt, ut omnia terrestria. Zach. IV, 6: לֹא בְחַיִל וְלֹא בְכֹחַ כִּי אִם בְּרוּחִי *non vi et potestate* humana, sed *spiritu meo*. Etiam Gen. VI, 3 sibi opponuntur רוּחַ יְי particula aurae divinioris, quae in homine est, et בָּשָׂר caro i. e. natura terrestris atque fragilis. Cf. 2 Cor. X, 4: τὰ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ κ.τ.λ.

Not. Fuerunt, qui רוּחַ, pariter atque nostr. *Geist*, etiam de *natura* s. *anima* dici existimarent, *quae corpore careat* (von einem körperlosen Wesen), idque verbis Iobi IV, 15 adhiberent (spiritus s. δαίμων transibat me): sed nulla probabilitate. Contra locus exstat singularis 1 Reg. XXII, 21 sqq. 2 Par. XVIII, 20 sqq., ubi הָרוּחַ per prosopopoeiam quandam dicitur de Spiritu prophetico, qui in exercitu coelesti comparet, cuiusque est, prophetas ad vaticinia (non solum vera, sed etiam *falsa*) edenda concitare. Ita enim Michaeas propheta 19: *Vidi Jovam sedentem in solio suo exercitu coelesti stipatum a dextra et sinistra.* 20: *Quis pelliciet, inquit, Ahabum, ut ascendat et cadat in Ramoth? Et alio aliud dicente* 21: *prodiit Spiritus* (הָרוּחַ) *et stetit coram Jova et dixit: ego eum pelliciam. Et dixit Jova: per quem?* 22: *Egrediar, inquit, et ero spiritus mendacii* (רוּחַ שֶׁקֶר) *in ore omnium prophetarum. Tunc ille: pellicies eum, succedet tibi, age, perfice.* 23: *En igitur Jova spiritum mendacii indidit in ora prophetarum* (נָתַן רוּחַ שֶׁקֶר בְּפִי) cet. Cf. similem prosopopoeiam sapientiae divinae Prov. VIII, 22, ad spiritum mendacii cf. Zach. XIII, 2.

רוּחַ chald. i. q. hebr. 1) *ventus* Dan. II, 35, pl. VII, 2. — 2) *animus* ib. V, 20. VII, 15. — 3) *spiritus* divinus (in homine) IV, 5. 6. 15. V, 14. רוּחַ יַתִּירָא i. q. ingenium eximium V, 12. VI, 4.

רֵיחַ m. *odor*, quem res exhalat, emittit Gen. XXVII, 27. Cant. I, 12. II, 13. IV, 10. 11. VII, 14. Hos. XIV, 7. Jer. XLVIII, 11. רֵיחַ אַפֵּךְ Cant. VII, 9. Persaepe in locutione: רֵיחַ נִיחֹחַ, v. rad. נוּחַ. Metaph. Iob. XIV, 9: מֵרֵיחַ מַיִם יַפְרִחַ *odore aquae germinat* arbor i. e. ubi vix olfecit s. leviter tetigit aquam, cf. Iud. XVI, 9.

רֵיחַ chald. id. Dan. III, 27 (cf. Iob. XIV, 9).

רַחַת f. *ventilabrum*, *vannus* Jes. XXX, 24.

יְרִיחוֹ Jos. II, 1—3. III, 16. IV, 13. 19 et semper in hoc libro, 2 Reg. II, 4 sqq., יְרֵחוֹ Num. XXII, 1. XXVI, 3. 63. XXXI, 12. XXXIII, 48. XXXIV, 15. XXXVI, 13. Deut. XXXII, 49. XXXIV, 1. 3. 2 Sam. X, 5. 1 Par. XIX, 5. 2 Reg. XXV, 5. Neh. III, 2, semel יְרִיחֹה 1 Reg. XVI, 34 (regio fragrans, a deriv. fut. יָרִיחַ, addito וֹ, ה pro וֹן) n. pr., *Jericho*, nobile Palaestinae oppidum in vicinia Jordanis et maris mortui, intra fines Benjaminitarum (Jos. XVIII, 21), in regione fertilissima (ἐν θείῳ χωρίῳ Jos.) sita, quae palmis (unde etiam עִיר הַתְּמָרִים appellata est v. p. 1006 A), rosetis, balsametis et melle abundabat (Sir. XXIV, 18. Justin. 36, 3. Jos. Ant. 4, 6 §. 1. 14, 4 §. 1. 15, 4 §. 2. b. j. 1, 6 §. 6) gr. Ἱεριχώ Alex., Ἱεριχοῦς Jos., Ἱερικοῦς Strab. 16, 2 §. 41, arab. ريحا, ريحى et أريحا Abulf. p. 236 Par. Edrisi 1, 339 Jaub., hodieque *Rieha*, v. Buckingham trav. p. 301. Robinson Palaest. II, 516 sqq. De situ eius Strabo l. c. Ἱερικοῦς ἐστὶ πεδίον κύκλῳ περιεχόμενον ὀρεινῇ τινι, καί που καὶ θεατροειδῶς πρὸς αὐτὸ κεκλιμένῃ· ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ φοινίκων μεμιγμένην ἔχων καὶ ἄλλην ὕλην ἥμερον καὶ εὔκαρπον, πλεονάζον δὲ τῷ φοίνικι, ἐπὶ μῆκος σταδίων ἑκατόν, διάῤῥυτος ἅπας καὶ μεστὸς κατοικιῶν· ἐστὶ δ' αὐτοῦ ... καὶ ὁ τοῦ βαλσαμοῦ παράδεισος κ.τ.λ. Vide Relandi Palaest. 383 et 829 sqq. Lightfoot hor. hebr. p. 85 sqq.

רוּם fut. יָרוּם apoc. יָרֹם, conv. וַיָּרָם, semel (crescendi significatu) וַיָּרֻם Ex. XVI, 20, 1) *efferre se in altum*, *elevare se*. (Chald. zab. id. Syr. Aph. sustulit. Sam. ࠓࠅࠌ altus fuit, it. ascendit Gen. XXXIX, 4, sq. עַל coivit XXXI, 10. Finitimae radd. sunt רָמַם, אָרַם, עָרַם, הָרַם, copt. ϫⲉⲙ altum esse. Potestatis transitivae vestigium esse videtur in n. pr. יְהוֹרָם quem *Jova sustulit*). De animatis et inanimatis. Gen. VII, 17 de arca Noae: וַתָּרָם מֵעַל הָאָרֶץ. Ez. X, 4: וַיָּרָם כְּבוֹד יְיָ מֵעַל הַכְּרוּב. 16, inde *surgere* Jes. XXX, 18 (v. infra no. 3). Prov. XI, 11: *benedictione proborum* בְּבִרְכַּת תָּרוּם *surgit urbs* in altum, opp. תֵּהָרֵס; *crescere* Ex. XVI, 20: וַיָּרֻם תּוֹלָעִים *et creverunt vermes*, ubi male nonnulli יָרֻם retulerunt ad רָמַם denom. a רִמָּה. Metaph. a) רָם לֵב animus effert se superbius Deut. VIII, 14. XVII, 20. Hos. XIII, 6. Dan. XI, 12; רָמוּ עֵינַיִם oculi efferunt se (fastuose) Ps. CXXXI, 1. Prov. XXX, 13. — b) *efferre se* i. e. potentem se praebere. Ps. XXI, 14: רוּמָה יְיָ בְעֻזֶּךָ *effer te* potentem te praebe in auxilio mihi ferendo *in robore tuo*. LVII, 6: רוּמָה עַל הַשָּׁמַיִם. 12, sq. עַל XIII, 3 cf. 5. — c) *efferre se laudibus* (sich rühmen) Ps. LXXXIX, 17.

2) *exaltari* (erhöht, erhoben werden) Jes. LII, 13, de via quae *munitur* Jes. XLIX, 11 (cf. סָלַל, מְסִלָּה), metaph. *laudibus extolli* Ps. XVIII, 47, *potentem fieri* Num. XXIV, 7. Ps. CXL, 9. Tribuitur manui Deut. XXXII, 27. Ps. LXXXIX, 14, capiti XXVII, 6, cornu 1 Sam. II, 1. Ps. LXXXIX, 18. 25. CXII, 9 (cf. קֶרֶן p. 1238 B).

3) *exaltatum*, *altum esse* (hoch, erhaben seyn). Iob. XXII, 12, metaph. de his qui potentia et gloria eminent super alios. Mich. V, 8: תָּרֹם יָדְךָ עַל צָרֶיךָ. Ps. XLVI, 11. Addunt *altum esse* dici pro *remotum esse*, *procul abesse*, certe de Deo et auxilio divino, quod ubi in alto manet procul est ab hominibus (coll. מָרוֹם Ps. X,

5) *), idque adhibent verbis Jes. XXX, 18: וְלָכֵן יְחַכֶּה יְהוָה לַחֲנַנְכֶם וְלָכֵן יָרוּם לְרַחֶמְכֶם ubi Raschi ירום explicat יתרחק, in hanc sententiam: *ideoque exspectabit Jova* i. e. poenam differet *ut vobis* denuo *propitius sit*, *et procul aberit* a supplicio sumendo *ut misericordia erga vos utatur*. Sed quis non videt, ista durissima esse atque a linguae indole aliena, et verba יְחַכֶּה et יָרוּם cum gerundiis sequentibus arcte iungenda esse? Itaque רום sq. gerundio non potest non significare: *efferre se*, *surgere ad* aliquid faciendum, adiuncta desiderii notione (ad quam prope accedit arab. رام quaesivit, expetivit, voluit cf. diss. Lugdd. p. 1084, et נָשָׂא נֶפֶשׁ v. נָשָׂא 1, g), ut חִכָּה sq. gerundio est: *exspectat* (er schaut darnach aus) i. e. desiderat aliquid facere (cf. Iob. III, 21, ubi LXX optime reddunt: ἱμείρομαι). Redde igitur: *sed tunc* (ad לָכֵן v. append. v. כֵּן) i. e. si paucissimae tantum populi reliquiae supersunt *exspectat* (er schaut darnach aus) vobis propitius esse i. e. spectat, animo intendit, id agit ut vobis propitius sit, *et tunc surgit*, *ut misericordia erga vos utatur*, quod cum sequentibus egregie convenit. Quam ipsam ob causam non est quod scriptura sollicitetur, ut nuper fecit Ewaldus (Propheten I, p. 271), qui pro ירום coniicit ידום, ut congruat scilicet cum יְחַכֶּה male intellecto.

Part. רָם f. רָמָה 1) *sublatus*, *elatus* v. c. de manu Dei minace Jes. XXVI, 11. בְּיָד רָמָה manu elata, sublata, h. e. palam, proterve et ferociter Ex. XIV, 8. Num. XXXIII, 3, cf. XV, 30 (ubi opponitur בִּשְׁגָגָה Comm. 29) et זְרוֹעַ רָמָה Iob. XXXVIII, 15. — 2) *altus*, *excelsus*, de monte, arbore Deut. XII, 2. Jes. II, 13. 14. Ez. VI, 13. XVII, 22. XX, 28. XXXIV, 6, de solio Jes. VI, 1, de homine staturae longae et procerae Deut. I, 28. II, 10. 21. IX, 2 cf. Jes. X, 33, de Deo in alto habitante Ps. CXIII, 4. CXXXVIII, 6. Pl. רָמִים excelsa coeli Iob. XXI, 22. Ps. LXXVIII, 69. Metaph. a) de alta voce Deut. XXVII, 14. b) *potens*, unde יָד רָמָה manus potens Deut. XXXII, 27. (Sam. רם potens, ferox, v. Carm. sam. 5, 7). c) עֵינַיִם רָמוֹת oculi superbi Ps. XVIII, 28. Prov. VI, 17. (Sin. *ūn-gāo* oculis altus, de superbo). d) *arduus* intellectu Prov. XXIV, 7 (ubi more arabico scriptum est רָאמוֹת. Cf. שָׂגַב).

Niph. v. רָמַם.

Pil. רוֹמֵם *altum fecit*, *elevavit* Ps. CVII, 25, inde *exstruxit* domum Esr. IX, 9, *crescere fecit* (aqua plantam) Ez. XXXI, 4, *educavit* liberos Jes. I, 2. XXIII, 4. Metaph. a) in loco alto et tuto collocavit aliquem, *tutum praestitit* (v. הִשְׂגִּיב) Ps. XXVII, 5, sq. מִן Ps. XVIII, 49. IX, 14. b) *extulit*, *sublevavit* (jemanden heben) 1 Sam. II, 7. Ps. XXXVII, 34. CXVIII, 16. Prov. IV, 8. XIV, 34. Iob. XVII, 4. c) *extulit laudibus*, *celebravit* Ex. XV, 2, Ps. XXX, 2. XXXIV, 4. XCIX, 5. 9. CVII, 32. CXVIII, 28. CXLV, 1. Jes. XXV, 1. — Pass. רוֹמַם exaltatus est Ps. LXXV, 11. Part. excelsus Neh. IX, 5.

Hiph. הֵרִים inf. הָרִים, imp. הָרֵם, sq. voce monosyll. הָרֶם לָךְ (Milel) 2 Reg. VI, 7 1) a) *altum fecit* v. c. solium Jes. XIV, 13, nidum Iob. XXXIX, 27, *exaltavit* aliquem, erhöhen (opp. הִשְׁפִּיל) Ps. LXXV, 8, *evexit* aliquem ex humilitate, ex plebe (sq. מִן) 1 Reg. XIV, 7. XVI, 2. Ps. LXXXIX, 20 cf. 1 Sam. II, 8. Ps. CXIII, 7 (nostr. aus dem Staube erheben). Dicunt etiam: *evexit caput* alic. Ps. III, 4, *dextram* alic. Ps. LXXXIX, 43, *cornu* alic. i. e. robur et potentiam eius auxit 1 Sam. II, 10. Ps. LXXXIX, 18 Cheth. XCII, 11. CXLVIII, 14, sed הֵרִים קַרְנוֹ *sustulit cornu suum* i. e. superbivit Ps. LXXV, 6. — b) *erexit*, velut cippum Gen. XXXI, 45, vexillum Jes. XLIX, 22. LXII, 10.

2) *sustulit* (aufheben), velut rem humi iacentem 2 Reg. II, 13, baculum Ex. XIV, 16. Jes. X, 15, et sq. בְּ baculi (v. gr. §. 135, 1 not. 3) Ex. VII, 20. Spec. dicunt: a) *sustulit manum* vel *dextram* Ex. XVII, 11. Num. XX, 11, quod iurantis est (sq. אֶל יָד) Gen. XIV, 22. Dan. XII, 7 et vim inferentis, sq. בְּ 1 Reg. XI, 26. 27. Cf. נָשָׂא יָד. — b) *sustulit pedes* ad eundum Ps. LXXIV, 3, sed *tollere manum pedemve* est: quocunque modo se movere, aliquid agere, quidquid sit Gen. XLI, 44. — c) *sustulit faciem*, sq. אֶל ad aliquem Esr. IX, 6 i. e. eum libere intuitus est, it. *sustulit caput* suum, de eo qui potu refectus novos spiritus sumit Ps. CX, 7. — d) הֵרִים קוֹל *sustulit vocem* s. clamorem Gen. XXXIX, 15. 18. Jes. XL, 9. LVIII, 1, addito בִּתְרוּעָה Esr. III, 12. Ez. XXI, 27, sq. לְ acclamavit alicui Jes. XIII, 2. Iob. XXXVIII, 34, sq. עַל sustulit clamorem contra aliquem 2 Reg. XIX, 22. Jes. XXXVII, 23. Dicitur etiam de his qui tuba canebant 2 Par. V, 13: כְּהָרִים קוֹל בַּחֲצֹצְרוֹת *quum vocem tollerent tubis* i. e. quum tubis clangerent, quod concisius dicunt: הָרִים קֶרֶן sustulit tubam i. e. vocem tubae. 1 Par. XXV, 5, ut recte Targ. Dicitur etiam הָרִים בְּקוֹל (ut supra הָרִים בַּמַּטֶּה) 1 Par. XV, 16. — e) exegit tributum (eine Abgabe erheben) Num. XXXI, 28.

3) *obtulit*, velut cibos in mensa (auftragen) 1 Sam. IX, 24, *obtulit* munera (תְּרוּמָה) Jovae, templo et sacerdotibus Ex. XXXV, 24. Num. XV, 19 sqq. XVIII, 29. XXXI, 52. Esr. VIII, 25. Ez. XLV, 1. 13, largitiones publicas 2 Par. XXX, 24. XXXV, 7—9. — Prov. XIV, 29: קְצַר רוּחַ מֵרִים אִוֶּלֶת *impatiens offert* in medium profert *stultitiam*.

4) *abstulit* (wegnehmen), pr. si tollendo fit (wegheben) v. c. saxum Jos. IV, 5. Jes. LVII, 14 (sq. מִן),

---

*) Quae observat Alb. Schult. (Opp. min. p. 275), ut *alti* significatum ad *remoti* potestatem referri doceat, ab h. l. aliena sunt. Nam رغ V. est *superbus fuit*, sq. عن superbior fuit, quam ut vellet (principibus servire) Abulph. p. 354, et sic تشامخ vit. Tim. 48 non aliud est quam *superbia*.

dein simpl. Lev. II, 9: וְהֵרִים הַכֹּהֵן מִן הַמִּנְחָה אֶת אַזְכָּרָתָהּ *et auferat sacerdos de ferto* sacrificium *memoriale.* IV, 8. VI, 8. (Winerus Realw. II, 553 ll. cc. הֵרִים male refert ad *ritum* elevationis, opp. הֵנִיף cf. Bähr Symb. II, 356. 357 et infra s. תְּרוּמָה). Num. XVII, 2. XVIII, 30. 32. הָרֵם לָךְ aufer tibi 2 Reg. VI, 7. — Ezech. XXI, 31: הָרִים הָעֲטָרָה auferendo coronam. Dan. VIII, 11 Chethibh. — Prov. III, 35: כְּסִילִים מֵרִים קָלוֹן *stulti auferunt* (tragen davon, reportant) *ignominiam.* Ita Targ. et Pesch. Parall. יִנְחָלוּ.

Hoph. הוּרַם pass. no. 3. Exod. XXIX, 27, no. 4. Lev. IV, 10. Dan. VIII, 11 Keri.

Hithpal. הִתְרוֹמֵם *extulit se, surrexit* Jes. XXXIII, 10 (ubi אֲרוֹמָם pro אֶתְרוֹמָם), it. *extulit se* (fastuose) Dan. XI, 36.

רוּם chald. id. Praet. pass. רִם *extulit se* (cor) Dan. V, 20.

Pal. רוֹמֵם *laudibus extulit, celebravit* Dan. IV, 34. Pass. *surrexit*, sq. עַל contra al. Dan. V, 23.

Aph. extulit, exaltavit Dan. V, 19.

רוּם m. 1) *altitudo* Prov. XXV, 3. — 2) *elatio.* רוּם עֵינַיִם Prov. XXI, 4. Jes. X, 12, ר׳ לֵב Jer. XLVIII, 29, et simpl. רוּם Jes. II, 11. 17 elatio animi, fastus.

רוּם chald. *altitudo* Dan. III, 1. IV, 17. Esr. VI, 3.

רוֹם i. q. רוּם *altum*, inde acc. *in altum* Hab. III, 10.

רוּמָה (excelsum) n. pr. loci 2 Reg. XXIII, 36, fortasse eiusdem quod אֲרוּמָה appellatur Jud. IX, 41, et prope Neapolin fuisse videtur.

רוֹמָה f. *elatio*, adv. collo elato, erecto. Mich. II, 3.

רוֹמָם m. *elatio, celebratio* Ps. LXVI, 17. Pl. cstr. רוֹמְמוֹת Ps. CXLIX, 6.

רוֹמֵמוּת f. pr. inf. Pal. (more Syrorum) *elatio.* Jes. XXXIII, 3: מֵרוֹמְמֻתֶךָ נָפְצוּ גוֹיִם *ubi effers te, fugiunt gentes.*

רָם 1) part. et adj. *altus*, v. rad. in Kal.

2) n. pr. a) familiae gentisve Busitarum in Arabia deserta Iob. XXXII, 2, nonnullis eiusdem atque אֲרָם Gen. XXII, 21, it. aliorum virorum, ut b) Ruth IV, 19. 1 Par. II, 9, pro quo Ἀράμ Mt. I, 3. Luc. III, 33. c) 1 Par. II, 25. 27.

רָמָה f. (Kamez impurum) cstr. רָמַת 1) *locus editus* 1 Sam. XXII, 6, max. idolorum cultui consecratus Ez. XVI, 24. 25. 39. Cf. בָּמָה.

2) n. pr. a) הָרָמָה (ita c. art. ubique, praeter Neh. XI, 33, בָּרָמָה Jer. XXXI, 15) oppidum Benjaminitarum (Jos. XVIII, 25), in vicinia Gebae, Gibeae et Gibeonis Iud. XIX, 13. Jes. X, 29. Hos. V, 8. Esr. II, 26. Neh. VII, 30. XI, 33, in via quae ab Hierosolymis Bethelem ducebat (Iud. IV, 5), prope utriusque regni confinia (1 Reg. XV, 17. 21. 22) siti. Jer. XXXI, 15. XL, 1. Hieronymus: „Rama in tribu Benjamin civitas Saulis in sexto miliario ab Aelia ad septentrionalem plagam contra Bethel. Meminit et huius Hieremias". Hoc ipso autem loco in monte cono simili est vicus *er-Ram* (الرام), inter Geba (Gibeam Sauli) et Gib (Gibeonem V. T.) situs, ab occidente Gibeae situs, 5 mill. angl. (i. e. 6 rom.) ab Hierosolymis distans. V. Robins. Palaest. II, 321. 326 ibique mappam geogr. regiones Hierosolymae vicinas adumbrantem. Josephus (Arch. 8, 12 §. 3. 4) urbem Ῥαμαθῶνα appellat (רָמָתוֹן) et quadraginta stadiis ab Hierosolymis abesse tradit.

b) *Rama*, quam *Ramam Samuelis* dicas, in qua hic vates habitabat et sepultus est 1 Sam. I, 19. II, 11. VII, 17. VIII, 4. XV, 34. XVI, 13. XIX, 18. 19. 22. 23. XXV, 1. XXVIII, 3, quibus locis cunctis רָמָה articulo munitum est, sive c. He loc. הָרָמָתָה, sive c. בְּ praef. בָּרָמָה XIX, 19. 23. XXV, 1. XXVIII, 3. Eadem creditur atque הָרָמָתַיִם צוֹפִים in montanis Ephraimi 1 Sam. I, 1 cf. 19, verum hoc incertum, nam oppidum natale Elkanae I, 1 potest aliud fuisse atque habitatio eius comm. 19. De situ *huius* Ramae non satis constat et certa de ea traditio mature periisse videtur. Magna igitur iam inde ab Eusebio et Hieronymo diversitas opinionum, quas in brevi conspectu ponere placet.

Alii enim α) Ramam Samuelis eandem esse volunt atque Ramam Sauli prope Gibeam (Pococke II, p. 71. 72, Bachiene 1, 155, et nuper Raumer Palaest. 146, adeoque Winer. Realw. h. v.): quod nemo profecto in posterum faciet, qui narrationem 1 Sam. IX, 10 perlegerit et reputaverit, Ramam Benjaminiticam a Gibea Sauli vix dimidiae horae spatio distare, contra e Rama Samuelis Gibeam redeuntes praeter alia loca sepulcrum Rahelis (inter Hieros. et Bethlehem) transire 1 Sam. X, 2. — β) Eusebius et Hieronymus Ramam Sam. eandem faciunt atque *Ramathaim Zophim* 1 Sam. I, 1 et *Arimathiam* N. T., Josephi Arimathiensis patriam, et prope Lyddam collocant, v. Hier. v. *Armatha Sophim.* Sunt propterea, qui Ramam eundem locum existiment, qui Arabibus رملة, *Ramla*, ab occidente Lyddae (v. Abulf. p. 240. Par. Edrisi I, 339). Aliam opinionem sequebantur γ) qui Ramam ponebant ubi nunc *Neby Samwîl*, duarum fere horarum spatio a Gibea, inter occidentem et austrum (S. W.) v. Robinson II, 356 sqq. Faciebant ita monachi inde ab expeditionibus cruciatis, ii ipsi qui Samuelis nomen imponebant isti loco, qui ab aliis etiam Rama, ab aliis denique Silo appellatur. Utrosque nuper confutavit Robinson, qui δ) *Rama* et *Ramathaim-Zophim* ibi collocat, ubi nunc *Sôba*, 5 mill. angl. ab Hierosolymis mare versus, Palaest. II, 583—88, in hodierno Sôba vestigium veteris צֹפִים et צוּף 1 Sam. IX, 5 superesse suspicatus. Eadem fere Cotovici sententia erat, sed idem locus 1 Sam. X, 2, qui duabus praecedentibus, etiam huic sententiae obstat. Nisi igitur illam de sepulcro Rahelis notitiam

prorsus negligere velis, nihil superest, quam ut ε) Rama Samuelis ibi quaeratur, ubi et ipsa a nonnullis Palaestinae Christianis ponitur, in vicinia Bethlehemi et ab oriente sepulcri Rahelis (v. Prokesch p. 110. Salzbacher itin. II, 164) cf. Euseb. ἔστι δὲ καὶ Ῥαμὰ τοῦ Βενιαμὶν περὶ τὴν Βηθλεέμ, ἔνθά, φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη [Mt. II, 18]. Ibi, trium horarum spatio ab Hierosolymis, est mons *Gebel* فريديس dictus, *Herodium* veterum (Robins. II, 392), ita situs, ut, si ibi Ramam ponas, in descriptione itineris 1 Sam. IX. X nihil desideres. Occurrent quidem nonnulli, hunc locum, quippe qui manifesto in montanis Judae situs sit, ad montanum Ephraimi referri non posse 1 Sam. I, 1: sed iam supra observavimus, *Ramathaim Sophim* in montibus Ephr. poni, non *Ramam*, quam eandem fuisse cum illa sine idoneis argumentis sumitur. Ad Ramam autem Bethlehemiticam retulerim etiam locum Talm. Gem. Schabb. fol. 26, 1, ubi balsamum provenisse scribunt מעין גדי ועד רמתא *ab Engedi ad Ramtha*. Hortos enim balsamiferos in regionibus mari mortuo vicinis fuisse aliunde constat. — Idem nomen gessit

c) oppidum Naphtalitarum Jos. XIX, 36, fortasse idem memoratur Comm. 29, quanquam Cyrillus et Eusebius utrumque diversum fuisse statuunt, v. Reland. p. 963.

d) oppidum Gileaditidis 2 Reg. VIII, 29, plene רָמַת הַמִּצְפֶּה Jos. XIII, 26.

e) רָמַת לְחִי v. לְחִי no. 3 (pag. 752).

N. gent. רָמָתִי 1 Par. XXVII, 27.

רָמָתַיִם צוֹפִים n. pr. oppidi in montanis Ephraimi 1 Sam. I, 1, de cuius situ v. s. v. רָמָה no. 2, b.

רָמוֹת (excelsa) n. pr. 1) oppidi Gileaditidis alibi רָאמוֹת dicti (p. 1240) Jos. XXI, 36. 1 Reg. IV, 13. — 2) רָמוֹת נֶגֶב i. q. רָאמַת נֶגֶב (q. v.) 1 Sam. XXX, 27.

רָמוּת ἅπ. λεγόμ. Ez. XXXII, 5, ubi רָמוּתֶךָ explicant: *acervus tuus* i. e. acervus cadaverum tuorum. Parall. בְּשָׂרֶךָ. Sed malim c. J. D. Michaëli scribere רִמּוּתֶךָ vel (quum plur. alibi non reperiatur) רִמָּתֶךָ *vermes tui*. Pesch. putredo tua.

רֶמֶת (locus editus i. q. רָמָה) n. pr. oppidi Issacharitarum Jos. XIX, 21.

רֹמַמְתִּי עֶזֶר (cuius auxilium evexi) n. pr. viri 1 Par. XXV, 4. 31.

מָרוֹם m. 1) *altitudo* v. c. montis, collis Jes. XXXVII, 24. Jer. XLIX, 16, concr. *altum, excelsum, sublime*. In genit. postpositum הַר מְרוֹם יִשְׂרָאֵל mons altus Israëlis, de Zione Ez. XVII, 23. XX, 40. XXXIV, 14. בַּמָּרוֹם *in altum* Iob. XXXIX, 18, et מָרוֹם in acc. id. Jes. XXXVII, 23: וַתִּשָּׂא מָרוֹם עֵינֶיךָ *et tollis in altum oculos tuos*. Concr. *excelsus* (de Deo) Ps. XCII, 9, et coll. *supremi, principes* Jes. XXIV, 4: מְרוֹם עַם הָאָרֶץ. Poët. *sublime* etiam dicitur de *re longe remota*. Ps. X, 5: מָרוֹם מִשְׁפָּטֶיךָ מִנֶּגְדּוֹ *remota sunt iudicia tua ab eo*.

2) *locus altus, editus* Hab. II, 9, מְרוֹמֵי קָרֶת loca edita urbis Prov. IX, 3. 14, מְרוֹמֵי שָׂדֶה Iud. V, 18, acc. in loco edito Jes. XXII, 16, spec. de coelo (Himmelshöhe, aeth. ኣርያም: coelum) Ps. XVIII, 17. LXXI, 19. XCIII, 4. CXLIV, 7. Jes. XXIV, 18. 21. XXXII, 15. XXXIII, 5. XXXVIII, 14. XL, 26 (ubi est acc. in coelum). LVII, 15. LVIII, 4. Jer. XXV, 30. Thren. I, 13 (plenius מְרוֹם קָדְשׁוֹ Ps. CII, 20), de alta sede (de tribunali) Jovae in Zione Ps. VII, 8, de arce inaccessa Jes. XXVI, 5. Translate Ps. LXXIII, 8: מִמָּרוֹם יְדַבֵּרוּ *ex alto loquuntur* gall. de haut en bas, de hominibus fastuosis, de loco honorato Iob. V, 11. — Plur. מְרוֹמִים *loca sublimia*, de coelis Iob. XVI, 19. XXV, 2. XXXI, 2. Ps. CXLVIII, 1, metaph. de conditione honorifica, de magnis honoribus Eccl. X, 6.

3) *elatio animi, superbia*, adv. Ps. LVI, 3.

מֵרוֹם (i. q. מָרוֹם), unde מֵי מֵרוֹם Jos. XI, 5. 7 n. pr. lacus ad radices Libani in regione edita siti, quem Jordanes permeat, apud Josephum Σεμεχωνῖτις λίμνη Ant. 5, 5 §. 1 (vel a سمك altus fuit, vel a سَمَك piscis), arab. بحرة الحولة, v. Relandi Palaest. p. 262. 263.

מְרֵמוֹת (elationes) n. pr. virorum a) Esr. VIII, 33. Neh. III, 4. 21. X, 6. XII, 3, pro quo מְרָיוֹת Comm. 15. — 2) Esr. X, 36.

תְּרוּמָה f. *oblatio, munus* (cf. הֵרִים no. 3). Prov. XXIX, 4: אִישׁ תְּרוּמוֹת (iudex) *munera amans*. Inde 1) *oblatio, munus* Deo idolisve (Jes. XL, 20) oblatum. Dicitur a) de oblationibus populi Israëlitici ad tabernaculum sacrum exstruendum et exornandum Ex. XXV, 2. 3. XXXV, 5. 21. 24. XXXVI, 3. 6, de aliis muneribus spontaneis templo oblatis 2 Par. XXXI, 10. 12. 14. Esr. VIII, 25; b) de oblatione annua dimidii sicli Ex. XXX, 13—15; c) de munere Jovae post victoriam oblato. Num. XXXI, 52: כָּל־זְהַב הַתְּרוּמָה אֲשֶׁר הֵרִימוּ לַיהוָה *omne aurum oblationis, quam offerebant Jovae*. Cf. 29. 41. d) de oblatione primitiarum. Num. XV, 19: *et ubi comedetis de pane terrae* תָּרִימוּ תְרוּמָה לַיהוָה *offeretis oblationem Jovae*. 20: *primitias molae vestrae* חַלָּה תָּרִימוּ תְרוּמָה כִּתְרוּמַת גֹּרֶן כֵּן תָּרִימוּ אֹתָהּ *placentam offeratis in oblationem, sicut oblationem areae ita offeratis eam*. 21. e) de decimis decimarum, quae sacerdotibus solvendae erant a Levitis Num. XVIII, 26: הֲרֵמֹתֶם מִמֶּנּוּ תְּרוּמַת יְיָ מַעֲשֵׂר מִן הַמַּעֲשֵׂר. 28. 29. f) de portionibus sacrificiorum, quae sacerdotibus obtingebant, quasque profanis comedere nefas erat (Lev. XXII, 12). Lev. VII, 14, maxime de *armo oblationis* (שׁוֹק הַתְּרוּמָה), qui una cum *pectore agitationis* (חֲזֵה הַתְּנוּפָה) in sacrificiis eucharisticis sacerdotum *portio* (מָנָה) erat Ex. XXIX, 27. Lev. VII, 32—34. X, 14. 15. Num. VI, 20, v. etiam Num. V, 9. XVIII, 19. Deut. XII, 6. 11. 17. Neh. X, 38. XII, 44. XIII, 5. g) de territorio sacro sacerdotibus reservando. Ez. XLV, 1: *et si distribuitis terram* תָּרִימוּ תְרוּמָה לַיהוָה קֹדֶשׁ מִן הָאָרֶץ. XLVIII, 8—10. 12. 20. 21. Copulatur c. genit. pers. cui datur oblatio, תְּרוּמַת יְיָ Ex. XXX,

14. 15. XXXV, 5. 21, ת׳ הַכֹּהֲנִים Neh. XIII, 5, it. rei oblatae, ut ת׳ הַדָּגָן Neh. X, 40, ת׳ כֶּסֶף Ex. XXXV, 24, ת׳ הָאָרֶץ Ezech. XLVIII, 12: dicunt etiam תְּרוּמַת קֹדֶשׁ oblatio sacra Ex. XXXVI, 6, ת׳ יָד Deut. XII, 11. 17 (quoniam manu offerimus et damus cf. מַתְּנַת יָד Deut. XVI, 17). — שְׂדֵי תְרוּמוֹת *agri oblationum* 2 Sam. I, 21 non possunt non *agri fertiles* esse, qui fruges uberrimas ferant, quales Deo ut decimae et primitiae offerri possint. Integer locus est: *montes Gilboae* אַל טַל וְאַל מָטָר עֲלֵיכֶם וּשְׂדֵי תְרוּמוֹת *ne ros neve pluvia in vos* descendat, *et* ne sint in vobis *agri oblationum*, qui fruges ferant Deo offerendas. Maurerus *campos editos* interpretatur, hoc nexu: *et, o campi editi* sc. in vos quoque ne descendat ros aut pluvia: sed impetro non a me, ut in tanta frequentia vocis a vulgari eius usu recedam.

2) *munus* a principe exigendum i. e. *tributum* (i. q. מִנְחָה). Ez. XLV, 3. 16.

Quod ad originem attinet, iam supra significavi, תְּרוּמָה (*munus, oblatio*) non aliunde dictum esse, quam ab *offerendo* (הֵרִים תְּרוּמָה לַיהוָה Num. XV, 19. Ezech. XLV, 1), plane ut מַשָּׂא, מַשְׂאֵת est a נשׂא (i. q. הֵרִים) Pi. donavit: neque vero a *tollendo, auferendo* (v. הֵרִים), ita ut תְּרוּמָה לַיהוָה sit *id quod tollitur* s. *aufertur* a sacrificio *pro Domino*, quanquam semel certe ad hanc verbi potestatem alluditur Ex. XXIX, 27: וְקִדַּשְׁתָּ אֵת חֲזֵה הַתְּנוּפָה וְאֵת שׁוֹק הַתְּרוּמָה אֲשֶׁר הוּנַף וַאֲשֶׁר הוּרָם מֵאֵיל הַמִּלֻּאִים וגו׳. Recte enim LXX postrema verba iunxerunt: ὃς ἀφῄρηται ἀπὸ τοῦ κριοῦ κ. τ. λ. Num. XVIII, 26. Nullo autem certo exemplo probari potest Rabbinorum plurimorum (non omnium) opinio, qui תְּרוּמָה *elevationem* interpretantur et, pariter atque תְּנוּפָה *agitatio*, ad ritum quendam consecrationis, referunt (Reland antiqu. s. III, 1, 17. Winer s. v. Hebopfer). Acceperunt ita fortasse, qui accentus posuerunt, et הוּרָם addito Athnacho a sequentibus verbis seiunxerunt ac seorsum sumserunt (de Wette adeo de suo addidit: welche gewebet und gehebet worden *vor Jehova*), sed quicunque hunc locum contulerit cum Num. XVIII, 26, it. Lev. II, 9. IV, 8. VI, 8, non dubitans connectet הוּרַם מֵא׳.

תְּרוּמִיָּה f. i. q. תְּרוּמָה (pr. quod ad *terumam* pertinet) Ezech. XLVIII, 12.

רוּן arab. ران med. Je *vicit, superior evasit*, sq. على (fort. vicinum rad. רוּם). In Kal inusit., nam יָרוֹן Prov. XXIX, 6 referendum est ad רָנַן.

Hithpal. Ps. LXXVIII, 65: *et evigilavit Jova tanquam e somno* כְּגִבּוֹר מִתְרוֹנֵן מִיָּיִן *ut heros victus a vino* i. e. ut LXX ὡς δυνατὸς κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου, Vulg. tanquam potens crapulatus a vino. Arab. رانت عليه الخمر et رانت به الخمر vicit eum vinum i. e. occupavit animum eius (Freytag ex Div. Hudeil.), unde رَيْنَة vinum, quippe quod caput occupet. Gauhari ap. Schult. ad Prov. pag. 438: ران النعاس فى العين ورانت الخمر ترين على العقل السكران غلبته والموت يرين الميت فيذهب به dicunt: *somnus superat oculum; et vinum subigit mentem ebrii i. e. vincit eum; et mors superat morientem et abripit eum.* Ipse Schult. quidem radici *offuscandi, tenebris involvendi* vim primariam tribuit, sed nulla probabilitate. Eandem imaginem, quae in רוּן ران inest, habes in synn. בלע Niph., הָלַם, עָבַר no. 5, a, q. v. Judaei מִתְרוֹנֵן referunt ad rad. רָנַן, *iubilans a vino*, sed contextus postulat potatorem dormientem, non iubilantem.

רוּעַ i. q. רָעַע q. v. 1) pr. *tumultuari, vociferari*, v. Hiph. (Cogn. arab. رغا vociferatus est, de camelo, hyaena, struthiocamelo; eiulavit infans, ex indogermm. ὀρύγω, *rugio*).

2) *malum esse*, v. Niph. Formas coniugationum Kal (רַע, רָע, יֵרַע) et Hiph. (הֵרַע, הֵרֵעַ) v. rad. רָעַע, cf. Ewaldi gr. crit. p. 472.

Niph. fut. יֵרוֹעַ 1) *male habitus est* (es geht ihm übel). Prov. XI, 15: רַע יֵרוֹעַ כִּי עָרַב זָר, ubi רַע more infinitivi absoluti ad augendam vim additur. — 2) *malus* s. *peior factus est, depravatus est* (opp. sapiens fit) Prov. XIII, 20.

Hiph. הֵרִיעַ pl. semel הֵרֵעוּ 1 Sam. XVII, 20 pr. *tumultuatus est* (lermen, Lerm machen), inde 1) *vociferatus est, alta voce clamavit* Jos. VI, 20, sq. עַל super aliquo, *ob* aliquem Iob. XXX, 5, spec. a) de laeto clamore Iud. XV, 14. 1 Sam. IV, 5. X, 24, *iubilavit* Zach. IX, 9. Jes. XLIV, 23. Zeph. III, 14. Iob. XXXVIII, 7, הֵרִיעַ תְּרוּעָה גְדוֹלָה Esr. III, 11. 13, sq. dat. הֵרִיעַ לַיהוָה iubilavit in laudem Jovae Ps. XLVII, 2. LXVI, 1. LXXXI, 2. XCV, 1. 2. XCVIII, 4. C, 1, sq. עַל ob (hostem victum) Ps. XLI, 12. — b) de clamore bellico Jos. VI, 16. 1 Sam. XVII, 20. 2 Par. XIII, 15. Jes. XLII, 13, sq. עַל contra al. Jer. L, 15. — c) rarius de clamore lugubri Mich. IV, 9. Jes. XV, 4. Hos. V, 8.

2) *tuba clanxit.* Num. X, 9: הֲרֵעֹתֶם בַּחֲצֹצְרוֹת *tubis clangite.* Joël II, 1, spec. *classicum cecinit*, magno strepitu et tumultu tubis clanxit (*Lerm blasen*) ad castra movenda Num. X, 7 i. q. תָּקַע תְּרוּעָה X, 5. 6, diversum a תָּקַע, quod est tubam (semel) inflavit ad panegyrin convocandum. Cf. יוֹבֵל no. 1.

Pal. fut. יְרֹעֵעַ *iubilabitur* Jes. XVI, 10.

Hithpal. הִתְרוֹעַע *iubilavit* Ps. LX, 10. LXV, 14. CVIII, 10. — Eadem forma reperitur a verbo רָעַע q. v.

רֵעַ m. *clamor, vociferatio,* eaque laeta Ex. XXXII, 17, lugubris Mich. IV, 9. רֵעַ יָה de tonitru Iob. XXXVI, 33: יַגִּיד עָלָיו רֵעוֹ *nunciat de eo* (Deo) *tonitru eius.* — Aliud רֵעַ v. s. rad. רָעָה.

תְּרוּעָה f. 1) pr. *tumultus*, spec. a) *laetus clamor, iubilum* Iob. VIII, 21. XXXIII, 26. Esr. III, 13. הֵרִיעַ תְּרוּעָה 1 Sam. IV, 5. Esr. III, 11. 13. תְּרוּעַת מֶלֶךְ laetae acclamationes quibus regem excipiunt cives et comites Num. XXIII, 21. — b) *clamor bellicus* Am. I, 14. Iob. XXXIX, 25. Jer. XX, 16. Ez. XXI, 27, plene

הֵרִיעַ תְּרוּעָה תְּרוּעַת הַמִּלְחָמָה Jer. IV, 19. XLIX, 2. clamorem bellicum sustulit Jos. VI, 5. 20.

2) *clangor* tubae Lev. XXV, 9. Zeph. I, 16. תָּקַע תְּרוּעָה classicum cecinit (Lerm blasen) ad castra movenda Num. X, 5. 6. שׁוֹפַר תְּרוּעָה buccina clangoris Lev. XXV, 9, חֲצֹצְרוֹת ת' tubae clangoris Num. XXXI, 6. 2 Par. XIII, 12 i. e. tubae, quibus signum datur. צִלְצְלֵי תְרוּעָה cymbala clangoris (die lermenden Becken) Ps. CL, 5. יוֹם תְּרוּעָה calendae mensis septimi (postea primi), quae clangore tubae annunciabantur Lev. XXIII, 24. Num. XXIX, 1—6. זִבְחֵי תְרוּעָה sacrificia cum tubae clangore oblata Ps. XXVII, 6, cf. Num. X, 10.

רוּף in Kal inusit. *tundere, contundere,* inde a) *comminuere*, v. רִיפוֹת, תְּרוּפָה, et b) *concutere*. Inde

Pul. רוֹפַף *concussus est, contremuit.* Iob. XXVI, 11: עַמּוּדֵי שָׁמַיִם יְרוֹפָפוּ. Cf. IX, 6 Targ. עַמּוּדָיהָ מִתְרוֹפְפִין pro hebr. יִתְפַּלָּצוּן. Talmud. רוֹפַף tremuit (concussum est) lac, רִפְרֵף motitavit palpebras, alas, et sic sam. ࠓࠐࠓࠐ, zab. رف tremuit, cod. Nas. 1, 12.

רִיפוֹת pl. f. *grana contusa* frumenti, *polenta* 2 Sam. XVII, 19. Prov. XXVII, 22.

תְּרוּפָה ἅπ. λεγόμ. Ez. XLVII, 12: *erit fructus eius cibo* וְעָלֵהוּ לִתְרוּפָה *et folium eius medicinae*, ut bene Vulg. Targ. Pesch. (LXX. ὑγίεια cf. θεραπεία Apoc. XXII, 2). Pr., ut suspicor, est *pulvis officinalis*, a *comminuendi* significatu, cf. אַבְקַת רֹכֵל Cant. III, 6. Aliis rad. רוּף est i. q. רָפָא medicatus est. Sunt etiam qui radicem faciant תרף = θεραπεύω, perverse.

רוּץ *currere.* (Aram. רְהַט, ܪܗܛ, v. litt. ה, sed sam. ࠓࠅࠑ praet. ࠓࠑ, aeth. ረፀ:). Dicitur de hominibus Num. XI, 27. 1 Sam. XX, 36. 2 Sam. XVIII, 19. 23. Prov. IV, 12 cet., de equis Joël II, 4. Am. VI, 12, locustis Joël II, 9. Copulatur c. אֶל pers. (accurrere ad al.) Gen. XVIII, 7. XXIV, 29. Jes. LV, 5, et loci Gen. XXIV, 20, לִקְרַאת Gen. XVIII, 2. XXIV, 17. XXXIII, 4. 2 Reg. IV, 26, אַחֲרֵי ib. V, 20, לְ (ר' לָרַע festinare ad malum) Jes. LIX, 7. Prov. I, 16, אֵת (currere *cum* aliquo i. e. cursu contendere cum eo) Jer. XII, 5; it. sq. acc. loci, quem quis currendo petit 1 Sam. XX, 6, et viae, רוּץ אֹרַח currere viam (ut הָלַךְ דֶּרֶךְ) Ps. XIX, 6. — Jer. XXIII, 21: *non misi prophetas* istos, tamen *illi currunt*, munere prophetico male seduli operam dant. Ps. CXLVII, 15: *mittit* Deus *mandatum suum, cito currit verbum eius.* (Carm. Sam. 5, 20: iudicia quae cito currunt). Ps. CXIX, 32: *viam praeceptorum tuorum curram*, in ea studiose incedam. Hab. II, 2: *ut lector currat*, sine negotio legat. Spec. a) *hostiliter irruit in* aliquem, sq. אֶל et עַל Iob. XV, 26. XVI, 14. Dan. VIII, 6, sq. acc. Ps. XVIII, 30. b) sq. בְּ confugit ad al. Prov. XVIII, 10.

Part. רָץ *cursor* (Eilbote) Jer. LI, 31. Iob. IX, 25: יָמַי קַלּוּ מִנִּי רָץ *dies mei velociores sunt cursore.* Sed VII, 6, ubi eadem verba habentur, pro רָץ est אֶרֶג *radius textoris*, et vide possitne רָץ idem significare. Certe aegypt. ΝΙ ϨΑΡΒΑΤ *cursores* etiam de *pano textoris* dicitur (Peyron lex. p. 11) i. e. de filis subteminis, quae radio circumvolvuntur, quippe quae currant s. cito ferantur, nostr. *Schütze, Schifflein.* — Plur. רָצִים et רָצִין 2 Reg. XI, 13 *cursores* appellantur a) famuli ante currum principis currentes 2 Sam. XV, 1. 1 Reg. I, 5 (lat. cursores Suet. Ner. 30. Sen. ep. 87. 126). — b) satellites et nuncii regii Hebraeorum tempore Sauli 1 Sam. XXII, 17, et regum post Davidem 2 Reg. X, 25. XI, 6 sq. 2 Par. XII, 10. 11. XXIII, 12. XXX, 6. 10, prob. iidem, qui Davide rege פְּלֵתִי nominabantur (q. v.). Cf. 1 Reg. I, 5. XIV, 27. 2 Sam. XV, 1. — c) equites regii Persarum, quorum erat, mandata regia in provincias deferre Esth. III, 13. 15. VIII, 14.

Ni. נָרוֹץ v. רָצַץ.

Pil. רוֹצֵץ i. q. Kal *cucurrit* (currus) Nah. II, 5. Cf. lat. rota currit.

Hiph. accurrere fecit Jer. XLIX, 19. L, 44, inde *celeriter adduxit, attulit* Gen. XLI, 14: וַיְרִיצֻהוּ מִן הַבּוֹר. 1 Sam. XVII, 17, *festinare fecit.* Ps. LXVIII, 32: כּוּשׁ תָּרִיץ יָדָיו לֵאלֹהִים *Aethiopia festinare facit manus suas ad Deum*, i. e. Aethiopes festinant ad Jovam manibus suis ad adorandum sublatis (v. נָשָׂא יָד Ps. XXVIII, 2. LXIII, 5) vel munera oblaturi vel manus fidemque Jovae daturi (v. יָד no. 1, e). Neutrum audacius vel incommode dictum existimem (cum Maurero): non aliud est quam si dicas: תְּקַדֵּם בְּיָדָיו לֵאלֹהִים, תָּרוּץ בְּיָדָיו לֵאלֹהִים. Maurerus: *Aethiopia currit, manus suae ad Deum* directae sunt, sed הֵרִיץ nusquam est i. q. רוּץ.

מֵרוֹץ m. *cursus* Eccl. IX, 11.

מְרוּצָה f. id. 2 Sam. XVIII, 27. Jer. VIII, 6. XXIII, 10. Aliud vide s. rad. רָצַץ.

רוּק in Kal inusit. pr. *effundere se, effundi*, inde *evacuari*, unde רֵק et רֵיק vacuus q. v. (Cognatum videtur verbis רָקַק, יָרַק gr. ἐρεύγομαι, quo poëtae utuntur de fluviis se exonerantibus, lat. *ructo, eructo*).

Hiph. 1) *effudit* aliquid. (Chald. sam. אֲרִיק, arab. اراق). C. acc. rei Ps. XVIII, 43: כְּטִיט חוּצוֹת אֲרִיקֵם. Eccl. XI, 3: *ubi plenae sunt nubes* גֶּשֶׁם עַל הָאָרֶץ יָרִיקוּ *pluviam effundunt super terram.* Zach. IV, 12. Mal. III, 10: הֲרִיקֹתִי לָכֶם בְּרָכָה *effundam vobis benedictionem.* Translate a) effudit i. e. eduxit gladium ex vagina. Lev. XXVI, 33: הֲרִיקֹתִי אַחֲרֵיכֶם חָרֶב. Ex. XV, 9. Ez. V, 2. 12. XII, 14. XXVIII, 7. XXX, 11, it. hastam Ps. XXXV, 3. — b) *eduxit* milites ad bellum. Qui enim magna copia exeunt, *effundi* dicuntur. Gen. XIV, 14: וַיָּרֶק אֶת־חֲנִיכָיו *eduxit probatos suos* (i. e. probatae fidei servos). Apposite Saad. vertit جرّد quod pr. est exuit,

nudavit, dein (ut hebr. הֵרִיק) effudit pecuniam e marsupio Har. 3 p. 162 Sch., evaginavit gladium 2, 274, emisit agmen expeditum Schult. a l Ispahan. p. 15. Alex. et Samaritani vim vocis non assecuti coniiciebant וירק, v. rad. דוק p. 330 A.

2) *evacuavit* effundendo quod intus erat v. c. saccum Gen. XLII, 35, recte Hab. I, 17, vasa Jer. XLVIII, 12, it. *vacuum reliquit*, Jes. XXXII, 6: לְהָרִיק נֶפֶשׁ רָעֵב *vacuam relinquendo animam esurientis.*

Hoph. pass. no. 1. Jer. XLVIII, 11 (addito מִכְּלִי). Cant. I, 3: שֶׁמֶן תּוּרַק שְׁמֶךָ *unguentum*, quod *effusum est*, est *nomen tuum*, vel: instar *unguenti effusum est nomen tuum*, utrumque eadem sententia: nomen tuum bonum odorem spargit (cf. בֹּשֶׂם, בָּאַשׁ), omnibus gratum est et acceptum. Priore structura admissa שֶׁמֶן, admissa posteriore שֵׁם h. l. cum fem. copulatum est: sed hoc posterius praefero.

רִיק 1) adj. *vacuus. inanis*, כְּלִי רִיק Jer. LI, 34, neutr. *inane*, translate *vanum*, vani conatus. Sic Ps. II, 1. יֶהְגּוּ רִיק *meditantur inania.* IV, 3. — 2) adv. *in vanum, frustra.* Ps. LXXIII, 13. Jes. XXX, 7: הֶבֶל וָרִיק יַעְזֹרוּ *vanum et frustraneum est auxilium eorum*, plenius לָרִיק Lev. XXVI, 16. 20. Jes. LXV, 23, לָרִיק Iob. XXXIX, 16. Jes. XLIX, 4, בְּדֵי רִיק Hab. II, 13. Jer. LI, 58.

רֵיק, **רֵק** (Gen. XXXVII, 24), f. רֵקָה Jes. XXIX, 8. Ezech. XXIV, 11, plur. רֵיקִים (septies) et רֵקִים 2 Sam. VI, 20 adj. *vacuus, inanis.* (Chald. רֵיק et רֵיקָן id. syr. ܣܪܝܩܳܐ). Dicitur de vase vacuo Iud. VII, 16. 2 Reg. IV, 3, de olla Ez. XXIV, 11, de cisterna Gen. XXXVII, 24, de aristis, in quibus nulla grana (vanae aristae Virg. Ge. I, 226), it. de anima vacua i. e. esuriente Jes. XXIX, 8 cf. XXXII, 6 et נֶפֶשׁ no. 2, it. de eo qui vacuis manibus est i. e. de *inope* Neh. V, 13 (cf. רֵיקָם). Metaph. a) *inanis*, de verbo Deut. XXXII, 47. — b) *levis, nequam* Iud. IX, 4. XI, 3. 2 Sam. VI, 20. 2 Par. XIII, 7. Prov. XII, 11. XXVIII, 19.

רֵיקָם adv. 1) *vacue.* Jer. XIV, 3 de hominibus qui ad aquam petendam missi sunt שָׁבוּ כְלֵיהֶם רֵיקָם *redeunt vasa eorum vacua*, aquam enim non invenerunt. Inde *vacuis manibus*, de inope Ruth I, 21. III, 17. שִׁלַּח פ׳ רֵיקָם dimisit aliquem inopem et sine munere Gen. XXXI, 42. Deut. XV, 13. Iob. XXII, 9 cf. 1 Sam. VI, 3. Sic הָלַךְ רֵיקָם abiit vacuis manibus Exod. III, 21. — Deut. XVI, 16: לֹא יֵרָאֶה אֶת־פְּנֵי יְיָ רֵיקָם *non appareat coram Jova vacuis manibus* i. e. sine munere. Ex. XXIII, 16. XXXIV, 20 (ubi cod. Sam. male רקים). — 2) *re infecta*, maxime in formula: שׁוּב רֵיקָם redire re infecta (cuius formulae originem habes Jerem. XIV, 3) 2 Sam. I, 22: *gladius Sauli nunquam redibat re infecta*, sine clade hostium et victoria non reportata. Jer. L, 9. De mandato frustraneo Jes. LV, 11. Sic Ps. XXV, 3: יֵבֹשׁוּ הַבּוֹגְדִים רֵיקָם *pudefiunt perfidi re infecta*, i. e. propter consilia impia frustrata. — 3) *sine causa, immerito* i. q. חִנָּם no. 3. Ita accipiendum videtur Ps. VII, 5: וָאֲחַלְּצָה צוֹרְרִי רֵיקָם *et si spoliavi adversarium meum sine causa* i. e. sine nova iniuria, vel arctius iunctis verbis צוֹרְרִי רֵיקָם qui *adversarius meus* erat *sine causa* cf. שֹׂנְאַי חִנָּם Ps. LXIX, 5.

רִיר *salivare*, c. acc. (v. הָלַךְ no. 3) salivam similemve fluxum emittere. Lev. XV, 3: רָר בְּשָׂרוֹ אֶת־זוֹבוֹ *emittit caro eius fluxum suum*, v. זוּב. (Arab. رَيْر saliva infantis, sed frequ. رَال med. Je salivavit infans, رِيَال saliva, رَوَّل salivavit equus, emisit semen genitale, رُوَال saliva ex ore equi effluens. Syr. chald. רִיר, ܪܳܘܪܳܐ saliva. Vide an huc pertineat germ. *Ruhr*, dysenteria, quod Adelungius refert ad verbum *rühren* fluendi significatu).

רִיר m. *saliva* (rabidi) 1 Sam. XXI, 14. ריר חַלָּמוּת saliva portulacae Iob. VI, 6 v. חַלָּמוּת.

רוּשׁ *pauperem, egenum esse.* Eandem vim habet atque נוֹרַשׁ (a יָרַשׁ q. v.) bonis expulsus s. privatus est i. q. *pauper factus est*, pass. ab Hi. הוֹרִישׁ *pauperem fecit* 1 Sam. II, 7; isque nexus tam evidens est, ut facile careas novis coniecturis etymologicis, quales hae sunt: a) רוּשׁ i. q. יָרַשׁ sumere (imo rapere) sc. stipem; vel b) רוּשׁ *contritum esse* cf. רָשַׁשׁ, רָצַץ (Fürst.). Praet. semel רָשׁוּ Ps. XXXIV, 11. Part. רָשׁ *pauper, egenus* 1 Sam. XVIII, 23. 2 Sam. XII, 3. Ps. LXXXII, 3. Prov. XIII, 8. XIV, 20. XVII, 5. XVIII, 23. XIX, 1. 7. 22. XXII, 2. XXVIII, 3. 6. 27. XXIX, 13, plene רָאשׁ 2 Sam. XII, 1. 4. Prov. X, 4, pl. רָשִׁים Prov. XXII, 7, רָאשִׁים XIII, 23.

Hithpal. part. מִתְרוֹשֵׁשׁ *pauperem se simulans* Prov. XIII, 7. — רוֹשֵׁשׁ v. rad. רָשַׁשׁ.

רוֹשׁ i. q. ראשׁ no. 5 *papaver.*

רֵישׁ m. *paupertas.* Prov. XXVIII, 19. XXXI, 7.

רֵישׁ id. Prov. X, 15. XIII, 18. XXIV, 34.

רֵאשׁ id. Prov. VI, 11. XXX, 8.

רִישׁוֹן primus, v. ראשׁ.

רוּת n. pr. v. rad. רָעָה.

רָזָה 1) *extenuavit, tenuem et macrum fecit.* (Arab. رَزَأ et رَزِيَ diminuit rem, رَزِيَ extenuatus, enervatus fuit, velut itinere, morbo. Cogn. رَزَحَ emaciatus, enervatus est. Origo fortasse est in *radendo*, abradendo). Vide רָזֶה, רָזוֹן et Niph. — 2) *excidit, perdidit.* Zeph. II, 11: רָזָה אֵת כָּל־אֱלֹהֵי הָאָרֶץ. LXX: ἐξολοθρεύσει.

Vulg. *attenuabit.* Pesch. *perdet.* (Cf. arab. رزء et رزيئة pl. رزايا detrimentum, calamitas, vit. Tim. I, 450 Mangs Abulf. Ann. II, 84). V. רָזִי.

Niph. emaciata est, contabuit (caro) Jes. XVII, 4.

רָזֶה adj. *macer*, de ove Ez. XXXIV, 20, translate de terra sterili (opp. pingui) Num. XIII, 20. (Zab. ܪܙܘܬ sterilitas frugum Cod. Nasor. III, 78).

רָזוֹן m. 1) *diminutio.* Mich. VI, 10: אֵיפַת רָזוֹן *modius iusto minor.* Spec. 2) *macies, tabes* Jes. X, 16. Ps. CVI, 15. Aliud v. s. rad. רָזַן.

רָזִי m. *pernicies.* Jes. XXIV, 16: רָזִי לִי i. q. אוֹי לִי vae mihi, quod statim sequitur.

רָזַח rad. inusit. *alta et clara voce clamavit*, fere i. q. cogn. צָרַח. Jos. Kimchius hanc radicem ab Arabibus de elatione vocis dici affirmat, sive ad laetitiam sive ad fletum. Apud Arabum lexicographos nihil reperitur nisi مِرْزِيح quod Geuhar. explicat الشديد الصوت vehementi voce praeditus, sed Firuz. pag. 275: الصوت لا شديد وغلط الجوهري *vox, non vehemens, errat enim Geuhari.* Quod quidem iudicium (etymo saltem contrarium) penes auctorem esto.

מַרְזֵחַ Jer. XVI, 5, cstr. מִרְזַח (cf. Lgb. 578) Am. VI, 7 *clamor altus et acutus*, isque (pariter atque רָזַח) a) ob laetitiam, *iubilum.* Am. l. c. סָר מִרְזַח סְרוּחִים *recedit iubilum profusorum* in lectulos, ubi lusus verborum est in מִרְזַח et סְרוּחִים. LXX: *χρεμετισμός.* Raschi *convivia* explicat, משתאות, et sic passim hac voce utuntur scriptores Hebraei, ut Ion. et Siphre ad Num. XXV, 5. Midr. Esth. I, 2. Sunt autem convivia a laeto clamore dicta. b) propter luctum, *fletus.* Jer. l. c. בֵּית מַרְזֵחַ *domus fletus*, luctus.

רָזַם *ἅπ. λεγόμ.* Iob. XV, 12: *quo te rapit cor tuum* וּמַה־יִּרְזְמוּן עֵינֶיךָ *et quid innuunt oculi tui?* Innuebant autem id quod sequitur, Iobum Deum ipsum verbis impiis adoriturum esse. Cf. ad קָרַץ. Namque רָזַם (sibilante et r transpositis) idem valet quod aram. רְמַז, ܪܡܙ *nictavit, innuit*, max. oculis, in Targg. pro hebr. קָרַץ, syr. ܪܡܙܐ nutus, etiam lascivus Jes. III, 16. Cod. Nasor. I, 32. III, 236, arab. رمز innuit aut oculis aut ore aut manu, رمز nutus, signum Cor. 3, 36, رمّازة meretrix, quippe quae oculis lascivis nictet et signa det; eademque radice utuntur Targ. et Pesch. מְרַמְזִין (al. מְרַזְמִין), ܡܪܡܙܝܢ, adeoque in contextu hebr. 5 codd. habent ירמזון.

Vicinae radices sunt لمز et غمز nictavit oculis, it. diffamavit, obtrectavit aliquem (v. pag. 1240) r, l et غ inter se permutatis. Origo autem est in *comprimendo, mordendo, vellicando* (zusammenpressen, zusammenkneifen), et غمز prope abest a קָמַץ, קָפַץ, קָפַז, cf. رمز subsiliit dorcas, a comprimendo et contrahendo se (v. קָפַז p. 1226). A vera loci sententia nemo longius abest quam *Sam. Lee*, qui רזם refert ad ar. رزم emaciatum fuit et surgere non potuit iumentum (v. רזה); cepit, accepit rem III. diu permansit in loco, رزب firmiter adhaesit loco q. d. was fixiren deine Augen?

רָזַן i. q. arab. رزن sustulit rem gravem, رزن gravis fuit et pondere et moribus, رزين gravis pondere; moribus, auctoritate et potentia pollens, رزانة mulier composite et cum gravitate sedens Har. 20 p. 197, et 33 p. 225 Sacy. — Part. רֹזֵן gravis (auctoritate et dignitate) q. d. *augustus*, voc. poët. de principibus, pl. רֹזְנִים Iud. V, 3. Ps. II, 2. Prov. VIII, 15. XXXI, 4. Jes. XL, 23. Hab. I, 10, parall. מֶלֶךְ, שֹׁפֵט. Alii, ut Lettius ad Iud. l. c. male explicant: *librantes* consilia.

רָזוֹן i. q. רֹזֵן (ut עָשׁוֹק i. q. עֹשֵׁק) Prov. XIV, 28, parall. מֶלֶךְ. Aliud רָזוֹן (macies) v. ad רָזָה. Fuerunt quidem, ut Umbreitius, qui etiam h. l. maciei potestatem retinerent, sed fortiter renitente contextu.

רְזוֹן (princeps i. q. רָזוֹן, רֹזֵן) n. pr. conditoris regni Damasceni 1 Reg. XI, 23.

רָחַב *amplus, spatiosus fuit* et *factus est.* (Arab. رَحُبَ, رَحِبَ, aeth. ረሐበ: id. Radix primaria est רח, unde רָוַח spatiosus, amplus fuit, sam. רבח, transp. רחב). Pr. de conclavibus, quae dilatantur Ez. XLI, 7, de ore late aperto 1 Sam. II, 1, metaph. de corde, quod laetitiâ dilatatur Jes. LX, 5. (Cf. Anacr. 39, 22: *τὸν ἐμὸν νόον ἁπλώσας*, arab. بسط expandit. VII. expansus est, it. exhilaratus est, بسطة exhilaratio, شرح صدره dilatavit pectus suum i. e. recreavit se Har. 2, 106 Sch.).

Niph. part. *spatiosus, amplus,* de pratis Jes. XXX, 23.

Hiph. latum, amplum fecit Jes. LIV, 2, v. c. lectum Jes. LVII, 8, rogum (opp. profundum i. e. longum fecit) Jes. XXX, 33, gressus Ps. XVIII, 37; it. *spatiosum, longum latumque fecit* v. c. calvitium Mich. I, 16, fines s. ambitum regni Ex. XXXIV, 24. Deut. XII, 20. XIX, 8. Am. I, 13, et sic Deut. XXXIII, 20: מַרְחִיב גָּד *spatiosos facit fines Gaditarum.* Spec. a) sq. לְ pers. amplum spatium dedit alicui Gen. XXVI, 22, inde aditum ei patefecit Prov. XVIII, 16: מַתָּן אָדָם יַרְחִיב לוֹ *dona hominis ei patefaciunt aditum* sc. ad principes, nobiles,

it. ex angustiis liberavit Ps. IV, 2: בַּצָּר הִרְחַבְתָּ לִּי. (Etiam Arabes amplitudinem loci frequentant de conditione libera et commoda, opp. angustiis. Inde solennis hospitem salutandi formula: مَرْحَبًا بِكَ amplitudinem tecum, plene مرحبا بك الله ومسهلا sc. يعطي amplitudinem et commoditatem det tibi Deus, v. Reiske ad Abulf. Ann. 1, 378. Rosenm. ad Ps. l. c. Cf. יָשַׁע et oppos. יָצַר). — b) הִרְחִיב פֶּה *late aperuit os* Ps. LXXXI, 11, sq. עַל in al., quod est deridentis et illudentis Ps. XXXV, 21. Jes. LVII, 4. — Non multum differt c) ה׳ נֶפֶשׁ animam (i. e. fauces) late aperuit (cf. נֶפֶשׁ no. 2 fin.) Jes. V, 14. Hab. II, 5. — d) addito לֵב animum alicuius aperuit (institutioni) Ps. CXIX, 32, cf. רְחַב לֵב. — Ps. XXV, 17 pro vulgari scriptura: צָרוֹת לְבָבִי הִרְחִיבוּ reponendum est: צ׳ ל׳ הַרְחִיב *amplas fac angustias animi mei*, ו copulativo cum sequentibus coniuncto.

רָחָב fem. רְחָבָה adj. 1) *latus, a, um* Iob. XXX, 14, de mari XI, 9 (opp. longus), de muro (ubi refertur ad crassitiem) Jer. LI, 58. Neh. III, 8. XII, 38; it. *longus latusque, amplus, spatiosus*, de terra Ex. III, 8. Neh. IX, 35, de calice magni ambitus Ez. XXIII, 32; copiosius: רְחַב יָדַיִם f. רַחֲבַת יָדַיִם *amplus (a) utrinque* i. e. in utramque partem late patens (weit und breit), de terra Gen. XXXIV, 21. Iud. XVIII, 10. 1 Par. IV, 40. Jes. XXII, 18, de urbe Neh. VII, 4, de mari Ps. CIV, 25, de fossis s. canalibus Jes. XXXIII, 21. Neutr. רְחָבָה terra lata et ampla Ps. CXIX, 45. Metaph. Ps. CXIX, 96: *praeceptum tuum amplum est* i. e. lex copiosa est et infinita, it. רְחַב לֵבָב Ps. CI, 5, רְחַב נֶפֶשׁ Prov. XXVIII, 25 tumidus, inflatus i. e. superbus, et prius subst. superbia XXI, 4.

2) רָחָב n. pr. meretricis Hierichuntinae Jos. II, 1. VI, 17.

רַחַב m. *spatium amplum* Iob. XXXVI, 16. Plur. spatia ampla (die Breiten) ib. XXXVIII, 18.

רֹחַב m. *latitudo* Gen. VI, 15. XIII, 17. Exod. XXV, 10. XXVI, 2. 8. 16. XXVII, 1. Deut. III, 11. 1 Reg. VI, 6. VII, 27. Ez. XL, 6 sqq. XLI, 1 sqq. al. Jes. VIII, 8: מְלֹא רֹחַב אַרְצְךָ *omnis amplitudo* ambitus *terrae tuae*. Metaph. רֹחַב לֵב amplitudo animi, ingenium capax 1 Reg. V, 9.

רְחֹב f. (Dan. IX, 25, sed pl. c. verbo masc. Zach. VIII, 5) locus amplus (arab. رَحْبَة et رَحَبَة) 1) *platea* urbis, ut gr. *πλατεῖα*, Gen. XIX, 2. Iud. XIX, 15. 17. 20. Ez. XVI, 24. 31. Dan. IX, 25. Cant. III, 2, collect. plateae Esth. VI, 9. 11, pl. רְחֹבוֹת plateae Prov. I, 20. V, 16. Jer. V, 1. IX, 20. Thren. II, 11. 12. Am. V, 16. Zach. VIII, 5. בְּתוֹךְ רְחֹבוֹת Prov. XXII, 13 et בֵּין הָרְחֹבוֹת XXVI, 13 cf. lat. inter vias Plaut.

2) a) *forum* i. e. spatium amplum ante portam urbium orientalium (v. Deut. XIII, 17), ubi iudicia habebantur (Jes. LIX, 14. Ps. LV, 12), et incolae congregari solebant (Iob. XXIX, 7). ר׳ בֵּית שְׁאָן 2 Sam. XXI, 12. ר׳ אֲשֶׁר לִפְנֵי שַׁעַר הַמַּיִם forum quod ante portam aquarum (Hierosolymis) erat Neh. VIII, 1. 3. 16. — b) quaevis *area*, ante templum 2 Par. XXIX, 4. Esr. X, 9, ante portam arcis regiae Esth. IV, 6. (Aethiop. ረሐብ: platea, vicus).

3) n. pr. oppidi v. בֵּית רְחֹב p. 196 A.

רְחֹבוֹת n. pr. (spatia ampla Gen. XXVI, 22, vel plateae cf. *Plateae* Boeotiae) 1) putei Gen. l. c. — 2) רְחֹבֹת עִיר (plateae urbis, vel per appos. *Plateae urbs* LXX. Saad.) est urbs antiquissima Assyriae a Nimrodo condita Gen. X, 11. — 3) רְחֹבוֹת הַנָּהָר (Rechoboth fluvii i. e. Euphratis) Gen. XXXVI, 37, urbs, ut videtur, haud procul ab Idumaea sita. Et hanc quidem iam Benjaminus Tudel. (p. 53 ed. Asher) et Bochartus (geogr. s. p. 289) non sine veri specie eandem censuerunt atque الرَّحْبَة Arabum, plenius رحبة مالك بن طوق, رحبة مالك (qui quidem M. b. T., Raschidi Chalifae dux, eam aedificasse vel potius instaurasse fertur) et الرحبة الحمرا *Rahaba rubra*, urbs paululum ab austro Circesii ad Euphratem sita Abulfedae tempore vastata, sed multa civitatis antiquae rudera monstrans, v. Ibn Haukal p. 59. Abulf. Geogr. p. 280. 281 Par. (cf. Schult. ind. geogr. v. Rahaba). Edrisi II, p. 138. 142. 145 ed. Jaubert. Benj. Tudel. l. c. et II, 132. Quanquam Edrisius (p. 138) etiam aliud eiusdem nominis oppidum (رحبة sine art.) memorat, quod et ipsum ad Euphratem, verum e regione Bagdadi haud procul a Babylone situm erat, itaque Idumaeae propius erat quam illud. [Soj. in lex. geogr. eam appellat رحبة يقعوب بيغداد]. De priore illa (no. 2) multo minus constat, et licet septem oppida recenseat Sojuthus in lex. geogr., qui *Rahabae* vel *Rahbae* nomen gerant (v. Freyt. ad hist. Halebi p. 125), tamen nullum est in horum numero, quod veteris Assyriae fuisse videatur: nec facile huc referas *Rahâbam* (رحابة) ad sinum Persicum, v. Edrisi I, 409. Illius igitur urbis vestigia mature interiisse videntur.

רְחַבְיָהוּ et **רְחַבְיָה** (cui *amplum spatium praebuit* i. e. quem felicem praestitit et liberavit *Jehova*) n. pr. viri 1 Par. XXIII, 17. XXIV, 21. XXVI, 25.

רְחַבְעָם (qui *dilatat populum*, cf. Ex. XXXIV, 24, q. d. *Εὐρύδημος*) n. pr. filii et successoris Salomonis, qui Judae imperium tenuit 975 — 58 a. Chr., quinto autem imperii anno a Sisako, Aegypti rege, insignem cladem accepit 1 Reg. XI, 43. XII, 1 sqq. XIV, 21. 2 Par. XI, 5 sqq. LXX. *Ῥοβοάμ*.

מֶרְחָב m. *amplum spatium*, pl. Hab. I, 6. Saepe metaph. de libertate et salute (opp. angustiis, צַר, cf. יָשַׁע). Ps. XVIII, 20: וַיּוֹצִיאֵנִי לַמֶּרְחָב *eduxit me in amplum spatium*, h. e. liberavit me ex angustiis. XXXI, 9: הֶעֱמַדְתָּ בַמֶּרְחָב רַגְלָי. CXVIII, 5. Semel in malam partem Hos. IV, 16: *pascet eum Jova* כְּכֶבֶשׂ בַּמֶּרְחָב *ut*

agnum in amplo spatio, ubi facile a grege aberrare et lupi praeda fieri possit i. e. nullam eius curam geret.

רָחָה rad. inusit., quae *terendi, conterendi* potestatem habuisse videtur (coll. arab. رَخَّ trivit, calcavit, adde syllabam רח in cognatis אָרַח calcavit viam, מָרַח, רָחַץ. Arab. رحا molam struxit, molam versavit, secundarium est et ductum a nomine رَحًا. Inde

רֵחֶה m. *lapis molaris*, a terendo et comminuendo dictus, tantum in dual. רֵחַיִם *mola manuaria*, pr. bini lapides Ex. XI, 5. Num. XI, 8. Deut. XXIV, 6. Jes. XLVII, 2. Jer. XXV, 10. De singulis lapidibus v. פֶּלַח, רֶכֶב. (Arab. رَحًا dual. رَحَوَانِ id. Syr. ܪܚܝܐ Mt. XVIII, 6. XXIV, 41. Luc. XVII, 2, pro quo Castell. col. 3575 prave ܪܚܝܐ allegans adeo ad rad. רוח: repetiit errorem Mich. p. 863).

רָחַט rad. inusit. et incerta, unde

רָחִיט Cant. I, 17 Cheth., i. q. רָהִיט Keri *laqueare*, sive librarii error est, sive ח in hoc vocabulo passim durius (instar ח) prolatum est, ut apud Samaritanos, qui Ex. II, 16 in codice suo pro רהטים habent רחטים. Ewaldus ad Cant. l. c. רָחִיט litteris transpositis dictum esse putat pro חָרִיט, مخروط opus tornatum, sed illud praefero.

רָחַל rad. inusit. Arab. رَحَلَ migravit, iter fecit, max. cum camelis. Huius rad. esse potest רָחֵל *ovis*, licet arab. رخل per خ, a *migrando* dicta, v. צֹאן p. 1144. Secundarium et denom. est arab. رخل Conj. V. agnos possedit.

רָחֵל f. pl. רְחֵלִים 1) *ovis* Gen. XXXI, 38. XXXII, 15. Cant. VI, 6. Jes. LIII, 7, v. Boch. Hieroz. I, 479 Lips. (Arab. رِخْلٌ, رَخِلٌ, رِخْلَةٌ agna Saad. Jes. LIII, 7, melit. *merkhla* grex ovium). — 2) n. pr. *Rahel* (LXX *Ῥαχήλ*), Labani filia natu minor, Jacobi uxor altera Gen. XXIX, 16 sqq., mater Josephi et Benjamini ib. XXX, 22. XXXV, 16, mortua prope Bethlehem et Ramam Gen. XXXV, 19. 1 Sam. X, 2, ubi hodieque monstratur cippus „sepulcri Rahelae" nomen gerens. Vide praeter alios Robinson Palaest. I, 363, et quae supra attigimus s. v. רָמָה no. 2, b. In verbis Jer. XXXI, 15: *vox auditur in Rama, Rahel deplorat filios suos* alluditur ad sepulcrum Rahelae Ramae vicinum.

רָחַם 1) nativa potestas esse videtur in *mollitie*, quae dein refertur ad *mulcendi* et *fovendi* significationes. (Vicinae radd. sunt arab. رخف med. a, i, u, mollis, tenuis fuit, رخى mollis, it. laxus, flaccidus fuit; dein رخم fovit, spec. demulsit infantem mater, ova fovit gallina i. q. רָחַף. Eandem potestatem habet transp. חמל, *ἁμαλός* mollis, mitis, et حَلُمَ mitis fuit). A mollitie et fovendo est tum רֶחֶם, רַחַם *venter*, *uterus*, tum *amoris* et *misericordiae* potestas, no. 2 et in Pi. Maurerus (ad Ps. p. 137) radici tribuit *amplitudinis* vim = רחב, unde רֶחֶם venter, ab amplitudine, sed nostra rad. manifesto convenit potius cum רָחַף q. v., quam cum רָחַב. Accedit quod רחב *lati* potius quam *ampli* significatum habet.

2) fut. O. *amavit*. Ps. XVIII, 2: יְהוָֹה אֶרְחָמְךָ. (Syr. zab. ܪܚܡ amavit, sexcenties in N. T. v. Schaaf. 545, ܪܚܡܐ amans, amicus, ܪܚܝܡܐ dilectus. Sed Pa. misertus est, ut hebr. Sam. [Samaritan], [Samaritan] id. Arab. رَحِمَ clemens, propitius, misericors fuit, رَحُمَ id. et amavit. Aeth. transp. ምሕረ: misertus est. Utrum eiusdem prosapiae sit رُحْمٌ amicus, in medio relinquo).

Pi. רִחַם inf. רַחֵם fut. יְרַחֵם *misertus est*, *miseruit eum* alicuius (sich jem. erbarmen, Erbarmen, Mitleid mit ihm haben), quod a *fovendo* dictum est, ut germ. *erbarmen* pr. in sinu fovere, vel a *parm* sinus, vel a calefaciendo = erwärmen. (Syr. Pa. ܪܚܡ misertus est, Ethpa. misericordiam obtinuit, v. Schaaf p. 546). Proprie de misericordia erga inopes in periculo vel miseria versantes, velut viduas Jes. IX, 16, infantes XIII, 18, inde de amore parentum in infantes utpote inopes Ps. CIII, 13. Jes. XLIX, 15; sed plerumque de Deo, quem miseret populi miseri poenisque afflicti Deut. XIII, 18. Jes. XIV, 1. XXX, 18. XLIX, 10. LIV, 8. LX, 10. Jer. XII, 15. XXXIII, 26. XLII, 12. Ez. XXXIX, 25. Hos. I, 6. II, 25. Hab. III, 2. Zach. X, 6 al. Perraro refertur ad res Jer. XXX, 18: מִשְׁכְּנֹתָיו אֲרַחֵם. Constr. sq. acc., raro sq. עַל Ps. CIII, 13, absol. Thren. III, 32. Misericordi opponitur durus, crudelis (אַכְזָרִי) Jer. VI, 23. L, 42. — LXX. *οἰκτείρω*, *ἐλεέω*, bis *ἀγαπάω*.

Pu. רֻחַם *misericordiam invenit* Prov. XXVIII, 13. Hos. XIV, 4. Part. f. רֻחָמָה pro מְרֻחָמָה Hos. I, 6. 8. II, 3. 25.

רָחָם Lev. XI, 18 (ubi cod. Sam. רחמה) et רָחָמָה (Milel) Deut. XIV, 17 m. vulturis species minor, corvi magnitudine, alba nigris alis, cadaveribus vescens, *vultur percnopterus* Linn. (Aasgeyer), dicta a pietate in pullos, pariter atque ciconia (v. חֲסִידָה), arab. رَخَمٌ, رَخَمَةٌ v. Saad. et Arabs Erp. ll. cc. etiam انوق, v. Bochart. Hieroz. II, 297—322 (de etymo p. 318. 319). Meidani prov. ed. H. Alb. Schult. p. 218. Russel natural history of Aleppo II, 295 ed. 2. Freytag ad hist. Halebi p. 87.

רֶחֶם utriusque sexus (m. Iob. XXIV, 20, f. Jer. XX, 17), in Pausa רָחֶם Ps. XXII, 11, c. suff. רַחְמִי, *venter*, spec. matris, *uterus*, de hominibus Num. XII, 12. Iob. X, 18. XXIV, 20. XXXI, 15. Hos. IX, 14, bestiis (v. פֶּטֶר רֶחֶם) Exod. XIII, 2. 12. 15, translate Iob. XXXVIII, 8. Ps. CX, 3. Deus dicitur *claudere uterum mulieris*, si eam sterilem esse iubet (v. עָצַר, סָגַר), *uterum aperire*, si fertilitatem ei reddit (v. פָּתַח). מֵרֶחֶם inde ab utero i. e. inde a partu, a teneris Ps. XXII, 11. LVIII, 4. Jer. I, 5, statim post partum Iob. III, 11. (Arab. رَحِمٌ, رِحْمٌ id.). LXX: *μήτρα*, *κοιλία*, semel *γαστήρ*.

רַחַם in Pa. רָחַם f. 1) i. q. רֶחֶם *uterus*, sed rarius Gen. XLIX, 25. Jes. XLVI, 3. Ez. XX, 26. Prov. XXX, 16. — 2) poët. *puella*, *muliercula* (ab illo membro sexui muliebri proprio, cf. זָכָר et lat. *cunnus*). Iud. V, 30: רַחַם רַחֲמָתַיִם *muliercula* vel *duae mulierculae*. — 3) n. pr. viri 1 Par. II, 44.

Plur. רַחֲמִים (ad formam שְׁקָמִים, עֲשָׂרִים v. Lgb. 576) 1) *viscera*, *τὰ σπλάγχνα* (Syr. ܪ̈ܚܡܐ 2 Cor. VI, 12), a mollitie dicta (v. rad.), spec. ut sedes sensuum misericordiae et caritatis. Prov. XII, 10: *iustus novit sensus iumenti* (weiss wie dem Vieh zu Muthe ist) וְרַחֲמֵי רְשָׁעִים אַכְזָרִי *sed viscera improborum dura* sunt. (Ita in N. T. *τὰ σπλάγχνα ἐλέους* Luc. I, 78, dein *σπλάγχνα* i. q. *ἔλεος*, syr. ܪ̈ܚܡܐ persaepe, v. Schaaf., arab. رُحْمٌ misericordia, sam. [Samaritan], [Samaritan] id. Arabes misericordiae sedem ponunt etiam in *venis cordis*, v. Meidan. prov. no. 751, et in *iecore calido*, Sunna in Minis Orientis, 1, 179 no. 281. Sanscr. *udara* est venter, *udâra* misericors). Inde 2) *caritas*, *pietas* erga suos Gen. XLIII, 30. 1 Reg. III, 26, *misericordia* erga miseros, crudeliter habitos 1 Reg. l. c. Am. I, 11. Jes. XLVII, 6, pauperes et afflictos Gen. XLIII, 14 cf. Zach. VII, 9, impr. *misericordia* Dei erga homines, ut debiles, miseros, peccatores, qui poenas commeruerunt Ps. XXV, 6. XL, 12. LI, 3. LXIX, 17. LXXIX, 8 al. Saepe copulantur חֶסֶד וְרַחֲמִים Hos. II, 21. Ps. CIII, 4, adduntur epitheta: ר׳ גְּדוֹלִים Jes. LIV, 7. Dan. IX, 18, ר׳ רַבִּים Ps. CXIX, 156. His autem utuntur formulis: נָתַן רַחֲמִים לְ Deut. XIII, 18. Jer. XLII, 12 et שׂוּם רַחֲמִים לְ Jes. XLVII, 6 misericordia usus est in al., עָשָׂה רַחֲמִים אֶת Zach. VII, 9, sed נָתַן פ׳ לְרַחֲמִים לִפְ׳ לִפְנֵי Gen. XLIII, 14 et נָתַן רַחֲמִים לִפְנֵי gratiam alicui conciliavit apud aliquem 1 Reg. VIII, 50. Ps. CVI, 46. Neh. I, 11. Dan. I, 9.

רַחֲמִין chald. *misericordia* Dan. II, 18. In Targg. saepius.

רַחֲמָה f. i. q. רַחַם no. 2, ubi vide.

רַחֲמָנִי adj. *misericors*. Plur. f. Thren. IV, 10. Arab. رَحْمَانٌ id.

רַחוּם adj. id. de solo Deo usurpatur Deut. IV, 31. Ps. LXXVIII, 38. Plerumque copulatur cum חַנּוּן vide p. 499. Arab. رَحُومٌ, رَحِيمٌ id.

רְחוּם (misericors) n. pr. virorum 1) praefecti persici in Samaria Esr. IV, 8. 2) Neh. III, 17. 3) Esr. II, 2. Neh. X, 26, pro quo Neh. VII, 7 (prob. librarii errore) נְחוּם. 4) Neh. XII, 3, pro quo חָרִם comm. 15.

יְרֹחָם (qui *misericordiam inveniet*) n. pr. virorum 1) patris Elkanae 1 Sam. I, 1. 1 Paral. VI, 12. 19. 2) 1 Par. IX, 12. 3) XXVII, 22. 4) 2 Par. XXIII, 1. 5) Neh. XI, 12. 6) aliorum 1 Par. VIII, 27. IX, 8. XII, 7.

יְרַחְמְאֵל (cuius *misereatur Deus*) n. pr. virorum 1) Par. II, 9. 25. 26. 42. 2) XXIV, 29. 3) Jer. XXXVI, 26. Patron. addito ־ִי 1 Sam. XXVII, 10 XXX, 29.

רָחַן rad. inusit. et incerta, arab. inclinavit, aeth. stravit. Unde

תִּרְחֲנָה n. pr. viri 1 Par. II, 48.

רָחַף pr. *mollis fuit* vic. rad. רָחַם q. v. Arab. رَخِفَ id. Inde *debilis*, *flaccidus fuit* et *factus est*, fere i. q. רָפַת. Jer. XXIII, 9: *fractum est cor meum* רָחֲפוּ כָּל־עַצְמוֹתַי *flaccida fiunt* corruunt *omnia ossa mea*, sc. prae terrore. LXX. Vulg. Targ. Pesch. *contremiscunt*, mera coniectura ex contextu ducta, quae tamen cum reliquo verbi usu non satis congruit.

Pi. *fovit* pullos avis, *incubuit* pullis (cf. רָחַם), dein *volitavit* super pullis. Deut. XXXII, 11: *sicut aquila excitat nidum suum* i. e. pullos עַל גּוֹזָלָיו יְרַחֵף *volitat super pullis suis*. Vulg. volitans. Gr. Venet. *πτήσοιτο*, et ita Saad. Onk. *incubat*. Pesch. retinet ܡܪܚܦ. Inde de spiritu Dei, qui rudi creationis moli *incubabat fovens* et vivificans. Gen. I, 2: וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל פְּנֵי הַמָּיִם *et spiritus Dei incubabat aquis*. LXX: *ἐπεφέρετο*, Aqu. Symm. Theod. *ἐπιφερόμενον*. Vulg. *ferebatur*, non bene Gr. Venet. *ἵπτατο*. Onk. Saad. تَهُبُّ *flabat* (hi enim רוּחַ *ventum* explicant). — Longe usitatior haec radix est apud Syros, ubi Pa. ܪܚܦ est 1) *fovit*, *incubuit*, avis pullis (v. ܡܪܚܦܢܐ Ephr. II, 552), dein de Elisa pueri mortui corpus fovente Ephr. II, 529, de matre puerum in sinu fovente ib. 419: ܪܚܦܝܢ ܒܥܘܒܗܝܢ ܥܘܠܐ ܐܦ ܥܩܪܬܐ *in sinu fovent sarcinas suas* infantes recens natos *etiam steriles*; 2) *manum imposuit* (manu fovit) Maphrianus, Ass. bibl. II, 383. 3) *coelitus delapsus* s. *demissus est* spiritus sanctus in sacram coenam vel baptismum Ephr. III, 143.

Assem. bibl. IV, 294, ignis Ephr. I, 143, vox ibid. p. 288. 4) i. q. hebr. רִחַם misertus est, unde ܪܘܚܡܐ i. q. רַחֲמִים misericordia, caritas Phil. 2, 1. Col. 3, 11, ܡܪܚܡܢܐ i. q. رحمان misericors, clemens. Bar Ali ܡܪܚܦܢܐ interpretatur يرفرف incubuit avis, volitavit super pullis. E Talmude huc referendus locus Chagiga c. 2 fol. 15: כיונה מרחפת על בניה ואינה נוגעת *sicut columba quae incubat pullis eosque non tangit.* — Singulari libello de מְרַחֶפֶת egit Aurivillius, in diss. ed. Michaëlis no. XI.

רָחַץ fut. יִרְחַץ inf. רְחֹץ et רָחְצָה Ex. XXX, 18. XL, 30 1) *lavit, abluit.* (Arab. رحض lavit corpus it. vestes, it. valde sudavit, et ita aeth. ረሐፀ: nostr. in Schweiss gebadet seyn, cf. ረሐሰ: madidus fuit. Sam. ࠓࠇࠑ i. q. hebr., et sic legendum in Vers. Sam. pro ࠓࠇࠑ. Habent etiam ࠓࠏࠏ lavit, ח et ץ mutatis in ע. In diss. Lugdd. p. 946 primam significationem ponunt in conculcando coll. כָּבַס conculcavit, lavit; sed huius radicis, qua de *vestium* lotura nunquam utuntur Hebraei, alia est ratio). Constr. sq. acc., lavit manus pedesque Gen. XVIII, 4. Exod. XXX, 21. Cant. V, 3, vultum Gen. XLIII, 31, corpus suum (אֶת־בְּשָׂרוֹ) Lev. XIV, 9. XV, 13. XVI, 4. 24, aliquem Ex. XXIX, 4, it. lavit carnes sacrificii Ex. XXIX, 17. Lev. I, 9. 13. Metaph. abluit sordes peccati Jes. IV, 4 cf. I, 16. *Lavit manus suas in puritate* i. e. insontem se declaravit Ps. XXVI, 6. LXXIII, 13 cf. actionem symbolicam Deut. XXI, 6 sqq. Mt. XXVII, 24. — 2) *lavit se, lotus est* (sich waschen, baden). Exod. II, 5. Lev. XIV, 8. XV, 5 sqq. 2 Sam. XI, 2. 2 Reg. V, 10. 13. Sq. בְּ fluidi, *in* quo quis lavatur Cant. V, 12. Iob. XXIX, 6, raro c. acc. aquae Ex. XXX, 20, it. cum מִן vasis, *ex* quo aqua ad lavandum petitur Ex. XL, 31. Differt a כָּבַס lavit vestes.

Pu. רֻחַץ pass. *lotus est* Prov. XXX, 12. Ezech. XVI, 4.

Hithpa. i. q. Kal no. 2. Iob. IX, 30.

רַחַץ m. *lotio* Ps. LX, 10. CVIII, 10.

רַחְצָה f. *lotio, lavacrum* (pecoris) Cant. IV, 2. VI, 6.

רְחַץ chald. Ithpa. *confisus est* alicui rei, sq. עַל Dan. III, 28. In Targg. saepe pro hebr. בָּטַח et חָסָה.

רָחַק Jes. LIX, 9. Ps. CXIX, 150, fut. יִרְחַק inf. רָחֲקָה Ez. VIII, 6 1) *longe recessit, discessit.* (Chald. syr. ܪܚܩ id. Aeth. ረሐቀ: recessit, procul abfuit. IV. amovit, ርሑቅ: longinquus. Primaria potestas transitiva fuisse videtur, *repulit, removit* i. q. דָּחַק: hebr. רָחַק est pro רָחַק, ܪܚܩ propter alteram gutturalem, ut רָהַב pro רָחַב). Sq. מִן ab aliquo Iob. XXX, 10: תִּעֲבוּנִי רָחֲקוּ מֶנִּי. Prov. XIX, 7. Eccl. III, 5: *tempus* לִרְחֹק *recedendi ab amplexu*, sq. מֵעַל מֵחַבֵּק Ez. VIII, 6 (a sanctuario). Translate: recessit a Deo (מֵעַל יְהוָֹה), idola sectaturus Jer. II, 5. Ez. XI, 15. XLIV, 10, a lege (מִתּוֹרָה) Ps. CXIX, 150, a peccato Ex. XXIII, 7. Jes. LIV, 14 (cf. syr. Ethpe. abstinuit ab aliqua re, et chald. רְחַק passim pro מָאַס, תָּעַב Buxt. 2244). — 2) *remotus fuit, procul abfuit,* de loco Deut. XII, 21. XIV, 24. Ps. CIII, 12, de tempore Mich. VII, 11: יוֹם הַהוּא יִרְחַק *dies ille procul abest.* (Etenim, quod praeteriens annoto, in verbis יִרְחַק־חֹק vc. חֹק minus genuinum et ex praecedente syllaba falso repetita ortum videtur cf. כִּמְעַט קָט Ezech. XVI, 47, quo de loco egimus pag. 1202). Dicitur de Deo, qui procul abest ab auxilio ferendo Ps. XXII, 12. 20. XXXV, 22. XXXVIII, 22. LXXI, 12, de hominibus qui procul absunt a salute Iob. V, 4, contra salus, iudicium dicitur procul abesse ab aliquo Jes. XLVI, 13. LIX, 9. 11 cf. Iob. XXII, 18.

Niph. amotus est, Eccl. XII, 6 Chethibh.

Pi. רִחַק *procul amovit, removit* Jes. VI, 12. XXVI, 15. XXIX, 13.

Hiph. 1) trans. i. q. Pi. *removit, amovit,* c. acc. Iob. XI, 14: אִם אָוֶן בְּיָדְךָ הַרְחִיקֵהוּ, addito מִן pers. vel loci Ps. LXXXVIII, 19: הִרְחַקְתָּ מִמֶּנִּי אֹהֵב. 9. Iob. XXII, 23, it. מֵעַל pers. Iob. XIII, 21. XIX, 13. Prov. V, 8, et loci, velut הִרְחִיק מֵעַל הָאָרֶץ expulit ex terra Joël IV, 6 (cf. II, 20). Jer. XXVII, 10, semel sq. בְּ loci, *in* quem quis amovetur vel expellitur Ez. XI, 16: הִרְחַקְתִּים בַּגּוֹיִם. Metaph. Prov. IV, 24. XXX, 8. Ps. CIII, 12: *amovet* Deus *a nobis delicta nostra* i. e. ea nobis condonat. Sq. inf. (Ps. LV, 8) et gerundio adverbialiter הִרְחִיק לָלֶכֶת procul ivit Exod. VIII, 24. Inde 2) omisso לָלֶכֶת, intr. *procul ivit, discessit* Gen. XLIV, 4. Jos. VIII, 4. Iud. XVIII, 22. Inf. absol. הַרְחֵק adv. *procul* Gen. XXI, 16. Ex. XXXIII, 7. Jos. III, 16.

רָחֵק adj. *qui procul recedit.* Ps. LXXIII, 27: רְחֵקֶיךָ *qui recedunt a te.*

רָחוֹק adj. *remotus, longinquus,* opp. קָרוֹב propinquus, idque a) loco. De regionibus Deut. XXIX, 21. Ps. LXV, 6. Jes. LXVI, 19, de itinere Num. IX, 10, de populo Joël IV, 8. Jos. IX, 22, אָח רָחוֹק frater procul habitans Prov. XXVII, 10. Sq. מִן remotus ab aliquo Deut. XIII, 8. Neh. IV, 13. Translate aliquis dicitur remotus esse a sapientia Eccl. VII, 23, a salute Jes. XLVI, 12, et contra dic. salus remota esse ab al. Ps. CXIX, 155, Deus remotus ab hominibus, ubi auxilio suo deest Ps. XXII, 2 cf. Prov. XV, 29. Subst. רָחוֹק longinquum i. e. spatium (eine Entfernung) Jos. III, 4. Vide etiam infra לְמֵרָחוֹק, מֵרָחוֹק. — b) tempore. Est autem *tempus longinquum α) olim futurum.* עִתִּים רְחוֹקִים Ez. XII, 27. אֱלֹהֵי מֵרָחוֹק deus qui olim futura novit Jer. XXIII, 23 v. קָרוֹב p. 1235. לְמֵרָחוֹק in tempus longinquum 2 Sam. VII, 19. 1 Par. XVII, 17. *β) diu praeteritum.* מֵרָחוֹק Jes. XXII, 11. XXV, 1 et לְמֵרָחוֹק

inde a longinquo tempore Jes. XXXVII, 26. — Praeterea *remotum* dicitur c) quod *alienum* est a captu et indole aliorum Deut. XXX, 11. — d) *pretiosum*, quippe quod haud facile assequamur Prov. XXXI, 10, cf. arab. قريب القدر propinquus pretio i. e. parvi pretii, بعيد القدر longinquus pretio i. e. pretiosus, adde nostr. etwas näher geben i. e. viliore pretio vendere.

Cum praepp. 1) מֵרָחוֹק (syr. ܡܢ ܪܘܚܩܐ) a) *e longinquo* Gen. XXII, 4. XXXVII, 18. Deut. XXVIII, 49. Jes. XLIII, 6. LX, 4. 9. Jer. XXX, 10. Ps. CXXXIX, 2. Dicunt autem Hebraei: עָמַד מֵרָחוֹק, ut Graeci ἑστηκέναι μακρόθεν (v. מִן no. 3, i) Ex. XX, 18. 21. 2 Reg. II, 7. Ps. XXXVIII, 12. Jes. LIX, 14. Et ita etiam Jer. LI, 50: זִכְרוּ מֵרָחוֹק אֶת־יְיָ *memores estote Jovae e longinquo* (von der Ferne her). De tempore v. supra litt. b, β. b) *procul*, adeo post verba motûs Prov. VII, 19, adde מִן no. 3, k. עַד מֵרָחוֹק usque in loca longinqua Jes. LVII, 9. Neh. XII, 43.

2) לְמֵרָחוֹק a) *inde e longinquo* Iob. XXXVI, 3. XXXIX, 29, de tempore Jes. XXXVII, 26. — b) *in longinquum* sc. tempus. 2 Sam. VII, 19, v. supra רָחוֹק no. 2. עַד לְמֵרָחוֹק usque in longinquum 2 Par. XXVI, 15. Esr. III, 13.

3) עַד רָחוֹק usque in longinquum Mich. IV, 3.

4) בְּרָחוֹק in longinquo, procul. Ps. X, 1: לָמָה תַעֲמֹד בְּרָחוֹק. Usitatius est עָמַד מֵרָחוֹק v. 1, a.

רְחִיק chald. *remotus, longinquus.* Esr. VI, 6: רַחִיקִין הֲווֹ מִן תַּמָּה *remoti estote ab illo loco* i. e. ne illis appropinquetis. (In Targg. רְחִיק, רָחִיק, syr. ܪܚܝܩܐ).

מֶרְחָק pl. מֶרְחַקִּים et מֶרְחַקִּים Jes. XXXIII, 17. Jer. VIII, 19 m. *longinquitas, longinquum, locus longinquus.* אֶרֶץ מֶרְחָק terra remota. Jes. XIII, 5, pl. מֶרְחַקִּים Zach. X, 9, אֶרֶץ מֶרְחַקִּים Jes. XXXIII, 17. Jer. VIII, 19, מֶרְחַקֵּי־אָרֶץ Jes. VIII, 9 terrae remotae. מִמֶּרְחָק a) e longinquo Ps. CXXXVIII, 6, post verba veniendi Jes. X, 3. XXX, 27. — b) *procul* (v. מִן no. 3, i) Jer. XXXI, 10. — c) i. q. מֵרָחוֹק litt. b. Jes. XVII, 13: נָס מִמֶּרְחָק *fugit e longinquo* i. e. aufugit longe et iam e longinquo prospicit.

רָחַשׁ *ebullivit* fons, aqua aestuans. (Syr. ܪܚܫ Pe. et Aph. id. Origo esse videtur in strepitu aquae bullientis et ebullientis, cf. רָעַשׁ). Translate sq. acc. Ps. XLV, 2: רָחַשׁ לִבִּי דָּבָר טוֹב *ebullit cor meum verbum iucundum* vel *faustum.* LXX ἐξηρεύξατο. Vulg. *eructavit.* Targ. בְּעָא. Pesch. ܐܪܬܚ. (Ita aeth. ሐረሰ: eructavit, ebullivit, transl. de sermone et voce, Lud. p. 524).

מַרְחֶשֶׁת f. *ahenum, lebes*, in quo res coctae ebulliunt Lev. II, 7. VII, 9.

רַחַת *ventilabrum*, v. rad. רוּחַ.

רָטֹב vel **רָטַב** fut. יִרְטַב *humidus fuit*, *maduit* a) pluviâ Iob. XXIV, 8. — b) succo recente, de plantis, inde *succosus*, *viridis*, recens fuit, v. רָטֹב. (Chald. רְטִיב humor, liquor, succus, רָטוֹב, רְטִיב, רָטִיב, רוֹטַב succosus, virens, recens. Syr. Pa. humectavit, ܪܛܝܒܐ humidus, viridis Luc. XXIII, 31, ܪܛܒܐ humor, cf. etiam zab. et sam. Arab. رطب, aeth. ረጠበ: id. max. de humore plantarum viridium et recentium).

רָטֹב adj. *viridis, recens* (de planta) Iob. VIII, 16.

רָטָה rad. spuria, v. יָרַט.

רָטַט rad. inusit. i. q. רָתַת tremuit, perterritus est. Chald. רְטַט Pa. terruit, Ithpa. territus est, רֶטֶט tremor Iob. VII, 5 Targ. Sic

רֶטֶט m. *tremor*, *terror* Jer. XLIX, 24.

רֻטְפַשׁ in Pass. רֻטְפַשׁ, semel Iob. XXXIII, 25: רֻטְפַשׁ בְּשָׂרוֹ מִנֹּעַר *revirescet caro eius prae iuventute* magis quam in iuventute. Bene Pesch. ܢܬܒܠܒܠ *succrescet*, sed Targ. אִתְקְלִישׁ *tenera* s. *mollis fiet* (sic enim legendum, non אתחליש, ut in Polygl.). LXX: ἁπαλυνεῖ, Kimchi: נתרכך, coniectura ex contextu facta. Arabes litteris transpositis habent طرفش, quod in Kamuso (pag. 835) explicatur طرغش i. e. convaluit e morbo, et Conj. IV. id. et: terram rigatam et fertilem habuit post sterilitatem (Kam. ibid.). Et quadril. quidem Hebraeum Kimchius (quem sequuntur Hartmannus et Lee) conflatum putat ex רטב maduit, viruit, et פּוּשׁ, rectius Io. Simonis ex רטב et טָפַשׁ pinguis fuit: quadril. arabicum Schult. ad Iob. ortum censet ex طرى et فاش, quod equidem ex hebraeo ortum esse malim. Cave autem huc referas talm. טַרְפַּשׁ pars cordis et hepatis, quod est a gr. τράπεζα.

רָטַשׁ rad. in Kal inusit. Chald. רְטַשׁ in Targg. ponitur pro נָטַשׁ, quod *repellendi*, *reiiciendi* (verstossen) vim habere supra (p. 880. 881) uberius demonstravimus. Primaria vis est in *percutiendo*, quod ad *discutiendi* et *diffringendi* vim refertur, max. in Pi. Syr. ܪܛܫܐ alapae. Cognatae radd. sunt נָטַשׁ, לָטַשׁ, טוּשׁ, arab. رطس, وطس, v. pag. 879.

Pi. discussit, *diffregit*, spec. *allisit*, rupi allidendo *necavit* (pueros), i. q. נִפֵּץ (Ps. CXXXVII, 9) 2 Reg. VIII, 12 (v. Pu.), it. sagittis *dilaniavit*, *prostravit* Jes.

Jes. XIII, 16. LXX ter ἐδαφίζεσθαι, rectius alibi συντρίβω Jes. XIII, 18, ῥηγνύω ib. 16, ἐνσείω 2 Reg. l. c.

Pu. pass. rupi *allisus* et ita *necatus est* Jes. XIII, 16. Hos. X, 14. XIV, 1. Nah. III, 10.

רִי *rigatio*, v. רָוָה.

רִיב et **רוּב** (q. v.) praet. רָב, רַבְתָּ, etiam רִיבוֹת, inf. absol. רֹב Iud. XI, 25. Iob. XL, 2, fut. יָרִיב, apoc. יָרֵב Hos. IV, 4, ante monosyllaba יָרֶב לוֹ Iud. VI, 31. 32, c. Vav conv. וַיָּרֶב Gen. XXXI, 36. Ex. XVII, 2 (sed 1 Sam. XV, 5 וַיָּרֶב est a rad. אָרַב), semel ירוב Prov. III, 30 Cheth. 1) *litigare, altercari.* (Syr. ܐܬܪܝܒ repugnavit alicui, ܡܨܘܬܐ altercatio, tumultus. Arab. رَابَ med. Je est dubitavit, notio secundaria a litigando et contendendo ducta: sed primae significationis vestigium est in ريب الزمان contentio temporis i. e. fortuna adversa, ريب المنون fatum adversum, mors. Pr. est capillo prehenso et vellicato altercari, ut syn. נָצָה, et eiusdem stirpis est haec radix atque *rapio*, goth. *raupjan* vellere, nostr. *raufen, rupfen*, v. plura ad rad. רָפָא. Similis originis est germ. *hadern*, pr. vestes sibi dilacerare — a *Hader* i. e. vestis lacera). Dicitur a) proprio significatu de iis, qui manu et verberibus contendunt. Deut. XXXIII, 7: יָדָיו רָב לוֹ *manibus suis contendat pro se* (יָדָיו de instrumento, v. gr. §. 135, 1 not. 3), sed rarius tamen; plerumque b) de iis, qui verbis expostulant Ps. CIII, 9, sq. עִם Gen. XXVI, 20. Iud. XI, 25. Neh. XIII, 25. Iob. IX, 3. XIII, 19. XXIII, 6. XL, 2, אֵת Num. XX, 13. Jes. XLV, 9. L, 8. Jer. II, 9. Neh. XIII, 11. 17. Iud. VIII, 1, אֶל Iud. XXI, 22. Iob. XXXIII, 13. Jer. XII, 1, בְּ Gen. XXXI, 36. Iud. VI, 32. Hos. II, 4, it. acc. eius quocum contenditur Iob. X, 2. Jes. XXVII, 8. XLIX, 25. Hos. IV, 4: מְרִיבֵי כֹהֵן. 1 Sam. II, 10 (nostr. jem. auszanken, cf. supra de origine). Sq. לְ eius, *pro* quo contenditur Iud. VI, 31. Iob. XIII, 8; עַל rei, *de* qua contenditur Gen. XXVI, 21. Dicunt etiam: רִיב רִיבוֹ (seinen Streit streiten) causam suam agere 1 Sam. XXIV, 16. Ps. LXXIV, 22. Prov. XXV, 9.

2) Spec. *contendere in iudicio, causam agere*, sq. acc. eius, cuius causam agimus Jes. I, 17. LI, 22, plene רִיב אֶת רִיב פ׳ 1 Sam. XXIV, 16. Thren. III, 58. Jer. L, 34. LI, 36. — Praegn. 1 Sam. XXV, 39: *celebretur Jehova,* אֲשֶׁר רָב אֶת־רִיב חֶרְפָּתִי מִיַּד נָבָל *qui causam egit ignominiae meae a Nabalo*, i. e. qui vindictam pro me sumsit a Nabalo. Ps. XLIII, 1: רִיבָה רִיבִי מִגּוֹי לֹא חָסִיד *causam meam age* (et libera me) *a gente immani.* Ps. CXIX, 154. Prov. XXII, 23. Part. רָב defensor. Jes. XIX, 20. Alibi Deus causam suam agere dicitur, ubi impios obiurgat Jes. III, 13, et punit Ps. CIII, 9. Am. VII, 4.

Hiph. i. q. Kal, non reperitur nisi part. מֵרִיב 1 Sam. II, 10. Hos. IV, 4.

רִיב m. rarius **רִב** Iob. XXIX, 16, pl. cstr. רִיבֵי Ps. XVIII, 44 et רִבוֹת Iob. XIII, 6. Deut. XVII, 8 1) *lis, iurgium; rixa* Gen. XIII, 7. Deut. XXV, 1. Jes. LVIII, 4. Prov. XX, 3. XXVI, 21. XXX, 33 al. אִישׁ רִיבִי adversarius meus Jes. XLI, 11. Pl. רִיבֵי עָם iurgia populorum i. e. bella Ps. XVIII, 44. Translate Iob. XXXIII, 19: וְרִיב עֲצָמָיו אֵיתָן et (castigatur) *lite ossium perpetua*, quibus verbis morbus febrilis describitur ossa concutiens. — 2) *causa forensis* Ex. XXIII, 2 sqq. Deut. XXI, 5. Jes. I, 23. XLI, 21. אִישׁ רִיב Iud. XII, 2 i. q. אֲשֶׁר הָיָה לוֹ רִיב vir qui causam forensem habet. 2 Sam. XV, 2. 4. אִישׁ רִיבִי adversarius meus (in foro) Iob. XXXI, 35. רִיב רִיבוֹ v. verbum no. 2. Plur. רִבוֹת שְׂפָתַי argumenta quae labia mea proferunt Iob. XIII, 6.

רִיבַי (pro יְרִיבַי, יְרִיבְיָה quem Jova defendit) n. pr. viri 2 Sam. XXIII, 29. 1 Par. XI, 31.

יָרִיב m. (deriv. fut.) 1) *adversarius* Ps. XXXV, 1. Jer. XVIII, 19. Jes. XLIX, 25. — 2) n. pr. virorum a) Esr. VIII, 16. b) v. יָכִין no. 1.

יְרִיבַי (v. רִיבַי) n. pr. viri 1 Par. XI, 46.

יָרֵב i. q. יָרִיב *adversarius.* Bis legitur מֶלֶךְ יָרֵב Hos. V, 13. X, 6 de rege Assyriae, vel: *rex adversarius* i. e. *hostilis*, vel (cum Hitzigio) *rex* populi *hostilis* i. e. Assyriorum. רִיב de bello usurpatum v. Ps. XVIII, 44. Symm. ἔκδικος, ἐκδικήτης. Vulg. *ultor.* Sed Pesch. ܡܠܟܐ ܝܪܒ, quod Ephraemus explicat *rex Aegypti*, renitente contextu. — Ed. 1 cum Michaële interpretabar: *rex magnus*, a syr. ܪܒ magnus, excellens fuit, coll. הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל 2 Reg. XVIII, 19. 28.

יְרֻבַּעַל (pro יָרֵב בַּעַל quocum *contendit Baal*) cognomen Gideonis iudicis Israëlitarum Iud. VI, 32, quod nactus est, postquam altare Baalis everterat. LXX: Ἱεροβάαλ (ut יְרוּשָׁלַםִ Ἱερουσαλήμ). Idem nomen est Ἱερόμβαλος, quod gessisse dicitur sacerdos quidem Jovae (θεοῦ Ἰευώ) apud Byblios, Porphyr. ap. Euseb. praep. 10, 11, sed cave hunc eundem fuisse credas atque Gideonem, ut fecerunt Bochartus (Phaleg p. 774), Huetius (demonstr. evang. p. 84) et J. D. Mich. (suppl. 1156), v. contra Studerum ad Iud. l. c. — Idem Gideon appellatur

יְרֻבֶּשֶׁת 2 Sam. XI, 21 (quocum *contendit idolum*), v. בֹּשֶׁת no. 3, et cf. nomm. pr. אֶשְׁבַּעַל et אִישׁ־בֹּשֶׁת.

מְרִיבָה f. 1) *rixa, lis* Gen. XIII, 8. Ex. XVII, 7. Num. XXVII, 14. — 2) n. pr. duorum fontium in deserto (frequentia enim pastorum propter fontes iurgia v. Gen. XXVI, 20. 21), a) unius in deserto Sin ad sinum Heroopolitanum Ex. XVII, 1—7, cuius nomen ibi ducitur a populo cum Jova litigante; b) alterius in deserto Zin ad Kedesam, plenius מֵי מְרִיבָה Num. XX, 13. 24. Deut. XXXIII, 8. Ps. LXXXI, 8. CVI, 32, מֵי מְרִיבַת קָדֵשׁ Num. XXVII, 14. Deut. XXXII, 51.

Ez. XLVIII, 28 et XLVII, 19 (ubi Chethibh מְרִיבוֹת) כִּמְרִיבָה sicut ad Meribam Ps. XCV, 8.

רֵיחַ hebr. et chald. *odor*, v. rad. רוּחַ.

רְים *bubalus*, v. רְאֵם.

רִיעַ *vociferari*, *clangere*, v. רוּעַ.

רֵיעַ Iob. VI, 27 i. q. רֵעַ *socius*, v. rad. רָעָה.

רִיפוֹת *polenta*, v. רוּף.

רִיפַת Gen. X, 3 n. pr. gentis et regionis septentrionalis a Gomer (i. e. Cimmeriis) oriundae, pro quo 1 Par. I, 6 (in plerisque libris) דִּיפַת, Sam. Gen. l. c. in nonnullis codd. ריפר, sed LXX utroque loco Ῥιφάϑ. Josephus (Ant. 1, 6 §. 1) *Paphlagones* intelligit, quam sententiam vindicatum it Bochartus (Phaleg 3, 10), sed minus prospero sucessu. Plurimi montes *Riphaeos* conferunt, quos in remotissimis regionibus borealibus ponunt Geographi (Strab. VII, 3 §. 1. Plin. H. N. 4, 12. Mela 1, 19 cf. Virg. Ge. 1, 240. 3, 381). Alias coniecturas v. apud Rosenm., Alterthumsk. I, 1 p. 232.

רִיק, רֵיק *vacuus*, v. רוּק.

רֵיקָם *vacue*, v. ibid.

רִיר *saliva*, v. רוּר.

רִישׁ, רֵישׁ *paupertas*, v. רוּשׁ.

רִישׁוֹן *primus* Iob. VIII, 8, v. רִאשׁוֹן, rad. ראשׁ.

רָכַב fut. יִרְכַּב *vectus est* iumento et curru. (Arab. رَكِبَ, syr. ܪܟܶܒ et ܪܟܰܒ, chald. sam. רְכַב id. Origo esse videtur in genu flectendo, ut רכב pr. idem sit quod בָּרַךְ, unde chald. רְכוּב, אַרְכוּבָא, רְכוּבָא, arab. رُكْبَةٌ genu, unde أَرْكَبُ magna genua habens cet.). Itaque 1) *vectus est* iumento, ut equo, asino, camelo, *equitavit*, sq. עַל iumenti Gen. XXIV, 61. Num. XXII, 22. 30. 1 Sam. XXX, 17. 2 Sam. XVIII, 9. Esth. VI, 8. Zach. IX, 9 et saepe, sq. בְּ Neh. II, 12. Jer. XVII, 25. XXII, 4, sq. acc. רֹכֵב סוּס eques 2 Reg. IX, 18. 19. Am. II, 15, רֹכְבֵי אֲתֹנוֹת Iud. V, 10. — 2) *vectus est* curru (cf. germ. ant. *rîtan*, anglosax. *ridan* equitare, unde *reita*, *reiti* currus, *rheda* Caes., it. holl. *ryden*, helvet. *reiten* pro equo vehi). Sq. בְּ currus Jer. XVII, 25. XXII, 4, sq. acc. Hagg. II, 22, absol. 1 Reg. XVIII, 45 (curru profectus est). Ps. XLV, 5. LXVIII, 5. Poët. dicitur de Deo, qui vehitur עַל כְּרוּב i. e. curru a Cherubis gestato Ps. XVIII, 11, super nube Jes. XIX, 1 (cf. Ps. CIV, 3), in coelis Deut. XXXIII, 26: רֹכֵב שָׁמַיִם, et Ps. LXVIII, 34: רֹכֵב בִּשְׁמֵי שְׁמֵי קֶדֶם.

Hiph. 1) *equitare fecit* vel *iussit* aliquem. 1 Reg. I, 33. Esth. VI, 9. Ps. LXVI, 12: הִרְכַּבְתָּ אֱנוֹשׁ לְרֹאשֵׁנוּ *inequitare fecisti homines capiti nostro* i. e. tradidisti nos imperio et dominio eorum, imagine ducta ab his qui collo cameli vel adeo capiti elephanti insidentes haec iumenta domant et regunt. (Arab. ركب راس فلان equitavit caput alic. i. e. eum continuo malo persecutus est, aliud est ركب راسه suum cerebrum secutus est, spreto aliorum consilio, v. Schult. Ham. 331. 429). — 2) *curru vehi fecit* Gen. XLI, 43. 2 Reg. XXIII, 30 (sq. מִן loci). 2 Par. XXXV, 24. Metaph. Iob. XXX, 22: תִּשָּׂאֵנִי אֶל רוּחַ תַּרְכִּיבֵנִי, ut Arabes dicunt: ركب جناحى الريح equitavit alas venti i. e. velocissime latus est per auras, Schult. ad h. l., et Hor. Carm. 4, 4, 40: Eurus per Siculas equitavit undas. Huc referenda est locutio: הִרְכִּיב עַל בָּמֳתֵי אָרֶץ, v. בָּמָה no. 2 p. 188. De rebus inanimatis: *currui imposuit*, sq. אֶל 2 Sam. VI, 3 (sed עַל 1 Par. XIII, 7), et simpl. *imposuit*, ut manum arcui (sq. עַל) 2 Reg. XIII, 16. (Arab. ركب II. imposuit et inseruit rem alteri. V. VI. pass. Syr. Aph. imposuit rem rei. Chald. Aph. id. Accedit in iisdem linguis componendi potestas, v. c. مُرَكَّبٌ compositus). — 3) *currui iunxit* iumentum (pr. vehere fecit). Hos. X, 11.

רֶכֶב in Pausa רָכֶב, c. suff. רִכְבִּי m. (sed Nah. II, 5 c. pl. f.) pr. *vectura*, concr. *id quod vehit*, *quo vehimur*, itaque 1) *iumentum vectorium*, collect. *iumenta* (Reitthiere). Jes. XXI, 7: וְרָאָה רֶכֶב צֶמֶד פָּרָשִׁים רֶכֶב חֲמוֹר רֶכֶב גָּמָל *et vidit iumenta*, *paria equitum*, *iumenta asinorum*, *iumenta camelorum* i. e. asinos et camelos, qui virorum iumenta essent s. quibus inequitarent viri. Comm. 9: רֶכֶב אִישׁ *iumenta viris onusta*. cf. רֶכֶב אָדָם Jes. XXII, 6 currus viris onusti. (Arab. رِكَابٌ cameli vectarii, quibus inequitatur, رُكُبٌ manus eorum, qui camelis vehuntur, رَكْبَةٌ huiusmodi manus minor).

2) *currus* i. q. מֶרְכָּבָה, sive bellicus sive luxuriae et pompae inserviens (1 Reg. I, 5). Ind. V, 28. 1 Reg. XXII, 35. 2 Reg. II, 11. 2 Par. XXXV, 24, sed plerumque collect. *currus bellici* v. c. רֶכֶב וּפָרָשִׁים currus et equites 1 Reg. X, 26. Jes. XXII, 7. XXXI, 1, רֶכֶב וְרֹכְבוֹ currus et qui iis insident Jer. LI, 21, etiam c. numeralibus, velut שֵׁשׁ מֵאוֹת רֶכֶב שְׁנֵי רֶכֶב 2 Reg. VII, 14, רֶכֶב Exod. XIV, 7, תְּשַׁע מֵאוֹת רֶכֶב בַּרְזֶל Iud. IV, 3. 1 Sam. XIII, 5. 2 Sam. VIII, 4. X, 18. 1 Reg. X, 26. 2 Reg. XIII, 7. 1 Par. XVIII, 4. XIX, 6. 7. 18, c. verbo plur. Nah. II, 5: semel tantum in pl. רִכְבֵי פַרְעֹה Cant. I, 9. רֶכֶב בַּרְזֶל currus ferro obducti (falcati?)

Jos. XVII, 18. Iud. I, 19. עָרֵי הָרֶכֶב oppida in quibus locati erant currus bellici 1 Reg. IX, 19. X, 26. 2 Par. I, 14. VIII, 6. IX, 25. שָׂרֵי הָרֶכֶב praefecti curruum bellicorum (et militum de curru pugnantium) 1 Reg. XXII, 31. 33. 2 Reg. VIII, 21. — Saepe רֶכֶב ita ponitur, ut ad equos potissimum curribus iunctos et ad milites curribus insistentes pertineat, velut 2 Sam. VIII, 4: וַיְעַקֵּר דָּוִד אֶת־כָּל־הָרֶכֶב *et Davides succidit nervos omnium curruum* i. e. equorum curribus iunctorum. X, 18: *et Davides trucidavit Aramaeis septingentos currus* i. e. septingentorum curruum et equos et milites. 1 Reg. X, 26 (cf. 2 Par. IX, 25). 2 Reg. VII, 14: שְׁנֵי רֶכֶב סוּסִים *duo iuga equorum.* Ez. XXXIX, 20: quanquam alibi רֶכֶב et סוּסִים copulantur et a se invicem discernuntur Jos. XI, 8. 1 Reg. XX, 25. 2 Reg. VI, 14. Jer. XVII, 25. Ps. XX, 8. (Ita gr. ἅρμα de curru cum equis, adeoque de solis equis currui iunctis Herod. 8, 115. Plat. legg. 8 p. 409, unde ἁρματοτροφέω nostr. Wagenpferde halten, et lat. *currus* Virg. G. 1, 514. Aen. 12, 287 al.). — Praeter Hebraeos huiusmodi curribus bellicis utebantur Cananitae (Jos. XVII, 18), prae ceteris autem Aegyptii (Ex. XIV, 9. Jes. XXXI, 1), in quorum monumentis magna militum, maxime nobiliorum, pars bigis insistens comparet, v. Rosellini monn. storici tab. 46—49. 102 sqq. Wilkinson manners and customs I, 338 sqq. Minutoli Abhandlungen verm. Inhalts (Berol. 1831) I p. 128 sqq. — Poët. etiam exercitui coelesti *currus* tribuuntur Ps. LXVIII, 18. cf. Hab. III, 8.

3) *meta s. lapis molaris superior* (nostr. der Läufer) Deut. XXIV, 6, plenius פֶּלַח רֶכֶב Iud. IX, 53. 2 Sam. XI, 21.

רַכָּב m. 1) *eques* 2 Reg. IX, 17 (pro quo רֹכֵב סוּס Comm. 19). — 2) *auriga* currus bellici 1 Reg. XXII, 34. 2 Par. XVIII, 33.

רֵכָב (i. q. رَكْب manus virorum, qui camelis inequitant) n. pr. quod gesserunt 1) auctor gentis Rechabitarum, quibus Jonadab, Rechabi filius, vitae nomadicae perpetuo servandae votum imposuerat 2 Reg. X, 15. Jer. XXXV, 2 sqq. 1 Par. II, 55 (ex quo loco colligi potest, Jonadabum gente Kenitam fuisse), cf. simillimam Nabathaeorum legem Diod. 19, 94, it. Witsii diss. de Rechabitis in Misc. sacr. II, 223. Calmet diss. I, 744 sqq. Carpzov. apparat. p. 143. Gentil. pl. רֵכָבִים Jer. l. c. comm. 2. 3. 5. 18. — Duo alii viri 2) 2 Sam. IV, 2. 3) Neh. III, 14.

רִכְבָּה f. *equitatio* Ez. XXVII, 20. LXX et Targ. *currus*, non bene.

רְכוּב m. *vehiculum*, *currus* Ps. CIV, 3.

אַרְכֻבָּא chald. f. *genu* Dan. V, 6. In Targg. sine א prosthetico רְכוּב, v. supra ad rad.

מֶרְכָּב m. 1) *currus* 1 Reg. V, 6. — 2) *sedile* currûs Cant. III, 10. Lev. XV, 9.

מֶרְכָּבָה f. 2 Sam. XV, 1. 1 Reg. VII, 33, cstr. מִרְכֶּבֶת Gen. XLI, 43, c. Suff. מֶרְכַּבְתּוֹ Gen. XLVI, 29. 1 Sam. VIII, 11, pl. מַרְכָּבוֹת Zach. VI, 1. Joël II, 5, cstr. מַרְכְּבוֹת Ex. XV, 4 c. Suff. מַרְכְּבֹתֶיךָ Mich. V, 9 *currus*, tum bellicus Ex. XIV, 25. Jos. XI, 6. 9. Iud. IV, 15. 1 Reg. X, 29, tum nobiliorum hominum pompae et luxuriae inserviens Gen. XLI, 43. XLVI, 29. 1 Sam. VIII, 11. 2 Sam. XV, 1, cf. Jes. II, 7. XXII, 18. Sing. collect. Hagg. II, 22.

רָכַךְ 1) *tenuis*, *tener fuit.* (Arab. رَكَّ tenuis, subtilis, dein debilis fuit, رَكِيك tenuis, it. imbecillis. Chald. רְכִיךְ mollis. Cogn. רָקַק no. I). Vide adj. רַךְ. — 2) *mollis fuit*, translate *mollis*, *delicatus fuit* (weichlich, zärtlich seyn), de hominibus mollitiei et luxui assuetis Deut. XXVIII, 56, de verbis mollibus (sanft) s. blandis Ps. LV, 22: רַכּוּ דְבָרָיו מִשֶּׁמֶן. — 3) *debilitatum est* cor alic. i. e. timidus factus est (sein Herz verzagte). Praet. רַךְ 2 Reg. XXII, 19, et ita fut. יֵרַךְ (ut יֵחַם, יֵחַת, יֵמַר, יֵקַל) Deut. XX, 3. Jes. VII, 4. Jer. LI, 46, quod cave pro fut. Niph. habeas.

Pu. רֻכְּכָה *emollitum est* (vulnus unguento) Jes. I, 6.

Hiph. causat. Kal no. 3. Iob. XXIII, 16.

רַךְ f. רַכָּה adj. 1) *tenuis*, *tener*, de fronde tenera Ez. XVII, 22, de pueris tenerae aetatis Gen. XXXIII, 13. Prov. IV, 3: רַךְ וְיָחִיד לִפְנֵי אִמִּי. 1 Par. XXII, 5: נַעַר וָרָךְ. XXIX, 1, de tenerae aetatis et carnis pecude Gen. XVIII, 7. — 2) *mollis*, de lingua Prov. XXV, 15, inde a) *lenis*, *placidus* Prov. XV, 1. רַכּוֹת verba lenia, blanda (μαλακὰ ἔπη, μαλακοὶ λόγοι Hom.) Iob. XL, 27. b) *delicatus* (verzärtelt), luxui assuetus Deut. XXVIII, 54. 56. — 3) *debilis*, *infirmus* (opp. potenti) 2 Sam. III, 39. עֵינַיִם רַכּוֹת oculi debiles i. e. hebetes (qui turpes habebantur ab Orientalibus, quippe qui oculos vividos et fulgentes in deliciis habeant, opp. יְפֵה עֵינַיִם 1 Sam. XVI, 12). Gen. XXIX, 17. LXX ἀσθενεῖς. Aqu. Symm. ἁπαλοί. Pesch. ܪ̈ܟܝܟܢ. Vulg. paullo fortius: oculi *lippi.* Lakemacherus (observatt. phil. II, obs. 1 §. 3. 4) et Bohlenius ad h. l. *vultum macrum* intelligebant: male, neque enim עֵינַיִם unquam vultum designat, neque רַךְ ad *maciem* refertur. — רַךְ לֵבָב timidus (v. rad. no. 3) Deut. XX, 8. 2 Par. XIII, 7.

רֹךְ m. *mollities* Deut. XXVIII, 56.

מֹרֶךְ (ad formam מֶכֶס, מֶמֶר) m. pr. *infirmitas*, addito בִּלְבָב *pavor*, *timor* Lev. XXVI, 36. LXX δειλία, Vulg. *pavor*, v. rad. no. 3. Secundarium est et a nostro nomine petitum, quod Rabbini habent נתמרך mollescere.

רָכַל i. q. רָגַל *circumivit* 1) negotiandi caussa i. q. סָחַר, inde *negotiatus est.* Part. רֹכֵל *mercator*, *institor* Cant. III, 6 (LXX bene h. l. *μυρεψός*), pl. 1 Reg. X, 15. Neh. III, 31. 32. XIII, 20. Ez. XVII, 4. XXVII, 13. 15. 17 sqq. Fem. רֹכֶלֶת mercatrix Ez. XXVII, 3. 20. 23. Apte LXX ap. Ezech. *ἔμποροι*, sed ap. Nehem. *ῥωποπώλης*, *μετάβολος*. (Syr. ܪܰܟܳܠ spec. est aromatarius, pharmacopola, et ita Cant. l. c. Sed cave cum Eichhornio conferas كَرَّاث, *venditor porri*, quod est a كُرّاث porrum). Inde רְכֻלָּה, מַרְכֹּלֶת.

2) obtrectandi caussa (cf. arab. سعى ambulavit it. obtrectavit, calumniavit).

רָכָל (mercatus) n. pr. oppidi in tribu Judae 1 Sam. XXX, 29.

רְכֻלָּה f. *mercatura* Ez. XXVI, 12. XXVIII, 5. 16. 18.

רָכִיל m. *obtrectatio*, v. rad. no. 2. אַנְשֵׁי רָכִיל obtrectatores Ez. XXII, 9. הָלַךְ רָכִיל pr. ivit obtrectationem i. e. obtrectandi caussa circumivit Lev. XIX, 16. Prov. XI, 13. XX, 19. Jer. VI, 28. IX, 3. Similis est locutio Syra ܗܰܠܶܟ ܒܬܪܰܬܶܝܢ ambulare in duabus (partibus) Sir. V, 16. 17.

מַרְכֹּלֶת f. *mercatus*, *emporium* Ez. XXVII, 24.

רָכַס *alligavit* Exod. XXVIII, 28. XXXIX, 21. LXX *σφίγγω*, *συσφίγγω*. Vulg. stringo, et ita Onk. Pesch. Saad. (Arab. رَكَسَ alligavit v. c. pecus in stabulo. Zab. ܪܟܣ colligavit, constrinxit).

רֶכֶס pl. רְכָסִים Jes. XL, 4 *loca ligata* i. e. impedita, *salebrosa* et transitu difficilia, vel sec. R. Salom. iuga montium, montes inter se coniuncti et quasi colligati (nostr. Bergketten). Opp. בִּקְעָה. LXX *ἡ τραχεῖα.* Vulg. aspera. Targ. בֵּית גְּדוּדִין locus saepe incisus i. e. salebrosus (gall. défilé). Saad. الخشينة regio aspera. Abulw. المواضع الشديدة loca dura i. e. transitu difficilia: verbo enim רָכַס *ligavit* easdem significationes tribuit atque arab. شَدَّ. Kimchi: montes alti et ardui.

רֹכֶס, semel legitur Ps. XXXI, 21: רֻכְסֵי אִישׁ vel 1) *laquei* virorum i. e. insidiae (arab. كِرَاس funis, laqueus), vel b) turmae s. catervae virorum (q. d. *Banden*, ut אֲגֻדָּה ab אָגַד). Targ. גְּדוּדֵי גַּבְרַיָּא, vel c) *coniurationes*, *foedera* coll. קֶשֶׁר a קָשַׁר. — Abulw. شدائد dura i. e. calamitates, res adversae, v. רֶכֶס.

רָכַשׁ 1) i. q. Arab. رَكَضَ (ض et ש permutatis) pr. *percussit* pede, spec. motis *pedibus impulit* equum *ad cursum*, inde رُكِضَ in cursum actus est equus, *cucurrit*, et sic رَكَضَ I. VIII. *celeriter cucurrit*, fugit, رَكْض الخيل cursus celer equorum, رَاكِض et مَرْكُوض equus celeriter currens. Cognata est haec radix verbis ركل percussit pede equum, ut ad cursum adigeret, it. لكض, لكز, لكم, لكح, لكع, لكأ, لكد adeoque نكت, نكز, نكع, نكأ, نكم percussit, pugno percussit, it. نَكَظَ percussit, ad festinandum impulit, med. Kesr. festinavit, نكع percussit pede, نكز percussit, pepulit, trusit. Inde רֶכֶשׁ equus velox.

2) *collegit*, *comparavit* sibi (opes) Gen. XII, 5. XXXI, 18. XXXVI, 6. XLVI, 6. LXX. *ποιέω*, *περιποιέω*, *κτάομαι*. Inde רְכוּשׁ. (Haec significatio in linguis cognatis non reperitur. Sed nihil dubito, quin cum signif. 1 ita cohaereat, ut a percutiendo ducta sit *cogendi* s. *coagendi*, inde *colligendi* vis, cf. nostr. *Schätze zusammenschlagen*, quod idem est atque *zusammentreiben*, *zusammenbringen*. Cf. arab. ركم percussit, dein: coacervavit, fort. zab. ܪܟܫ colligavit.

רֶכֶשׁ in Pausa רָכֶשׁ m. *equus* generosior et *velocissimus* (Renner), in sing. etiam collect. *equi.* 1 Reg. V, 8 (IV, 28) ר׳ distinguuntur a סוּסִים, et ita Esth. VIII, 10. 14, ubi tabellarii regii huiusmodi equis utuntur. Mich. I, 13. LXX. Esth. l. c. *ἵπποι*, et ita adeo pro רכוש Gen. XIV, 11. 16. 21. R. Jona apud Kimchium: *equi bonae indolis iique iuniores*, sed ipse Kimchius loco 1 Reg. male intellecto: *ignotum iumenti genus*, *ab equo diversum*, Elias adeo *dromadem* interpretabatur. *Equi* autem significatus ex usu Aramaeorum longe certissimus est. Chald. רִכְשָׁא Esth. l. c. et רִכְשַׁיָּא 2 Reg. et Mich. l. c. i. q. hebr., talmud. אתרי רכשי duo equi Cheth. 79. Baba bathra 152. Syr. ܪܰܟܫܳܐ et collect. ܪܰܟܫܳܐ *equi*, iique ad equitandum idonei (Reitpferde BH. 160, l. 18: ܐܪܟܫܝ, ܐܪܟܫܝ ܪܟܫܐ ܠܪܗܛܐ, p. 215. 440, l. 18, ܪܰܟܫܳܬܳܐ equae Ephr. 1, 184. Adde quae ex Pesch. laudant Castellus et Bernsteinius. Bar Bahlul explicat الخيل *equos*, Bar Ali „equam et alia animalia ex genere iumentorum et asinorum", v. Anecdd. orient. II p. 59, ubi *admissarii* vim a Castello falso adoptatam esse ostendimus. Nasor. ܪܟܫܐ equus. Vide Boch. Hieroz. I, 38 Lips. De etymo hic ita statuit, ut רֶכֶשׁ pr. *pecus* et *iumentum* quodvis fuisse censeat, a *possidendo* dictum [coll. מִקְנֶה et *κτῆνος*, quod pro רֶכֶשׁ ponitur Num. XVI, 32], dein spec. *equum:* sed possidendi vim ipsam secundariam esse supra vidimus.

רְכוּשׁ defective **רְכֻשׁ** Gen. XIV, 11. 16. 21, c. suff. רְכֻשׁוֹ, רְכוּשׁוֹ m. pr. comparatum, acquisitum, inde *res quas* quis *habet*, *possidet* nostr. die Habe, LXX:

τὰ ὑπάρχοντα, ἡ ὕπαρξις. Varie usurpatur. 1) sensu amplissimo omnes omnino *facultates* et *bona* complectitur, velut agros, hortos, vineas, annonam, unde שָׂרֵי רְכוּשׁ הַמֶּלֶךְ 1 Par. XXVII, 31 his omnibus praefecti erant (v. comm. 25—31). Alibi etiam *greges* peculio regio (רְכוּשׁ הַמֶּלֶךְ) annumerantur 2 Par. XXI, 14. XXXV, 7. — 2) Sensu ampliori eas potissimum *opes fortunas*que designat, quae asportari et abigi possunt (bewegliche Habe), velut greges, aurum et argentum, supellectilem Gen. XII, 5 (ubi excluduntur mancipia). XIII, 6. XIV, 12. 16. XV, 14. XXXVI, 7. Num. XVI, 32. 2 Par. XXI, 17. XXXII, 29. Esr. VIII, 21. X, 8. Dan. XI, 13. 24. 28. Quanquam passim iuxta memorantur greges Gen. XXXI, 18. XLVI, 6. Num. XXXV, 3. 1 Par. XXVIII, 1, annona Gen. XIV, 11. Aliquoties adeo 3) sensu strictiori solam *supellectilem* significare videtur (LXX novies ἀποσκευή): exclusis adeo rebus pretiosis, auro et argento. Esr. I, 4. 6. — LXX רְכוּשׁ ter (Gen. XIV, 11. 16. 21) *equitatum* transferunt (coll. רֶכֶשׁ), alibi κτῆνος Num. XVI, 32, bis κτῆσιν Gen. XLVI, 6. Esr. VIII, 21.

רָם *altus*, v. rad. רוּם.

רֵם *bubalus*, v. רְאֵם, rad. רָאַם.

רָמָה *excelsum*, v. ibid.

רָמָה 1) *iecit*, *deiecit* Exod. XV, 1. 21 (sq. בְּ *in mare*). — 2) *iaculatus est* (arcu). רוֹמֵי קֶשֶׁת Jer. IV, 29, pl. רוֹמֵי קֶשֶׁת Ps. LXXVIII, 9 *qui iaculantur arcu*, sagittarii. (Arab. رمى iecit, proiecit, et iaculatus est, رامٍ sagittarius, رمية iactus unus, aeth. ረመየ: syr. et chald. ܪܡܐ id. Congr. gr. ῥίπτω).

Pi. רִמָּה *fefellit, decepit* (pr. supplantavit, proiecit, ut gr. σφάλλω, unde lat. *fallo*), sq. acc. Gen. XXIX, 25: לָמָּה רִמִּיתָנִי *quare fefellisti me?* Jos. IX, 22. 1 Sam. XIX, 17. XXVIII, 12. 2 Sam. XIX, 27. Prov. XXVI, 19. Thren. I, 19. Praegn. 1 Par. XII, 17: לְרַמּוֹתַנִי לְצָרַי *ad me decipiendum* (et prodendum) *hostibus meis*.

רְמָה, רְמָא chald. 1) *iecit* Dan. III, 20. 21. 24. VI, 17, sq. לְ loci quorsum aliquid proiicitur. — 2) *posuit, collocavit*, v. c. sellas Dan. VII, 9: עַד דִּי כָרְסָוָן רְמִיו *usquedum sellae positae erant*. (Cf. Jer. I, 15 Targ. et syr. ܐܬܪܡܝܬ ܟܘܪܣܝܐ Sus. 28, it. BH. 280. Apoc. IV, 2: θρόνος ἔκειτο, et יָרָה no. 2. Nasoraei רמא usurpant pro: amicire se aliqua re, ut auro, coraliis, nostr. *anlegen*, cf. *iniicere* alicui catenas, equo frena, v. Lorsbach Museum 1, 46. — 3) (tributum) *imposuit* Esr. VII, 24 cf. 2 Reg. XVIII, 14 Targ.

Ithpe. proiectus est Dan. III, 6. 15.

רַמְיָה (quem *Jehova collocavit* cf. רָמָה no. 2) n. pr. viri Esr. X, 25.

רְמִיָּה f. 1) *deiectio* s. *remissio* manuum, *ignavia*. (Notio radicis prope accedit ad cogn. רָפָה. Arab. رمى VI. laxum, remissum fuit negotium). נֶפֶשׁ רְמִיָּה homo ignavus, piger Prov. XIX, 15, et ita רְמִיָּה concr. Prov. XII, 27 (c. masc.) et Comm. 24 (c. fem.). עֹשֶׂה כַף רְמִיָּה laboravit manu remissa Prov. X, 4 cf. gr. §. 135, 1 not. 3. Adv. remisse, negligenter Jer. XLVIII, 10.

2) *deceptio*, *fraus*, *dolus* (v. rad. Pi.). Ps. XXXII, 2. Mich. VI, 12. Dicunt: עָשָׂה רְמִיָּה egit fraudem Ps. LII, 4. CI, 7, דִּבֶּר ר׳ Iob. XIII, 7 cf. XXVII, 4. לְשׁוֹן רְמִיָּה lingua fraudulenta Ps. CXX, 2. 3. קֶשֶׁת רְמִיָּה arcus fallax, qui a meta aberrat (cf. arab. بت mentitus est arcus, it. حالت القوس Schult. ad Ham. 362) Hos. VII, 16, poët. sagittarii dolosi, qui simulata fuga fallunt Ps. LXXVIII, 57.

יִרְמְיָהוּ, יִרְמְיָה (quem Jova *iecit* i. e. collocavit, *constituit*, v. chald. no. 2) *Jeremias*, LXX: Ἱερεμίας, Pesch. ܐܪܡܝܐ, arab. إرميا, n. pr. quod gesserunt 1) propheta nobilissimus, filius Hilkiae, sacerdotis Anathothensis, qui inde ab anno tertio et decimo Josiae usque ad excidium Hierosolymorum in Palaestina munere prophetico functus dein in Aegyptum emigravit (Jerem. XLIII, 1 sqq.), ubi mortuus esse videtur. Legitur in ipso Jerem. libro sexcenties, praeterea 2 Par. XXXV, 25. XXXVI, 12. 21. Dan. IX, 2. Praeter eum alii viri 2) socer Joahasi regis 2 Reg. XXIII, 31 cf. Jer. XXXV, 3. 3) 1 Par. XII, 13. 4) 1 Par. V, 24. 5) 1 Par. XII, 4. 6) 1 Par. XII, 10. 7) Neh. X, 3. XII, 1. 12.

מִרְמָה f. 1) *fraus*, *dolus* (v. rad. Pi.) Gen. XXVII, 35. XXXIV, 13. Ps. XXXVI, 4. Prov. XII, 5. 17. 20. XIV, 8. XXVI, 24. Dicunt: facere dolum Dan. XI, 23, nectere d. Ps. L, 19, loqui d. XXXIV, 14, inde: dolus est in manu alic. Dan. VIII, 25, in ore Jes. LIII, 9, it. labia doli Ps. XVII, 1, lingua d. LII, 6, os doli CIX, 2. אִישׁ מִרְמָה vir dolosus Ps. V, 7. מֹאזְנֵי מִרְמָה, אַבְנֵי מִרְמָה pondera dolosa Mich. VI, 11, lances dolosae Prov. XI, 1. *Iurare* לְמִרְמָה i. e. peierare Ps. XXIV, 4. Meton. *opes fraude partae* Jer. V, 27. Pl. מִרְמוֹת Ps. X, 7. XXXV, 20. — 2) n. pr. viri 1 Par. VIII, 10.

תָּרְמָה f. *dolus*. Iud. IX, 31: *misit nuncios dolose* i. e. clam, ut recte LXX et Targ. Jos. Kimchi h. l. nom. pr. esse volebat, nulla probabilitate, v. Reland p. 585.

תַּרְמִית f. id. Zeph. III, 13. Jer. VIII, 5. XIV, 14 (ubi in Chethibh est תַּרְמוּת) XXIII, 26. Ps. CXIX, 118.

תַּרְמוּת f. id. Jer. XIV, 14 Cheth.

רָמַח rad. inusit. Arab. رَمَحَ confodit lancea (رُمْح). Fortasse conflata est rad. ex רָמָה iecit, et נָחָה feriit, v. ad עָקַשׁ. Ceterum lancea possit etiam a splendendo dicta esse, arab. رمح splenduit fulmen.

רֹמַח pl. רְמָחִים (Abulw. רְנָחִים) cstr. רָמְחֵי m. *lancea, hasta*, max. gravis armaturae militum, quare saepe copulatur cum צִנָּה (1 Par. XII, 8. 24. 2 Par. XI, 12. XIV, 7. XXV, 5) Num. XXV, 7. Iud. V, 8. Neh. IV, 7. 10. 15. Passim intelligitur *cuspis* eius *ferrea, cultellus*. Jer. XLVI, 4: מִרְקוּ הָרְמָחִים. Joël IV, 10. 1 Reg. XVIII, 28: *et incisuras sibi fecerunt* (sacerdotes Baalis) בַּחֲרָבוֹת וּבָרְמָחִים. (Aram. רוּמְחָא ܪܘܡܚܐ id. BH. 281. Arab. رُمْح lancea qua utuntur ad percutiendum non ad coniiciendum, eaque cuspide munita, de Sacy chr. II, 332 ed. 2, aeth. ረምሕ: et ርምሕ: id.).

רַמִּי, v. אֲרַמִּי *Syrus*.

רַמָּךְ f. semel legitur Esth. VIII, 10: *muli* בְּנֵי הָרַמָּכִים vel 1) *filii equarum*, ut Aben Esra coll. arab. رَمَكَة equa, v. Bochart. Hieroz. I, 39 Lips. vel 2) *filii gregum equinorum* (sc. regis). Ita Pesch. ܒܢܝ ܪܡܟܐ, syriacum autem ܪܡܟܐ est: *grex equorum, equarum*, licet transferatur etiam ad alia animalia, ut greges porcorum et onagrorum (v. Bar Ali et B. Bahl. in Anecdd. orient. p. 60): estque persicae originis, a رمه grex, armentum, agmen Cast. col. 295. [BH. 137 lin. ܥܢ̈ܐ ܘܪܡܟ̈ܐ ܕܣܘ̈ܣܘܬܐ ܘܓܡ̈ܠܐ *oves et greges equorum et camelorum*. Sed de femella onagri Ephr. II, 470 lin. 2: ܥܪܕܐ ܛܢܢܐ ܗܘ ܒܨܐ ܐܢ ܙܢܝܬ ܪܡܟܬܗ ܘܡܬܦܪܥ ܠܗ̇ *onager zelotypus explorat, si scortata est femella, eamque punit*]. Benfey v. cl., qui (Monatsnamen p. 190) non *equas* vel *armenta*, sed *pellices, mulieres* interpretatur, coniecturam suam nobis non persuasit, v. אֲחַשְׁתְּרָנִים.

רָמַל rad. inusit., arab. رمل ornavit gemmis, infecit sanguine, unde

רְמַלְיָהוּ (quem Jehova ornavit) n. pr. patris Pekachi, regis Israëlitarum, hominis privati et ignobilis, quamobrem filius eius contemtim בֶּן־רְמַלְיָהוּ appellatur (Jes. VII, 4. 5. VIII, 6). 2 Reg. XV, 25. LXX: Ῥομελίας, Vulg. Romelias.

I. רָמַם i. q. רוּם *altus fuit, excelsus fuit*. (Sam. רמם i. q. רום). Praet. רֹמּוּ (ubi multi libri mss. et editi רָמוּ) Iob. XXII, 12 et רֹמּוּ (ubi alii libri רוֹמוּ) XXIV, 24. Part. רוֹמֵמָה alta Ps. CXVIII, 16.

Niph. imp. pl. הֵרֹמּוּ Num. XVII, 10, et fut. יֵרֹמּוּ Ezech. X, 15. 17. 19 (in quibus exemplis pauci codd. Dagesch omittunt) *extulit se, surrexit*.

II. רָמַם arab. رَمَّ *computruit, cariosum factum est* (os), it. *medullosum fuit* os. V. rosit os, etiam I. VIII. comedit, voravit. Fürstius huic radici *rependi* vim tribuit ex coniectura coll. רָמַשׂ et lat. *repo*. Ipsius verbi exemplum reperisse sibi videtur in Ex. XVI, 20: וַיָּרֻם תּוֹלָעִים *et repebant vermes*: sed tutius vertes: *et creverunt*, a rad. רוּם.

רִמָּה f. *vermis*, a putredine dictus. (Arab. رِمَّة putredo, caries ossium, it. teredo, sed hoc nonnisi in diall. quibusdam. Zab. רימא vermis). Plerumque collect. *vermes* Ex. XVI, 24. Jes. XIV, 11. Iob. VII, 5. XVII, 14. XXI, 26. XXIV, 20. Semel translate de homine, utpote infirmo et contemto Iob. XXV, 6.

רִמּוֹן m. 1) *malus Punica*, et *malum Punicum*. (Syr. ܪܘܡܢܐ, arab. رُمَّان, unde lusit. *romãa*, aeth. ሮማን: id. Praeterea in lingua Coptica, theb. ⲥⲣⲙⲁⲛ, ⲥⲉⲣⲙⲁⲛ, memph. ⲉⲣⲙⲁⲛ id.). Ponitur de arbore Num. XX, 5. Deut. VIII, 8. 1 Sam. XIV, 2. Joël I, 12. Hagg. II, 19. Cant. IV, 13. VI, 11. VII, 13, de fructu Cant. IV, 3. VI, 7. VIII, 2, etiam arte facto Ex. XXVIII, 33. 34. XXXIX, 25. 1 Reg. VII, 42. 2 Reg. XXV, 17. 2 Par. III, 16. IV, 13. Crescebat arbor et etiamnum crescit in Syria, Palaestina, et Aegypto (Num. XX, 5) v. Celsii Hierob. I, 272 sqq. Origo vocis obscura. Sunt qui רִמּוֹן pr. *vermiculosum* (wurmstichig) significare putent, quia malus Punica a verme, talmud. הָה dicto (Schabb. 90, 1) tantopere infestetur: equidem malim *medullosum* interpretari, a رَمَّ medullosus fuit. Ab arbore, non fructu, proficiscens possis etiam *altam* (arborem) explicare (v. no. 2): quanquam non ita procera est ista arbor. — Ceterum a malorum Punicarum copia haec dicta sunt nomina propria locorum

a) opp. Simeonitarum in australibus Palaestinae finibus Jos. XV, 32. XIX, 7. 1 Par. IV, 32. Zach. XIV, 10. — 1 Par. l. c. hoc oppidum copulatur cum עַיִן, oppido Levitarum in agro Simeonitarum, sed Neh. XI, 29 haec in unum contracta sunt, hoc modo: וּבְעֵין רִמּוֹן וּבְצָרְעָה וְגוֹ', quod vereor ne falsum sit. Euseb. v. Ἐρεμβών ponit 16 mill. ab austro Eleutheropoleos, v. Reland. Palaest. p. 973.

b) rupis prope Gibeam Iud. XX, 45. 47. XXI, 13 quo referunt etiam 1 Sam. XIV, 2.

c) opp. Sebulonitarum Jos. XIX, 13 (ubi מְתֹאָר ad n. pr. non pertinet, v. s. v. תָּאַר). Idem est רִמּוֹנוֹ 1 Par. VI, 62, lege רִמּוֹן. LXX: Ῥεμμών. Eodem nexu praeterea Jos. XXI, 35 legitur דִּמְנָה, quo et ipso loco reponendum videtur רמנה = רִמֹּנָה. Vide Movers Chronik p. 72. 73.

d) רִמֹּן פֶּרֶץ statio Israëlitarum in deserto Num. XXXIII, 19. — Adde הֲדַדְרִמּוֹן ,גַּת רִמּוֹן, sed hoc posterius pertinet ad no. 2.

2) a) n. pr. idoli Syrorum 2 Reg. V, 18, cuius aliud praeterea vestigium est in n. pr. viri טַבְרִמּוֹן et oppidi הֲדַדְרִמּוֹן. Haud improbabilis est Clerici, Seldeni (de dis Syris 2, 10) al. opinio, qui רִמּוֹן *Excelsum* interpretantur i. q. עֶלְיוֹן, a rad. רָמַם no. I. Hesych. Ῥαμάς, ὕψιστος θεός. — b) no. pr. viri 2 Sam. IV, 2.

רָמַס fut. יִרְמֹס (cogn. רָפַס) 1) *calcavit* pedibus, ut figulus argillam sq. acc. Jes. XLI, 25, sq. בְּ Nah. III, 14, adde Ez. XXXIV, 18. Inde *ingressus est super* al. re, sq. acc. Ps. XCI, 13: תִּרְמֹס כְּפִיר וְתַנִּין *incedes super leonibus et draconibus.*

2) *conculcavit* (zertreten) 2 Reg. XIV, 9. Jes. XXVI, 6. Dan. VIII, 7. 10, *calcando comminuit* adeoque *interfecit* v. c. hominem 2 Reg. VII, 17. 20. IX, 33, leo praedam Mich. V, 7. Jes. LXIII, 3: אֶרְמְסֵם בַּחֲמָתִי *conculcabo eos in ira mea.* Ps. VII, 6: יִרְמֹס לָאָרֶץ חַיָּי. Part. רֹמֵס *conculcator* i. e. crudelis populorum oppressor Jes. XVI, 4. — Tribuitur pedi Jes. XXVI, 6, vel homini bestiaeve addito בְּרַגְלַיִם Ez. XXXIV, 18. — Dicunt: conculcare plateas (ungulis equorum) Ez. XXVI, 11, atria (quod simul profanandi vim habet, v. בּוֹסֵס) Jes. I, 12. (Sam. id.).

Niph. pass. Jes. XXVIII, 3.

מִרְמָס m. *conculcatio*, *res* pedibus *conculcata*. Jes. V, 5 de vinea: וְהָיָה לְמִרְמָס. VII, 25: וְהָיָה לְמִרְמַס שֶׂה. X, 6. XXVIII, 18. Mich. VII, 10. Ez. XXXIV, 19. Dan. VIII, 13.

רָמַשׂ fut. יִרְמֹשׂ 1) *repsit*, *reptavit*, vc. proprium de animalibus minoribus in solo reptantibus, tum iis qui quattuor pedes et plures habent, ut muribus, lacertis, cancris (atque haec est propria significatio, cf. רָמַס), tum iis qui pedibus carent corpusque in humo trahunt, ut serpentibus, vermibus. Gen. I, 26 post mentionem quadrupedum tum domesticorum tum agrestium, avium, piscium: כָּל־הָרֶמֶשׂ הָרֹמֵשׂ עַל הָאָרֶץ *omnia reptilia, quae reptant super terra.* Comm. 28. 30. VII, 8. 14. VIII, 17. 19. Lev. XI, 44. Passim *terra* dicitur *reptare reptilibus*, c. acc. (cf. הָלַךְ no. 3). Gen. IX, 2: בְּכֹל אֲשֶׁר תִּרְמֹשׂ הָאֲדָמָה *in omnia quibus reptat terra* i. e. quae magna copia in terra reptant. — 2) Ampliore significatu dicitur de reptilibus aquatilibus (amphibiis) Gen. I, 21: הַחַיָּה הָרֹמֶשֶׂת אֲשֶׁר שָׁרְצוּ הַמַּיִם *bestiae reptiles, quibus scatent aquae.* Lev. XI, 46. Ps. LXIX, 35, omnibusque omnino bestiis terrestribus Gen. VII, 21 init. Ps. CIV, 20: (noctu) *prorepunt* (ex lustris) *bestiae silvestres.* (Arab. رمش palpavit manu). Inde

רֶמֶשׂ m. *reptile*, collect. *reptilia.* Gen. I, 25. 26. VI, 7. VII, 14. 23, saepe רֶמֶשׂ הָאֲדָמָה quicquid in humo reptat I, 25. VI, 20. Hos. II, 20 cf. Deut. IV, 18. Semel de bestiis aquatilibus Ps. CIV, 25. De omnibus omnino animalibus terrestribus Gen. IX, 3. LXX constanter: ἑρπετόν.

רֶמֶת n. pr. v. רוּם.

רָנָה *sonum tremulum et tinnulum edidit* i. q. רָנַן. Iob. XXXIX, 22 de equo bellatore: *nihil timet, nec redit metu gladii.* 23: עָלָיו תִּרְנֶה אַשְׁפָּה, quod alii explicant: *super eo tinnit pharetra* equitis, alii, auctore Bocharto (Hieroz. I, 83 Lips.): si *contra eum strident sagittae* (pharetra pro sagittis dicta), sc. nil timet. Cf. Hom. Il. 4, 125: λίγξε βιός, νευρὴ δὲ μέγ᾽ ἴαχεν. Atque hoc posterius linguae arabicae usu mirifice firmatur. A radice رنى est رَنًا sonus, تَرْنِيَةٌ sonus tinnulus, sed رنّ I. IV. spec. est stridorem edidit arcus (dum telum emittitur). Kamus: ارنّت القوس اذا رميت منها *sonat arcus, si* (telum) *ex eo emitto*, رَنِينٌ sonus arcus, مِرْنَانٌ et مِرْنَةٌ arcus, pec. durus. Idem valet رنم II. sonuit arcus, رَنْمَةٌ tinnitus arcus, تَرْنَمُوتٌ arcus tinniens. Adde Schult. ad Har. I, p. 11. (Syr. ܪܢܐ est: meditatus est, cogitavit, quod a susurro vel murmure secum loquentium profectum videtur, v. הָגָה et רָנַן).

רָנַן inf. et imp. רֹן fut. יָרֹן (bis תָּרֹנָּה Prov. I. 20. VIII, 3, semel יָרוּן Prov. XXIX, 6) pr. *sonum tremulum et stridulum edidit.* Spec. 1) de sono tremulo mali s. perticae excelsae, quae in aëre vibratur, v. אֹרֶן et תֹּרֶן; it. de stridore torrentis, v. n. pr. אַרְנוֹן. (Arab. رنّ tremulum sonum edidit arcus, schwirren, v. רָנָה).

2) *vocem vibravit*, a) prae gaudio, *iubilavit*, laetos clamores sustulit, max., ut videtur, voce quam non articulatam dicunt (trillern, jubeln) Lev. IX, 24, praeterea in solo poëtico sermone Ps. XXXV, 27. Prov. ll. cc. Iob. XXXVIII, 7. Jer. XII, 6. XLII, 11. LIV, 1. LXV, 14. Zeph. III, 14. Zach. II, 14. Tribuitur linguae humanae Jes. XXXV, 6, etiam rebus animatis Jes. XLIV, 23. XLIX, 13. Sq. acc. *cum iubilo celebravit* aliquem (v. Pi.) Jes. LXI, 7: (תַּחַת) כְּלִמָּה יָרֹנּוּ חֶלְקָם *loco ignominiae* pristinae *celebrabunt portionem suam* i. e. Jovam (v. חֵלֶק 2, c). Male Hitzigius: sie jubeln ihr Theil. Sq. בְּ id. Jes. XXIV, 14, sed sq. לְ propter

aliquem. Jer. XXXI, 7: רָנּוּ לְיַעֲקֹב שִׂמְחָה *iubilate gaudium* i. e. iubilo significate gaudium vestrum *propter Jacobum*. — b) prae dolore, *vagivit* (wimmern) Thren. II, 19. (Arab. رنّ vagivit, ploravit, رَنِين mulier vagiens, رَنَّة vagitus Har. I, p. 10 Sch. Chald. et sam. murmuravit, mussitavit, et chald. etiam: meditatus est i. q. syr. ܪܢܐ).

Pi. רִנֵּן i. q. Kal no. 2 *iubilavit* Ps. XC, 14. XCVIII, 4. CXXXII, 16. Jes. XXVI, 19. LII, 9, sq. בְּ *de* aliquo, aliqua re Ps. XX, 6. XXXIII, 1. LXXXIX, 13. XCII, 5 (sed Ps. LXIII, 8 cum בְּ loci), sq. עַל (de interitu alic.) Jer. LI, 48. Sed sq. acc. pers. vel rei, *iubilando celebravit* Ps. LI, 16. LIX, 17. CXLV, 7, sq. אֶל LXXXIV, 3, לְ XCV, 1. Inf. nomin. רַנֵּן iubilum Jes. XXXV, 2. Tribuitur inanimatis Ps. XCVI, 12.

Hiph. הִרְנִין 1) *iubilare fecit* aliquem Iob. XXIX, 13. Ps. LXV, 9. 2) i. q. Kal et *Pi. iubila sustulit*, *iubilavit* Deut. XXXII, 43. Ps. XXXII, 11, sq. לְ LXXXI, 2.

רְנָנָה f. 1) *iubilum* Ps. C, 2. Iob. III, 7. XX, 5. Pl. רְנָנוֹת Ps. LXIII, 6.

2) רְנָנִים Iob. XXXIX, 13 (16) sqq. *struthiones* eaeque *femellae*, dictae a vagitu nocturno (Thren. II, 19 cf. ad יַעֲנָה p. 609), quem cantum appellant Arabes (زمر cecinit, it. de voce struthionis), unde زِمَار struthio femina. Ita Vulg. *struthio*. Copulatur cum verbo et pronom. fem. (praeter הִקְשִׁיחַ Comm. 16). Targ. תַּרְנְגוֹל *gallus*, Kimchi: *pavo*, quem sequitur Lutherus: sed in neutrum cadunt, quae statim sequuntur Comm. 14 — 17. Vide doctam de h. l. disputationem Bocharti in Hieroz. II, p. 838 — 53 Lips.

רֹן m. *iubilum*. Pl. רָנֵּי פַלֵּט iubila liberationis Ps. XXXII, 7.

רִנָּה f. 1) *iubilum* Ps. XXX, 6. XLII, 5. XLVII, 2. CV, 43. CVII, 22. CXXVI, 2. Jes. XXXV, 10. LI, 11. 1 Reg. XXII, 36: וַיַּעֲבֹר הָרִנָּה בַּמַּחֲנֶה ... לֵאמֹר *et transiit per castra laetus clamor: in patriam*. — 2) *clamor lugubris*, *vagitus* (Wimmern) Ps. XVII, 1. LXI, 2. LXXXVIII, 3. CVI, 44. Jer. XIV, 12. — 3) n. pr. m. 1 Par. IV, 20.

אֹרֶן nomen arboris, *pinus*, v. pag. 152. Verum rad. non אָרַן esse videtur, sed רָנַן, אֹרֶן pro אֲרְנַן (ut בְּרָכָה a בָּרַךְ, רָנַן, תֹּרֶן), et *pinus* ita dicta est, quippe quae superne vento agitata *sonum tremulum* vel *susurrantem* (ψιθυρισμόν, Gesäusel) edat.

אַרְנוֹן n. pr. fluvii (p. 153 A), prob. pro רְנוֹן *strepens*, *susurrans*.

תֹּרֶן prob. i. q. אֹרֶן *pinus* (chald. תּוֹרְנִיתָא v. Edzard. ad Abod. s. p. 284), inde a) *malus* navis Jes. XXXIII, 23. Ez. XXVII, 5, b) *pertica* in montibus signi causa erecta Jes. XXX, 17. — De origine proxime ad verum accesserat Io. Simonis, qui ed. 1 — 3 (quarta enim editione bona haec observatio expuncta est) תֹּרֶן retulerat ad rad. רָנָה pro תְּרָנָה „a sonitu, quem abies vento agitata edat". Sed vera radix est רָנַן, unde תֹּרֶן formatum est ad analogiam nomm. מֹרֶךְ a רָכַךְ; תֹּמֶס a מָסַס; תְּהִלָּה (תְּהִלָּה) a הָלַל.

רָסַן rad. inusit. Arab. رسن ligavit fune. IV. constrinxit capistro, رَسَن funis, capistri pars, quae super naso est (Halfter). Ipsius verbi vestigium probabiliter superest in his Punicis apud Plaut. Poen. 5, 2, 67: *Gunebel balsamen ierasan* גאון נבל בעל שמים ירסן i. e. *fastum s. petulantiam stulti deus coelorum capistret*, v. monumm. Phoen. p. 381.

רֶסֶן c. suff. רִסְנוֹ m. 1) *capistrum*, quod naso incumbit (עַל לְחָיַיִם) Jes. XXX, 28, dein *frenum* quodvis Ps. XXXII, 9. Iob. XXX, 11: רֶסֶן מִפָּנַי שִׁלֵּחוּ *frenum coram me abiiciunt* i. e. effrenata licentia utuntur, cf. locutionem arab. طلق عذاره solvit frenum suum, de homine effrenato. Schult. ad Har. Cons. III pag. 180. Inde

2) *os interius*, cui frenum immittitur, *dentes*, ut gr. χαλινοί de duabus extremitatibus oris, ubi oreae inseruntur (Poll. onom. 2, 4 s. 20), et contra nostr. *Gebiss* pr. dentes, dein oreae inter dentes insertae. Iob. XLI, 5: בְּכֶפֶל רִסְנוֹ מִי יָבוֹא *in dentium duplicem seriem quis ingrediatur*, quis manum immittat.

3) n. pr. urbis antiquissimae et maximae (הָעִיר הַגְּדֹלָה) in Assyria, quae inter Niniven et Calachenen (כֶּלַח) interiecta erat, cuius alia vestigia non exstant. Gen. X, 12. LXX: Δασή al. Δασέμ. Ephraemus propter aliquam formae similitudinem conferebat ܪܫܥܝܢ i. e. راس عين Mesopotamiae oppidum.

רָסַס 1) *diffregit*, *disrupit*, cogn. verbis רָצַץ et הָרַס, ubi vide. (Chald. רְסַס contudit, unde רְסִיס contusus Lev. XXII, 24. Deut. XXVIII, 33 pro רָצוּץ, מְרַסֵּס id. Jes. I, 6. Zab. ܪܣܣ fregit (ossa). Inde רְסִיס no. 1.

2) *conspersit*, *perstillavit*. Ez. XLVI, 14: לָרֹס אֶת־הַסֹּלֶת *ad conspergendam similam*. (Chald. רְסַס et syr. conspersit, et stillavit. Pa. sparsit. ܪܣܣܐ sparsus; aspersio, ros. Arab. رشّ id.). Cum priore significatu hic ita conciliandus videtur, ut a *disrumpendo* et *comminuendo* profecta sit *dispergendi* et *spargendi* potestas.

רְסִיסִים *m.* 1) *fracturae*, *fissurae* aedium (parall. בְּקִיעִים) Am. VI, 11.

2) *guttae*. Cant. V, 2: רְסִיסֵי לָיְלָה *guttae nocturnae*, int. guttas roris.

רִסָּה (fractura, ruina) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. XXXIII, 21. 22.

רַע adj. *malus*, v. rad. רָעַע.

רֵעַ I) *tumultus*, v. rad. רוּעַ.
II) *socius*, *amicus*, a rad. רָעָה.

רֹעַ *mala conditio*, v. rad. רָעַע.

רָעֵב fut. יִרְעַב *esurivit*. (Arab. رَغِبَ amplus et multum capax fuit, رَغْبٌ amplus, de valle, رَغِيبٌ amplo ventre praeditus, aeth. per ח, ርኅበ: esurivit. Recte igitur Schult. ad Iob. VI, 6. Prov. VI, 30 *esuriendi* vim a ventre cavo et inani repetit coll. רָחַב, quanquam hoc ineptientis esse dicit Fürstius. Adde נֶפֶשׁ רֵקָה anima inanis pro esuriente Jes. XXIX, 8. Secundaria sunt رَغِبَ vorax, multum cupidus fuit, expetivit, quod a fame proficiscitur, رَغْبٌ voracitas, aviditas). Dicitur de singulis fame laborantibus Jes. VIII, 21. XLIX, 10. Ps. XXXIV, 11. L, 12. Prov. VI, 30. XIX, 15, de universa regione Gen. XLI, 55. Sq. לְ esurivit aliquid (לַלֶּחֶם) Jer. XLII, 14.

Hi. esurire fecit Deut. VIII, 2, *esurire sivit* Prov. X, 3.

רָעָב m. *fames* a) singulorum hominum. Deut. XXXII, 24. Thren. V, 10. מוּת בָּרָעָב fame periit Jer. XI, 22. רָעָב לַלֶּחֶם Am. VIII, 11. — b) universae regionis, *annonae caritas* (Hungersnoth) Gen. XXVI, 1. XLI, 27 sqq. XLV, 11. Ruth I, 1. 2 Sam. XXI, 1. XXIV, 13. 2 Reg. VI, 25. Iob. V, 20 al. רָעָב כָּבֵד Gen. XII, 10. XLIII, 1.

רָעֵב adj. f. רְעֵבָה *esuriens*, *famelicus* 2 Sam. XVII, 29. Iob. V, 5. XXII, 7. Jes. XXIX, 8 al., *fame confectus*, *enervatus* Iob. XVIII, 12.

רְעָבוֹן cstr. רַעֲבוֹן m. *fames* Ps. XXXVII, 19. Gen. XLII, 19: שֶׁבֶר רַעֲבוֹן בָּתֵּיכֶם annona quae sufficiat fami familiarum vestrarum. 33.

רָעַד *contremuit* (terra) Ps. CIV, 32. (Arab. رعد IV. tremefecit. VIII. tremuit, رِعْدَةٌ tremor. Sed crebrior est tonandi potestas. Aeth. ርዕደ: contremuit, ረዐድ: tremor. Sam. [Samaritan] tremor, terror. Cogn. רָעַשׁ, רָעַל.

Hiph. intrans. *contremuit* (pr. tremere fecit artus cf. הֶעֱרִיץ) Dan. X, 11. Esr. X, 9.

רַעַד m. *tremor* Ex. XV, 15. Ps. LV, 6.

רְעָדָה f. id. Ps. II, 11. XLVIII, 7. Jes. XXXIII, 14. Iob. IV, 14.

רָעָה fut. יִרְעֶה apoc. יֵרַע (Iob. XX, 26) 1) *pavit* gregem. (Arab. رَعَى pavit, pastum duxit gregem, translate custodivit, curavit, rexit. Aeth. ርዕየ: id. መርዔት: grex. Syr. chald. sam. id.). Constr. sq. acc. gregis Gen. IV, 2. XXX, 36. Exod. III, 1. 1 Sam. XVII, 15. Jes. XL, 11. LXI, 5. Jer. XXIII, 4. Ez. XXXIV, 2. 3. Iob. XXIV, 2. Cant. I, 8, sq. בְּ Gen. XXXVII, 2. 1 Sam. XVI, 11: רֹעֶה בַּצֹּאן (Hirt bey dem Vieh). XVII, 34, absol. Gen. XXIX, 7. XXXVII, 13. Num. XIV, 33. Cant. I, 7. II, 16. VI, 3 (addito בְּ loci). — Part. רֹעֶה subst. pastor (arab. رَاعٍ) Gen. XLVI, 34. Exod. II, 17. Jes. XIII, 20. Jer. XLIII, 12, sq. genit. gregis Gen. XIII, 7 et domini gregis, ut רֹעֵי יִצְחָק XXVI, 20. Fem. רֹעָה Gen. XXIX, 9. — Translate *pascere* est

a) i. q. *gubernare*, *moderari*, *curare*, saepe servata gregis imagine, et dicitur aa) de principe, rege (ut gr. ποιμὴν λαῶν). 2 Sam. V, 2: *pasces populum meum Israël*. VII, 7. Jer. XXIII, 2 sqq. Mich. V, 3. VII, 14, sq. בְּ Ps. LXXVIII, 71. Inde רֹעֶה pastor, de principe et rege Jer. II, 8. III, 15. XXII, 22. XXIII, 1—4. Ezech. XXXIV, 2 sqq. Zach. X, 3. Jes. XLIV, 28: הָאֹמֵר לְכוֹרֶשׁ רֹעִי *qui dicit Cyro: pastor meus* es i. e. rex a me constitutus. (Aram. פַּרְנֵס pavit it. gubernavit). — bb) de Deo. Ps. XXIII, 1: *Jova est pastor meus, non careo* ulla re. XXVIII, 9. LXXX, 2. Gen. XLVIII, 15. XLIX, 24 cf. Hos. IV, 16. (Arabice dicunt رعاكم الله Deus vos pascat i. e. curet!). — cc) de magistro virtutis et sapientiae. Prov. X, 21: שִׂפְתֵי צַדִּיק יִרְעוּ רַבִּים *labia iusti ducunt multos* ad virtutem. Inde רֹעֶה de magistro, doctore Eccl. XII, 11, et ita fortasse de prophetis Zach. XI, 5. 8. 16 (ubi alii principes intelligunt). — dd) Ps. XLIX, 15: מָוֶת יִרְעֵם *mors pascet eos*, in orco, instar gregis, v. hemist. primum. (Cf. arab. رايد الموت pastor mortis vit. Tim. II, 518).

b) *alere*, *nutrire*. Hos. IX, 2: *area et torcular eos non pascet* i. e. nutriet.

2) *pastus est* grex (gr. med. νέμομαι, βόσκομαι cf. رِعْيٌ, مَرْعًى pabulum). Jes. XI, 7: *iuvenca et ursa* תִּרְעֶינָה יַחְדָּו *una pascentur*. V, 17. XIV, 30. XXVII, 10. XXX, 23. LXV, 25. Iob. I, 14. Jon. III, 7, addito עַל loci Jes. XLIX, 9, it. בְּ loci Gen. XLI, 2: *pascebantur in ulva*. 18. Cant. IV, 5. Sq. acc. pascui, quod depascit grex Jer. L, 19: וְרָעָה הַכַּרְמֶל *et depascet* Israël *Carmelum*. VI, 3. Ez. XXXIV, 14. 18. 19. Mich. VII, 14. Ps.

LXXX, 14. Metaph. *depavit* est i. q. absumsit, abstulit, de gladio, igne, vento. Mich. V, 5: וְרָעוּ אֶת־אֶרֶץ אַשּׁוּר בַּחֶרֶב *et depascent Assyriam gladio:* gladio enim os tribuitur. Jer. II, 16: *filii Memphidis et Daphnes* יִרְעוּךְ קָדְקֹד *tibi depascunt verticem* i. e. terram tuam gladio vastant et detondent, ut vertex tondetur novacula (Jes. VII, 20) cf. Jer. XII, 10. Iob. XX, 26: יֵרַע שָׂרִיד בְּאָהֳלוֹ *depascit* ignis *quod reliquum est in tentorio eius.* Jer. XXII, 22: כָּל־רֹעַיִךְ תִּרְעֶה רוּחַ *omnes pastores tuos depascit* i. e. aufert *ventus* (lusus verborum, q. d. all deine Führer führt der Wind weg). Ventus enim vehemens omnia auferens terram quasi depascere et denudare dicitur. Denique Iob. XXIV, 21: רֹעֶה עֲקָרָה *qui depascit sterilem* i. e. vexat, opprimit (germ. airas simili tropo: aussaugt). Targ. h. l. et Jer. II, 16 רָעָה statuit idem valere quod רָעַע confregit, sed certa radicis potestas utrique loco idonea est. — Alibi (tuto) pasci est i. q. tuto vivere, metaphora a grege ducta Jes. XIV, 30.

3) *Pasci* aliqua re metaph. i. q. *delectari* re cf. Cic. Pis. 20. his ego rebus pascor, his delector, his perfruor. (Chald. רְעָה in Targg. pro hebr. רָצָה, בָּחַר, חָפֵץ, syr. ܪܥܐ delectatus est, voluit Ephr. II. 478. III, 441. Sam. per ח, ࠓࠏࠄ delectatus est, ࠓࠏࠅ benevolentia, favor. Cogn. רָצָה, (رضا)). Constr. a) sq. acc. delectatus est aliquo, eo familiariter usus est. Prov. XIII, 20: רֹעֶה כְסִילִים *qui delectatur stultis*, parall. הֹלֵךְ אֶת. LXX συμπορευόμενος ἄφροσι. Vulg. amicus stultorum. XXVIII, 7. XXIX, 3. Inde רֵעֶה, רֵעַ, מֵרֵעַ amicus, רַעְיָה, רְעוּת amica. — b) sq. acc. rei Prov. XV, 14: *os stultorum* יִרְעֶה אִוֶּלֶת *delectatur stultitia*, parall. בִּקֵּשׁ. Ps. XXXVII, 3: רְעֵה אֱמוּנָה *delectare veritate*, sectare veritatem. Inde רָעָה רוּחַ sectatus est ventum i. e. inania Hos. XII, 2 cf. Jes. XLIV, 20, et רְעוּת רוּחַ, רַעְיוֹן רוּחַ.

Pi. רֵעָה (d nom. a רֵעֶה, רֵעַ) *amicum l. socium fecit*, Iud. XIV, 20: לְמֵרֵעֵהוּ אֲשֶׁר רֵעָה לוֹ LXX. Vat. ἑνὶ τῶν φίλων αὐτοῦ, ὧν ἐφιλίασε, sed Alex. Ald. Compl. τῷ νυμφαγωγῷ αὐτοῦ, ὃς ἦν ἑταῖρος αὐτοῦ (Oxon. αὐτῷ).

Hiph. i. q. Kal no. 1. Ps. LXXVIII, 72.

Hithpa. *amicitiam contraxit cum* aliquo, sq. אֶת Prov. XXII, 24.

רָעָה *malum*, v. rad. רָעַע.

רֵעֶה m. *amicus* (v. rad. no. 3, a) i. q. רֵעַ, quod usitatius est. Nonnisi hoc nexu: רֵעֶה דָוִד 2 Sam. XV, 37. XVI, 16 (al. codd. et editt. 'רֵעָה ד) amicus Davidis, רֵעֶה הַמֶּלֶךְ (al. רֵעָה) 1 Reg. IV, 5 amicus regis, de consiliario regio supremo. C. suff. רֵעֶיךָ (ut מִקְנֶה, מִקְנֶיךָ) Prov. VI, 3.

רֵעַ (pro רֵעֶה), c. suff. רֵעִי, רֵעוֹ (Jer. VI, 21) sed longe usitatius רֵעֵהוּ, semel plene רֵיעֲכֶם Iob. VI, 27 (sed multi codd. defective) pl. רֵעִים c. suff. רֵעַי, רֵעֶיךָ, רֵעָיו Iob. XXXII, 3 et רֵעֵהוּ pro רֵעֵיהוּ Iob. XLII, 10. 1 Sam. XXX, 26, רֵעֵיהֶם Ps. XXVIII, 3. Jer. XXIX, 23 1) *amicus, necessarius, socius* Gen. XXXVIII, 12. 20. 2 Sam. XIII, 3. Prov. XIX, 6. XXV, 17. Iob. II, 11. XVI, 20. XVII, 5. XIX, 21. XXXV, 4. XLII, 7. Cant. V, 1. Jer. IX, 3 al. LXX φίλος, ἑταῖρος. Minus dicit quam אֹהֵב, Prov. XVIII, 24: אִישׁ רֵעִים לְהִתְרֹעֵעַ וְיֵשׁ אֹהֵב דָּבֵק מֵאָח *qui multos necessarios habet in perniciem ruit, sed amicus firmius adhaerescit quam frater,* cf. XVII, 17. Copulantur רֵעַ אֹהֵב Ps. XXXVIII, 12. LXXXVIII, 19, שָׁכֵן רֵעַ Jer. VI, 21, אָח רֵעַ Ps. CXXII, 8. Sq. dat. (ut gr. ὁ ἐμοὶ φίλος) Iob. XXX, 29: רֵעַ לִבְנוֹת יַעֲנָה *socius struthionum* i. e. instar struthionum vagiens. *Amicus sociusve* appellatur etiam a) amicus s. amasius mulieris (der Geliebte) Cant. V, 16. Jer. III, 1. 20. Hos. III, 1. Cf. רַעְיָה. — b) *quivis alius*, quocum vivimus, ὁ πλησίον (Nächster, Mitmensch), persaepe in legibus et praeceptis ethicis Exod. XX, 17: לֹא תַחְמֹד בֵּית רֵעֶךָ LXX οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν τοῦ πλησίον σου. XXII, 25. Lev. XIX, 13. 16. 18. Deut. V, 18. XXIII, 25. Prov. III, 29. VI, 3. XXV, 8. 9 al. — 1 Sam. XV, 28: *dabit* Jova imperium לְרֵעֲךָ הַטּוֹב מִמֶּךָּ *socio tuo* (Davidi), *qui melior est quam tu.* Inde c) רֵעַ, אִישׁ *alter, alter* (i. q. אָח, אִישׁ), maxime in huiusmodi formulis Gen. XI, 3: וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל רֵעֵהוּ *et dixerunt alter alteri.* Iud. VI, 29. 1 Sam. X, 11. 2 Reg. III, 23: וַיַּכּוּ אִישׁ אֶת־רֵעֵהוּ *et percusserunt unus alterum se invicem.* Exod. XVIII, 7: וַיִּשְׁאֲלוּ אִישׁ לְרֵעֵהוּ לְשָׁלוֹם *et salutabant alter alterum.* 2 Par. XX, 23: עָזְרוּ אִישׁ בְּרֵעֵהוּ. Gen. XXXI, 49: נִסָּתֵר אִישׁ מֵרֵעֵהוּ. Etiam de rebus inanimatis Gen. XV, 10 (quo de loco v. אִישׁ no. 4 p. 85). Sine praecedente אִישׁ Jes. XXXIV, 14: שָׂעִיר עַל רֵעֵהוּ יִקְרָא *satyrorum alter alteri acclamat.*

2) *cogitatio, voluntas* i. q. chald. רְעוּת, רַעְיוֹן. Ps. CXXXIX. 2. 17, ubi recte LXX. Vulg. Pesch. (Chald. רְעָה voluit, syr. ܪܥܐ Ethpa. cogitavit, v. rad. no. 3). — Aliud רֵעַ v. s. rad. רוּעַ.

רֹעַ v. rad. רָעַע.

רֵעָה pl. רֵעוֹת *sociae* Ps. XLV, 15. Iud. XI, 37 Keri.

רְעוּ (amicus sc. Dei) n. pr. patriarchae, filii Phaleg, Gen. XI, 18, gr. Ῥαγαῦ Luc. III, 35.

רְעוּאֵל (amicus Dei) n. pr. virorum 1) filii Esavi Gen. XXXVI, 4. 10. — 2) patris Jethronis Ex. II, 18. Num. X, 29. 3) 1 Par. IX, 8. Sed 4) Num. II, 14, pro eo reponendum est דְּעוּאֵל cf. I, 14. VII, 42. X, 20.

רְעוּת (f. vocis רֵעוּ i. q. רֵעֶה, רֵעַ, ad formam כַּלָּה = כְּלוּת, מְתִי = מַת vir, pl. רֵעִיּוֹת Iud. XI, 37 Chethibh, 1) *socia* Iud. l. c., inde a) *quaevis alia.* Esth. I, 19: *detur imperium* לִרְעוּתָהּ הַטּוֹבָה מִמֶּנָּה *alii meliori* (cf. 1 Sam. XV, 28). b) praecedente אִשָּׁה *altera, altera.* Ex. XI, 2. Jer. IX, 19. Zach. XI, 9, de avibus Jes. XXXIV, 15. 16.

2) *studium* alicuius rei. רְעוּת רוּחַ studium inane, res vana Eccl. I, 14. II, 11. 17. 26. IV, 4. 6. VI, 9, cf. רָעָה רוּחַ Hos. XII, 2 et chald. רְעוּת. LXX προαίρεσις πνεύματος. Gr. Venet. ἔφεσις πν. i. e. captatio venti. Male alii vett. intpp. ita, ut רְעוּת ad רָעַע referant.

Symm. κάκωσις πνεύματος. Targ. תְּבִירוּת רוּחָא. Vulg. afflictio spiritus. Raschi: שבר רוח.

רוּת (i. q. רְעוּת amica, et sic quidem Pesch. ܪܥܘܬ) *Ruth*, n. pr. mulieris ex maioribus Davidis, cuius historia narratur in libro nomen eius gerente. Gr. Ῥούθ Mt. I, 5.

רְעוּת chald. *voluntas* Esr. V, 17. VII, 18. In Targg. saepe.

רְעִי m. *pastus*. 1 Reg. V, 3: בְּקַר רְעִי *boves pascendo saginati*.

רֵעִי (socialis, denom. a רֵעַ) n. pr. viri 1 Reg. I, 8.

רֹעִי adj. denom. a רֹעֶה, *pastoricius* Jes. XXXVIII, 12, subst. *pastor* pr. pastoricius sc. homo Zach. XI, 17.

רַעְיָה f. *amica*, de puella amata Cant. I, 9. 15. II, 2. 10. 13. IV, 7. V, 2. VI, 4. Cf. רֵעַ no. 1, a.

רַעְיוֹן m. i. q. רְעוּת no. 2 *studium*. Eccl. II, 22: רַעְיוֹן לִבּוֹ *studium animi sui*. רַעְיוֹן רוּחַ vanum studium Eccl. I, 17. IV, 16 i. q. רְעוּת רוּחַ.

רַעְיוֹן m. chald. *cogitatio*. Dan. IV, 16: רַעְיֹנֹהִי יְבַהֲלֻנֵּהּ *cogitationes eius terrebant eum*. V, 6. 10. VII, 28. De visionibus nocturnis II, 29. 30. Syr. ܪܥܝܢܐ id.

מִרְעֶה m. c. suff. מִרְעֵהוּ, מִרְעֵיכֶם Ez. XXXIV, 18 *pascuum*, de loco Jes. XXXII, 14, inde de *pabulo*, quod in pascuo est Joël I, 18: אֵין מִרְעֶה לָהֶם. Gen. XLVII, 4. 1 Par. IV, 39—41. Iob. XXXIX, 8. מִרְעֶה טוֹב Ez. XXXIV, 18. מ׳ שָׁמֵן 14. De loco (lustro) quo pascuntur leones Nah. II, 12. (Arab. مَرْعًى et مَرْعَاةٌ locus qui depascitur, pabulum).

מַרְעִית f. 1) *pastus* (das Weiden) n. act. Hos. XIII, 6: כְּמַרְעִיתָם *quum eos pascerem*. Inde צֹאן מַרְעִיתִי grex quem pasco Jer. XXIII, 1. Ez. XXXIV, 31, צ׳ מַרְעִיתֶךָ Ps. LXXIV, 1. LXXIX, 13, צ׳ מַרְעִיתוֹ C, 3. עַם מַרְעִיתוֹ Ps. XCV, 7. — 2) *grex* Jes. XLIX, 9. Jer. X, 21. XXV, 36.

מֵרֵעַ (pro מֵרֵעֶה, ה apocopato, ut רֵעַ pro רֵעֶה) pr. amicitia, dein concr. i. q. רֵעַ *amicus, socius*. Ubique c. suff. מֵרֵעֲךָ Iud. XV, 2, מֵרֵעֵהוּ XIV, 20. XV, 6. Gen. XXVI, 26. 2 Sam. III, 8. Iob. VI, 14. Prov. XIX, 7 (ubi Kimchius annotat, legi מְרֵעֵהוּ) pl. מֵרֵעִים Iud. XIV, 11. — Singularis absoluti forma ut nusquam legitur, ita dubia est: ex מֵרֵעֶה per apocopen fieret מֵרֵעַ (ut יִרְעֶה, יֵרַע Iob. XX, 26) vel מֵרֵעַ (ut יִרְאֶה, יֵרָא): Zere sub מ servatum videtur, ut differret a מְרֵעִים malefici.

רָעַל *tremuit, titubavit*, vic. rad. רָעַד. (Chald. et syr. id. Ubi in Syriacis habetur ܪܥܠ, intpp. Arabici solent reddere رعد. Etiam in lingua arab. huius significationis vestigia sunt, ut أَرْعَلُ laxus et deorsum dependens, pr. tremens, it. رعل Conj. VIII. de tremore hastae, quod omiserunt Gol. et Freyt. v. Schroeder de vest. p. 68—70). De Rabbinorum errore, qui huic rad. *tegendi* potestatem tribuunt, et Gussetii, qui adeo *ruboris* vim ei affingit, v. Schroed. l. c. p. 64. Non legitur nisi in

Hoph. tremefacta est (hasta) Nah. II, 4.

רַעַל m. 1) *titubatio*, ex ebrietate Zach. XII, 2. Cf. תַּרְעֵלָה.

2) *velum* muliebre, a motu tremulo dictum, pl. רְעָלוֹת Jes. III, 19. Arab. رِعْلٌ veli s. calanticae mulieris genus, e regione oculorum fibulis coniunctum, cuius una pars super caput reiecta cervicem et tergum operit, altera faciem velans in pectus defluit, v. Gol. v. قنع. Mischna Sabb. 6, §. 6: ערביות יוצאות רעולות *mulieres Arabum prodeunt velatae*, ubi Raschi et Bartenora רעל explicant velum, quod caput et vultum praeter oculos tegat, v. Schroeder l. c. p. 62—94.

רְעֵלָיָה (fort. quem terret Jova i. e. qui Jovam timet) n. pr. viri Esr. II, 2, pro quo Nehem. VII, 7 רַעַמְיָה.

מַרְעֲלָה (tremor, fort. terrae motus) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. XIX, 11.

תַּרְעֵלָה f. *titubatio*, *ebrietas*, unde יֵין תַּרְעֵלָה vinum titubationis (pr. *vinum*, quod *titubatio* est i. e. eam efficit) Ps. LX, 5 et כּוֹס הַתַּרְעֵלָה calix titubationis Jes. LI, 17. 22. V. de ea metaphora כּוֹס.

רָעַם fut. יִרְעַם *commotus est, tremuit*. Cogn. verbis רָעַד, רָעַל. Ezech. XXVII, 35: רָעֲמוּ פָּנִים, praecesserat: שָׂעֲרוּ שַׂעַר. Spec. de mari. Ps. XCVI, 11: יִרְעַם הַיָּם וּמְלֹאוֹ *commotum est mare et quicquid* mare *implet*. XCVIII, 7. 1 Par. XVI, 32. — 2) *tonuit*, v. Hi. et רַעַם. (Syr. ܪܥܡ id. ܪܥܡܐ tonitru. Sic رعد tonuit coll. רָעַד commotus fuit, tremuit. Chald. אִתְרְעֵם murmuravit, fremuit). — 3) *iratus est*, v. Hiph. no. 2. (Syr. Ethpe., arab. رغم III. V. id. Cf. רָגַז).

Hiph. 1) *tonuit* Jova 1 Sam. II, 10. VII, 10. Ps. XVIII, 14. XXIX, 3. Iob. XXXVII, 5. XL, 9. — 2) *ad iram provocavit* 1 Sam. I, 6, ubi הַרְעִימָהּ habet Dag. euph. in ר.

רַעַם m. *tonitru*. (Aeth. ረዐም፡ gravis strepitus, tonitru). Jes. XXIX, 6. Ps. LXXXI, 8: סֵתֶר רַעַם i. e. nubes in quo tonitru latet. קוֹל רַעַמְךָ vox tonitru tui Ps. LXXVII, 19. CIV, 7. Inde de voce strepera et quasi tonante (donnernde Stimme) Iob. XXXIX, 25: רַעַם שָׂרִים וּתְרוּעָה *vox tonans principum* aciem instruen-

tium *et clamor bellicus* militum q. d. das Donnern des commandirenden Feldherrn und das Feldgeschrei der Krieger. XXVI, 14: רַעַם גְּבוּרֹתָו מִי יִתְבּוֹנָן *tonitru potentiae eius* omnem potentiae divinae laudem *quis percipiat?* Opp. שֶׁמֶץ vox lenis, susurrus.

רַעְמָה f. 1) *tremor* poët. pro *iuba* equi, quae in equis nobilioribus propter cervicis obesitatem contremiscit, unde gr. φόβη iuba a φόβος. Iob. XXXIX, 19 (22): הֲתַלְבִּישׁ צַוָּארוֹ רַעְמָה *tune cervicem eius vestivisti tremore* i. e. iuba tremebunda? *Jubam* intelligit etiam Bochartus Hieroz. I p. 59 Lips., sed ductam a רַעַם = רוּם altum esse. E vett. LXX φόβον reddunt (fort. i. q. φόβην), sed Symm. κλαγγήν, Theod. χρεμετισμόν. Vulg. *hinnitum*, quod etiam recentiores haud pauci adoptarunt, רַעְמָה pr. strepitum s. fremitum h. l. de hinnitu dici existimantes. Sed adversatur contextus. Quis enim dicat, cervicem hinnitu vestitam esse? contra nil contortius hac explicatione: num hinnitum vestivisti collo eius i. e. num guttur eius implesti hinnitu? cui accedit quod צַוָּאר *cervicem* et *collum externum* significat, nunquam internum s. guttur.

2) n. pr. gentis Cuscho oriundae, cuius filii s. coloniae erant Saba (שְׁבָא) et Dedan (דְּדָן) Gen. X, 7. 1 Par. I, 9, quae una cum Sabaeis aromata, gemmas et aurum Tyriis vendebat Ez. XXVII, 22. Licet aliorum Cuschaeorum sedes in Aethiopia sine dubio fere ponendae sint, tamen *Raëmam* in Arabia australi quaerere vel Sabaeorum et Dedanitarum vicinia suadet. Duo autem sunt Arabiae oppida, in quibus Raëmae veteris vestigium haud inepte quaeras: a) Ῥέγμα Ptol. 6, 7 (Ῥέγαμα cod. Pal. et Coislin.), Ῥῆγμα Steph. Byz., ad sinum Persicum 88′ long., 23½′ lat., in Dedanitarum igitur vicinia (v. דְּדָן), quod ipsum voluisse videtur Alexandrinus in Gen. reddens Ῥέγμα; b) رِيمة *Rima*, in Arabia australi, tribus itineribus a Sanaa austrum versus, Niebuhrii Arab. 148. 293. Johannsen hist. Jemanae 289, itaque non ita procul a Sabaeis. Sed illud conferre praestat, neque facile in hunc censum vocabis c) *Remam* in terra Negd, Bassoram inter et Meccam, Jomard Arabie centrale p. 36. 37. Bombay-Transactions III, 459.

רַעְמְסֵס Gen. XLVII, 11. Ex. XII, 37. Num. XXXIII, 3. 5 et רַעַמְסֵס Exod. I, 11 (cui vocalium diversitati nihil prorsus tribuendum est) n. pr. urbis in terra Gosen, quam Israëlitae iussu Pharaonis una cum Pithomo vel aedificarunt vel muniverunt (Exod. I, 11), ex qua dein ex Aegypto egressuri profecti sunt, duas inde stationes usque Etham i. e. terminum deserti habituri (XIII, 12. Num. ll. cc.). Primariam eam Gosenitidis urbem fuisse, ex eo colligas quod אֶרֶץ רַעְמְסֵס Gen. XLVII, 11 ponitur pro *terra Gosen* comm. 4 cf. γῆ Ῥαμεσσῆ Gen. XLVI, 28 pro אֶרֶץ גֹּשֶׁן et Judith I, 9: καὶ Ῥαμεσσῆ καὶ πᾶσαν γῆν Γεσέμ. — De situ et recentiore eius nomine quaerentibus nobis duae maxime occurrunt opiniones. Una 1) est SAADIAE et Ar. Erp., qui عين شمس ر reddunt i. e. *Heliopolin*, approbante Jablonskio (Opuscc. II, 135): renitentibus vero quum aliis argumentis (Heliopolis enim aegypt. appellabatur און, hebraice בֵּית שֶׁמֶשׁ) tum maxime situ, qui nimis remotus est a mari rubro. Altera 2) est d'Anvillii (*Mémoires sur* l'Égypte 121 sqq.), Hengstenbergii (Bücher Mose und Aegypten p. 48 sqq.) al. qui *Ramsen* eandem urbem censent atque *Heroopolin*, quibus ii quoque annumerari possunt qui Ramsen *Avarin* faciunt (Clericus, Lakemacherus in obs. phil. VI, 231. Müllerus in sat. obs. phil. 189): Heroopolin enim et Avarin Hycsosorum unam eandem urbem fuisse plura sunt quae suadeant *), immo persuadeant. De qua quidem sententia ut iudicium feramus, duae distinguendae sunt quaestiones, de quibus deinceps videbimus. Et prior quidem est de situ Heroopoleos, quam Strabo XVII, 1, 25 et Plinius VI, 32. 33 ad extremum sinum Arabicum ponunt, qui inde Heroopolitanus dictus sit, contra recentiores haud pauci max. inde a prima Francogallorum expeditione (v. d'Anville l. c. *du Bois Aimé* et *le Père* in Descr. de l'Égypte XI, 376 sqq. 291 sqq. Champollion l'Égypte l. c. II, 87 sqq.) ibi collocant, ubi hodie sunt ruinae Abu-Keyscheid in valle Wady Saba Byar, ad lacus amaros, 50 fere mill. rom. a mari rubro: quam quidem sententiam etiam meam facere non dubito. Nam 1. in itinerario Antonini (p. 170 ed. Wessel.) *Hero* i. e. Heroopolis ponitur medio itinere inter Thum (Pithom) et Serapeum, ita ut a Thum ad Heroopolin m. pass. sint XII, a Heroopoli ad Serapeum m. p. XXIV, quod cum situ ruinarum Abu-Keyscheid bene convenit. 2. Nihilominus vera fuisse possunt, quae geographi graeci de situ urbis in vicinia maris affirmant; probabile enim est, mare rubrum antiquitus etiam lacuum amarorum alveum implevisse **). 3. Sinus Heroopolitanus hoc nominis impetrare poterat, etiamsi ad nomum modo Heroopolitanum, non ad ipsam urbem pertinebat. Ut autem cum scriptoribus supra laudatis in priore quaestione de situ Heroopoleos definiendo consentio, ita ab iis discrepo in altera, qua *Ramsen* et *Heroopolin* eandem urbem fuisse ponunt. Nam 1. locus interpretis Alexandrini Gen. XLVI, 28, cui fere soli haec opinio nititur, non dicit, quod ex eo efficiunt. Pro Hebraeo ארצה גשן in Graecis est καθ' Ἡρώων πόλιν εἰς γῆν Ῥαμεσσῆ et

---

*) *Avaris* enim teste Manethone apud Jos. c. Apion. 1, 26 in vetere Aegyptiorum theologia *Typhonia* appellata est, probabiliter a Typhone ibi interfecto: hunc autem Heroopoli interfectum esse tradit Steph. Byz. v. Ἡρώ. Adde etymon *Avaris* oppidi ex aegypt. ⲟⲩⲁⲣⲓ *maledictio*, quod *Typhoniae* urbi optime convenit, v. Champoll. l'Egypte II, 87 sqq.

**) „Il n'est pas moins vrai cependant, que cette ville fut, à une époque extremement ancienne, à très peu de distance de la mer Rouge, car les marais salins, connus sous le nom de lacs amers, qui sont dans son voisinage, ont incontestablement fait autrefois partie du golfe Arabique. Ils sont en effet plus bas que le niveau de ce même golfe.“ Champollion l. c. p. 89.

Comm. 29 pro גֹּשְׁנָה καθ' Ἡρώων πόλιν. Manifestum est, Comm. 28 verba εἰς γῆν Ῥαμεσσῆ respondere verbis אַרְצָה גֹּשֶׁן, καθ' Ἡρώων πόλιν autem ex ingenio interpretis additum esse, ut locum Gosenitidis, quo Josephus patri obviam factus sit, accuratius indicaret. Efficitur igitur ex illo loco, Heroopolin fuisse Gosenitidis urbem: sed nequaquam inde colligere licet, Alexandrinum hoc sibi voluisse, ut Ἡρώων πόλιν et Ramessen eandem urbem faceret. Comm. enim 28 Ἡρώων πόλιν collocat in *agro Ramesses* i. e. eius provinciae urbem facit, quae a metropoli *Ramesse* nomen habebat, et Comm. 29 *Heroopolin* pro *Gosenitide* ponit, ut distinctius loquatur. Tantum igitur abest interpres, ut synonyma faciat Heroopolin et Ramessen (quemadmodum alibi *On* et *Heliopolin* *)), ut eas manifesto distinguat. 2. Haud credibile est, Heroopolin urbem praeter hoc Graecae originis nomen et praeter domesticum nomen *Avari* (ΟΥⲀⲢΙ) = *Hero*, tertium nomen, idque ipsum aegyptiacae originis רַעְמְסֵס habuisse. Statuerit quidem aliquis, urbem antiquitus *Avari* s. *Hero* dictam a Ramse rege instauratam huius nomen accepisse, vetere appellatione sensim obliterata: verum enimvero vetus nomen Graecorum adhuc aetate superstes, neque obliteratum fuisse, ex eo apparet, quod ex *Hero* fecerunt *Heroopolin* **). Addi potest 3. iter ab Heroopoli s. Abu-Keyscheid usque ad desertum bidui itinere maius esse. Quibus argumentis ductus *Ramsen* S. S. malim a Heroopoli diversam statuere, et in media fere Gosenitide ab austro Heroopolis ibi collocare, ubi in mappis accuratioribus montium iugum delineatur, quod inter Saba Byar et viam, quae Memphide (s. Cahira) in desertum ducit, ab occidente orientem versus porrigitur.

Quod ad originem nominis *Ramses* attinet, nil dubitandum est, quin id nominis nacta sit urbs a quindecim Pharaonum (ex dynastiis XVIII—XX) uno, qui idem nomen (ⲢⲎ-ⲘⲤⲤ i. e. filius Solis) gesserunt (v. Rosellini monn. storici II, 258 sqq.), sive is primus urbem exstruxit sive restituit. In eo tantum aliqua difficultas est, iam Josephi tempore memorari *agrum Ramsis* (אֶרֶץ רַעְמְסֵס), quum Pharao huius nominis primus (Ramses I) sit undecimus dynastiae undevicesimae, cuius imperium Rosellinus ponit 1613—1604 ante Chr., Josephi igitur aetate posterior. Statuendum igitur, Pentateuchi scriptorem nomine usum esse, quod suo ipsius tempore quidem usitatum erat, licet Josephi aetati incognitum (Rosell. 1, 100). Eiusdem nominis viculus *Ramsis* hodieque exstat inter ostium Canopicum et Bolbiticum: sed ut nominis origo haud dubia eadem est, ita situs eius a rerum in Genesi et Exodo narratarum sede tam longe abest, ut mireris hoc Champollionis iudicium: „c'est probablement la même ville qui est appellée Ramsès dans l'Écriture-Sainte.“ (l'Égypte II, 248).

רָעַן in Kal inusit. Syr. ܪܰܥܢܳܐ malva, a viriditate dicta. Quae Fürstius addit „syr. רַעַן arab. *raghina*“, ab ipso efficta sunt.

Pil. רַעֲנַן *viruit, fronduit.* 3 pers. f. in P. רַעֲנָנָה Iob. XV, 32. Cant. I, 16 (quanquam utrumque exemplum etiam ad adj. referri potest).

רַעֲנָן pl. רַעֲנַנִּים Ps. XCII, 15 adj. *viridis*, *laete virens*, de folio Jer. XVII, 8, de arbore, velut אֶזְרָח רַעֲנָן Ps. XXXVII, 35 (v. זֶרַח), זַיִת ר' LII, 10. Jer. XI, 16, בְּרוֹשׁ ר' Hos. XIV, 9: quibus locis *arbor virens* florentem et prosperam hominis conditionem depingit. Inde ad ipsum hominem transfertur Ps. XCII, 15. In prophetis populus saepe idola colere dicitur תַּחַת כָּל־עֵץ רַעֲנָן *sub quavis arbore viridi* Jes. LVII, 5. Jer. II, 20. III, 6. 13. Ez. VI, 13, et sic Deut. XII, 2. 2 Reg. XVI, 4. XVII, 10. 2 Par. XXVIII, 4, semel עַל ע' ר' (*ad* omnem a. v.) Jer. XVII, 2. *Oleum viride* i. e. recens Ps. XCII, 11 (aliis oleum ex olivis viridibus expressum).

רַעְנַן chald. id. de homine secundis rebus florente Dan. IV, 1. (Semel Iob. XV, 32 Targ.).

רָעַע 1) *fregit*, *confregit* i. q. רָצַץ, רָצַץ, intrans. *fractus est*, cf. nostr. zerbrechen. (Chald. Syr. ܪܥ id. Ethp. pass. ܐܶܬܪܥܰܥ confractus). Praet. רֹעוּ Jer. XI, 16: רָעוּ דָּלִיּוֹתָיו *franguntur frondes eius.* (Sed רֹעוּ Mich. V, 5 est a רָעָה). Inf. fem. רֹעָה, pleonast. Jes. XXIV, 19: רֹעָה הִתְרוֹעֲעָה, et subst. *fractio.* Prov. XXV, 19: שֵׁן רֹעָה *dens fractionis* i. e. fractus. Fut. יָרֹעַ Jer. XV, 12: הֲיָרֹעַ בַּרְזֶל *num* aliquis *frangat ferrum?* Refertur ad homines Iob. XXXIV, 24: יָרֹעַ כַּבִּירִים *frangit* comminuit, perdit *potentes.* Ps. II, 9: תְּרֹעֵם בְּשֵׁבֶט בַּרְזֶל. (Sed יִרְעוּךְ Jer. II, 16 est a רָעָה).

2) intrans. *noxius*, *perniciosus fuit* (a frangendo, perdendo) 2 Sam. XIX, 8. XX, 6, inde *malus fuit.* Praet. רַע, fem. c. Vav conv. וְרָעָה Deut. XV, 9. 2 Sam. XIX, 8, fut. יֵרַע (quod male ad rad.

---

*) Nil luculentius est his verbis Exod. I, 11: Ὢν ἥ ἐστιν Ἡλιούπολις, cf. Gen. XLI, 45. 50. XLVI, 20 ubi simpl. pro אֹן ponit Ἡλιούπολις, contra diversissima loci supra laudati de Heroopoli ratio.

**) „Il est en effet très probable, que les Grecs ont d'abord écrit *Ἡρώ* par corruption d'Aouari, et qu'ils ont ensuite orthographié *Ἡρῶν* pour en trouver une étymologie dans leur langue.“ Champollion l. c. *Ἡρώ* (formam *Ἡρών* equidem non inveni) urbs appellatur apud Steph. Byz. et in itin. Antonini. Quicquid autem statues de forma *Hero* ex *Auari* orta (licet illa coniectura satis probabilis sit), hoc certum est, Heroopolis nomen a vetere nomine aegyptio *Hero*, neque vero a *Ramse* utpote *heroe* petitum esse, quae Hengstenbergii erat opinio (l. c.).

יָרַע referre solebant). Jes. VIII, 9: רֹעוּ עַמִּים וָחֹתּוּ *mali sitis* licet (i. e. irascamini, minemini), *gentes*, nihilominus *consternabimini*, nostr. *seyd nur böse* (zornig), ihr Völker. — Nota has locutiones (cf. ad טוֹב et יָטַב): a) praet. רַע בְּעֵינַי malus (um) fuit in oculis meis i. e. displicuit mihi Num. XXII, 34. Jos. XXIV, 15. Ier. XL, 4, fem. רָעָה בְּעֵינַי displicuit mihi (mulier) Exod. XXI, 8, fut. יֵרַע בְּעֵינַי 2 Sam. XI, 25, וַיֵּרַע בְּעֵינַי et displicebat, v. c. Gen. XXI, 11: וַיֵּרַע הַדָּבָר מְאֹד בְּעֵינֵי אַבְרָהָם. XXXVIII, 10. XLVIII, 17. 1 Sam. VIII, 6. XVIII, 8. 2 Sam. XI, 25. 27. Argentea aetate pro בְּעֵינַי ponere solent לִי (cf. chald. et syr. בְּאֵשׁ לִי displicuit mihi Gen. XXI, 11 Targ. Mt. XXI, 15 Pesch.) Neh. XIII, 8: וַיֵּרַע לִי מְאֹד et II, 10: וַיֵּרַע לָהֶם רָעָה גְדוֹלָה, אֵלָי Jon. IV, 1. Adde hanc structuram Gen. XXI, 12: אַל יֵרַע בְּעֵינֶיךָ עַל הַנַּעַר *ne doleas propter puerum*. 1 Par. XXI, 7: וַיֵּרַע בְּעֵינֵי הָאֱלֹהִים עַל הַדָּבָר הַזֶּה (cf. הָיָה לִי עַל דָּבָר 2 Sam. XIX, 43). — b) יֵרַע לִי malum mihi erit (es geht mir übel), male actum erit mecum Ps. CVI, 32. — c) *malus fuit* oculus alic., id est *invidus fuit* (scheel sehen zu etwas). Sq. בְּ Deut. XXVIII, 54: *mollis et delicatus* תֵּרַע עֵינוֹ בְאָחִיו *invidebit fratri suo*. 56. In eadem formula est praet. רַע XV, 9. — d) *malus fuit*, de facie, corde, est *tristis fuit* (cf. טוֹב laetus). Neh. II, 3: מַדּוּעַ לֹא יֵרְעוּ פָנַי. 1 Sam. I, 8: לָמָה יֵרַע לְבָבֵךְ. — Adde Deut. XV, 10: לֹא יֵרַע לְבָבְךָ בְּתִתְּךָ *ne doleat cor tuum in dando* i. e. ne pigeat te dare, ne male te habeat dare, cf. Comm. 9, ubi eodem contextu pro לֵבָב est עַיִן.

Niph. fut. יֵרוֹעַ v. rad. רוּעַ.

Hiph. הֵרַע et הֵרַע inf. הָרַע in P. הָרֵעַ fut. יָרַע, conv. וַיָּרַע, part. מֵרַע pl. מְרֵעִים 1) *confregit, perdidit*. Ps. LXXIV, 3: כֹּל הֵרַע אוֹיֵב בַּקֹּדֶשׁ *omnia confregit hostis in sacrario*. XLIV, 3. Jer. XXXI, 28. — 2) a) [cf. opp. הֵיטִיב pag. 591] *male fecit*, quae fecit. Gen. XLIV, 5: הֲרֵעֹתֶם אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם *male fecistis, quae fecistis*, daran habt ihr übel gethan. *Bene facere aut male facere* passim ponitur pro *aliquid facere, quicquid sit, sive bonum, sive malum*. Zeph. I, 12: לֹא יֵיטִיב יי וְלֹא יָרֵעַ *neque bene facit Jova neque male* i. e. nihil facit, nihil potest. Jes. XLI, 23: אַף תֵּיטִיבוּ וְתָרֵעוּ וְנִשְׁתָּעָה *benefacite aut male facite* tandem, *ut videamus*, facite aliquid sive bonum sive malum est, ut intelligatur, vos aliquid facere posse. Jer. IV, 22. Lev. V, 4: נֶפֶשׁ כִּי תִשָּׁבַע לְבַטֵּא בִשְׂפָתַיִם לְהָרַע אוֹ לְהֵיטִיב *si quis iuraverit imprudenter aliquid facere, sive malum sive bonum sit*. Inde orta videtur concisior formula Ps XV, 4: נִשְׁבַּע לְהָרַע וְלֹא יָמִר *si iuraverit* (imprudenter), *se mali quid facturum, fidem non fallit*. לְהָרַע pro pleniore לְהָרַע וּלְהֵיטִיב ut sententia sit: si iuravit qualecunque est, idque vel maxime malum vel sibi vel aliis perniciosum, quod aegerrime a se impetraverit homo pius (cf. Iud. XI, 31), tamen iureiurando stat. Cf. etiam Gen. XXIV, 50. Aliis, quos secutus sum Lgb. p. 198, לְהָרַע est i. q. לָרַע *homini malo*, sed obstat tum analogia loci in Levitico, tum usus formae לְהָרַע, quae ubicunque occurrit (praeter Lev. et Ps. ll. cc. Gen. XXXI, 7. Jer. IV, 22. XXV, 29. Zach. VIII, 14) significat *ad malefaciendum*. Alii denique, ut Alex. Symm. Pesch. reddunt *proximo, socio* (לְהָרֵעַ a רֵעַ ὁ πλησίον). — הֵרַע לַעֲשׂוֹת 1 Reg. XIV, 9. Jer. XVI, 12, et הֵרֵעוּ מַעַלְלֵיהֶם Mich. III, 4 male egerunt. Inde b) ellipt. *male egit, improbe egit* (Böses thun) Gen. XIX, 7: אַל נָא תָּרֵעוּ. Iud. XIX, 23. 1 Sam. XII, 25. Jes. I, 16. XI, 9. Jer. IV, 22. VII, 26. XVI, 12. Ps. XXXVII, 8. Prov. IV, 16. XXIV, 8. — Part. מֵרַע Prov. XVII, 4, in P. מֵרֵעַ Jes. IX, 16 pl. מְרֵעִים *maleficus, malefici*. Ps. XXII, 17. XXVI, 5. XXVII, 2. XXXVII. 1. 9. Jes. I, 4. XIV, 20. XXXI, 2 al. — c) *male fecit* alicui, eum *male habuit, afflixit, vexavit*, sq. לְ Gen. XIX, 9. XLIII, 6. Ex. V, 22. 23. Num. XI, 11. XX, 15. 1 Sam. XXVI, 21. Ruth. I, 21. Jer. XXV, 6. Zach. VIII, 14. Ps. CV, 15, sq. acc. (אֵת, אֹת) Num. XVI, 15. Deut. XXVI, 6, sq. עַל 1 Reg. XVII, 20, עִם Gen. XXXI, 7. בְּ 1 Par. XVI, 22 (in loco parallelo Ps. CV, 15 est לְ). Saepius de Deo homines affligente Ruth I, 21. Jer. XXV, 6.

Hithpo. הִתְרוֹעַע 1) *confracta est* (terra) Jes. XXIV, 19. Inde 2 *periit* Prov. XVIII, 24, ubi lusus verborum est in רֵעִים et הִתְרוֹעֵעַ.

רְעַע chald. *confregit*. Fut. יֵרֹעַ Dan. II, 40. *Pa.* id. ibid.

רַע, in P. et post acc. dist. רָע, c. art. הָרַע et הָרָע (prius constanter in formula: הָרַע בְּעֵינֵי יי, posterius in הָרָע הַזֶּה al.) c. Vav copul. וָרָע, sed c. acc. dist. וָרָע, pl. רָעִים.

A) adj. (fem. רָעָה) 1) *malus, a, um* (schlecht). Opp. טוֹב. Vario sensu, v. c. *merx mala* Prov. XX, 14, *aquae malae*, male sanae 2 Reg. II, 19, *pecus malum* Lev. XXVII, 10, *ficus malae* Jer. XXIV, 2, *terra mala* i. e. sterilis Num. XIII, 19 cf. Deut. XV, 21. דִּבֶּר רַע אוֹ טוֹב dicere malum bonumve i. e. aliquidpiam, qualecunque sit (sive affirmans sive negans) Gen. XXIV, 50 cf. XXXI, 24 et formulam לְהָרַע וּלְהֵיטִיב, de qua disputavimus in verbo s. Hiph. no. 2, a. Spec. *foedus, turpis* aspectu (von schlechtem Aussehen) Gen. XLI, 3. 4. 19. 21. דָּבָר רַע res foeda, turpis (int. excrementa) Deut. XXIII, 10. — רַע בְּעֵינֵי פ׳ malus (um) in oculis alic. i. e. ei displicens Gen. XXVIII, 8. XXXVIII, 7, persaepe in formula: עָשָׂה הָרַע בְּעֵינֵי יי *facere id quod Jovae displicet*, de idololatris et legis contemtoribus Num. XXXII, 13. Deut. IV, 25. IX, 18. XVII, 2. Iud. II, 11. III, 7. 12. IV, 1. VI, 1. X, 6. XIII, 1. 1 Sam. XV, 19. 1 Reg. XI, 6. XIV, 22. XV, 26. 34. XVI, 19. 25. 30. XXII, 53. 2 Reg. III, 2. VIII, 18. 27. XIII, 2. XIV, 24. XV, 9. 18. 24. 28. XVII, 2 al. Pro בְּעֵינֵי dicitur etiam לִפְנֵי, max. argentea aetate, ut Neh. II, 1: לֹא הָיִיתִי רַע לְפָנָיו *ei* (regi) enim *non displicebam*, et עַל Eccl. II, 17. דָּבָר רַע verbum (populo) ingratum Ex. XXXIII, 4.

2) *malus, a, um* = *böse*. a) physice, חַיָּה רָעָה bestia mala i. e. fera, rapax Gen. XXXVII, 33. חֳלִי רַע

morbus malignus Deut. XXVIII, 59, שְׁחִין רַע ulcus malignum ib. 35. דָּבָר רַע res mala i. e. noxia, venenata (in olla) 2 Reg. IV, 41. רַע עַיִן qui mali oculi est i. e. invidus, avarus Prov. XXIII, 6. XXVIII, 22. Jes. XXXII, 7: כֵּלַי כֵּלָיו רָעִים *dolosi arma mala* sunt i. e. noxia, aliis perniciosa. — b) ethice: *pravus, malignus, improbus.* אִישׁ רַע 1 Sam. XXX, 22, אָדָם רַע Ps. CXL, 2, simpl. רַע malus (der Böse) Ps. V, 5. Iob. XXI, 30. Prov. XI, 21, pl. רָעִים Prov. IV, 14. XIV, 19. Sic in formula: בִּעַרְתָּ הָרַע מִקִּרְבֶּךָ eliminabis malum e medio tuo, v. בִּעֵר. Esth. VII, 6: הָמָן הָרָע הַזֶּה *pessimus iste Haman.* De populo malo s. pravo Jer. XIII, 10, de generatione prava Deut. I, 35. Dein de rebus, v. c. דְּבַר רַע malefactum, crimen Deut. XVII, 5, דֶּרֶךְ רַע via prava Prov. II, 12. VIII, 13. XXVIII, 10. Jer. XXIII, 22, לֵב רַע cor pravum Jer. VII, 24. XI, 8. Prov. XXVI, 23. יֵצֶר רַע cogitatio prava, animus ad malum inclinans Gen. VI, 5. VIII, 21. רוּחַ אֱלֹהִים רָעָה spiritus pravus a Deo profectus, qui Saulum invasit 1 Sam. XVI, 15, sed Iud. IX, 23 רוּחַ רָעָה est animus discors. שֵׁם רַע rumor malus Deut. XXII, 19. בֶּצַע רַע quaestus inhonestus Hab. II, 9.

3) malus i. q. *tristis*, de vultu (nostr. böse, verdriesslich aussehend) Gen. XL, 7. Neh. II, 2. לֵב רַע cor triste Prov. XXV, 20.

4) quocum male actum est i. e. *infelix, miser* (opp. טוֹב felix). Jes. III, 11 coll. 10. Gen. XLVII, 9: *pauci et infelices fuerunt dies vitae meae.* De formula: לְרַע לָכֶם v. B, 1, b.

B) subst. 1) *malum* a) quod quis facit. Ps. XCVII, 10. Jes. LIX, 7. עָשָׂה רַע 1 Sam. XXIX, 7. 2 Par. XXXIII, 9, Neh. IX, 28; עֹשֵׂי רַע Ps. XXXIV, 17, פֹּעֲלֵי רַע Mich. II, 1. עָשָׂה רַע עִם malum intulit alic. Gen. XXXI, 29, sq. לְ Jer. XXXIX, 12. גָּמַל רַע retribuit malum Ps. VII, 5. — b) quod alicui accidit, *calamitas, res adversae* Gen. XLIV, 34. Iob. II, 10. V, 19. XXX, 26. XXXI, 29. Ps. CXXI, 7. Prov. V, 14. Jes. XXXI, 2. יוֹם רַע dies calamitatis Am. VI, 3, יְמֵי רָע Ps. XLIX, 6. — לְרַע לָכֶם ut male nobis sit, pro pleniore לִהְיוֹת רַע לָכֶם Jer. VII, 6. XXV, 7. Eccl. VIII, 9. — Vaticinatus est רַע malum i. e. praedixit res adversas 1 Reg. XXII, 8. 18. Plur. מַלְאֲכֵי רָעִים angeli calamitatum (Unglücksengel) Ps. LXXVIII, 49.

2) ethice: *malum* i. e. *pravum.* סָר מֵרָע recedens a malo s. pravo Iob. I, 1. שִׂנְאַת רָע odium pravi Prov. VIII, 13, it. *malitia.* Ps. VII, 10: רַע רְשָׁעִים. בְּרַע cum malitia LXXIII, 8. — Passim in genit. postponitur: אַנְשֵׁי רָע homines mali s. pravi Prov. XXVIII, 5, אֵשֶׁת רָע VI, 24, עֲצַת רָע consilium pravum Ez. XI, 2 cf. עִנְיַן רָע Eccl. IV, 8. — LXX רַע plerisque locis reddunt πονηρός, paucioribus (max. in Provv.) κακός, neutr. κακία, rarius πονηρία.

רָעָה A) adj. fem. *mala*, exempla vide sub רַע litt. A.

variegatus, مُرَقَّم striatus in pedibus, de onagro et tauro. Eiusdem familiae videntur رقش duobus tribusque coloribus pinxit rem, versicolorem fecit, رَقَّاش serpens versicolor, رُقْطَة color albus aspersis nigris maculis et contra niger aspersis maculis albis, أَرْقَط maculatus, it. pardus. Ex arabico ortum hispan. *recamare*, ital. *ricamar* acu pingere. Origo autem huius verbi et cognati רָגַם posita est in *iniiciendo*, quod ad *colores* alicui rei *inducendos* translatum est, das *Auftragen* der Farbe auf etwas, v. רָגַם no. 3).

Part. רֹקֵם *variegator* panni, *plumarius*, cuius arte et aulaeum tabernaculi exterius (Ex. XXVI, 36. XXVII, 16. XXXVI, 37. XXXVIII, 18) et balteus summi sacerdotis interior (ib. XXVIII, 39. XXXIX, 29) ex variorum colorum pannis filisve sive texta sive acu picta erant. Ex. XXVI, 36: *facies aulaeum* .... תְּכֵלֶת וְאַרְגָּמָן וְתוֹלַעַת שָׁנִי וְשֵׁשׁ מָשְׁזָר מַעֲשֵׂה רֹקֵם *ex purpura violacea et rubra et cocco et bysso contorto arte plumarii*, et sic plerisque ll. cc. Ab arte *polymitarii* (מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב) *), cuius erat Cherubos aliasve figuras pannis intexere, haec *plumarii ars* (מַעֲשֵׂה רֹקֵם) ita manifesto differebat, ut qui illa exornati essent panni artificiosiores, elegantiores et pretiosiores haberentur, quam qui hac nostra, et elegantioribus iccirco vestitus sacerdotalis partibus, veluti pectorali et humerali, adhiberentur: sed qualis fuerit מַעֲשֵׂה רֹקֵם, dissentiunt interpretes, quorum alii *texendi* genus e liciis varii coloris intelligunt (v. lexici nostri ed. 1, Hartmann Hebraeerin III, 138 sqq.), alii *picturam quae acu fiat* s. *opus Phrygionicum* (Verss. Luth. Angl. Belg., Braunius de vest. sacerd. §. 270. Jahn Archaeol. I, 2 p. 68. Bähr Symb. I, 266). — Audiamus et examinemus ante omnia veteres interpretes. Ex his a) LXX et Gr. Venet. constanter utuntur verbo *ποικίλλω, ποικιλτής* (רֹקֵם), *ποικιλία, ποίκιλμα, ποικίλον* (רִקְמָה), quod de vestibus variegatis et versicoloribus dicitur, sive ita textae sive acu pictae sunt: bis tamen plenius dicitur *ποικιλία τοῦ ῥαφιδευτοῦ* Exod. XXVII, 16 et XXXVIII, 23 (XXXVII, 21) *ὃς ἠρχιτεκτόνησε τὰ ὑφαντὰ καὶ τὰ ῥαφιδευτὰ* pro hebr. חרש וחשב ורקם. Secus tamen Josephus, qui de zona interiore agens (ant. 3, 7 §. 2): *ἄνθη*, inquit, *δ' εἰς αὐτὴν ἐνύφανται, φοίνικι καὶ πορφύρᾳ μετὰ ὑακίνθου καὶ βύσσου πεποικιλμένα.*

b) Vulgatus apud Ez. quidem generalius reddit *multicoloria, discoloria, varia*, sed semel *scutulata* XXVII, 16, et in Pent. רֹקֵם constanter reddit *plumarius*, מ' רֹקֵם *opus plumarii, plumarium, ars plumaria*, quae qualis sit, iam accuratius exponendum est. *Plumae* enim in thorace militari appellantur laminulae, quae more *plumarum* in avibus et squamarum in piscibus consertae et alia sub aliam annexae erant (Virg. Aen. 11, 770. Stat. Theb. 11, 542): *plumarii* autem erat, vestibus huiusmodi *plumas scutulave* dein etiam flores aliaque ornamenta, quae plerumque purpurea esse solebant, vel intexere vel acu assuere (darauf nähen), quo factum est ut etiam *clavi* tunicis intexti *plumatum* s. *plumatile* appellati sint. Varro ap. Non. c. 2 no. 716: „Etenim nulla, quae non didicit pingere, potest bene iudicare, quid sit bene pictum a plumario aut textore in pulvinaribus plagis.“ Vitruv. 6, 7: „plumariorum textrinae pictorumque officinae.“ Etiam in mediae aetatis et Latinitate et Graecitate multa est mentio *plumariorum* et *operis plumati*, quod gr. *πλουμίον, πλουμίν, πλουμί, πλουμαρικόν, πλούμισμα* cet. appellatur, et aedibus sacris, maxime altaribus exornandis saepe adhibitum esse videtur (gall. ouvrage à ramage). Vide Salmas. ad Vopisc. in Carino c. 20, Balduin. lex. Vitruv. h. v. Braunium de vest. §. 268. Fullerum in Miscell. I, 20 (qui opus plumatum primitus ex veris avium plumis panno intextis factum esse censet, cuiusmodi vestes apud Americae Aborigines a principibus gestari solebant et passim in Europae Museis exstant). Du Cange in Gloss. lat. V, 581 sqq. et in Gloss. gr. 1183 sqq.

c) Ex intpp. Orientalibus Targ. מ' ר' reddit עוֹבַד צַיָּר *opus fictoris s. formatoris* et in prophetis רִקְמָה — צִיּוּרִין *figurata*, Pesch. ܥܒܕܐ ܕܨܘܪܬܐ, ܥܒܕܐ ܕܨܒܬܐ (sed Ezech. XXVII ܦܩܠܐ). Saad. servata (ut solet) radice hebr. رقام, صنعة, sam. עובד רקם.

d) Ex Hebraeis Talmudistae de discrimine inter חֹשֵׁב et רֹקֵם agunt tract. Joma fol. 42, b מעשה רוקם כמעשה חושב אר״ אלעזר שרוקמין במקום שחושבין תנא משניה דר' נחמיה רוקם מעשה מחט לפיכך פרצוף אחד חישב מעשה אורג לפיכך שני פרצופות *opus plumarii ut opus polymitarii. Dicit R. Eleasar, quia acu pingunt quo loco texunt. Docetur auctoritate R. Nehemiae:* רוקם *est opus acûs, propterea unam faciem habet,* חושב *est opus textorium et propterea duas facies habet.* R. Salomo ad verba: בתחילה מתקן שרוקמין וגו׳ הצורה על הבגד ע׳י צבע ואח״כ רוקמה במחט *primum disponit imaginem super veste ad ductum coloris et postea eam assuit acu.* Idem ad Exod. XXVI, 36: מעשה רוקם הצורות עשויות בו מעשה מחט כפרצוף של עבר זה כך פרצוף של עבר זה *in opere plumarii figurae super eo factae erant ope acus, sicut facies unius lateris ita etiam facies alterius*, et ad XXVI, 1: כרובים היו מצויירים בהם באריגתן ולא ברקימה שהיא מעשה מחט אלא באריגה בשני כותלים פרצוף אחד מכאן ופרצוף אחד מכאן ארי מצד זה ונשר מצד זה כמו שארגין הגורות של משי שקורין בלע״ז פיישושא i. e. *Cherubim figurati erant in iis* (aulaeis) *textura eorum, non opere plumario, quod acu fit, sed textura idque in utroque latere: facies una hinc et*

*) Supra (pag. 531) *plumarii* vocem a Vulgato interprete pro hebr. חֹשֵׁב poni observavi, sed bis tantum ita factum est Ex. XXVI, 1. 31. Reliquis locis מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב constanter transfertur *opus polymitum* XXVIII, 6. 15. XXIX, 3, *ars polymita* XXXVI, 8, *opus polymitarium* ibid. 35. Duobus locis, ubi חֹשֵׁב et רֹקֵם coniunguntur, ibid. XXXV, 35. XXXVIII, 23 pro illo *polymitarius* pro hoc *plumarius* ponitur.

facies altera illinc, leo ab ista parte et aquila ab altera parte, quemadmodum texunt cingula serica, quae lingua vernacula appellant fichus. Cf. Maimon. de vas. sanct. c. 6. Hoc autem sibi volunt hi interpretes, *plumarii* (רוקם) figuras acu assutas in utroque latere easdem esse, *polymitarii* figuras contra stamini intextas esse, ut utriusque lateris diversa facies sit, quemadmodum apud nos tapetes (Teppiche) texi solent. — Quibus ita expositis ut dicam quod sentio, verum dixisse videtur Vulgatus interpres, qui *plumarium* opus interpretatur. Quum autem duplex eius genus exstiterit, alterum intextum, alterum acu factum, hoc posterius intelligendum existimo, idque tale, in quo figurae non filis versicoloribus pictae erant, sed quo figurae, sive plumae sive scutula sive denique flores aliaque ornamenta simpliciora erant, ex panno sive purpureo sive caeruleo excisae texto candido impositae et acu assutae sunt, ita fortasse, ut texti pars his figuris versicoloribus tecta postea resecaretur, quo figurae in utroque latere comparerent. Haec artis plumariae prima et simplicissima ratio fuisse videtur, quae partim cum Rabbinorum traditionibus partim cum origine verbi, quam in coloribus *inducendis* (das Auflegen, Auftragen der Farben) positam esse supra vidimus, prorsus convenit. Mirifice autem huic sententiae favet locus Ez. XXVII, 7, ubi in navibus Tyriis describendis haec habentur: שֵׁשׁ בְּרִקְמָה מִמִּצְרַיִם הָיָה מִפְרָשֵׂךְ *e bysso cum opere plumario ex Aegypto* advecta *fiunt vela tua*, LXX βύσσος μετὰ ποικιλίας. Ipsa verba שֵׁשׁ בְּרִקְמָה ibi quasi depingunt byssum candidam figuris impositis ornatam (mit aufgelegten, aufgenäheten Figuren), et eandem faciem monstrant vela versicoloria in navibus veterum Aegyptiorum, quae in monumentis conspiciuntur (v. ea depicta apud Rosellinium, Monumm. civ. tab. 107. 108. Wilkinson III, 211), vel *ex rubro et caeruleo tessellatae* (cf. רִקְמָה 1 Par. XXIX, 2) vel ita factae, ut in panno candido figurae rubrae et caeruleae compareant eaeque tamen multo maiores, quam ut acu filisve pictae videri possint.

Pu. semel legitur Ps. CXXXIX, 15: (אֲשֶׁר) רֻקַּמְתִּי בְּתַחְתִּיּוֹת אָרֶץ pr. (quo tempore) *figuratus sum in inferioribus terrae* i. e. in tenebris uteri. Veram verbi notionem h. l. non in *texendo* et *contexendo* posuerim (licet hac imagine de formatione uteri usus sit poëta Iob. X, 11), neque in *acu pingendo*, sed in foetu *formando* et *figurando*. Targ. אִצְטַיַּרִית *formatus sum*. Cf. Nidda fol. 24, 2: המפלת שפיר והיה מרוקם *quae abortit molam, siquidem figurata sit* (id est ad humani corporis similitudinem efficta), et Cholîn fol. 64, 1. 126, 1, ubi ריקמה, מרוקמת de ovo dictum explicant: ovum in quo pullus formatus sit.

רֶקֶם in Pausa רָקֶם 1 Par. VII, 16 n. pr. (versicolor, hortus floridus i. q. رَقْمَة) 1) oppidi Benjaminitarum Jos. XVIII, 27. — 2) virorum, a) regis Midianitarum Num. XXXI, 8. Jos. XIII, 21. b) 1 Par. II, 43. c) VII, 16.

רִקְמָה f. 1) *variegatum, versicolor* a) in alis aquilae (das bunte Farbenspiel). Ez. XVII, 3. b) in lapidibus et pavimentis. 1 Par. XXIX, 2: אַבְנֵי פוּךְ וְרִקְמָה *lapides fuci* (i. e. parietibus vestiendis et quasi fucandis adhibendi) *et versicolores*. LXX λίθοι πολυτελεῖς καὶ ποίκιλοι. Vulg. *lapides stibini et diversorum colorum*. רִקְמָה h. l. vel est *opus tessellatum* in pavimentis, in quo diversi colores tesserae inter se variant, ut in opere plumario velorum supra descripto, vel est marmoris species versicolor et variegata, quae quum aliis Syriae locis tum maxime Petrae Idumaeorum reperitur, ea ipsa ex qua splendida huius loci monumenta exstructa sunt (cf. رُخَام marmor, licet velint nonnisi album ita vocari). „Nicht die geringste Merkwürdigkeit unter den Eigenthümlichkeiten dieses seltsamen Ortes ist die Farbe der Felsen. Sie bieten nicht eine todte Masse von mattem, monotonem Roth dar, sondern eine endlose Mannichfaltigkeit heller lebendiger Farben, von dem dunkelsten Carmoisin bis zum sanftesten Blassroth, zuweilen noch in Orange und Gelb überspielend. Diese wechselnden Schattirungen sind oft durch wellenförmige Linien deutlich markirt, was der Oberfläche des Felsens eine Aufeinanderfolge von glänzend schillerndem Colorit verleiht, gleich den Farben gewässerten Seidenzeugs, und den imposanten Effect der ausgehauenen Monumente bedeutend erhöht.“ Robinson Palaest. III, 79. 80 cf. Irby and Mangles Travels p. 423.

2) *opus plumarium* (v. rad.), *pannus opere plumario ornatus*. Ez. XXVII, 16: שֵׁשׁ בְּרִקְמָה *byssus cum opere plumario*. XVI, 10. 13. Iud. V, 30: שְׁלַל צְבָעִים רִקְמָה *exuviae vestium tinctarum, operis plumarii*. בִּגְדֵי רִקְמָה vestes huiusmodi arte ornatae Ez. XVI, 18, quales principes gestant XXVI, 16. Plur. רְקָמוֹת id. Ps. XLV, 15 (ubi regina huiusmodi vestibus induta est). Dual. רִקְמָתַיִם Iud. l. c. צֶבַע רִקְמָתַיִם *vestis operis plumarii duplicis* i. e. in utroque latere acu picta, sive ita picta, ut figurae in utroque latere comparerent, itaque pretiosior et maiore artificis cura atque diligentia ornata. Supra dictis adde du Fresne gloss. gr. p. 1183: „πλούμισμα opus Phrygium. Glossae Graecobarb. ἱμάτιον διπρόσωπον, ἀπουκάμισον, τὸ ὁποῖον εἰς τὸ πλούμισμα, ἔχει καὶ ἀπὸ τὰ δύο μέρη τὴν αὐτὴν θεωρίαν.“

רָקַע 1) *percussit* terram pedibus, quod est indignabundi Ez. VI, 11: רְקַע בְּרַגְלְךָ, et exultantis ib. XXV, 6. Inde *conculcavit*, hostes 2 Sam. XXII, 43. — 2) *tutudit, tundendo expandit* (v. Pi.), et simpl. *expandit* rem firmam, ut Deus terram. Jes. XLII, 5: רֹקַע הָאָרֶץ וְצֶאֱצָאֶיהָ *qui expandit terram una cum proventu eius*. XLIV, 24. Ps. CXXXVI, 6: רֹקַע הָאָרֶץ עַל הַמָּיִם. (Syr. ܪܩܥ firmavit, stabilivit. Aph. fundavit, pr. tundendo et constipando firmavit, ut facere solent, qui fundamenta aedium iaciunt, cf. אָשַׁשׁ. ܡܪܩܥ compressus, πεπιεσμένος Luc. VI, 38. Arab. رَقَعَ stipavit, firmavit muro puteum, ne corrueret).

Pi. 1) *tundendo diduxit*, ut laminam Ex. XXIX, 3. Num. XVII, 4, inde רִקֻּעַ lamina, et ab hoc nomine 2) *laminâ obduxit.* Jes. XL, 19: צֹרֵף בַּזָּהָב יְרַקְּעֶנּוּ *aurifex eam* (imaginem) *auri lamina obduxit.* — *Pu.* part. (malleo) *diductum* Jer. X, 9.

Hiph. i. q. Kal no. 2. Iob. XXXVII, 18: תַּרְקִיעַ עִמּוֹ לִשְׁחָקִים חֲזָקִים כִּרְאִי מוּצָק *tunc expandes* expandere poteris, *sicut ille, coelum quod firmum est instar speculi fusi.* Cf. רָקִיעַ.

רְקֻעִים m. pl. *laminae* Num. XVII, 3.

רָקִיעַ m. pr. *expansum*, idque firmum (v. rad. no. 2). Inde 1) *firmamentum* coeli Gen. I, 6. 7. 8. Ps. XIX, 2, plenius רְקִיעַ הַשָּׁמַיִם Gen. I, 14. 15. 17. 20, quod firmi hemisphaerii instar super terrarum orbe *expansum*, sapphiri instar splendens et pellucidum (Ex. XXIV, 10 cf. Dan. XII, 3) describunt Hebraeorum poëtae, cui sidera affixa sint (Gen. I, 14 — 17) et super quo oceanus coelestis existat apertis firmamenti cancellis pluviam demittens in terram (Gen. I, 7. VII, 11. Ps. CIV, 3. CXLVIII, 4): vulgarem nimirum intuitionem secuti, licet vera rerum ratio iis minime incognita sit (v. Gen. II, 6. Iob. XXXVI, 27. 28). LXX στερέωμα. Vulg. *firmamentum.* Luth. *Veste.* Ita Homerus οὐρανόν appellat πολύχαλκον Il. 5, 504. Od. 3, 2, σιδήρεον Od. 15, 328, adeoque Graecorum philosophi coelum στερέμνιον et κρυσταλλοειδές existimasse traduntur (v. Empedocl. ap. Plut. de placitis philos. 2, 11. Artemid. ap. Senec. lat. quaest. 7, 13). (Arab. رَقِيعٌ coelum, رَقِيعُ السماء Har. 32 p. 357 Sacy, pl. أَرْقِعَةٌ, sec. alios coelum primum s. inferius, رُقَعٌ coelum septimum. Syr. chald. zab. רקיעא id.). — 2) *fundamentum*, *fundus* (Fussboden), *pavimentum* i. q. קַרְקַע, a constipando, fundando, v. usum Syrorum. Ita Ezech. I, 22. 23. 25. 26. X, 1 de pavimento a Cherubis gestato, cui Jovae solium insistebat. I, 22: *super capitibus bestiarum* erat רָקִיעַ *crystalli instar splendens, expansum super capitibus eorum.* 23: *et sub illo pavimento alae earum* erant *expansae* .... 26: et *super illo pavimento* ... *erat solium*, *et super solio figura humana* cet.

I. רָקַק pr. *tutudit* (onomatopoët. ut cogn. דָּקַק, cf. רָקַע, רָכַךְ) spec. *tundendo expandit*, *tenue fecit*, intrans. *tenuis fuit.* (Arab. رَقَّ et رَقِيقٌ tenuis, aeth. ረቀቀ: subtilis fuit, ረቂቅ: tenuis, subtilis, sam. ࠓࠒࠒ id. Syr. ܪܰܩܶܩ Pa. attenuavit, ܪܰܩܺܝܩܳܐ tenuis, vilis, contemtus, ܪܰܩܺܝܩܽܘܬܳܐ tenuis, attenuatus, ܐܶܬܪܰܩܰܩ Ethp. attenuatus est. Cogn. רָכַךְ).

רַק m. adj. 1) *tenuis*, *macer*, de vaccis Gen. XLI, 19: רַקּוֹת בָּשָׂר, 20. 27. In locis parallelis Comm. 3. 4 pro eo est דַּקּוֹת.

2) abit in particulam extenuandi et restringendi: *tantum*, *tantummodo*, *duntaxat.* LXX μόνον, πλήν. Iob. I, 15: וָאִמָּלְטָה רַק אֲנִי לְבַדִּי *et servavi me ego solus.* 16 — 19. Gen. XLVII, 22: *tantummodo sacerdotum agrum non acquisivit.* XIV, 24. XLI, 40. L, 8. 1 Sam. I, 13: *tantum labia movebant se.* V, 4. Ex. X, 17. Am. III, 2 al., it. excipiendi: *modo.* Gen. XIX, 8: רַק לָאֲנָשִׁים הָאֵל אַל תַּעֲשׂוּ דָבָר *modo hos viros ne laedite.* XXIV, 8: רַק אֶת־בְּנִי לֹא תָשֵׁב שָׁמָּה *modo ne eo reducas filium meum.* Num. XX, 19: רַק אֵין דָּבָר בְּרַגְלַי אֶעֱבֹרָה *modo*, id *nihil est*, leve est, *pedibus meis transibo.* Iob. I, 12. Ex. IX, 26. Deut. III, 11. XII, 16. 23. Jos. I, 7. 18. Semel emphatice componuntur רַק אַךְ *tantummodo* Num. XII, 2. — Passim רַק ab initio sententiae positum non ad proximum, sed ad remotius quoddam vocabulum referendum est. Jes. XXVIII, 19: רַק זְוָעָה הָבִין שְׁמוּעָה *tantummodo rumorem* (vel rumorem) *audivisse terror* est, terrorem incutit. Ps. XXXII, 6: רַק לְשֵׁטֶף מַיִם רַבִּים אֵלָיו לֹא יַגִּיעוּ *in inundatione aquarum multarum*, *tantum ad eum* ad eum solum *non pertingent* aquae. Prov. XIII, 10: רַק בְּזָדוֹן יִתֵּן מַצָּה ubi verba iungenda sunt: בְּזָדוֹן יִתֵּן רַק מַצָּה cf. etiam Deut. IV, 6. Gen. XXIV, 8. Adde hos particulae usus: a) ubi negatio antecessit, est: (nihil) *nisi*, *praeter*, *praeterquam.* 2 Par. V, 10: *nihil erat in arca* רַק שְׁנֵי הַלֻּחוֹת *praeter duas tabulas.* Jos. XI, 22: *non relicta est Enacitarum gens* רַק בְּעַזָּה *praeterquam Gazae*, 1 Reg. XV, 5. — b) adiectivis praemittitur ad vim augendam (pariter atque אַךְ), velut רַק טוֹב nil nisi bonum (eitel Gutes, lauter Gutes) Gen. XXVI, 29, רַק רַע omnino malus (durchaus bös) VI, 5. רַק הַיָּשָׁר omnino rectum 1 Reg. XIV, 8. רַק עַם חָכָם populus mere sapiens Deut. IV, 6. Et sic adverbio Deut. XXVIII, 13, verbo Iud. XIV, 16: רַק שְׂנֵאתַנִי *prorsus odisti me* i. e. ne minimum quidem amoris mihi servasti, omnis amor tuus in odium versus est. Ita pro אֵין *non est* ad vim eius augendam dicitur רַק אֵין *plane non est*, *omnino non est* (es ist gar nicht) Gen. XX, 11: אָמַרְתִּי רַק אֵין יִרְאַת אֱלֹהִים בַּמָּקוֹם הַזֶּה *dixi* mecum: *omnino non est timor Dei in hoc loco.* Maurerus (ad Ps. XXXII, 6) huic loco vulgarem restringendi potestatem vindicaturus: „Abimelecho, inquit, interroganti, quid tandem peccaverit in Abrahamum aut quid ille viderit, Abrahamus facete, nihil, inquit: *tantum* nullum Dei timorem esse in isto loco, cogitasse sese." Sed in hanc sententiam dicendum erat רַק אָמַרְתִּי: restringendi enim particula ad cogitandi verbum pertineret.

רַקָּה f. pr. tenuis, spec. 1) *tempus*, pl. *tempora*, κρόταφος, pars capitis Iud. IV, 21. 22. V, 26. — 2) *gena* Cant. IV, 3. VI, 7. Etiam lat. *tempora* Prop. 2, 24, 3 et arab. أَسْرَار et tempora et genas complectitur.

רַקַּת (pr. littus, chald. רַקְתָא, arab. رَقَّة, cf. *Raccam* urbem ad Euphratem) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. XIX, 35, quod testibus Rabbinis ibi situm erat, ubi postea Tiberias, Lightfoot cent. chorogr. c. 72. 73.

רַקּוֹן (i. q. praec.) n. pr. oppidi Danitarum ad mare mediterraneum siti Jos. XIX, 46.

רָקִיק m. *placenta tenuis* Exod. XXIX, 2. 23. Lev. II, 4. VII, 12. VIII, 26. Num. VI, 15. 19. 1 Par. XXIII, 29.

II. **רָקַק** *spuit, exspuit* i. q. יָרַק no. I. (Syr. ܪܩ id. Pa. ܪܩܩ ܕܡܐ exspuit sanguinem. Chald. et zab. id. Radix est onomatop. *screandi* sonum imitans, cf. gr. *χρέμπτομαι*). In solo fut. יָרֹק sq. בְּ *conspuit* aliquem Lev. XV, 8. Praet. est יָרַק q. v.

רֹק m. *sputum.* Jes. L, 6. Iob. XXX, 10. C. suff. רֻקִּי Iob. VII, 19 (cf. de h. l. sub voce בָּלַע).

רָשׁ *pauper*, v. rad. רוּשׁ.

רָשָׁה rad. in verbo inusit. Chald. et talm. רְשָׁא potuit. *Hi.* potestatem dedit, רְשׁוּת potestas, facultas aliquid faciendi, רְשׁוּת id. et dominium, magistratus. Sam. ܪܫܝ id. potuit, facultatem habuit. Inde

רִשְׁיוֹן m. *potestas, facultas* aliquid faciendi Esr. III, 7.

רֵשִׁית *initium*, pro רֵאשִׁית, v. ראשׁ.

רָשַׁם *scripsit, scribendo consignavit.* Part. pass. Dan. X, 21. (Arab. رشم I. II. id. et رسم signa fecit, scripsit. II. bene scripsit, cf. رقم).

רְשַׁם chald. fut. יִרְשֻׁם id. *scripsit.* Dan. V, 24. 25. רְשַׁם כְּתָבָא subscripsit, signavit (rex) edictum Dan. VI, 9 sqq. In Targg. ponitur pro חקק Jes. X, 1. Syr. ܪܫܡ signavit, definivit, v. Schaaf., ܪܘܫܡܐ signum, nota, character.

רָשַׁע 1) *iniustus, impius fuit,* opp. צָדַק. 1 Reg. VIII, 47. Dan. IX, 15. Eccl. VII, 17. — 2) *iniustam causam habuit, reus fuit,* opp. צָדַק. Iob. IX, 29. X, 7. 15. Sq. מֵאֱלֹהִים impius habitus est a Deo, culpam contraxit apud Deum Ps. XVIII, 22, v. מִן p. 803 A. (Chald. et syr. Aph. impie egit, רַשִּׁיעָא, ܪܘܫܥܐ impius, ܪܘܫܥܐ improbitas. Aeth. ረሰዐ: impius fuit, ረሲዕ: impius, cui cogn. ረሰሐ: reus fuit IV. condemnavit. Origo vocis esse videtur in *strepitu* et *tumultu*, quandoquidem impii homines cogitantur cum strepitu et tumultu aliis iniuriam inferre, quum contra pii probique mansueti et mites cogitentur, cf. עָנָו). Iob. III, 17: שָׁם רְשָׁעִים חָדְלוּ רֹגֶז *ibi in orco impii tumultuari desinunt.* Jes. LVII, 20: הָרְשָׁעִים כַּיָּם נִגְרָשׁ כִּי הַשְׁקֵט לֹא יוּכָל *impii sunt ut mare impulsum, quod quiescere non potest.* Iob. XXXIV, 29: וְהוּא יַשְׁקִט וּמִי יַרְשִׁיעַ. Inest autem strepitus, tumultus et perturbationis notio tum in transp. רָעַשׁ no. 3, tum in syr. ܪܫܥ Aph. exagitavit, ܪܘܫܥܐ commotio, perturbatio, et ܐܬܪܫܥ perturbatus est, pro gr. *συνεχύθη* 1 Macc. IV, 27. Simile quid Kimchio visum, qui ad Ps. I, 1: הרשעים .. מרוב חרדת לבם כי ענין הרשע היא החרדה כמו והיא ישקיט ומי ירשיע ובכל אשר יפנה ירשיע. Aliam suspicionem mihi movit aeth. ረኵሰ: immundus, impurus fuit, et ረኵሰ: immundus, contaminatus fuit. IV. turpiter egit: constat enim, impuritatis vim ad impietatem saepe referri, v. חָנֵף. Sed in Hebraismo tamen nullum illius significationis vestigium reperi).

Hiph. 1) *strepere fecit, ad tumultum excitavit,* v. quae de origine disputata sunt ad Kal. Iob. XXXIV, 29: וְהוּא יַשְׁקִט וּמִי יַרְשִׁיעַ *is Deus quiescere iubet et quis tumultum concitet?* E vulgari verbi usu explicant: *et quis damnet* reprehendat sc. eum? Sed haud scio an in hanc sententiam, eamque satis frigidam, dicendum fuisset יַרְשִׁיעֶנּוּ.

2) *iniustum s. reum, sontem declaravit* aliquem, *condemnavit* eum, saepe de iudice et eo qui iudicem agit. Deut. XXV, 1: וְהִצְדִּיקוּ אֶת־הַצַּדִּיק וְהִרְשִׁיעוּ אֶת־הָרָשָׁע *et absolvent insontem et damnabunt sontem* Ex. XXII, 8. Iob. X, 2. XXXII, 3. XL, 8. Prov. XII, 2. XVII, 16. Ps. XCIV, 21. Dan. XII, 10. Iob. IX, 20: פִּי יַרְשִׁיעֵנִי. XV, 6. Jes. L, 9. Alterum *reum declarare* dicitur etiam is cuius caussa *vincit* Jes. LIV, 17. Inde simpl. *vincendi* vim nactum esse videtur. 1 Sam. XIV, 47 de Saulo: *et quocunque se vertebat* יַרְשִׁיעַ *causa eius vincebat* i. e. superior discedebat, quandoquidem bellum Dei iudicium, victoria iustae caussae praemium, clades impietatis poena habita est. LXX *ἐσώζετο.* Vulg. *superabat.* Targ. מְחַיֵּב i. e. reum declaravit et: vicit. Cf. hoc ipsum syr. ܚܒ reus fuit, et: vicit BH. 69. 104. 119. 124. 147, Pa. reum declaravit, vicit, ܡܚܘܒܘܬܐ clades ib. 402, זָכָה purus, insons fuit, ܙܟܐ vicit, טָהֵר طهر purus fuit, ظهر vicit, adde צֶדֶק, צְדָקָה iustitia, et salus, ut iustitiae et virtutis praemium. Alii (e signif. 1): *perturbationem, terrorem iniecit* hostibus.

3) *impie egit*, plene הִרְשִׁיעַ לַעֲשׂוֹת 2 Par. XX, 35, ellipt. (ut הֵרַע, הֵיטִיב) ib. XXII, 3. Neh. IX, 33. Dan. IX, 5. XII, 10. Ps. CVI, 6. Iob. XXXIV, 12. Part. sq. genit. Dan. XI, 32: מַרְשִׁיעֵי בְרִית *qui impie agunt in foedus.*

רָשָׁע fem. רְשָׁעָה (quod bis legitur: דַּרְכּוֹ הָרְשָׁעָה Ez. III, 18. 19) adj. et subst. 1) *iniustus, iniustam causam habens* (sensu forensi), *sons, reus* (opp. צדיק insons). הִצְדִּיק רָשָׁע absolvit reum Exod. XXIII, 7. Jes. V, 23, הִרְשִׁיעַ רָשָׁע damnavit reum (iudex) Deut. XXV, 1. 1 Reg. VIII, 32. — Ex. II, 13: וַיֹּאמֶר לָרָשָׁע *dixit sonti* ei quem in hac lite sontem esse viderat. רָשָׁע לָמוּת mortis reus Num. XXXV, 31. — 2) *impius* (Ps. X, 3.

4. 13), *improbus* (opp. צַדִּיק no. 3 probus), cum subst. אָדָם רָשָׁע Iob. XX, 29. XXVII, 13. Prov. XI, 7, sed saepius substantive Iob. IX, 24. XV, 20. XXIV, 6. XXXVI, 17. Ps. IX, 6. 17. X, 2—4. XXXVII, 10. 12. 21. 32. 35. XXXIX, 2. LV, 4, pl. רְשָׁעִים Iob. III, 17. VIII, 22. X, 3. XVI, 11. XVIII, 5. Ps. I, 1. 5. 6. III, 8. VII, 10. XI, 6. XII, 9. XXVI, 5. XXVIII, 3 et sexcenties, max. in Proverbiis, tum de privatis qui bonis insidiantur, eos opprimunt et omnis generis iniuriis afficiunt, tum de hostibus improbis Jes. XIII, 11. XIV, 5 (cf. רֶשַׁע Ps. CXXV, 3, ἄνομοι de gentilibus 1 Mc. II, 44. III, 5). Saepissime, ut diximus, opponitur צַדִּיק, passim etiam נָדִיב Iob. XXXIV, 18, תָּם IX, 22. — LXX plerisque locis ἀσεβής, saepe etiam ἁμαρτωλός, ἄνομος, quinquies ἄδικος.

רֶשַׁע, in Pa. רָשַׁע Eccl. III, 16, c. suff. רִשְׁעִי m. 1) *iniustitia* Iob. XXXIV, 10. אוֹצְרוֹת ר׳ opes iniuste partae Mich. VI, 10. מֹאזְנֵי ר׳ lances iniustae i. e. fraudulentae ib. 11. Inde spec. *fraus*, *mendacium* Prov. VIII, 7, opp. אֱמֶת. — 2) *improbitas* (opp. צֶדֶק Ps. XLV, 8). Ps. V, 5. עָשָׂה רֶשַׁע improbe egit Prov. XVI, 12. אַנְשֵׁי רֶשַׁע improbi Iob. XXXIV, 8. אָהֳלֵי רֶשַׁע Ps. LXXXIV, 11. Plur. רְשָׁעִים improbe facta Iob. XXXIV, 26.

רִשְׁעָה f. 1) *iniustitia*, inde *fraus*, *mendacium* Prov. XIII, 6, et ita Zach. V, 8 spec. de eorum fraude, quorum mensura iusto minor est (cf. Mich. VI, 11). — 2) *improbitas* Jes. IX, 17. Mal. III, 15, *improbe factum* Deut. XXV, 2.

רִשְׁעָתַיִם v. כּוּשַׁן.

מִרְשַׁעַת f. *scelus*, concr. de muliere scelesta 2 Par. XXIV, 7.

רָשַׁף rad. inusit. quae *incendendi*, *inflammandi* vim habuisse videtur, coll. שָׂרַף, שָׁרַב (sec. alios coll. رضف coxit lapide fervido, sed in hac radice coquendi s. assandi potestas secundaria videtur, v. רָצַף). Chald. רִשְׁפִּין דְּנוּר flammae ignis Ps. LXXVIII, 48 Targ. Translate sam. ࠓࠔࠐ irritavit (anfeuern) Deut. XXXII, 15, ࠓࠔࠐ *flamma* ib. 24, it. furiosus pro hebr. נָבָל ib. Comm. 6. Inde

רֶשֶׁף pl. cstr. רִשְׁפֵּי m. 1) *flamma* (v. chald.). Cant. VIII, 6: רְשָׁפֶיהָ רִשְׁפֵּי אֵשׁ שַׁלְהֶבֶת־יָהּ *flammae eius amoris sunt flammae ignis, flamma Jovae.* Aqu. λαμπάδες. Versio sexta: σπινθῆρες. Gr. Venet. ἄνθρακες (ex sententia Rabbinorum, quibus רֶשֶׁף pariter atque רִצְפָּה est *pruna*). Vulg. lampades. Abulwalides: شبهوا لهج الهوى بها *his* (sc. fulminibus) *comparant obtutus amoris.*

2) *fulgur.* Ps. LXXVIII, 48: *tradebat pecus eorum grandini et greges* לָרְשָׁפִים *fulguribus* (cf. Iob. I, 16), ubi omnes vett. *ignem* exprimunt. Rabbini: *prunis* i. e. fulguribus (coll. Ps. XVIII, 9). Inde poët. a) Ps. LXXVI, 4: רִשְׁפֵי קָשֶׁת *fulmina arcus* i. e. sagittae quippe quae celeritate sua fulminis aemulae sint, vel (ut Kimchius volebat) a cuspide fulgente, cf. לַהַב, לַהַט. Cf. Ferdusi ap. Jones de poësi asiat. p. 298: چو آتش بر او تیر میریختم. Abulwalid interpretatur السهام sagittae. — b) Iob. V, 7: *homo ad aerumnas natus est* וּבְנֵי רֶשֶׁף יַגְבִּיהוּ עוּף *et sic filii fulguris alte volant.* *Filios fulguris* vel *flammae* h. l. interpretantur α) *scintillas*, quasi ex flamma prognatas (Targ. 2. Aben Esra, Kimchi, Raschi, Coccejus al.): sed quis dicat, scintillarum esse, *alte* volare, quod alibi *aquilae* est Iob. XXXIX, 27 (30)? β) *sagittas*, ut fulguris aemulas cf. Ps. LXXVI, 4 (Schult. Steger al.), quod magis placet. γ) *aves rapaces*, ut aquilae, itidem fulguris aemulae, quippe quae fulguris celeritate ex alto in praedam irruant. Itaque nomen quidem habent *aquilae* a pernicitate volatus, licet sententia loci huius sit, hominum esse calamitates perpeti, ut aquilarum sit, *alte* volare. *Aves* h. l. exprimunt LXX. Aqu. Symm. Vulg. Pesch., eandemque significationem veteres intpp., ut sibi notam, etiam aliis locis exhibent, ut Deut. XXXII, 24 LXX. Vulg. Onk., Hab. III, 5 Aqu. Symm. Theod. Syr. Abulw. اخلق به ان يكون خاصّة للجارح *aptissime habetur pro attributo avium rapacium.* (Si quis forte miretur, *sagittas* et *aves rapaces* simili metaphora designari, is memor sit, Ferdusium *sagittas* velocissimas عقاب *aquilas* appellare, v. Jones l. c. pag. 298). E recentioribus J. D. Michaëlis (Beurtheilung der Mittel p. 298—307. Suppl. 2269) hanc significationem omnium primam posuit, coll. arab. رسف VIII. (al. IX.) i. q. ارتفع (Kam. 1165) *sublatus, elatus est*, et praeter Iob. l. c. etiam aliis locis adhibuit, ut Ps. LXXVIII, 48. Deut. et Hab. l. c., sed neque hoc probabile, neque etymon modo memoratum, quum rad. رسف ad volatum minime pertineat. Similis tamen erat coniectura Raschii, de qua Abendana: א״א יפה פירוש רשי ז״ל באמרו שכל דבר הפורח ומעופף הן שביבים הן חיצים הן עופות נופל עליו לשון רשף i. e. *mihi quidem placet Raschi, qui dicit,* רשף *esse quidquid volat sive scintillas sive sagittas sive aves.*

3) *febris ardens*, *pestis* qua corpus *inflammatur* (cf. חֵמָה ardor et venenum, lat. *febris* a fervendo). Deut. XXXII, 24: לְחֻמֵי רֶשֶׁף *absumti peste*, praecedit רָעָב, sequitur קֶטֶב. Gr. Venet. πυρέτῳ. Saad. febri caloris. Hab. III, 5 (parall. דֶּבֶר). — Peculiari dissertatione de hoc vc. egit Ge. Theod. Steger, Kiliae 1808. 4., qui ita dispescuit significationes: a) sagitta. b) fulgur. c) pestis.

4) n. pr. viri 1 Par. VII, 25.

רָשַׁשׁ in Kal inusit. *fregit*, *confregit*, cogn. רָצַץ.

Po. id. Jer. V, 17. LXX ἀλοήσουσι. Vulg. *conteret* (ירושש?). Targ. יְפַגֵּר.

Pu. pass. Mal. I, 4. LXX κατέστραπται. Vulg. *destructi sumus.*

תַּרְשִׁישׁ 1) n. pr., *Tartessus*, urbs et emporium antiquissimum et florentissimum Phoenicum in Hispania, et ampliore significatu *regio Tartessia*, adeoque fortasse universa *Hispania* (cf. מַלְכֵי תַרְשִׁישׁ Ps. LXXII, 10). — Ex V. T. locis efficitur, a) *Tarsîsam* fuisse regionem ad solis occasum sitam Gen. X, 4. 1 Par. I, 7 (ubi תַּרְשִׁישָׁה He adiecto positum videtur ad exemplum praecedentis nominis אֱלִישָׁה). Ps. LXXII, 10. Jes. LX, 9 (ubi copulatur cum אִיִּים i. e. maris mediterranei oris), quam Phoenicum nautae magnis navibus petebant (אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ Jes. II, 16. XXIII, 1. 14. LX, 9. Ps. XLVIII, 8. 1 Reg. X, 22. XXII, 49), e portu Joppensi proficiscentes Jon. I, 3. IV, 2. (de duobus locis 2 Par. IX. 21 et XX, 36. 37 v. infra); b) fuisse emporium nobilissimum Ezech. XXXVIII, 13 et opibus florentissimum Ps. LXXII, 10. Jes. LXVI, 19, unde *argentum* (Jer. X, 9), ferrum, stannum et plumbum Tyrum transvehebant Ez. XXVII, 12. 25; fuisse c) in praecipuis Phoenicum coloniis Jes. XXIII, 1. 6. 10. — Veterum interpretum de eius regionis, cuius nomen mature interiisse videtur, situ variae erant opiniones. Alii enim α) תַּרְשִׁישׁ *Carthaginem* esse putabant, LXX *Καρχηδών*, *Καρχηδόνιοι* Jes. XXIII, 1. 10. 14. Ez. XXVII, 12. XXXVIII, 13, Vulg. *Carthaginenses* Ezech. XXVII, 12, vel universe *Africam*, Targ. אפריקא 1 Reg. XXII, 49. Jer. X, 9; alii β) *Tarsum* Ciliciae *), velut Jos. Ant. I, 6, 1. Jon. et Saad. (طرسوس) in Gen. l. c., Benjamin Tudel. p. 26, 1 ed. Asher (e recentioribus Volney nouvelles recherches sur l'hist. ancienne 1, 721. Hartmann Aufklärungen über Asien 1, 69 al.) **); non pauci denique γ) appellative *mare* interpretantur, ut LXX אניית ת' *πλοῖον θαλάσσης* Jes. II, 16, Targ. יַמָּא Ez. et Jon. ll. cc., pro hebr. אניות ת' constanter ספינֵי יַמָּא Jes. XXIII, 1. 14. LX, 9 al. (raro טַרְסִים Ps. XLVIII, 7. LXXII, 10). Saad. ap. Jes. بحر, Vulg. *mare* Jes. LXVI, 19, velut *naves maris* Jes. l. c., *filia maris* XXIII, 10, *classes in mari* 1 Reg. XXII, 49 cf. hanc Hieronymi observationem (ad Jes. II, 16), licet Judaeorum nugas exhibentem: ,,Hebraei putant lingua propria mare *Tharsis* appellari, quando autem dicitur *iam* non Hebraico sermone appellari, sed syriaco.“ Unde Luth. *Meerschiffe*. Sed verum vidit unus Eusebius, qui *Θαρσεῖς Iberos* interpretatur, cuius sententiam docte et unanimi fere doctorum hominum assensu vindicavit *Bochartus* Phaleg. 3, 7 (cf. Mich. spicil. I, 82 sqq. Bredow hist. Untersuchungen II, 260 sqq.), ita quidem, ut תַּרְשִׁישׁ graeco *Ταρτησσός* respondere doceret. Namque nomen hebraeum et graecum sibi prorsus respondent, si modo *Tarsîs* Syro more *Tartîs* pronuncietur (coll. בָּשָׁן *Βαταναία*, צוֹר *Τύρος*), adeoque sibilatae pronunciationis vestigium superest in *Ταρσήϊον* ap. Polyb. 3, 24 et Steph. Byz. In Phoenicum autem coloniis occidentalibus nullae nobiliores erant quam Hispanicae, quarum metallifodinae praeter aurum et *argentum* etiam *plumbum album nigrumque* et *ferrum* suppeditabant (Diod. Sic. V, 35 — 38. Arrian. 2, 16. Strabo III, p. 147 — 149 Casaub. Plin. 3, 4. Mela 2, 6. Arist. de mirab. auscultat. c. 147), quarumque et antiquissima et opulentissima *Tartessus* erat. Antiqua tamen urbs mature periisse videtur: Strabonis certe tempore iam diu interierat, ita ut de situ eius nominisque ambitu non amplius constaret. Strabo p. 148: *ἐοίκασι δ' οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὸν Βαῖτιν Ταρτησσόν· τὰ δὲ Γάδειρα καὶ τὰς πρὸς αὐτὴν νήσους Ἐρύθειαν· διόπερ οὕτως εἰπεῖν ὑπολαμβάνουσι Στησίχορον περὶ τοῦ Γηρυόνος βουκολίου· Διότι γεννηθείη σχεδὸν ἀντιπέραν κλεινᾶς Ἐρυθείας Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ πηγὰς ἀπείρονας ἀργυρορίζους, ἐν κευθμώνων πέτραις. Δυοῖν δὲ οὐσῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ, πόλιν ἐν τῷ μεταξὺ χώρῳ κατοικεῖσθαι Ταρτησσὸν ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ· καὶ τὴν χώραν Ταρτησσίδα καλεῖσθαι φασίν, ἣν νῦν Τουρδοῦλοι νέμονται. καὶ Ἐρατοσθένης δὲ τὴν συνεχῆ τῇ Κάλπῃ Ταρτησσίδα καλεῖσθαι φησὶ κ.τ.λ.* sed p. 151 postquam de regum Tartessiorum divitiis egit, quae in proverbium abierant (cf. מַלְכֵי תַרְשִׁישׁ Ps. LXXII, 10): *ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρτηΐαν προσαγορεύουσι.* De illa igitur opinione Tartessus inter duo Baetis fluvii (hodie Guadalquivir وادى الكبير) ostia interiecta fuerat, quorum unum idque orientale postea oblimatum est: de hac ad Cartejam (cf. Ptolem. 2, 4. Plin. 3, 3. Mel. 2, 6), cui accedit tertia eorum, qui Tartessum vetus Gadium (גדר) nomen fuisse censerent (Plin. 4, 36) cf. Cellarii not. orb. ant. I, 87. Uckert Geogr. d. Griechen und Römer II, 1, 242. Comment. nostr. ad Jes. XXIII, 1.

Unum receptae sententiae de Tartesso in Hispania sita obstare videbatur, quo ipso permoti Hieronymus (ad Jerem. X, 9) et Bochartus alteram quandam Tartessum in Oceano Indico statuerunt, Paralipomenon inquam duo loci, ex quibus colligas, naves Hebraeorum Tarsîsam petentes ex maris Erythraei portibus exiisse, mercesque Indicas inde reportasse. Unus est 2 Par. IX, 21: כִּי אֳנִיּוֹת לַמֶּלֶךְ הֹלְכוֹת תַּרְשִׁישׁ עִם עַבְדֵי חוּרָם וגו' *naves enim erant regi Salomoni, quae Tartessum ibant cum servis Hurami, semel quovis triduo ibant naves Tartessiae afferentes aurum et argentum, ebur et simias et pavones;* alter XX, 36: *et societate iuncti sunt* Josaphat et Ahasja *ut struerent naves, quae Tartessum irent* (לָלֶכֶת תַּרְשִׁישׁ), *et struxerunt naves in Ezion-Geber.* 37: ..... *sed fractae sunt naves, neque potuerunt Tartessum ire* (לֹא עָצְרוּ לָלֶכֶת אֶל־תַּרְשִׁישׁ). Sed iam diu est quod observavit

---

*) Teste Beroso apud Eusebium (Chron. I, p. 43) Tarsus Ciliciae a Sanheribo, Assyriae rege, aedificata et *Tarsis* (in contextu armen. est Թարսիս pro acc. gr. *Tarsin*) appellata esse fertur. In nummis tamen Tarsensibus phoeniciis litteris hoc nomen scribitur תרז, v. monn. Phoen. p. 428.

**) Taceo alias recentiorum coniecturas multo etiam minus probabiles, velut *Hensleri* (ad Jes. p. 321. ad Ps. p. 337) qui *Tarsîsam* in Aethiopia, *Brucii* (itin. 1, 479 sqq.) qui eandem in Africae ora australi ponebat.

Vitringa (ad Jes. II, 16) *), et post eum alii ab eius auctoritate non pendentes (Bredow l. c. Gesen. Gesch. d. hebr. Spr. p. 42), his in locis errorem latere a Paralipomenôn scriptore commissum, quum illos locos e libro Regum in opus suum transscriberet. Priori enim loco de classe Salomonis haec respondent 1 Reg. X, 22: כִּי אֳנִי תַרְשִׁישׁ לַמֶּלֶךְ בַּיָּם וגו׳ *nam navem Tartessiam rex habebat in mari* cet. (cf. IX, 28, unde apparet, hanc navem vel hanc classem *Ophiram* petiisse): posteriori haec ib. XXII, 49: יְהוֹשָׁפָט עָשָׂה אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ לָלֶכֶת אוֹפִירָה לַזָּהָב וְלֹא הָלָךְ כִּי נִשְׁבְּרוּ אֳנִיּוֹת בְּעֶצְיוֹן גָּבֶר *Josaphat struxit naves Tartessias, ut Ophiram profectae aurum peterent, sed non profectae sunt, nam fractae sunt in* portu *Eziongeber. Naves Tartessiae* (אֳנִיּוֹת ת׳) utroque loco manifesto sunt *naves magnae maritimae* et *mercatoriae*, quales itineri Tartessio a Phoenicibus vulgo adhiberi solebant (quemadmodum apud nos *Ostindienfahrer*, *Westindienfahrer* de certa quadam navium specie et structura usurpatur), a Salomone et Josaphato autem ad Tartessiarum navium exemplar in sinu Aelanitico in usum Ophiritici itineris exstruebantur, ita ut in navibus Tartessiis Ophiram petentibus nulla difficultas sit. Secus autem visum est Paralipomenôn scriptori, qui *naves Tartessias* naves intelligens *Tartessum petentes* non poterat non in his locis haerere, quippe qui reputaret, navem quae Tartessum peteret Ophiram proficisci non posse. Has igitur discrepantias inter se conciliaturus utroque loco *naves* posuit *Tartessum euntes* et altero quidem *Ophirae* mentionem omisit: nempe minus curans, novam eamque maiorem difficultatem, quae cerneretur in classe, quae e maris Erythraei portibus in Hispaniam missa sit. Et simili modo etiam Vulgatus interpres utriusque loci difficultatem expedivit. Priore enim (1 Reg. X, 22) reddit: *quia classis regis per mare ... semel per tres annos ibat in Tharsis*, iter Tartessium temere fingens; altero rectius: „*rex vero Josaphat fecerat classes in mari, quae navigarent in Ophir propter aurum.*"

De origine nominis si quaeris, possit illud vel antiquum et domesticum veteris Hispaniae vocabulum esse, vel a Phoenicibus urbi ab ipsis conditae impositum. Et hoc quidem probabilius est, quum reliquae Phoenicum oppida in Hispania maximam partem Phoenicia originis nomina gerant, ut גדר *Gades*, בעלת *Belo*, מלכת *Malaca*, עבדרת *Abdera* (v. monn. Phoen. p. 304 sqq.): et nihil obstat quominus תַּרְשִׁישׁ habeatur verbale Pihelicum (formae تَنْقِيل) a רָשַׁשׁ, et *fractionem* concr. *urbem fractam* s. *dirutam*, fortasse *vi expugnatam* significet.

2) nomen gemmae, quae a Tartesso urbe nomen accepit (ut *aurum* ab Ophira Iob. XXII, 24). Exod. XXVIII, 20. XXXIX, 13. Ez. I, 16. X, 9. XXVIII, 13. Cant. V, 14. Dan. X, 6. LXX et Josephus *chrysolithum* interpretantur i. e. *topazium* recentiorum, aurei coloris gemmam, quae quum alibi tum in Hispania reperta est (Plin. 37, 109), v. Braunium de vest. sacerd. II, 17, qui aliorum etiam interpretationes collegit et explicavit. Luth. *Türkis* (propter similitudinem vocis hebraeae). Bredovius l. supra l. *Tarsis* succinum significare putabat: sed renitentibus tamen Exodi locis, qui veri nominis gemmam flagitant.

3) n. pr. a) viri principis Persarum Esth. I, 14. b) alius viri 1 Par. VII, 10.

רֶשֶׁת f. *rete*, v. rad. יָרַשׁ.

---

*) Adscribere placet scitam Vitringae disputationem a plerisque in hac caussa neglectam. „Quod autem Bochartus (Geogr. s. 3, 7) et Huetius (de navigatione Salom. c. 3) praeter hanc *Tarsisum* sive *Tartessum* aliam fingunt, etsi eam diversis in locis quaerant (ille quidem in Oriente apud Ophiram sive Taprobanem, hic in Africae ora occidentali, quae Austrum respicit), vellem utique id dare tantorum nominum auctoritati ut admitterem, si persuadere mihi possem, probabile esse. Sed id non fit. Scriptura de Tarsiso sive Tartesso loquens, in quam navibus frequenter ibatur, de loco loquitur hoc nomine noto et celebri; cuiusmodi duo fuisse, sive in Europa et Asia, sive in illa et in Africa, probabilis ratio credere vetat. In veram Tarsisum navigatio fiebat ex portubus maris mediterranei (Jon. I, 3): cui operam praecipue dabant Phoenices. Aliam fuisse, in quam cursus intendebatur ex Ezion-Gebere, sinus Arabici portu notissimo, non aeque certum habeo: licet vere loca bina 1 Reg. XXII, 49. 2 Par. XX, 36. 37 illi ad exteriorem speciem faveant. Sed fortean est, ut ea non satis recte a nobis capiantur. Obscura certe ex claris, dubia ex liquidis interpretanda sunt. Historicus uterque est in describendis moribus et gestis Josaphati, in quibus apud *priorem* haec leguntur: *Josaphat fecit* אניות תרשיש *ut irent Ophiram, sed non ivit, quia confractae sunt naves in Ezion-Geber.* Alter locus huic similis ita habet: *et societatem cum eo contraxit* Josaphat cum Achazia *de compingendis navibus, quae irent Tarsisum; et factae sunt naves in Ezion-Geber.* Sane si vere solutae sint naves Ezion-Geber, necesse est obtineat sententia eruditorum virorum, quam modo recensui. Ex sinu enim Arabici maris nemo dicit ab Hebraeis et Phoenicibus navigatum esse in Hispaniam, *opera vere ridicula et inutili, si vel maxime circumnavigatio circa Africam admittatur.* Sed quod ad priorem locum, non dicuntur in eo naves Josaphati ivisse Tarsisum, sed Ophiram, in quam navigari ex mari Erythraeo certum est, sive in Asia sive in Africa quaerenda sit. Tantum *naves illae, quae Ophiram irent, dicuntur naves Tarsisi, quia ad exemplum earum quae a Phoenicibus Tarsisum expediebantur, constructae erant.* Quod ad posteriorem locum attinet: vere ita sonat, naves struendas esse in Ezion-Gebere, quae irent Tarsisum: *sive Chronicorum scriptor ita acceperit hunc locum libri Regum*, qui tamen non necessario hunc sensum infert, sive ex Annalibus, qui illo adhuc tempore supererant, id petierit; etsi non nego, id mihi esse obscurius." Vitringae autem disputatione refelluntur etiam novae quaedam coniecturae Bochartianae similes, de duplici et Salomonis et Josaphati navigatione, quas in medium protulerunt *Keilius* (Dörptische Beiträge z. Theol. II, 259 sqq. Chronik p. 303 sqq.) et *Moversius* (Chronik p. 254. Zeitschr. für Philos. und Theol. XVIII, p. 107 sqq.), adde quae observavit *Winerus* in Reall. II, 703. Sententiam autem ei quam supra proposuimus similem dixisse dicitur vir doctus Hebraeus *Samuel Laniado* in Comment. ad 1 Reg. XXII, 49 (v. Zunz in d. Zeitschr. für die Wissenschaft des Judenthums I, 164).

רָתַח in Kal inusit. Chald. ferbuit, ebullivit, pr. de olla, translate de fervore irae, רְתָחָא, רוּתְחָא fervor irae, רְתִיחָא effervescentia vini. Syr. id. pro gr. *ζέω* Act. XVIII, 25. Rom. XII, 11, adde Act. Mart. II, 229. ܪܬܚܐ pro *θέρμη* Act. XXVIII. 3. Sam. ࠓࠕࠇ et ࠓࠕࠇ incaluit, subst. fervor diei. Vicinum videtur רָקַח.

Pi. fervefecit, ebullire fecit Ezech. XXIV, 5. — *Pu. aestuavit*, de visceribus, metaph. de animi commotione Iob. XXX, 27, cf. *ζέων ἐν πνεύματι* Act. et Rom. l. c.

Hiph. ebullire fecit (ollam) Iob. XLI, 23.

רֶתַח m. *ebullitio*, tantum in pl. Ez. XXIV, 5.

רָתַם *alligavit*, ut currum equis. Mich. I, 13: רְתֹם הַמֶּרְכָּבָה לָרֶכֶשׁ *iunge currum equis*, cf. אָסַר no. 4. (Arab. رتم IV. circumligavit filum digito in memoriam rei, رَتَمَة, رَتِيمَة huiusmodi filum).

רֹתֶם m. 1 Reg. XIX, 4 (sed in Chethibh fem.) pl. רְתָמִים ib. comm. 4. 5. Iob. XXX, 4. Ps. CXX, 4 i. q. arab. رَتَمَة collect. رَتَم *genista* (spartium iunceum Linn.), frutex floribus albis in Arabiae deserto magna copia crescens, cuius umbra delectantur viatores (1 Reg. l. c. cf. Virg. Ge. 2, 434), cuiusque radices deserticolis carbones praebent גַּחֲלֵי רְתָמִים Ps. l. c. cf. Burckhardt itin. Syriae 791. Robinson Pal. 1, 336. Etiam virgis eius ignem nutrire solent, quorsum Celsius (Hierob. I, 249) aliique referunt verba Iob. XXX, 4, ubi de infima plebecula: *carpunt salsuginem ad sepem*, שֹׁרֶשׁ רְתָמִים לַחְמָם *et radicem genistarum ad calefaciendum* (cf. ad לַחְמָם Jes. XLVII, 14, ad rem ipsam Iob. XXIV, 7. 8). Plerique quidem לַחְמָם ducunt a לֶחֶם, hac sententia: *et radix genistarum est cibus eorum*, eaque verba ad famis descriptionem referunt, qua urgente ab inusitatis quoque cibis non abstineant homines (cf. hemist. prius): sed vereor ut istae radices ligneae ullo modo esculentae sint. Ceterum hic frutex (cuius cognata species, Genista Hispanica, floribus flavis, in hortis nostris crescit) a *ligando* et *alligando* dictus est, quippe cuius frondes virgasque vitibus alligandis adhibeant, ut lat. *iuncus* est a iungendo, nostr. *Binsen* a verbo *binden*. V. Cels. l. c. Schult. ad Iob. l. c. Oedmanni verm. Sammlungen II, c. 8. Forskal Flora aegypt. arabica p. LVI et 214. Robinson l. c. et I, 137. Interpretes Hebraei et Hieronymus *iuniperum* intelligunt, Luth. *Wachholder*, quod idoneis argumentis refellit Celsius.

רִתְמָה (i. q. רֹתֶם genista) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Arabico Num. XXXIII, 18. 19.

רָתַק in Kal inusit. Arab. رتق ferruminavit, reparavit fissuram, consuit pannum. Hebr. *ligandi*, *vinciendi* vim habuisse videtur.

Niph. Eccl. XII, 6 Keri: עַד אֲשֶׁר לֹא יֵרָתֵק חֶבֶל הַכֶּסֶף Vulg. *antequam rumpatur funiculus argenteus*, et ita Pesch. flagitante contextu. Si genuina esset illa scriptura, non possimus non verbo contrariam *revinciendi* (entketten) vim tribuere, coll. נִלְבַּב Iob. XI, 12. Sed equidem nil dubito, quin reponendum sit יִנָּתֵק *rumpetur*, quod vocabulum est de *ruptura fili* proprium, v. h. rad. Admodum frigidum, quod in Chethibh est, יִרְחַק *removetur*.

Pu. vinctus est (compedibus). Nah. III, 10.

רַתֻּקוֹת pl. f. *catenae* Jes. XL, 19.

רַתּוֹק id. Ez. VII, 23, pl. רתוקות 1 Reg. VI, 21 Keri (Cheth. רַתִּיקוֹת). Targ. et R. Salomo שַׁלְשְׁלָת.

תַּרְתָּק v. suo loco.

רָתַת rad. inusit. i. q. רָטַט, aram. (syr. chald. sam. zab.) רְתַת, ܪܬܬ *tremuit, territus est.* Inde

רְתֵת m. *terror.* (Chald. רְתִיתָא id.). Semel legitur Hos. XIII, 1: כְּדַבֵּר אֶפְרַיִם רְתֵת *uti olim loquebatur Ephraim, terror* erat, terrore et metu percussae sunt reliquae tribus. De auctoritate agitur, quam Ephraimitae in reliquas tribus exercuerint.

שׂ

Littera שׂ antiquitus et ante inventa signa diacritica, pariter atque s in lingua hibernica (v. *solâ* solatium, sed *se* lege *sche* is, *si* lege *schi* ea), tum simplex *s* tum sonum densiorem, quem nos litteris *sch*, Angli litteris *sh* exprimunt, nullo discrimine designabat: postmodo autem a Grammaticis ita distinctum est, ut lenior sonus puncto in sinistro cornu, densior eodem in dextro cornu posito indicaretur, duplicemque hanc litteram ex reliquis Semitis habent Arabes (س, ش), adeo Himjaritae (ሰ Sin, ሸ Schin) et Ambarii; Phoenices contra eadem figura sine discrimine scribunt שר (שַׂר) et שפט (שָׁפַט) et sic Chaldaei et Talmudistae, ubi sine punctis scribunt, licet hi *Sin* littera raro utantur, et plerumque ס substituant, quod constanter faciunt Syri, qui שׂ littera prorsus carent, v. c. שָׂבַר, ܣܒܪ al. Aethiopes nunc certe *Sât* litteram (ሰ) ubique s pronunciant.

De mutua ratione litterarum שׂ et ס in ipsa lingua

Hebraea iam vidimus p. 931. Arabes pro שׂ ex peculiari huius linguae proprietate plerumque habent ش (fere ut Wirtembergenses *s* germanicum in multis vocibus fortiori sibilo pronunciant, *ist* quasi *ischt*), ut שׂנא شنأ, שָׂהֵד شهد, שָׂטָן شيطن, cf. שֵׂעָר, שָׂפָה, שָׂכַל al., rarius retinent س, veluti שְׂלָו سلوى coturnix, cf. ad שָׂרַד, שַׂכִּין, שָׂרַק, שָׂרַד, שָׂנִיר, שְׂמָמִית, in nonnullis utrumque in usu est, שָׂרַף شرف et سرف nobilis fuit. Apud Aethiopes שׂ litterae utplurimum respondet ሠ *Saut*, v. שׂוּם, שָׂחַק, שַׂק.

In ipsa lingua Hebraea *Sin* litterae (praeter ס) vicinae sunt 1) reliquae sibilantes, ut a) שׁ, v. שָׂאַר et שְׁאָר, שָׂעַר et שַׁעַר cf. שִׂיחַ syr. ܫܘܚܐ frutex; b) צ et ז, סָפַן, שָׂפַן, צָפַן; שָׂחַק, צָחַק; שָׂקַק, זָקַק.

2) passim spiritus, fere ut gr. ὗς, *sus*, ὕλη *silva*, cf. שָׂדָה i. q. הָדָה extendit; שָׂלַךְ سلك i. q. הָלַךְ ivit, שָׂרַג = אָרַג plexuit, texuit, et nonnunquam in radicibus formandis sibilus stirpi bilitterae praemittitur, ut שָׂגַב i. q. גָּבַב altus fuit, שָׂגָא cf. גָּאָה cet. cf. Lgb. p. 862. Sic in Indogermanicis γράφω *scribo*, γλύφω *sculpo*, τρίζω *strideo*, *tego* στέγω, fallo σφάλλω, atque in lingua Coptica ⲑⲱⲙ et ϣⲑⲁⲙ (hebr. טָמַם et סָתַם) claudere.

שָׂאָה rad. inusit. unde derivandum est שֶׂה (pro שֶׂאֶה) شاة pecus ovilla et caprina, ut פֶּה *os* est pro פֶּאֶה a rad. פָּאָה spiravit. Quod enim c. suff. dicitur שֵׂיוֹ, פִּיוֹת, id ex שֵׂאוֹ, פֵּאוֹת ortum est, v. p. 1085 sqq. At quid significet שאה, id ignorari fassi sunt omnes, et propterea varias tentarunt coniecturas. Alii enim (Sim. Maurerus) שֶׂה revocarunt ad شاء deformis, foedus fuit, et شوى, unde شوى res exigua, vilioris generis pecudes, شَوِيَّة pars vilis gregis, شَيَّة oves: alii ad (Boch.) شهى appetivit, cupivit, quippe quod hirci libidinosi sint: de mea coniectura شاة *oves* dictae sunt a شا et شاشا quae vox inservit ovibus increpandis, ut progrediantur, unde verbum شاشا illam vocem protulit, oves increpavit, propulit. Quemadmodum enim aliae bestiae appellantur a sono quem edunt (velut אִי canis aureus al.), ita non incredibile est, alias vulgari linguae usu nomen obtinuisse ab eo sono, quo invocantur et quasi compellantur et appellantur (von dem was ihnen zugerufen wird, womit sie angerufen werden), ut apud nos *equi* a pueris *Hotto*, *Hott* nuncupantur, a voce qua aurigae eos increpant. Radici autem שָׂאָה, si modo unquam usitata erat, eandem vim tribuerim atque arab. شاشا sono scha (nostr. *sch*) propulit gregem (nostr. scheuchen, quod recte revocant ad interiectionem: *sch! sch!*).

שֶׂה estr. שֵׂה Deut. XIV, 4. Jes. XLIII, 23, c. suff. שֵׂיוֹ Deut. XXII, 1 et שֵׂיֵהוּ 1 Sam. XIV, 34 comm. (v. infra) *pecus ovilla et caprina*, nomen unitatis, cui respondet collect. צֹאן *pecus ovillum et caprinum*, q. v. (Chald. שִׂיתָא id. sed perraro. Arab. شاة pecus una, sive ovis sive capra, sive mas sive femella, pl. شياه et شاء, quorum priore utuntur citra denarium numerum, posteriore ultra eum). Gen. XXX, 32: *pertransibo hodie omnem gregem tuum* (כָּל־צֹאנְךָ), *removendo inde* כָּל־שֶׂה נָקֹד וְטָלוּא וְכָל־שֶׂה חוּם בַּכְּשָׂבִים וְטָלוּא וְנָקֹד בָּעִזִּים *singulas pecudes punctis maculisque distinctas itemque nigras inter oves, neque non punctis maculisque distinctas inter capras.* Ex. XII, 5: שֶׂה תָמִים זָכָר בֶּן־שָׁנָה יִהְיֶה לָכֶם מִן הַכְּבָשִׂים וּמִן הָעִזִּים תִּקָּחוּ. Deut. XIV, 4: *hoc est quod comedetis* שׁוֹר שֵׂה כְשָׂבִים וְשֵׂה עִזִּים. Gen. XXII, 7. 8. Lev. V, 7. XXVII, 26. 1 Sam. XV, 3. XXII, 19. Iud. VI, 4 (quibus locis plerisque copulatur cum שׁוֹר, quod et ipsum est nomen unitatis, cui respondet collect. בָּקָר). Pluralem non admittit, cuius loco est צֹאן (v. Ex. XXI, 37): sed poët. שֶׂה collective poni potest Jes. VII, 25. Copulatur cum adj. masc., ubi pecus mascula intelligitur (שֶׂה זָכָר Exod. XII, 5, arab. شاة ذكر) Lev. XXII, 23. Jes. LIII, 7. Ps. CXIX, 176, cum fem., ubi femella Jer. L, 17. Ez. XXXIV, 20. XLV, 15. Cf. Boch. Hieroz. I, 480. 81 Lips.

שָׂאַר rad. inusit. cogn. verbis סִיר (q. v.), שָׂאַר *ferbuit*, *efferbuit*, *fermentavit* cf. ثار efferbuit, erupit, de ulcere, de morbillis, it. efferbuit ira, impetum fecit Conj. III. V. X. id. Cf. שָׂעַר. (In linguis occidentalibus eiusdem stirpis est germ. *suar* ap. Ottfr., anglosax. *sur*, nostr. *sauer*). Inde

שְׂאֹר m. *fermentum* Ex. XII, 15. 19. XIII, 7. Lev. II, 11. Deut. XVI, 4. LXX ζύμη. (Chald. סְאֹר id.).

שְׂאֵת v. rad. נָשָׂא.

שָׂבַךְ i. q. סָבַךְ *plexuit* q. v. pag. 935.

שְׂבָךְ, tantum in pl. שְׂבָכִים *reticula*, *clathri*, quibus capitula columnarum obducta erant 1 Reg. VII, 17.

שְׂבָכָה f. 1) *rete* Iob. XVIII, 8. — 2) *opus reticulatum* (Gitterwerk), sive ferreum sive aeneum a) in capitulis columnarum 1 Reg. VII, 18. 20. 42. 2 Reg. XXV, 17. Jer. LII, 22. 23, pl. 1 Reg. VII, 41. 42. 2 Par. IV, 12. 13. b) ante fenestras valvasve (vor dem Fenster oder Balcon). 2 Reg. I, 2.

שַׂבְּכָא *sambuca*, v. סַבְּכָא.

שׂוֹבֶךְ m. *rami perplexi* 2 Sam. XVIII, 9.

שׂבם rad. inusit. Arab. شبم frigidus fuit. Simonis ei suaveolendi vim tribuit coll. בֹּשֶׂם. Inde

שְׂבָם Num. XXXII, 3 (sam. שבמה) et **שִׂבְמָה** ib. 38 n. pr. oppidi cum agro vinearum feraci, quod Moabitarum prius fuerat, dein Amoritarum, post Rubenitarum Num. l. c. Jos. XIII, 19, denique rursus Moabitis cesserat Jes. XVI, 8. 9. Jer. XLVIII, 32. Inter Hesbonem et Sabama vix quingenti passus erant teste Hieronymo ad Jes. l. c.

שָׂבַע et **שָׂבֵעַ** Deut. XIV, 29. XXVI, 12. Jes. IX, 19 1) *satiatus est, satur factus est.* (Chald. syr. sam. zab. סְבַע, ܣܒܥ id. Arab. شبع id. sq. acc. et من rei. Origo est in *abundando* et *redundando* cf. Prov. XXV, 16, vic. est שָׁפַע. Sunt qui redeant ad bilitt. בע intumuit, ebullivit). Proprie dicitur de eo, qui cibo, rarius (ut רָוָה) de eo qui potu satiatur. Am. IV, 8. Jerem. XLVI, 10: *gladius* שָׂבְעָה וְרָוְתָה מִדָּמָם, inde de terra, quae pluvia irrigata est Ps. CIV, 16. Prov. XXX, 16. — Ponitur absol. Ps. XXXVII, 19. Hos. IV, 10, inde אָכַל וְשָׂבַע comedere et satiari i. e. edere ad satietatem Deut. VI, 11. VIII, 10. 12. XIV, 29. XXVI, 12. Ruth II, 14. Joël II, 26. Ps. XXII, 27, et sic יָנַק וְשָׂבַע Jes. LXVI, 11 (רָאָה וְשָׂבַע ib. LIII, 11); it. לֹא שָׂבַע insatiabilem esse Jes. IX, 19. Ez. XVI, 28. 29. Prov. XXVII, 20. Tribuitur ventri Prov. XVIII, 20, animae (נֶפֶשׁ, ubi vide no. 2) Eccl. VI, 3, et metaph. oculo, qui videndo satiatur i. e. delectatur Prov. XXVII, 20. Eccl. I, 8. IV, 8, cf. Jes. LIII, 11. Ps. XVII, 15: אֶשְׂבְּעָה תְמוּנָתֶךָ *satior* delector *aspectu tuo*, it. gladio Jer. XLVI, 10 (v. supra). — Constr. sq. acc. rei, velut שָׂבַע לֶחֶם Ex. XVI, 12. Prov. XII, 11. XX, 13. Iob. XXVII, 14, sq. מִן Ps. CIV, 13. Prov. XIV, 14. XVIII, 20. Iob. XIX, 22. XXXI, 31. Eccl. VI, 3, sq. בְּ Ps. LXV, 5. LXXXVIII, 4. Thren. III, 30, sq. לְ c. inf. Eccl. I, 8. Metaph. dicunt: satiari (et: non satiari) pecunia Eccl. V, 9, scortatione Ez. XVI, 28. 29, ignominia Thren. III, 30. Hab. II, 16 (cf. saturari conviciis vit. Tim. II, 908), contemtu Ps. CXXIII, 3, calamitate Ps. LXXXVIII, 4, paupertate Prov. XXVIII, 19. Ibid. I, 31: מִמֹּעֲצֹתֵיהֶם יִשְׂבָּעוּ *satiabuntur consiliis suis* i. e. plenam consiliorum suorum mercedem consequentur. XVIII, 20.

2) Passim accedit notio *fastidii* et *taedii.* (Arab. شبع taedium cepit rei, شبع fastidium). Prov. XXV, 16: פֶּן־תִּשְׂבָּעֶנּוּ וַהֲקֵאתוֹ *ne fastidium te capiat eius* (mellis) *idque evomas.* Metaph. ib. 17: *rarius visas amicum tuum* פֶּן־יִשְׂבָּעֲךָ וּשְׂנֵאֶךָ *ne fastidiat et odio habeat te.* Jes. I, 11: *taedet me holocaustorum.* Iob. VII, 4. שְׂבַע יָמִים satur vitae 1 Par. XXIII, 1. 2 Par. XXIV, 15. — Alibi a *satietate* et abundantia proficisci dicitur animus superbus et a Deo alienus. Prov. XXX, 9: *ne satur factus Deum abnegem.* Hos. XIII, 6. En originem huius glossae apud Arabes: تَشَبَّعَ superbus fuit Kam.

Pi. satiavit Ez. VII, 19, sq. dupl. acc. pers. et rei Ps. XC, 14.

Hiph. satiavit sq. acc. pers. Ps. CVII, 9. Jes. LVIII, 11. Iob. XXXVIII, 27, sq. dupl. acc. pers. et rei Ps. CXXXII, 15. CXLVII, 14, sq. מִן rei Ez. XXXII, 4. Iob. IX, 18. Ps. LXXXI, 17, sq. בְּ rei CIII, 5. Thren. III, 15. Semel sq. לְ pers. et acc. rei Ps. CXLV, 16: מַשְׂבִּיעַ לְכָל־חַי רָצוֹן *satians omne vivum beneficiis* pr. ad satietatem praebens b. omnibus vivis. Metaph. Ps. XCI, 16.

שֹׂבַע m. *satietas* Eccl. V, 11, *abundantia* cibi, frumenti Gen. XLI, 29 sqq. Prov. III, 10. Opp. רָעָב fames, caritas annonae.

שָׂבֵעַ m. adj. *satur, satiatus* 1 Sam. II, 5. Prov. XXVII, 7: נֶפֶשׁ שְׂבֵעָה, cf. נֶפֶשׁ no. 2. Metaph. a) in bonam partem: abundans aliqua re v. c. שְׂבַע רָצוֹן abundans gratia (divina) Deut. XXIII, 23. b) in malam partem: *satur aerumnis* i. e. iis abundans Iob. XIV, 1. X, 15. Inde accedente fastidii notione שְׂבַע יָמִים satur vitae Gen. XXXV, 29. Iob. XLII, 17, et simpl. שָׂבֵעַ Gen. XXV, 8.

שֹׂבַע m. 1) *satietas.* לָשֹׂבַע usque ad satietatem Lev. XXVI, 5, inde אָכַל לָשֹׂבַע Ex. XVI, 3. Lev. XXV, 19, plenius אָכַל לְשֹׂבַע נַפְשׁוֹ Prov. XIII, 25. — 2) *abundantia* Ps. XVI, 11: שֹׂבַע שְׂמָחוֹת.

שִׂבְעָה f. Ez. XVI, 49 et

שָׂבְעָה f. *satietas* Jes. LVI, 11. אָכַל לְשָׂבְעָה Jes. XXIII, 18. Ez. XXXIX, 19.

שָׂבַר *spectavit*, sq. בְּ *inspexit.* Neh. II, 13: וָאֱהִי שֹׂבֵר בְּחוֹמֹת *inspiciebam murum.* Vulg. *considerabam murum.* Ita (שֹׂבֵר) habent codd. Ross. 29, editt. 29, Aben Esra et Kimchius ap. Norzium, alii quidem libri mss. et editi שֹׁבֵר, quod expressit etiam Alex. quodque explicant: *perfregi murum* i. e. transii per viam muri fragminibus obstructam. Sed illud unum genuinum est. — Apud Chaldaeos et Syros rad. סבר valde usitata est, eiusque significationes hoc modo dispescendae sunt: a) *secuit, fidit*, unde סוֹבֵר venam secuit. b) *spectavit, inspexit* (v. hebr. שָׂבַר), quod a dividendo et discernendo proficiscitur, v. בֵּין. Inde c) *exspectavit, praestolatus est*, it. *speravit.* (Dan. VII, 25, v. pag. 936). Vide Buxt. no. II. Syr. Pe. Pa. Aph., v. Schaaf. d) *iudicavit, existimavit,* v. Buxt. no. III, Syr. Pe. Aph. it. e) *intellexit*, Buxt. no. IV. Arab. سبر est: exploravit vulnus, سِبَار specillum vulnerarium; quod et ipsum a speciendo et inspiciendo est. Sed *annunciandi, evan-*

gelizandi significatio, quam habet סַבַּר, est a cognato בִּשֵּׂר.

Pi. 1) *exspectavit*, sq. עַד donec Ruth I, 13. — 2) *speravit*, sq. gerundio Esth. IX, 1. שִׂבֵּר אֶל יְיָ speravit Deum (auf Gott hoffen) Ps. CIV, 27. CXLV, 15, שׂ' לִישׁוּעַת יְיָ speravit Dei auxilium Ps. CXIX, 166, et sic Jes. XXXVIII, 18: לֹא יְשַׂבְּרוּ אֶל אֲמִתֶּךָ *non exspectant fidem tuam* i. e. auxilium promissum. Sed Pesch. eodem verbo usa: ܠܐ ܢܣܒܪܘܢ ܩܘܫܬܟ *non annunciant* i. e. praedicant *veritatem tuam*, cui interpretationi favet et parallelismus et Comm. 19: יוֹדִיעַ אֶל אֲמִתֶּךָ. Ceterum Hebraei hoc contextu habent בַּשֵּׂר v. Jes. LX, 6.

שֶׂבֶר c. suff. שִׂבְרִי m. *exspectatio*, *spes* Ps. CXIX, 116. CXLVI, 5.

שָׂגָא in Kal inusit. (pro quo utuntur forma שָׂגָה) *magnus factus est*, *crevit*. (Chald. סְגָא, סְגָה multus fuit, multiplicatus est, סְגִי multitudo, סַגִּיא, סַגִּי multus, adv. multum. Syr. ܣܓܐ id. crevit, auctus est. Aph. magnificavit Luc. I, 58, multiplicavit, ܣܓܝ multus, adv. multum, ܣܘܓܐܐ multitudo. Sam. et zab. id. Rarius est chald. סְגַע auctus est. Aph. auxit, סִגְעָא multitudo. Cognatum videtur גָּאָה altus fuit, praemisso sibilo, v. ad שׂ p. 1318).

Hiph. 1) *magnum* (multum) *fecit* populum, sq. לְ Iob. XII, 23. — 2) *magnificavit*, *laudibus extulit* ib. XXXVI, 24.

שְׂגָא fut. יִשְׂגֵּא chald. *crevit*, *auctus est* Esr. IV, 22. Salutandi formula est: שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵּא *salus vestra crescat*. Dan. III, 31. VI, 26. In Targg. ubique סְגָא.

שַׂגִּיא adj. *magnus*, de Deo Iob. XXXVI, 26, שַׂגִּיא כֹחַ qui magnis viribus est XXXVII, 23.

שַׂגִּיא chald. I) adj. 1) *magnus*, Dan. II, 31. IV, 7. יְקָר שַׂגִּיא II, 6. — 2) *multus* Dan. IV, 9. 18. Plur. f. שַׂגִּיאָן multae Dan. II, 48. Esr. V, 11.

II) adv. *multum*, *valde* Dan. II, 12. V, 9. VI, 15. 24. VII, 28.

שָׂגַב 1) *altus fuit*, rad. (praeter Deut. II, 36) apud solos poëtas usitata. (In reliquis linguis cognatis non reperitur, v. tamen Pi. no. b. Cogn. videtur גָּבַב praemisso sibilo). De urbe alta et inaccessa Deut. l. c. — 2) *exaltatus est*, *ascendit*. Iob. V, 11: *lugentes* שָׂגְבוּ יֶשַׁע *ascendunt ad salutem*. In locis enim altis tuti sumus a periculis, v. מִשְׂגָּב.

Niph. altus fuit, de urbe, muro Jes. XXVI, 5. XXX, 13. Prov. XVIII, 11. Transl. a) *excelsus*, *sublimis fuit*, de Deo Jes. II, 11. 17. XXXIII, 5. Ps. CXLVIII, 13. b) in alto loco constitutus, inde *tutus praestitus est* Prov. XVIII, 10. c) *arduus* intellectu *fuit* Ps. CXXXIX, 6.

Pi. altum, *excelsum fecit* aliquem, ubique metaph. a) potentem reddidit Jes. IX, 10. b) *tutum praestitit* Ps. XX, 2. LXIX, 30. XCI, 14, sq. מִן *ab* hoste (cf. מִן no. 3, a) Ps. LIX, 2. CVII, 41. (Chald. שַׂגֵּב sublevavit, tutus est aliquem). — *Pu.* pass. Pi. litt. b. Prov. XXIX, 25.

Hiph. excelsum egit s. *se praestitit* Iob. XXXVI, 22.

שְׂגוּב (elatus) n. pr. virorum 1) 1 Par. II, 21. 22. 2) 1 Reg. XVI, 34 Cheth., pro quo in Keri שְׂגִיב.

מִשְׂגָּב m. c. suff. מִשְׂגַּבִּי m. 1) *altitudo*, velut moenium Jes. XXV, 12. — 2) *locus editus* refugium et securitatem praebens, inde *refugium* Jes. XXXIII, 16, saepe de Deo Ps. XLVI, 8: מִשְׂגָּב לָנוּ אֱלֹהֵי יַעֲקֹב. 12. Ps. IX, 10. XVIII, 3. XLVIII, 4. LIX, 10. 18. LXII, 3. 7. XCIV, 22. CXLIV, 2. — 3) Cum art. n. pr. loci (editi) in Moabitide Jer. XLVIII, 1, cum verbo fem.

שָׂגַג rad. spuria, v. ad שׂוּג no. II.

שָׂגָה i. q. שָׂגָא *crevit*, de plantis Iob. VIII, 11. Ps. XCII, 13, de fortuna alic. Iob. VIII, 7.

Hiph. auxit. Ps. LXXII, 12: הִשְׂגּוּ חָיִל *augent* sibi *robur*, crescunt robore.

שָׂדַד in Kal inusit. Arab. سَدَّ duas significationes habet non facile inter se conciliandas, quarum vestigia etiam in Hebraismo supersunt: 1) *rectus fuit*, it. aequalis fuit, in formula سدّ مسدّ ابيه patri suo aequalis fuit. II. direxit. VIII. rectus, directus fuit, سَدَادٌ rectum, verum, in agendo et in loquendo. — 2) *obstruxit*, *occlusit* ostium, viam, cf. סָדַד (quod a ligando ductum videtur, v. שָׂדַד سَدَّ), VII. pass., inde سَدّ et سُدّ res inter duas intercedens et prohibens transitum, spec. mons, pl. سُدُودٌ vallis saxa petrasque continens, in qua pluviae aqua stagnans remanet. — Priori apud Hebraeos cognata erat significatio *aequi* et *plani* (cf. יָשַׁר no. 1. 2), unde Pi. complanavit: ad posteriorem referendum est n. pr. שִׂדִּים q. v.

Pi. occavit agrum, pr. complanavit (cf. arab. سلف aequavit, complanavit terram, مسلوف terra complanata, مِسْلَفَةٌ occa; it. مِمْلَقٌ occa, a ملق levigavit) Jes. XXVIII, 24 (ubi agitur de occatione, quae fit antequam seritur cf. Plin. 18, 20 s. 49). Iob. XXXIX, 10. Hos. X, 11. Symm. ap. Iob. ὁμαλίσει. Hieronymus de gle-

barum fractione accipit, sive rastro fiat sive sarculo, sed ex Iob. l. c. apparet, שָׂדַד iumentorum ope fieri.

שִׂדִּים, tantum in n. pr. עֵמֶק הַשִּׂדִּים, quae erat planities Sodomae et Gomorrhae urbium, qua demersa mare mortuum ortum est Gen. XIV, 3. 8. 10, sive haec antiquitus universum maris mortui spatium occupabat, quod fere suadent verba הוּא יָם הַמֶּלַח (Comm. 3), sive iam ante Sodomam submersam in illa regione lacus, licet minor, existebat, quae Robinsonis (Palaest. III, 162 sqq.) et aliorum opinio est. Vett. intpp. in etymo exprimendo utcunque periclitati sunt (Aqu. *κοιλὰς τῶν περιπεδίνων*. Onk. מֵישַׁר חַקְלַיָּא. Saad. مرج الحقول, ex scriptura שָׂדִים, Symm. Theod. *κοιλὰς τῶν ἀλσῶν*, quasi legerint השרים pro הָאֲשֵׁרִים) vel meram coniecturam secuti sunt (LXX *φάραγξ ἡ ἁλυκή*): ego non dubito quin שִׂדִּים idem sit quod سِدّ, سَدّ, pl. سُدُود terra depressa (Wady) saxis petrisque impleta, quae transitum difficilem reddunt, ut עֵ׳ הַשִּׂדִּים sit *planities secta alveis lapidosis* gall. *plaine entrecoupée par des Wadys pierreux* cf. Gen. XIV, 10.

שָׂדָה rad. inusit. Arab. سدا est: manum extendit (cf. יָדָה, הָדָה), tetendit versus rem, passibus amplis liberisque incessit. IV. libere dimisit, سَدًى, سُدًى, سَدَاة camelus libere dimissus, amplis passibus incedens, unde colligas, primariam vim radicis positam esse in spatio *amplo*, *extenso*, *libero* (cf. רָחַב). Inde

שָׂדֶה cstr. שְׂדֵה c. suff. שָׂדִי, שָׂדְךָ, שָׂדֵהוּ pl. absol. שָׂדוֹת Ex. VIII, 9, cstr. שְׂדֵי Ruth I, 1. 2 et שְׂדוֹת Neh. XII, 29, c. suff. שְׂדוֹתֵיהֶם, שְׂדוֹתָם m. (fem. Misn. Kelaim 2, 3) *campus, rus*, ita dictum utpote amplum, liberum. Alii verbo *plani*, *complanandi* vim tribuunt, coll. שָׂדַד. (In linguis cognatis non reperitur, praeter Punicam, in qua habes n. pr. promontorii *Ryssadium* i. e. ראש שדה caput ruris, et complura nomina plantarum *agrestium*, quibus שָׂדֶה additur, quo distinguantur a speciebus hortensibus, velut *σιθιλεσαδέ* שתילי שדה hieracium minus, *θορπὰδ σαδέ* טרפת שדה pr. folium agreste i. e. *ἄπιον*, *φυλλεσαδέ* פלאי שדה miracula ruris i. e. *ὑποκιστίς* cf. hebr. גֶּפֶן שָׂדֶה vitis agrestis 2 Reg. IV, 39. Opp. כַּרְמֶל v. s. hac voce). Persaepe ita ut opponatur oppidis, vicis, castris Gen. XXIV, 63. 65. XXIX, 2. XXXI, 4. XXXIV, 7. XXXVII, 15. 1 Sam. XX, 5. 11. בַּשָּׂדֶה Gen. IV, 8 et עַל פְּנֵי הַשָּׂדֶה in rure (auf freiem Felde) Num. XIX, 16. 2 Sam. XI, 11 et post verba motus (ins freie Feld) Lev. XIV, 7. XVII, 5. Ezech. XXXII, 4. Inde עֵשֶׂב הַשָּׂדֶה herba campi Gen. II, 5. III, 18. שִׂיחַ הַשָּׂדֶה ib. II, 5, יֶרֶק הַשָּׂדֶה Num. XXII, 4, צִיץ ה׳ Ps. CIII, 15, עֵץ הַשָּׂדֶה Ex. IX, 25. Lev. XXVI, 4, גֶּפֶן שָׂדֶה (vitis campestris v. supra usum Poenorum) 2 Reg. IV, 39; חַיַּת הַשָּׂדֶה bestiae agrestes, ferae Gen. II, 20. III, 14 (v. חַיָּה), בַּהֲמַת הַשָּׂדֶה id. 1 Sam. XVII, 44, אַיְלוֹת הַשָּׂדֶה cervae ruris Cant. II, 7. Complectitur igitur et agros (Gen. XXXVII, 7. Ruth II, 2. 3. Mich. III, 12. Jer. XXVI, 18) et pascua (Gen. XXXI, 4. Ex. IX, 3), ne montana quidem loca excipiuntur neve quae arboribus consita sunt (Iud. IX, 32 cf. 36. 1 Sam. XIV, 25. 2 Sam. I, 21): contra opponitur locis muro utcunque obseptis (hortis quoque et vineis, v. infra), quo factum est, ut domus rusticorum muris non cinctae ex lege *agro* (שְׂדֵה הָאָרֶץ) accenserentur (Lev. XXV, 31). אִישׁ שָׂדֶה vir agrestis, rusticus i. e. in rure, non in tentoriis vivens, de Esavo venatore Gen. XXV, 27, opp. אִישׁ תָּם יֹשֵׁב אֹהָלִים. LXX *ἄγροικος*, quod ad mores quoque spectat. Spec. est 1) *ager*, qui aratur et frugibus conseritur (Gen. XLVII, 24. Lev. XIX, 19), isque tamen apertus, non muro aut maceria cinctus, ut vineae cingi solent (Jes. V, 5. Num. XXII, 24), propterea distinctus a vineis (Ex. XXII, 5. Lev. XXV, 3. 4. Num. XVI, 14. XX, 17): saepe pro חֶלְקַת שָׂדֶה (ein Stück Acker oder Saatfeld Gen. XXXIII, 19. Ruth II, 3. IV, 3) Gen. XXIII, 13. 17. XLIX, 30. 32. Lev. XXVII, 19 sqq. Ruth IV, 5. Jer. XXXII, 9. 25. Prov. XXVII, 26. XXXI, 16. Jes. V, 8. — De *oleribus agrestibus κατ' ἐξοχὴν* dicitur Ex. XXII, 5: *si incendium oritur et prehendit spinas et comeduntur acervi frugum aut segetes* (הַקָּמָה) אוֹ הַשָּׂדֶה *aut ager* i. e. olera agrestia, opp. hortensibus. Saad. او ساير ما في الضياع *aut reliquum quod in agro* est. Similiter אֶרֶץ de reptilibus *terrae*, cf. אֶרֶץ no. 5.

2) *Ager urbis* est *territorium eius*. Gen. XLI, 48: שְׂדֵה הָעִיר אֲשֶׁר סְבִיבוֹתֶיהָ. Neh. XII, 29. שְׂדֵי צֹעַן agri Tanitici Ps. LXXVIII, 12. 43. Semel הַשָּׂדֶה opponitur urbi regiae et de reliquo regni territorio dicitur, עָרֵי הַשָּׂדֶה (Landstädte) oppida provinciarum 1 Sam. XXVII, 5: hinc adeo de territorio s. imperio regis, et meton. de civibus (nostr. das Land). Eccl. V, 8: מֶלֶךְ לְשָׂדֶה נֶעֱבָד *rex qui a civibus suis colitur* (der vom Lande verehrt wird). Sic etiam dicitur

3) *Ager populi* de terra s. territorio eius. שְׂדֵה הָעֲמָלֵקִי Gen. XIV, 7. XXXII, 4, שְׂדֵה פְלִשְׁתִּים 1 Sam. VI, 1. XXVII, 7. 11, שְׂדֵה מוֹאָב terra Moabitica Gen. XXXVI, 35. Num. XXI, 20. Ruth I, 6. IV, 3, pl. שְׂדֵי מוֹאָב ib. I, 1. 2. 22. II, 6. Spec. ponitur de regione campestri (opp. montanae) in שְׂדֵה אֲרָם Hos. XII, 13 pro פַּדַּן אֲרָם de parte Aramaeae plana et campestri i. e. Mesopotamia, opp. Syriae proprie dictae ut montanae. Denique est

4) *terra continens*, opp. mari Ez. XXVI, 6. 8. — Vide etiam quae de huius vocabuli usu disputavit Credner ad Joël I, 10.

שָׂדַי i. q. שָׂדֶה *rus, campus, ager*, sed non nisi poët. Ps. XCVI, 12. Jer. IV, 17. XVIII, 14, זִיז שָׂדַי Ps. L, 11. LXXX, 14, חַיְתוֹ שָׂדָי Ps. CIV, 11. Jes. LVI, 9, בַּהֲמוֹת שׂ׳ Ps. VIII, 8. Joël II, 22, תְּנוּבוֹת שׂ׳ Deut. XXXII, 13. Thren. IV, 9, תַּלְמֵי שׂ׳ Hos. X, 4.

XII, 12. — ־ַי terminatio est Arabibus familiarior, quae respondet hebraeae ־ָה, veluti أُولَى إِلَهٌ, لُبْنَى לִבְנָה cf. Lgb. p. 158, eorum autem opinio, qui שָׂדַי pluraliter accipiebant pro שָׂדִים (Simon. in lex., Vaterus ad Deut. l. c.) abunde refellitur uno loco Ps. XCVI, 12: יַעֲלֹז שָׂדַי וְכָל־אֲשֶׁר בּוֹ.

שְׂדֵרָה *ordo*, *series*, v. rad. סָדַר.

שֶׂה *pecus*, v. rad. שָׂאָה.

שָׂהַד rad. in verbo inusit. Sed longe usitatissimum est aram. (chald. syr. sam. zab.) סְהַד, ܣܗܶܕ testatus est, ܣܳܗܕܳܐ testis, ܣܳܗܕܽܘܬܳܐ testimonium v. Castell. Schaafium al. Arab. شَهِدَ praesens adfuit rei, inde testis oculatus fuit, testimonium perhibuit, Conj. III. coram spectavit. IV. X. testem advocavit, شَاهِدٌ et شَهِيدٌ testis, martyr, شَهَادَةٌ testimonium.

שָׂהֵד *testis*, semel legitur (parall. עֵד) Iob. XVI, 19, c. suff. שָׂהֲדִי (ubi male nonnulli שֹׂהֲדִי), ad analogiam formarum شَاهِدٌ, ܣܳܗܕܳܐ, non formae hebraeae קָטֵל c. suff. קְטֵלִי.

שָׂהֲדוּתָא f. *testimonium*, vocabulum Aramaeum in statu emphat., quo utitur Laban Aramaeus pro hebraeo עֵד testimonium. Gen. XXXI, 47. Cf. סָהֲדוּתָא Exod. XX, 6 Targ. Onk. et syr. ܣܳܗܕܽܘܬܳܐ Mt. X, 18. XXIV, 14 et saepe.

שַׂהֲרֹנִים *lunulae*, v. rad. סָהַר.

שׂוּב canum esse, v. שִׂיב.

I. **שׂוּג** *recedere* i. q. סוּג no. I. Niph. 2 Sam. I, 22 (licet plures codd. ibi ס habeant). Inde שִׂיג v. p. 940.

II. **שׂוּג** i. q. סוּג no. II. *sepire*. Hitzigius confert etiam تَاجٌ coronatus est. II. coronavit, sed hoc persicum esse videtur, ductum a تَاجٌ tiara. In Kal inusit.

Pilp. שִׂגְשֵׂג *sepsit* (vineam). Jes. XVII, 11: בְּיוֹם נִטְעֵךְ תְּשַׂגְשֵׂגִי *quo die plantaveras* eam, *sepiebas* eam, sepe eam cingebas. Böttch. specc. p. 184: *contexebas* palmites in umbraculum, quod minus aptum. Kimchi et Aben Esra: תגדלי *crescere facis*, quasi שִׂגְשֵׂג sit a שָׂגַג idque pro שָׂגָא, שָׂגָה: sed illud longe certius est.

שׂוּד v. שִׂיד calce obducere.

שׂוּחַ. Semel legitur Gen. XXIV, 63: *egressus est Isaac* לָשׂוּחַ בַּשָּׂדֶה לִפְנוֹת עָרֶב. E vett. a) plerique שׂוּחַ dictum putant pro שִׂיחַ, quod ad *piam meditationem* et *orationem* referunt, v. no. 2, b. Vulg. *ad meditandum in agro*. LXX ἀδολεσχῆσαι, quo Alex. utitur de pia meditatione Ps. LXXVI, 3. 6. 12. CXVIII, 15. 33. 27, et laude Dei Thren. II, 19 (pro רָנַן). Onk. לְצַלָּאָה *ad orandum*, et ita Sam. למצלאה, Saad. ليصلى. Luth. (Judaeos secutus): *um zu beten*. Etiam qui *loquendi* vim exprimunt, h. l. ad *soliloquium* et *orationem* eam referre videntur. Ita certe Kimchius, qui verbo *loquendi* vim tribuit, h. l. דבור התפלה. Probabiliter etiam Aqu. ὁμιλῆσαι, Symm. λαλῆσαι, cui in ed. Francof. hoc scholion adiectum est: ἐξῆλθε κατὰ μόνας, τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς ἐνομιλῆσαι· οὐ πρόςκειται τίνι. εἰκότως. ἐπεὶ μηδὲ ἀνθρώπων ἡ τοιαύτη ὁμιλία γίνεται, ἀλλ' ἤτοι πρὸς θεόν, ἢ αὐτοῦ τινος πρὸς ἑαυτόν. — Pauci b) *ad deambulandum*. Ita Pesch. ܠܡܶܬܗܰܠܳܟܽܘ, Aben Esra: ללכת בין השיחים. Posterius Schult. ad Prov. VI, 22 vindicatum ivit coll. arab. ساحَ 1) fluxit aqua 2) peregrinatus est religionis caussa. Sed parum feliciter: neque magis *colloquendi* vis (cum pastoribus) linguae usu probari potest: *meditatio* autem, etiamsi (cum Tuchio) ad rem pastoriciam eam referas, ne mediocriter quidem apta est ad illius loci contextum et indolem. Accedit forma שׂוּ alibi nusquam obvia. Itaque vix dubito quin scriptura laboret et legendum sit לָשׂוּט בַּשָּׂדֶה *ad circumvagandum* vel *discurrendum in agro*, nimirum *ut lustraret* greges pastoresque. Haec enim est vis locutionis שׂוּט בָּאָרֶץ obivit terram lustrandi causa 2 Sam. XXIV, 2. 8. Iob. I, 7, adde שׁוֹטְטִים בְּכָל־הָאָרֶץ Zach. IV, 10. 2 Par. XVI, 9. Jer. V, 1. Vide etiam Comm. 65: מִי־הָאִישׁ הַלָּזֶה הַהֹלֵךְ בַּשָּׂדֶה. Chet et Tet litterarum figuras sibi similes esse in antiqua scriptura Semitica neminem fugit. Credibile autem, iam Syrum interpretem hanc sive scripturam sive coniecturam secutum esse. [*Sam. Lee* שוח revocat ad arab. شاحَ med. Je: diligens fuit in re peragenda. Sed addere debebat vir doctus eam rad. pr. esse: *cautum esse*, *cavere*, unde شَايِحٌ cautus, diligens, ut nemo non intelligeret, ineptam esse sententiam: *egressus est ut caute ageret in agro*].

שׂוּט i. q. שָׂטָה *declinare*, *deflectere* ad aliquid, max. in malam partem. Part. שָׂטֵי כָזָב *declinantes ad mendacium*. Ps. XL, 5. Aliis vocalibus (שׂטי) possit ad ipsum שָׂטָה referri.

שֵׂטִים m. pl. *declinationes* a recto et honesto, *delicta*, *peccata* Hos. V, 2, etiam סֵטִים Ps. CI, 3. Nomen est formae שֵׂט a שׂוּט, שִׂיחַ, קֵא a קִיא, חֵל, חֵיל a חוּל. Sed possit etiam ad שָׂטָה referri, a sing. שֵׂטֶה, ut קָצֶה, רֵעֶה, pl. כֵּלִים.

שׂוּךְ *sepire, obsepire.* (Arab. شاك med. Vav, spinis sepsit, شَوْك, شَوْكَة spina. Aeth. ሦክ: spina. Vide verba affinia שׂוּג, סוג no. II, סָכַךְ et שָׂכַךְ, neque non שָׂבַךְ et סָבַךְ, quae orta videntur ex שׂוּךְ, media radicali indurata. Congruunt etiam sanscr. *sâkhâ*, pers. شاخ frons, ramus). Metaph. Iob. I, 10: שַׂכְתָּ בַעֲדוֹ *sepis circa eum* h. e. eum tueris. Sed eadem locutio etiam in malam partem usurpatur pro: *viam praeclusit* alicui. Hos. II, 8: הִנְנִי שָׂךְ אֶת־דַּרְכֵּךְ בַּסִּירִים *ecce praecludam viam tuam spinis* (cf. Iob. III, 23 supra v. גָּדַר).

Pil. שׂוֹכֵךְ *plexit, texuit.* Iob. X, 11: בַּעֲצָמוֹת וְגִידִים תְּשֹׂכְכֵנִי *ossibus et nervis me contexuisti*, cf. Ps. CXXXIX, 13. Targ. utroque loco: אַשְׁתֵּיתַנִי Vulg. *compegisti.*

שׂוֹךְ m. Iud. IX, 49, et **שׂוֹכָה** f. V. 48 *ramus.* (Chald. סוֹךְ et שׂוֹךְ Iud. l. c. 2 Sam. XVIII, 9. Ez. XXXI, 3 Targ syr. ܣܘܟܐ id.).

שׂוֹכוֹ (pro שׂוֹכוֹן ramosus, frondosus) Jos. XV, 48 Keri, et **שׂוֹכֹה** l. c. Chethibh et duobus reliquis locis n. pr. duorum oppidorum, quorum unum in campestribus Judae situm erat Jos. XV, 35. 1 Sam. XVII, 1, alterum in montanis Jos. XV, 48. Eusebius: Σοκχώ, κῶμαι εἰσι δύο ἀνιόντων ἀπὸ Ἐλευθεροπόλεως εἰς Αἰλίαν ἐν τῷ θ' σημείῳ· ἡ μὲν ἀνωτέρα ἡ δὲ κατωτέρα Σοκχώθ χρηματίζουσαι, φυλῆς Ἰουδά. Adde quae ex Pauli Bernridensis vita Greg. VII laudavit Reland. Palaest. 1018, et Lightfooti Opp. II, 221 (erat enim patria Antigoni Sochaei). Uterque locus a Robinsone detectus est et etiamnum appellatur *Suwêke* سويكة (q. e. dimin. a سوكة), cui respondet forma Σοκχώθ (pl. שׂוּכוֹת a sing. שׂוּכָה) Eusebii: ac prior quidem Eleutheropolin inter et Hierosolyma (Robins. Palaest. II, 605. 606), posterior in montanis in vicinia oppidorum Jathir (hodie Attîr), Enab (Anab), Esthemôa (Semûa); quae et ipsa apud Josuam ut vicina memorantur (v. Rob. l. c. p. 422).

שׂוֹכָתִי n. patron. 1 Par. II, 55, a שׂוֹכָה.

מְשׂוּכָה f. *sepes e spinis contexta.* Prov. XV, 19: כִּמְשֻׂכַת חָדֶק, et Jes. V, 5: הָסֵר מְשׂוּכָתוֹ ubi alii codd. et editt. מְשׂוּכָּתוֹ, Caph geminato, v. Kimchium (in lex. et comment.) et Norzium, qui de Criticorum in hac scriptura dissensu agunt. Mihi utrumque ferendum videtur (v. rad. שָׂכַךְ), sed praestat tamen sine Dag. scribere. Ita etiam מְסוּכָה Mich. VII, 4.

שׂוּם et **שִׂים**, inf. absol. שׂוֹם cstr. שׂוּם ger. לָשׂוּם, rarius שִׂים Iob. XX, 4. 2 Sam. XIV, 7 Keri (praeterea in Cod. Sam. Num. XI, 11. Deut. XII, 5. XVII, 15, ubi Hebr. שׂוּם), imp. שִׂים, שִׂימָה, fut. יָשִׂים apoc. יָשֵׂם convers. וַיָּשֶׂם, semel יָשׂוּם Ex. IV, 11: *ponere, statuere, collocare* (setzen, stellen, legen). Syr. ܣܳܡ id. v. Castell. et Bernsteinii Lexid. p. 334, aethiop. ሠረመ: ሠመ:, rarius est arab. سام med. Je statuit, constituit pretium, unde etiam sam. aestimavit. Cogn. אָשַׂם, יָשַׂם. Usus eius latissime patet. Est igitur

1) aliquid *ponere, collocare* idque ita ut stet, *statuere*, gr. ἵστημι, nostr. *stellen* (aufstellen, hinstellen). Refertur tum ad homines 2 Reg. X, 24: *Jehu* שָׂם לוֹ בַחוּץ שְׁמֹנִים אִישׁ *collocavit sibi in platea octoginta viros.* Exod. XXXIII, 22. 1 Sam. VIII, 11, v. c. milites in statione 2 Sam. VIII, 6. 14, vel in insidiis Jos. VIII, 2. 12. Iud. XX, 36 (inde etiam ponere pedes in cervicibus alic. Jos. X, 24); tum ad res, easque varii generis, si modo stent vel stare videantur, v. c. idolum Deut. XXVII, 15, cippum Gen. XXVIII, 22. 1 Sam. VII, 12, mensam Exod. XXVI, 35, altare ib. XL, 26. 29, arcam XL, 3, solium Jerem. XLIII, 10. XLIX, 38, ianuam (eine Thür einsetzen) Gen. VI, 16 cf. Iob. XXXVIII, 10, tentorium Ps. XIX, 5, it. statuere asseres sanctuarii, quippe qui basibus fulti erecti starent Ex. XL, 18, statuere atrium, quod fiebat statuendis columnis, ex quibus aulaea suspenderentur Ex. XL, 8, statuere aulaeum i. e. suspendere aulaeum ex columnis (den Vorhang aufstellen für: aufhängen) ibid. Comm. 5 (cf. נָתַן Comm. 8). Spec.

a) *disponere* milites, *instruere* aciem (Krieger stellen, aufstellen). 1 Sam. XI, 11: וַיָּשֶׂם שָׁאוּל אֶת הָעָם שְׁלֹשָׁה רָאשִׁים *et disposuit Saulus* milites (das Kriegsvolk) *in tres turmas.* Iob. I, 17, et omisso acc. *instruere* aciem (sich stellen). 1 Reg. XX, 12: *et dixit servis suis:* שִׂימוּ וַיָּשִׂימוּ עַל הָעִיר *instruite* aciem, *et struxerunt* eam *contra urbem* (stellt euch, und sie stellten sich). Ez. XXIII, 24 (cf. Hi. XXI, 21). Similiter 1 Sam. XV, 2: שָׂם לוֹ בַּדֶּרֶךְ *collocavit* se *ei in viam*, opposuit se ei. Idem usus est in verbis עָרַךְ no. 1, a et שִׁית. (Syr. ܣܳܝܽܘܡ ܩܪ̈ܳܒܶܐ instructor acierum).

b) *constituere* (τιθέναι) v. c. regem Deut. XVII, 15, principem Hos. II, 2, indices 1 Sam. VIII, 1, dominum Gen. XLVII, 6, sq. dupl. acc. Gen. et 1 Sam. l. c. Ps. CV, 21, sq. acc. et לְ Gen. XLV, 9. Ex. II, 14, sq. acc. et עַל praeposuit, praefecit aliquem alicui rei v. c. exercitui (עַל הַצָּבָא) 2 Sam. XVII, 25. Exod. I, 11. V, 14. XVIII, 21. 1 Sam. XVIII, 5. De inanimatis est

c) *ponere* plantam i. e. *plantare*, ut lat. ponere arborem, arab. نصب. Jes. XXVIII, 25. Ez. XVII, 4. 5 et Jes. XLI, 19 (nisi h. l. est *parare*, *creare*, ut no. 6).

d) *exstruere*, *erigere*, ut monumentum sepulcrale Nah. I, 14, nidum in rupe Num. XXIV, 21, vallum ad oppugnandam urbem Mich. IV, 14. Metaph. statuere foedus i. q. הֵקִים בְּרִית 2 Sam. XXIII, 5, sq. לְ. Dicunt

e) שׂוּם תּוֹרָה ponere, statuere legem (νόμον τιθέναι) Ps. LXXVIII, 5. LXXXI, 6. Gen. XLVII, 26: וַיָּשֶׂם אֹתָהּ יוֹסֵף לְחֹק. Exod. XV, 25. Jos. XXIV, 25. 1 Sam. XXX, 25. De statutis coeli Iob. XXXVIII, 33: אִם תָּשִׂים מִשְׁטָרוֹ בָאָרֶץ. Jer. XXXIII, 25. Ita etiam statuere

terminum Ps. CIV, 9. Prov. VIII, 29, destinare locum Ex. XXI, 13. 2 Sam. VII, 10.

2) nostr. *setzen*, pr. aliquem ita ponere vel collocare, ut sedeat, habitet vel quocunque modo alicubi exsistat, gr. *τιθέναι* (licet Graeci hoc verbo in pluribus etiam locutionibus utantur no. 1 memoratis). 2 Reg. X, 3: וְשִׂמְתֶּם עַל כִּסֵּא אָבִיו *et collocate* eum *in solio patris.* שׂוּם פ׳ בֵּית כֶּלֶא in carcere ponere aliquem 2 Par. XVIII, 26. Gen. XL, 15. — Gen. II, 8: וַיָּשֶׂם שָׁם אֶת־הָאָדָם *et eo posuit hominem* (*versetzte* dahin den Menschen) pr. ibi sedere i. e. habitare fecit. Iob. XX, 4: מִנִּי שִׂים אָדָם עֲלֵי אָרֶץ *ex quo homines positi sunt in terra*, terram habitant. Sq. לְ loci Iob. V, 11: לָשׂוּם שְׁפָלִים לְמָרוֹם *collocat humiles in alto*, eos transfert in altum (er versetzt die Niedrigen auf die Höhe), et c. acc. Cant. VI, 12: *inopinato* נַפְשִׁי שָׂמַתְנִי מַרְכְּבוֹת עַמִּי נָדִיב *anima mea transtulit me inter currus comitatûs* (v. ad עַם) *principis*, subito translatam me sensi inter currus comitatus regii, me in horto ambulantem inopinato curribus comitum regis circumdatam vidi. — De rebus:

a) sq. עַל *ponere* super aliqua re. Ex. XXIX, 6: וְשַׂמְתָּ הַמִּצְנֶפֶת עַל רֹאשׁוֹ. Alibi est *affigere*, *annectere* super aliqua re. Ex. XXVIII, 12: וְשַׂמְתָּ אֶת־שְׁתֵּי הָאֲבָנִים עַל כִּתְפֹת הָאֵפֹד *et affige duas gemmas duobus humeris* (auf die Schulterstücke) *Ephodi*. 26. XXXIX, 7. XXXVII, 38: וְשַׂמְתָּ אֹתוֹ עַל פְּתִיל תְּכֵלֶת *et affige laminam aureum super taenia caerulea.* — Ex. XXXVIII, 27: שִׂימוּ אִישׁ חַרְבּוֹ עַל יְרֵכוֹ *aptate quisque gladium suum super femore* (*stecket* das Schwert jeder an seine Hüfte).

b) sq. בְּ: *immittere*, *inserere* in aliquid (einstecken), velut uncum in nasum Jes. XXXVII, 29. Iob. XL, 26, annulum in nasum Gen. XXIV, 47. (Syr. ܣܡ ܩܕܫܐ ܒܐܢܦܗ). שׂוּם בַּדִּים inserere vectes (in annulos) Num. IV, 6. 8. 11. 14.

c) Iud. XV, 4: וַיָּשֶׂם לַפִּיד אֶחָד בֵּין שְׁנֵי הַזְּנָבוֹת בַּתָּוֶךְ *et aptavit faces singulas inter binas caudas* vulpinas.

d) *fundare*, *condere* (fundamentum *ponere*, syr. ܣܡ ܫܬܐܣܐ), velut orbem terrarum Iob. XXXIV, 13, metaph. populum Jes. XLIV, 7, ius divinum XLII, 4. Eo pertinet formula, qua Deus dicitur *fundare nomen suum* (שׂוּם שְׁמוֹ) alicubi i. e. sedem in aliquo loco ponere Deut. XII, 5. 21. XIV, 24. 1 Reg. IX, 3. XI, 36. 2 Reg. XXI, 4, i. q. שַׁכֵּן שְׁמוֹ Deut. XII, 11. XXVI, 2.

3) *ponere* res (rarius homines), ita ut iaceant, recumbant (nostr. *legen*). Gen. XXII, 9: וַיָּשֶׂם אֹתוֹ עַל הַמִּזְבֵּחַ *et posuit eum* Isaacum *super altare* (*legte* ihn auf den Altar). XXIV, 2: שִׂים־נָא יָדְךָ תַּחַת יְרֵכִי *suppone manum tuam femori meo.* 9. XXVIII, 21. XXXI, 37. XLVIII, 18 cet. — Sq. עַל pers. imponere alicui (portandum) Gen. XXI, 14. XXII, 6. Ex. III, 22, sq. עַל rei, שׂוּם עַל שֻׁלְחָן Lev. XXIV, 6, עַל שְׁכֶם פ׳ Gen. IX, 23, עַל כַּפֵּי Ex. XXIX, 29. שׂוּם יָד עַל פֶּה manum imponere ori, quod hominis est silentium sibi imponentis Iud. XVIII, 19. Iob. XXI, 5 (dicunt etiam אֶל פֶּה 1 Sam. XIX, 13, לְפֶה Iob. XXIX, 9, לְמוֹ פֶה XL, 4). שׂוּם אֶבֶן אֶל אֶבֶן lapidem lapidi imponere (in aedificio exstruendo) Hagg. II, 15. — Sq. בְּ ponere, reponere *in* aliqua re (*hineinlegen*), *immittere.* Gen. XLIV, 1: שִׂים כֶּסֶף אִישׁ בְּפִי אַמְתַּחְתּוֹ *pone pecuniam cuiusque in ore sacci eius.* XXX, 41. XXXI, 34. XLIII, 22. L, 26. Exod. II, 3. Deut. X, 2. 5. XXVI, 2. Iob. XIII, 27: תָּשֵׂם בַּסַּד רַגְלַי *posuisti in cippo pedes meos;* rarius *imponere* rei (drauflegen) i. q. שׂוּם עַל Ps. LXVI, 11. — Sq. לִפְנֵי ponere *ante* aliquem, ei *proponere*, velut cibum (vorsetzen, vorlegen) 1 Sam. IX, 24. 2 Reg. VI, 22 (dicunt etiam שׂוּם לֶחֶם לְ 2 Sam. XII, 20, et absol. שׂוּם לֶחֶם apponere cibum Gen. XLIII, 31); it. legem Ex. XXI, 1. Deut. IV, 44. — Sq. acc. loci Gen. XXVIII, 11: *accepit lapidem* וַיָּשֶׂם מְרַאֲשֹׁתָיו *eumque posuit ad caput* suum, supposuit capiti. 18. 1 Sam. XIX, 13. — Spec. est

a) *apponere*, *admovere*, velut שׂוּם אֵשׁ ignem admovere (Feuer *anlegen*) 1 Reg. XVIII, 23. 25, שׂוּם כָּרִים admovere arietes (muro), sq. עַל Ez. IV, 2. XXI, 27, it. admovere cultrum gutturi Prov. XXIII, 2, mensuram aeidficio (das Maass *anlegen*) Iob. XXXVIII, 5: מִי שָׂם מְמַדֶּיהָ. — שׂוּם יָד בְּ manum admovere rei, sensu hostili Ez. XXXIX, 21 cf. Iob. XL, 32, sed Ps. LXXXIX, 26: שַׂמְתִּי בַיָּם יָדוֹ *admoveo* (ego Jova) *mari manum eius* i. e. iussu meo manus s. potentia eius ad mare usque pertinebit.

b) *applicare* vestem, ornatum, *induere vestem*, nostr. ein Kleid, Schmuck *anlegen*, sq. עַל (cf. עַל A, 1, β). Ruth III, 3: שַׂמְתְּ שִׂמְלֹתַיִךְ עָלַיִךְ *indue vestes tuas.* Ez. XVI, 14: הֲדָרִי אֲשֶׁר שַׂמְתִּי עָלַיִךְ *ornatus meus quem tibi indui*, quo te ornavi. Gen. XLI, 42. Lev. VIII, 8. 1 Reg. XX, 31. XXI, 27. Sic *applicare* fasciam Ezech. XXX, 21, zonam ad lumbos Jer. XIII, 1. Sq. בְּ Gen. XXXVII, 34: וַיָּשֶׂם שַׂק בְּמָתְנָיו. Ezech. XXIV, 17 (de calceo).

c) שׂוּם בְּיַד פ׳ ponere i. e. dare in manum alicuius, v. c. poculum Jes. LI, 23. Contra שׂוּם בְּיָדוֹ ponere in manu sua i. e. in manum sumere (malleum), capere. Iud. IV, 21: וַתָּשֶׂם אֶת הַמַּקֶּבֶת בְּיָדָהּ *et malleum cepit in manum suam.* 1 Reg. XX, 6: יָשִׂימוּ בְיָדָם וְלָקָחוּ i. e. *secum auferent.* שׂוּם נַפְשׁוֹ בְּכַפּוֹ vitam suam capere in manum i. e. *παραβάλλειν* 1 Sam. XIX, 5. XXVIII, 21 (v. כַּף). Aliud vide mox litt. d.

d) שׂוּם דְּבָרִים בְּפִי פ׳ verba alicui suggerere Ex. IV, 15. Num. XXII, 38. XXIII, 5. 16. Deut. XXXI, 19. 2 Sam. XIV, 3. 19. Jes. LI, 16. LIX, 21. Similes locutiones sunt: *ponere* miracula *in manu* alic. i. e. ei miracula suggerere, miraculorum patrandorum potestatem dare Ex. IV, 21, et: *ponere* aliquid *in auribus* alic. i. e. ei recitare Ex. XVII, 14.

e) *imponere* alicui aliquid faciendum, praestandum, sq. עַל pers. Ex. V, 8. 14. XXII, 24. 2 Reg. XVIII, 14. Esth. X, 1, vel perpetiendum, sq. בְּ v. c. morbum Ex. XV, 26. Deut. VII, 15; it. *tribuere* alicui (culpam, eine Schuld *aufbürden*, zur Last legen), sq. עַל Iud.

IX, 24, לְ Deut. XXII, 8. 14 (17), בְּ 1 Sam. XXII, 15. Iob. IV, 18: בְּמַלְאָכָיו יָשִׂים תָּהֳלָה *angelis suis tribuit peccatum.* (Syr. ܣܡ ܥܠ ܦܠܢ ܣܟܠܘܬܐ imputavit alicui culpam Ass. b. o. II, 403 b).

f) שׂוּם שֵׁם לְ *ponere* s. *imponere* alicui nomen (ὄνομα θεῖναί τινι Od. 19, 403, ὄνομα θέσθαι 19, 406) Dan. I, 7, et paululum diversa structura Iud. VIII, 31: וַיָּשֶׂם אֶת־שְׁמוֹ אֲבִימֶלֶךְ *et imposuit ei nomen Abimelechi.* 2 Reg. XVII, 34. Neh. IX, 7 et chald. Dan. V, 12. — Num. VI, 27: וְשָׂמוּ אֶת שְׁמִי עַל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *et nomen meum imponent filiis Israël*, nimirum ut in posterum Dei filii, Dei populus appellentur. Cf. נִקְרָא שְׁמִי עַל rad. קָרָא Niph.

g) שׂוּם לְנֶגְדּוֹ sibi aliquid ante oculos ponere, de rebus quae nobis curae cordique sunt Ps. LIV, 5. LXXXVI, 14.

h) *ponere* sc. pignus (ein Pfand *einlegen*, einsetzen) Iob. XVII, 3. Cf. arab. وضع Conj. III. i. q. وضع رهان, gr. τίθεσθαι Passov. litt. A, 8, lat. ponere Plaut. Curc. 2, 3, 76. Virg. Eccl. 3, 36.

i) sq. אֶל *proponere, exponere* alicui aliquid. Iob. V, 8: אֶל אֱלֹהִים אָשִׂים דִּבְרָתִי *Deo exponam causam meam.* Absol. שׂוּם שֶׂכֶל exponere sensum, sententiam (legis recitatae) Neh. VIII, 8.

k) *reponere* tanquam in thesauro. (Syr. ܣܡ ܣܝܡܬܐ reposuit thesauros, unde etiam ܣܝܡܬܐ argentum, sam. סימתא thesauri Carm. sam. 6, 16). Iob. XXXVI, 13: *impii* יָשִׂימוּ אָף *reponunt* (in corde) *iram* i. e. apud se custodiunt, servant iram, irae et invidiae indulgent, non ad Deum pie se convertunt. Ita recte Umbreitius. Vulgo: *accumulant* quasi *iram* (divinam), θησαυρίζουσι ἑαυτοῖς θυμόν (Rom. II, 5). Similis ratio est formulae

l) שׂוּם עַל לֵב *reponere* aliquid *in corde*, nostr. *etwas zu Herzen nehmen*, animo mentique aliquid mandare Jes. XLVII, 7. LVII, 1. 11. Jerem. XII, 11 (gr. θέσθαι ἐνὶ φρεσί), it. שׂוּם אֶל לֵב 2 Sam. XIX, 20, שׂ׳ בַּלֵּב 1 Sam. XXI, 13. Iob. XXII, 22. Sq. gerundio Mal. II, 2 et אֲשֶׁר לֹא (ne) Dan. I, 8 est: curare, ut (ne) aliquid fiat. Ellipt. Ps. L, 23: שָׂם דֶּרֶךְ sc. עַל לֵב *qui curat viam* i. e. vitam suam. (Syr. ܣܡ ܒܠܒܗ, ܣܡ ܒܪܥܝܢܗ, ܣܡ ܒܡܕܥܗ posuit in corde suo, in mente sua i. e. proposuit sibi, decrevit, statuit). Ceterum *ponendi* verbum apud Hebraeos latius etiam patet. Est quoque

m) i. q. *iecit, coniecit.* Ez. XXVI, 12: *lapides tuos* (Tyri) .... בְּתוֹךְ מַיִם יָשִׂימוּ *in medium mare conicient.*

n) Dicitur adeo de liquidis: *effudit*, sq. בְּ *infudit.* שׂוּם דְּמֵי מִלְחָמָה sanguinem effudit ut in bello 1 Reg. II, 5. Sq. בְּ Iud. VI, 19: הַמָּרָק שָׂם בַּפָּרוּר *iusculum infudit in ollam* (nostr. that er in den Topf). 1 Sam. XVII, 54. Ps. LVI, 9. Sq. עַל Ez. XXIV, 7 de sanguine: עַל צְחִיחַ סֶלַע שָׂמָתְהוּ. Lev. V, 11 (de oleo). — Translate שׂוּם רוּחַ עַל effundere spiritum *super* al. (alibi שָׁפַךְ) Num. XI, 17, in medio Jes. LXIII, 11.

4) *ponere* i. e. *dirigere, convertere* aliquo. Iud. VII, 22: וַיָּשֶׂם יְיָ אֶת־חֶרֶב אִישׁ בְּרֵעֵהוּ *et direxit Jova gladium unius contra alterum* i. e. mutua caede confecti sunt. Spec. a) שׂוּם עַיִן עַל oculum convertere in aliq., v. עַיִן no. 1, e. — b) שׂוּם פָּנִים vultum convertit in aliq., vario sensu, v. פָּנִים no. 1, litt. c. d. f. — c) שׂוּם לֵב animum advertere, attendere Jes. XLI, 22. Hagg. II, 15. 18, et omisso לֵב Jes. XLI, 20. Iob. XXXIV, 23: לֹא עַל אִישׁ יָשִׂים עוֹד *non diu attendit ad hominem.* XXXVII, 15. Iud. XIX, 30. Cf. הֵכִין לֵב et הֵכִין id. Sq. עַל rei (*ad* aliquid) Iob. I, 8, אֶל ib. II, 3. Ex. IX, 21, לְ Deut. XXXII, 46 (ubi cod. Sam. עַל). Ez. XL, 4. XLIV, 5, sq. בְּ (omisso לֵב) Iob. XXIII, 6, sed 1 Sam. IX, 20 שׂוּם לֵב לְ est curare aliquid (sich um etwas kümmern). (Syr. ܣܡ ܠܒܐ est: *attendit*)

5) *facere* s. reddere aliquem talem (jemanden zu etwas machen), gr. τιθέναι v. Passov. h. v. litt. B. Anacr. 9, 36 λαλιστέραν μ' ἔθηκας, ἄνθρωπε, τῆς κορώνης. Eurip. Hec. 875: τὰ δ' ἄλλα .. πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς. Proficiscitur hic verbi usus ab eo, de quo supra dictum est no. 2, *ponere* s. *transferre* aliquem *in alium locum*, inde *transferre in aliam conditionem* (in einen andern Zustand versetzen). Ex. IV, 11: מִי יָשׂוּם אִלֵּם *quis hominem facit mutum?* Ez. XIX, 5: *cepit unum ex catulis* כְּפִיר שָׂמָתְהוּ *eumque fecit leonem iuvenem.* XI, 7: *confossi* אֲשֶׁר שַׂמְתֶּם *quos fecistis* tales i. e. quos vos confodistis. Ita saepe c. dupl. acc. Ps. XXXIX, 9: חֶרְפַּת נָבָל אַל תְּשִׂימֵנִי *ne facias me opprobrium stulti.* XL, 5. LXXXIX, 41. XCI, 9. CV, 21. Iob. XXXI, 24. Jer. XVII, 5. c. acc. et לְ Gen. XXI, 13: *et etiam filium ancillae* לְגוֹי אֲשִׂימֶנּוּ *populum faciam.* 18. Joël I, 7: שָׂם גַּפְנִי לְשַׁמָּה. Ies. V, 20. XIV, 23. XXI, 4. XXIII, 13. XXVIII, 17. XLI, 15. XLII, 15. XLIX, 2. 11. LX, 15. Hos. II, 14. Mich. I, 6. Zeph. III, 19. Jer. XII, 11. XIII, 16. Iob. XXIV, 25 (שׂוּם לְאַל nostr. zu nichte machen); sq. acc. et כְּ (facere aliquem l. aliquid *instar* talis). Gen. XXXII, 12 (13): *faciam semen tuum instar arenae maris.* XLVIII, 20. Deut. X, 22. 1 Reg. XIX, 2. Jes. XIV, 17. L, 7. Jer. XXIX, 22. Hos. II, 5. Nah. III, 6. Zach. IX, 13. — Semel habes hanc structuram Jes. XXV, 2: שַׂמְתָּ מֵעִיר לַגַּל *fecisti ex urbe ruinas* sc. urbem munitam (v. hemist. sequ.). Inde

6) *facere, efficere* (parare) aliquid i. q. τιθέναι et arab. جعل posuit, fecit, effecit. שׂוּם קָרְחָה calvitiem facere (eine Glatze machen) Deut. XIV, 1. שׂוּם דֶּרֶךְ בַּמִּדְבָּר viam parare in deserto Jes. XLIII, 19. Iob. XIX, 8: עַל נְתִיבוֹתַי חֹשֶׁךְ יָשִׂים. Ps. XLVI, 9: אֲשֶׁר שָׂם שַׁמּוֹת בָּאָרֶץ. שׂוּם אֹתוֹת signa i. e. miracula facere, edere, sq. בְּ in aliquo Ex. X, 2. Ps. LXXVIII, 43. CV, 27. Jes. LXVI, 19, sed sq. לְ dare alicui signum Gen. IV, 15. Num. XXIV, 23: מִי יִחְיֶה מִשֻּׂמוֹ אֵל *quis superstes erit ubi Deus hoc effecit?* — שׂוּם בָּנִים procreare liberos Esr. X, 44 (gr. θέσθαι παῖδα ὑπὸ ζώνῃ hymn. Ven. 256. 283).

שׂוּם רָעָה עַל facere i. e. inferre alicui malum Ps. CIX, 5. — Plerumque construitur sq. dat. pers. facere alicui aliquid. 1 Reg. XX, 34: *fac tibi plateas Damasci, quemadmodum fecit pater meus Samariae.* Ex. VIII, 8: *ranae quas* Deus *fecerat* immiserat *Pharaoni.* אֲשֶׁר שָׂם לְפַרְעֹה Ita שׂוּם קֵץ לְ finem fecit rei Iob. XXVIII, 3 cf. XVIII, 2. Sq. לוֹ, velut שׂוּם שֵׁם לוֹ facere sibi nomen s. famam 2 Sam. VII, 23. 1 Par. XVII, 21. Saepe *facere* alicui aliquid i. q. *dare.* (Arab. جعل). שׂוּם זֶרַע לְ dare alicui posteritatem 1 Sam. II, 20, שׂוּם שְׁאֵרִית לְ dare alicui reliquias Gen. XLV, 7. 2 Sam. XIV, 7. שׂוּם יָדַיִם לְ locum s. viam dare alicui (Platz machen) 2 Reg. XI, 16. 2 Par. XXIII, 15. Jes. LXI, 3: לָשׂוּם לַאֲבֵלֵי צִיּוֹן לָתֵת לָהֶם פְּאֵר וגו׳, ubi שׂוּם idem est quod mox תת dare. Adde has locutiones: שׂוּם שָׁלוֹם לְ dare (concedere) alicui pacem Num. VI, 26, שׂוּם כָּבוֹד לְ tribuere alicui honorem Jos. VII, 19. Jes. XLII, 12 cf. Ps. LXVI, 2, שׂ׳ רַחֲמִים לְ (nostr. jemandem Mitleid schenken) Jes. XLVII, 6. Cf. gr. θεῖναι τινὶ ἄλγεα, πένθος, v. Passov. B. no. 2.

Hiph. i. q. Kal. Imp. הָשִׂימִי vel *attende* v. Kal no. 4, c, vel *strue* sc. aciem, v. Kal no. 1, a. Ez. XXI, 21, et part. מֵשִׂים (attendens) Iob. IV, 20. — *Hoph.* semel Gen. XXIV, 33 Keri. (V. יָשַׂם).

שׂוּם chald. praet. שָׂם, praet. pass. שִׂים f. שׂוּמַת Dan. VI, 18, et שִׂים (quod alii part. pass. faciant) III, 29. IV, 3, imp. pl. שִׂימוּ Esr. IV, 21 i. q. hebr. *ponere.* (In Targg. raro reperitur, quippe in quibus pro hebr. שׂוּם poni soleat שַׁוִּי). Spec. 1) *constituere* aliquem, ut praefectum Esr. V, 14. 2) שׂוּם שֵׁם nomen fecit I. dedit. Dan. V, 12: דִּי מַלְכָּא שָׂם שְׁמֵהּ בל׳ *cuius nomen rex fecerat Belsazar.* 3) שׂוּם בָּל לְ operam dare alicui rei (pr. dirigere cor ad aliquid faciendum) Dan. VI, 15. 4) שׂוּם טְעֵם dare mandatum Esr. V, 13. VI, 1. 3. 12. Dan. III, 10. 29, sq. dat. alicui Esr. V, 3. 9. מִנִּי שִׂים טְעֵם a me datum est mandatum Dan. III, 29. IV, 3. Esr. IV. 19. VI, 8. 11, מִן קֳדָמַי VI, 27. 5) שׂוּם טְעֵם עַל rationem habere rei Dan. III, 12.

Ithpe. fut. יִתְּשָׂם 1) *positus est*, sq. בְּ insertus est Esr. V, 8. 2) *factus est*, c. dupl. acc. Dan. II, 5. 3) *datum est* (mandatum) Esra IV, 21.

יְשִׂימְאֵל (quem *Deus constituit*) n. pr. viri 1 Par. IV, 36.

תְּשׂוּמֶת, semel in st. cstr. (cf. תְּנְחוּמֶת) Lev. V, 21: תְּשׂוּמֶת יָד *depositum in manum* alicuius, i. q. פִּקָּדוֹן. Ita Arabes utuntur verbo وضع posuit, it. deposuit apud aliquem, وضيع depositum, it. ودع et جعل, unde syr. ܣܡ Pa. Aph. deposuit, ܡܣܡܢܘܬܐ depositum. יָד Hebraei addere solent substantivis verbalibus, quae *dandi, accipiendi*, neque non, quae his coniunctae sunt, mutuo dandi it. *emendi* et *vendendi* (*Handeln*) significationes habent. Cf. מַשֵּׁה יָד Deut. XV, 2 (de quo vide p. 920 B), מַשָּׂא יָד Neh. X, 32, מַתְּנַת יָד Deut. XVI, 17, סְחֹרַת יָדֵךְ Ez. XXVII, 15, סֹחֲרֵי יָדֵךְ ib. 21.

I. **שׂוּר** fut. יָשַׂר i. q. וַיָּשַׂר שָׂרָה, שָׂרַר (q. v.) 1) *contendere* cum al., sq. אֶל Hos. XII, 5. — 2) *principatum tenere*, sq. עַל Iud. IX, 22.

Hi. הֵשִׂיר *principem constituit* Hos. VIII, 4.

II. **שׂוּר** rad. onomatopoët. *serrare.* Fut. וַיָּשַׂר 1 Par. XX, 3. Vide supra מְשׂוֹר serra, rad. נָשַׂר. Sed hoc nomen potest etiam referri ad rad. שׂוּר cf. מְשׂוֹשׂ a שׂוּשׂ al.

III. **שׂוּר** i. q. סוּר *recedere* Hos. IX, 12: בְּשׂוּרִי מֵהֶם (compl. codd. בְּסוּרִי). Fortasse accedit

IV. **שׂוּר** i. q. סִיר *aestuare, effervescere*, cogn. שְׂאֹר fermentavit. Inde fortasse sunt מְשׂוּרָה mensura liquidorum (v. rad. מָשַׂר), pr. olla i. q. סִיר, cogn. מַשְׂרֵת, chald. מַסְרֵיתָא sartago, a שָׂרָה i. q. שְׂאֹר, שְׂאָר (cf. מִשְׁאֶרֶת). Videndum etiam possitne *contendendi* vis (sub no. I) ab hac *aestuandi, assiliendi* potestate (v. arab. سار med. Je) profecta esse.

שׂוֹרָה v. שָׂרָה.

שׂוּשׂ et **שִׂישׂ** fut. יָשִׂישׂ, semel יְשֻׂשׂוּם Jes. XXXV, 1, imp. שִׂישׂ inf. absol. שׂוֹשׂ Jes. LXI, 10, cstr. שׂוּשׂ Deut. XXX, 9 *gaudere, laetari.* (Origo est in exsiliendo, exsultando, v. סוּס. Cogn. شاص exsiliit in utero foetus, σκιρτάω Luc. I, 41. 44, شَوْصَة pulsatio arteriae, sanscr. *śaś* subsilire, *śaśa* lepus). Construitur sq. עַל rei, de qua laetamur Deut. XXVIII, 63. XXX, 9. Zeph. III, 17. Jer. XXXII, 41. Jes. LXII, 5. Ps. CXIX, 162, it. sq. בְּ Iob. XXXIX, 21: יָשִׂישׂ בְּכֹחַ. Ps. XXXV, 9. Jes. LXV, 19, spec. שׂוּשׂ בַּיהוָה Ps. XL, 17. LXX, 5. Jes. LXI, 10, semel sq. acc. Jes. XXXV, 1: יְשֻׂשׂוּם *his* (quae superiore capite praedicta erant) *laetabuntur* cet. (ubi non est quod ם pro Nun parag. habeatur cum Ewaldo in gr. §. 128, vel deleatur, quod suasit Hitzigius). Cf. VIII, 6. Sq. gerundio Ps. XIX, 6, sq. כִּי (quod) Iob. III, 22. Thren. I, 21, et Vav Jes. LXIV, 4: שָׂשׂ וְעֹשֵׂה צֶדֶק *gaudet et exercet iustitiam* i. e. laetus eam exercet. Additur לְטוֹב Deut. XXX, 9 (cui opp. fuerit שׂוּשׂ לְרַע de ἐπιχαιρεκακία dictum), בְּשִׂמְחָה Ps. LXVIII, 4. Zeph. l. c. Copulatur cum synn. שָׂמַח Ps. XL, 16, גִּיל Jes. LXV, 18. — In loco vexato et haud dubie corrupto Ez. XXI, 15: (gladius) *ut fulgur sit, exacutus est* אוֹ נָשִׂישׂ שֵׁבֶט בְּנִי מֹאֶסֶת כָּל־עֵץ legendum videtur אֶל נָשִׂיא *contra principem tribus filii mei* (Judae) *quae contemnit omne lignum*, hac sententia: quum rex populusque Judae *ligneam* virgam, qua hucusque punitus est, spernat, ferrum idque acutissimum ei adhibebit Jova. Sibi opponuntur חֶרֶב et עֵץ. אֵל pro אוֹ iam LXX expresserunt, נָשִׂישׂ iam Maurerus explicavit נָשִׂיא *elatus, princeps:* equidem malim vocem reponere נָסִים hac in re solennem.

שָׂשׂוֹן m. cstr. שְׂשׂוֹן (Kamez praeter morem abiecto, qs. radix sit שָׂשָׂה) Ps. LI, 14. CXIX, 111, *gaudium* Joël I, 12. Jes. XII, 3. Jer. XXXI, 13, saepe hoc nexu: שָׂשׂוֹן וְשִׂמְחָה Jes. XXII, 13. XXXV, 10. LI, 3. 11, et שִׂמְחָה וְשָׂשׂוֹן Esth. VIII, 17. שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן oleum gaudii, de unguentis quibus in conviviis perfundi solent Jes. LXI, 3. Ps. XLV, 8: *unxit te Deus, deus tuus, oleo gaudii prae sociis tuis*, maiore gandio et felicitate te affecit, quam alios reges.

מָשׂוֹשׂ m. *gaudium* Jes. XXXII, 13. LXVI, 10. מְשׂוֹשׂ תֻּפִּים laetae voces tympanorum Jes. XXIV, 8. De obiecto gaudii Ps. XLVIII, 3: מְשׂוֹשׂ כָּל הָאָרֶץ. Jes. LX, 15. Meton. מְשׂוֹשׂ דַּרְכּוֹ laeta sors eius Iob. VIII, 19.

שָׂחָה *natavit*. Inf. et part. Jes. XXV, 11. (Syr. chald. סְחָא, ܣܚܐ lavit, abluit, it. natavit).

Hiph. natare fecit i. e. *inundavit* (lectum lacrimis) Ps. VI, 7. Inde

שָׂחוּ f. (Milêl, forma segol. pro שָׂחוּ) *natatio*. Ez. XLVII, 5: מֵי שָׂחוּ aquae quas nonnisi nando transire possis.

שָׂחַט *expressit* uvas. Gen. XL, 11. LXX ἐκθλίβω. In Gemara סְחַט expressit v. c. olivas.

שָׂחַק *risit*, i. q. צָחַק, nisi quod 'צ fere in solo Pentateucho, 'שׂ nunquam in eo reperiatur. (Aeth. ሠሐቀ: ሥሕቀ: amh. ሳቀ: risit. Zab. ܣܚܩ gavisus est, laetus fuit, v. Norberg lexid.) Prov. XXIX, 9. Eccl. III, 4. Sq. אֶל *arrisit* alicui Iob. XXIX, 24, sq. עַל *derisit* aliquem Ps. LII, 8. Iob. XXX, 1, sq. לְ id. *risit*, *derisit* rem ut non metuendam. Iob. V, 22: לְשֹׁד וּלְכָפָן תִּשְׂחָק *rides exitium et famem*, tanquam res a te non metuendas. Prov. XXXI, 25: תִּשְׂחַק לְיוֹם אַחֲרוֹן *ridet ea tempus futurum*, non timet futuro tempori, quoniam sibi suisque prospectum est. Iob. XXXIX, 7. 18. 22. XLI, 21. Hab. I, 10. Ps. XXXVII, 13. LIX, 9 (cf. II, 4). Sq. בְּ de gaudio in calamitatibus alienis Prov. I, 26 sq. עַל Thren. I, 7.

Pi. שִׂחֵק fut. יְשַׂחֵק 1) *iocatus est* (pr. identidem risit) Prov. XXVI, 19. סוֹד מְשַׂחֲקִים consessus iocantium. Jer. XV, 17. Prov. VIII, 30. 31. 2) *lusit*, v. c. de infantibus Zach. VIII, 5, de bestiis marinis Ps. CIV, 26, cf. Iob. XL, 20. 29, it. de armorum lusu parvisque proeliis (Scharmützel) 2 Sam. II, 14. — 3) *saltavit* voce simul et fidibus canendo (ita ut nos eos *ludere* dicimus, qui fidibus canunt) Iud. XVI, 25. 1 Sam. XVIII, 7. 2 Sam. VI, 5. 21. 1 Par. XIII, 8. XV, 29. Jer. XXX, 19: קוֹל מְשַׂחֲקִים *vox saltantium* (et canentium). XXXI, 4: בִּמְחוֹל מְשַׂחֲקִים *in choro saltantium*.

Hiph. *illusit*, *irrisit*, sq. עַל 2 Par. XXX, 10.

שְׂחֹק et **שְׂחוֹק** m. 1) *risus* Eccl. II, 2. VII, 3. 6. 7. Iob. VIII, 21. Ps. CXXVI, 2. Prov. XIV, 13. — 2) *irrisio*, *ludibrium*, meton. de obiecto eius Iob. XII, 4. Jerem. XX, 7. XLVIII, 39. Thren. III, 14. — 3) *iocus* Prov. X, 23.

מִשְׂחָק m. *risus*, *irrisio*, de obiecto eius Hab. I, 10.

שָׂטָה fut. יֵשְׂטְ *declinavit*, *deflexit*, cogn. שׂוּט. (Chald. סְטָא id. in Targg. saepe pro סוּר deflectere a via, a praeceptis, ad peccata. Syr. ܣܛܐ id., unde ܡܣܛܝܢܐ apostata. Zab. id. Aph. seduxit. Schult. ad Prov. IV, 15 confert etiam سطا effrenis fuit). Sq. מֵעַל הַדֶּרֶךְ a via Prov. IV, 15, אֶל דְּרָכֶי פ' VII, 25. Spec. de uxore adultera (talmud. סוֹטָה) Num. V, 12, addito תַּחַת הָאִישׁ V, 19. 20. 29, quod idem est atque מִתַּחַת (cf. זָנָה תַּחַת Ez. XXIII, 5 et מִתַּחַת Hos. IV, 12).

סוֹטַי (i. q. סוֹטָה deflectens, peccator) n. pr. viri Esr. II, 54. Neh. VII, 57).

שָׂטַם fut. יִשְׂטֹם *insidiatus est* alicui, *hostiliter persecutus est* eum, sq. acc. Gen. XXVII, 41: וַיִּשְׂטֹם עֵשָׂו אֶת־יַעֲקֹב. L, 15. XLIX, 23: וַיִּשְׂטְמֻהוּ בַּעֲלֵי חִצִּים. Ps. LV, 4. Iob. XVI, 9. XXX, 21. Origo est in laqueo, vel potius *decipulo ferreo* ponendo, quo pedes prehendantur, ut apparet ex syr. ܣܛܡ compedivit, vinxit, ܣܛܡܐ compes, vinculum pedum, cogn. chald. סְטַם clausit, obsignavit, سطم clausit, it. hebr. סָתַם q. v. Arab. شتم contumelia affecit, huius familiae non est. Inde

מַשְׂטֵמָה f. 1) *compes*, *decipulum ferreum* pedes alicuius prehendens Hos. IX, 8, parall. פַּח. Inde 2) *pernicies* ibid. Comm. 7 cf. מוֹקֵשׁ. Aeth. መስተማ: est diabolus, Satanas, pr. insidiator, v. Lud. p. 74.

שָׂטַן i. q. שָׂטַם 1) *insidiatus est* alicui, *hostiliter persecutus est*, sq. accus. Ps. LXXI, 13: שֹׂטְנֵי נַפְשִׁי i. q. מְבַקְשֵׁי נַפְשִׁי. Ps. XXXVIII, 21. CIX, 4. שֹׂטְנַי persecutores mei Ps. CIX, 20. 29. — 2) *adversatus est* alicui (in foro). Inf. c. suff. לְשִׂטְנוֹ Zach. III, 1. (Chald. סְטַן sq. לְ et in Aph. in Targg. pro hebr. שָׂטַן. Arab. شَطَنَ adversatus est alicui a proposito eum reducens. IV. removit aliquem, شَطُونٌ improbus, scelestus Gol.).

שָׂטָן 1) *adversarius*, velut in bello, *hostis* 1 Reg. V, 18. XI, 14. 23. 25. 1 Sam. XXIX, 4; in foro Ps. CIX, 6 (cf. Zach. III, 1. 2); adeoque quicunque alteri se opponit 2 Sam. XIX, 23. Num. XXII, 22: *angelus Jehovae in via constitit* לְשָׂטָן לוֹ *ut ei resisteret*. V. 32.

(Chald. סִטְנָא, סָטָן, שָׂטָן id.). — 2) Addito art. הַשָּׂטָן (*adversarius κατ' ἐξοχὴν*) nominis proprii naturam induit (Gr. §. 107, 2) et est *Satanas*, *diabolus*, genius malus in theologia Judaeorum post exilium Babylonicum, qui homines a se seductos (1 Par. XXI, 1, quo solo loco articulus deest cf. 2 Sam. XXIV, 1) apud Deum accusat et calumniatur Zach. III, 1. 2. Iob. I, 6—9. 12. II, 1 sqq. Cf. Apoc. XII, 10: *ὁ κατήγωρ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὁ κατηγορῶν αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας καὶ νυκτός.* (Arab. et aethiop. الشيطان, ሰይጣን: syr. ܣܛܢܐ id.). Ceterum eorum opinionem, qui Satanam in libro Iobi a reliquorum librorum Satana diversum, angelum bonum explorandis hominum moribus destinatum esse putarent, atque propterea in eius libri prologo ubique הַשָּׂטָן i. e. *περιοδεύτην* (a rad. שׁוּט) reponere vellent (v. Schult. ad Iob. pag. 14. Herder Geist der hebr. Poësie II p. 19. Ilgen de libro Iobi p. 125 sqq. Simonis lex. ed. Eichhorn h. v. recte dudum deseruerunt nostri temporis interpretes et Theologi (v. Theologie d. A. T. p. 197 sqq. v. Cölln bibl. Theologie I p. 421. Hengstenberg Christologie I, 34). Neque enim per linguae sanaeque critices leges licet, שָׂטָן referre ad rad. שׁוּט: neque mores Satanae apud Iobum, quippe qui calumniis suis efficiat, ut Iova omnis generis calamitates in virum pium et innocentem immittat, ullo modo differunt ab his qui Satanae alibi tribuuntur.

שִׂטְנָה f. 1) *accusatio*, *libellus accusatorius* Esr. IV, 6. — 2) n. pr. putei ab Isaaci cum Philistaeis *contentione* ita dicti. Gen. XXVI, 21.

שִׂיא *elatio*, v. rad. נָשָׂא.

שִׂיאוֹן n. pr. montis, v. ibid.

שִׂיב *canum* (canis capillis) *esse*. (Chald. סִיב id., סָב senex, סִיבָא, סִיבוּתָא canities, senectus. Syr. ܣܳܒ canus fuit, ܣܳܒ, ܣܳܒܳܐ canus, senex. Sam. כחב, סוב id. סחב senex. Arab. شاب med. Je, aeth. ሢበ: id.). 1 Sam. XII, 2: אֲנִי זָקַנְתִּי וָשַׂבְתִּי. Part. שָׂב canus, senex Iob. XV, 10.

שֵׂיב m. 1 Reg. XIV, 4 *canities*, inde *senectus*.

שֵׂיבָה f. *canities* (capillorum). Hos. VII, 9: שֵׂיבָה זָרְקָה בוֹ; Iob. XLI, 24: יַחְשֹׁב תְּהוֹם לְשֵׂיבָה *habeat* quis *fluctum* ita agitatum *pro canitie*; inde *canus capillus*, et a) de eo qui (ea quae) *canis capillis* est (plene אִישׁ שֵׂיבָה Deut. XXXII, 25). Gen. XLII, 38: וְהוֹרַדְתֶּם אֶת־שֵׂיבָתִי בְּיָגוֹן שְׁאוֹלָה *et demittetis canum capillum meum* i. e. me senem canum *cum dolore in orcum*. XLIV, 29. 31. Ruth IV, 15. 1 Reg. II, 6. 9, cf. Lev. XIX, 32. — b) de *senectute*. Ps. XCII, 15. עַד שֵׂיבָה LXXI, 18. שֵׂיבָה טוֹבָה senectus bona i. e. valde provecta Gen. XV, 15. XXV, 8. Iud. VIII, 32. 1 Par. XXIX, 28.

שִׂיג *secessio*, v. rad. סוּג.

שִׂיד *calce obducere* Deut. XXVII, 2. 4. Arab. شاد med. Je, chald. סִיד id. Sed haec denominativa videntur a voce שִׂיד calx, quae vel a coquendo dicta est (שִׂיד = זִיד) vel ab albedine cf. aeth. ጸዐደወ: albus fuit (med. ע et ו inter se permutatis, ut צוק aeth. ጸዐቀ:).

שִׂיד m. *calx* Deut. XXVII, 2. 4. Jes. XXXIII, 12. Am. II, 1 (ubi memoratur ustio calcis). Arab. شِيد, syr. ܣܺܝܕܳܐ, chald. סִידָא id.

שֵׂיה *ovis*, v. rad. שָׂאָה.

I. **שִׂיחַ** *loqui*, *confabulari*, *narrare*. (Talmud. סוּחַ id. In linguis cognatis non reperitur, neque de origine satis constat, v. שִׂיחַ no. II). Sq. לְ Iob. XII, 8: שִׂיחַ לָאָרֶץ *alloquere terram* i. e. reptilia terrae. Praecesserat: *interroga* quadrupedes. (Male Nachmanides, Seb. Schmidius al.: interroga *virgultum terrae*, quod bene refellit Hirzelius ad h. l.). Sq. בְּ Ps. LXIX, 13: יָשִׂיחוּ בִי יֹשְׁבֵי שַׁעַר *loquuntur de me sedentes in porta.* Sq. acc. Prov. VI, 22: הֲקִיצוֹתָ הִיא תְשִׂיחֶךָ ubi *evigilaveris*, ea disciplina parentum *te alloquetur*, tecum quasi colloquetur instar amici familiaris, i. e. largam tecum colloquendi et meditandi materiam tibi praebebit. Hebraei explicant: תְּדַבֵּר עִמָּךְ, תָּשִׂיחַ עִמָּךְ. LXX *συλλαλῇ σοι.* Gr. Venet. *διαλέξεται σοι.* Inde a) *loqui* carmen, *canere* i. q. דִּבֶּר no. 1, litt. e. Absol. Iud. V, 10. Sq. acc. *carmine eloqui*, *celebrare*. Ps. CXLV, 5: דִּבְרֵי נִפְלְאוֹתֶיךָ אָשִׂיחָה, sq. בְּ Ps. CV, 2. — b) *querelas fundere*, *queri.* Ps. LV, 18: אָשִׂיחָה וְאֶהֱמֶה. Iob. VII, 11: אָשִׂיחָה בְּמַר נַפְשִׁי. Parall. אֲדַבְּרָה. Cf. subst. שִׂיחַ no. 2. — c) i. q. הָגָה דִבֶּר בְּלִבּוֹ *secum loqui* i. q. *meditari* (cf. syn. הָגָה) impr. de rebus divinis. Ps. LXXVII, 4. 7, sq. בְּ rei, de qua quis meditatur ibid. 13. CXIX, 15. 23. 27. 48. 78. 148. Vide Pil.

Pil. i. q. Kal litt. c. *meditatus est*, sq. בְּ Ps. CXLIII, 5, it. *cogitavit*. Jes. LIII, 8: וְאֶת דּוֹרוֹ מִי יְשׂוֹחֵחַ כִּי נִגְזַר מֵאֶרֶץ חַיִּים מִפֶּשַׁע עַמִּי נֶגַע לָמוֹ *et genus eius, quis cogitavit exclusum illud esse ex terra viventium* et *plagas illis* inflictas esse *propter peccatum populi mei?* דּוֹרוֹ *genus eius* (servi Jovae) sunt homines qui iisdem cum illo studiis tenentur, pii, prophetae, quorsum refertur pron. לָמוֹ. Verborum structura (bene notante Maurero) est, ut in locis notissimis Gen. I, 4: וַיַּרְא אֶת הָאוֹר כִּי טוֹב pro וַיַּרְא כִּי טוֹב הָאוֹר cf. XIII, 6. XLIX, 15. Hagg. I, 2, et sententia totius loci: nemo cogitavit, servum Dei et

homines ei concordes plagis adeoque morte affectos esse non propter sua ipsius sed propter populi peccata.

שִׂיחַ m. 1) *sermo*, *confabulatio* 2 Reg. IX, 11. Et ita fortasse 1 Reg. XVIII, 27 per ludibrium de Baale, qui sacerdotum supplicationes audire non videtur: שִׂיחַ לוֹ *sermo* s. *confabulatio* est *ei* cum aliquo, vel *meditatio ei* est (v. rad. litt. c), totus est in meditando, ita ut non audiat. Utrumque significare potest gr. *ἀδολεσχία αὐτῷ ἐστί* apud Alex., sed prius tamen certius est. — 2) *carmen* (vide rad. litt. a) Ps. CIV, 34. — 3) *querela*, quam quis effundit 1 Sam. I, 16. Iob. VII, 13. IX, 27. X, 1. XXI, 4. XXIII, 2. Ps. LV, 3. LXIV, 2. CII, 1. CXLII, 3. Prov. XXIII, 29.

שֵׂחַ m. *cogitatio* Am. IV, 13.

שִׂיחָה f. *meditatio*, maxime pia, quae ad res divinas spectat Ps. CXIX, 97. 99. Iob. XV, 4: שִׂיחָה לִפְנֵי אֵל *meditatio coram Deo*, nostr. *Andacht*. — Diversae originis videtur

II. **שִׂיחַ** m. *frutex*, coll. *frutices*, *virgultum*. Gen. II, 5: שִׂיחַ הַשָּׂדֶה. Iob. XXX, 4: *carpunt salsuginem* עֲלֵי שִׂיחַ *ad frutices*. De loco Iob. XII, 8, quem perperam huc referunt, v. supra ad verbum. Plur. שִׂיחִים Gen. XXI, 15. Iob. XXX, 7. (Congr. شيح virgultum cf. شيح germinavit, pullulavit, floruit Aph. id. Fortasse eiusdem originis est atque שׂוֹךְ, שֹׂכֶךְ it. שׂוּג. Cum signif. I. haec vix conciliabitur nisi contorte, v. quae tentavit Maurer. ad Ps. p. 143).

שִׂים *ponere*, v. שׂוּם.

שִׂימָה f. *propositum* 2 Sam. XIII, 32 Cheth.

שָׂכָה verbum inusit. Chald. סְכָא aspexit, prospexit, in Targg. pro הִבִּיט, צָפָה, unde סַכּוּי speculator, סְכוּתָא specula, it. סַכְוִי gallus, qs. speculator et praeco atque nuncius aurorae. Syr. spectavit. Pa. exspectavit, speravit. Sam. desideravit, סכוי oculus, conspectus Num. XI, 6. Deut. XXXIV, 12 Cast. [Num. l. c. habetur סכיונן pro hebr. עֵינֵינוּ, Deut. לסכוי pro hebr. לְעֵינֵי], סכיתה specula. Zab. spectavit, exspectavit. Cogn. שָׁעָה spectavit, fortasse nostr. *sehen*. Sed primaria tamen potestas fortasse est in *secando* et *discernendo* (cf. בִּין *cernere*), unde שַׂכִּין culter. Eandem originem nonnulli Etymologi (ut Schmitthenner) tribuunt etiam germanico *seh*-en, ahd. *sêhan*, cf. *sah-s* culter, *sihhila* falx.

שֶׂכוּ (specula, ut aram. סְכוּתָא, סכיתא) n. pr. loci ad Ramam Samuelis, 1 Sam. XIX, 22.

שֶׂכְוִי *ἅπ. λεγόμ.* Iob. XXXVIII, 36: *quis posuit in renibus* (בַּטֻּחוֹת) *sapientiam* אוֹ מִי נָתַן לַשֶּׂכְוִי בִינָה *aut quis dedit cordi prudentiam*. Sic Targ. 1. Kimchi, Aben Esra, R. Levi, in quam sententiam שֶׂכְוִי explicatur *videns*, *imaginans* (cf. מַשְׂכִּית), vel *intelligens* (a שׂכה addita terminatione ־ְוִי), inde *cor*, *animus*, ut sedes imaginationis et intellectus, cf. aeth. ሕሊና: cor, animus, a ሐለየ: cogitavit; nisi forte mavis ex Samaritanorum usu *oculum* interpretari, qui profecto et ipse intelligentiae mentisque sedes et index appellari poterat. Huic interpretationi quid obstet, iam supra indicavi s. v. טֻחוֹת (p. 547), duasque difficultatis removendae vias proposui. Alteri quidem, de qua explicabam *in renibus* tuis, *cordi* tuo, nuper oppositum est, ita desiderari suffixum: sed debebant memores esse viri docti, articulum a poëtis passim poni, ubi nomen accuratius suffixo definiendum erat (v. p. 361 A et ad Jes. IX, 2), ita בַּטֻּחוֹת poni posse pro בְּטֻחוֹתֶיךָ, שֶׂכְוִי pro בְּשֶׂכְוְיֶךָ. — E vett. Vulg. et Targ. 2 שֶׂכְוִי *gallum gallinaceum* reddunt, hac sententia: quis homini dedit sapientiam, quis gallo instinctum naturalem, quo certis horis ad canendum provocatur? Sed hoc cum Bocharto (Hieroz. II, 682 Lips.) Talmudicum commentum putem. — Nostratium plurimi *φαινόμενον*, *meteorum* explicant (malim certe *signum* cf. שְׂכִיָּה, מַשְׂכִּית), quanquam ratio formae שֶׂכְוִי potius rem *videntem*, *speculantem* significare videtur quam talem *quam contemplantur* homines, obstat etiam vox parall. טֻחוֹת.

שְׂכִיָּה vel **שְׂכִית** f. *signum* navis, *vexillum*. (Sam. ࠔࠊࠉࠕ signum, vexillum). Semel legitur in pl. Jes. II, 16: *super omnes naves Tartessias* וְעַל כָּל־שְׂכִיּוֹת הַחֶמְדָּה *et super omnia vexilla* eorum *pulchra*. Parallelismus in his commatibus (13—16) diligentissime observatus שְׂכִיּוֹת *signa* res esse iubet tum *altas* atque excelsas tum *in navibus* conspicuas. Recte hoc viderunt Alex. *ἐπὶ πᾶσαν θέαν πλοίων κάλλους*, qui *πλοίων* de suo quidem addit (ut XVIII, 1), sed ad sententiam recte, neque non Saad., qui زخارف posuit i. e. ornamenta spec. naves (sc. pulchre ornatas). Haud dubie igitur intelligenda *vexilla vela*que, quae apud Phoenices (Ez. XXVII, 7: שֵׁשׁ בְּרִקְמָה מִמִּצְרַיִם הָיָה מִפְרָשֵׂךְ לִהְיוֹת לָךְ לְנֵס) et Aegyptios (Diod. 1, 57) purpurea et pulcherrimis coloribus singulari luxu exornata esse solebant, v. huiusmodi naves apud Rosell. monn. civili tab. 107. 108. Wilkinson Customs and manners III p. 211. Accedit sam. סכי vexillum, quod Num. XXI, 8 ponitur pro hebr. נֵס, quo ipso in hac re utitur Ezech. l. c. Itaque minus recte intelligunt signa s. simulacra in puppibus navium (Hitzig), quippe quae excelsa non sint: et certius etiam abiiciendae omnes eae interpretationes, quae 'שׂ ad res quascunque referunt a re nautica alienas, velut *palatia splendida* (Targ. Jarchi), *simulacra idolorum* (Doederl. Ew.), vel (cum Vulg.) de *omni quod visu pulchrum est*.

שַׂכִּין m. *culter* Prov. XXIII, 2. Chald. סַכִּין, arab. سِكِّين, سِكِّينَة. De *secandi* vi v. supra in radice, potestque ן in fine additicium esse, ut in קָצִין a קָצָה. Etsi hoc incertum, tamen in rad. סָכַךְ minus etiam eius significationis originem monstres.

מַשְׂכִּית f. 1) *imago*, *figura*. אֶבֶן מַשְׂכִּית lapis cippusve cum imagine idoli (Baalis, Astartes, v. huiusmodi cippos in monn. Phoen. tab. 21—24) Lev. XXVI, 1, et sic pl. מַשְׂכִּיּוֹת Num. XXXIII, 52. חַדְרֵי מַשְׂכִּית conclavia imaginum Ez. VIII, 12 i. e. quorum parietes figuris idolorum ornati erant cf. Comm. 10. Prov. XXV, 11: תַּפּוּחֵי זָהָב בְּמַשְׂכִּיּוֹת כָּסֶף *mala aurea cum figuris* ornamentis *argenteis*. Alii: in calathis argenteis (Luth. goldene Aepfel in silbernen Schalen), coll. شَكِيكَة sporta fructuaria, sed מַשְׂכִּית non potest referri ad rad. שָׂכַךְ. — 2) *cogitatio, opinio* Prov. XVIII, 11. Plur. מַשְׂכִּיּוֹת לֵבָב Ps. LXXIII, 7.

שָׂכַךְ 1) i. q. סָכַךְ *texuit* et *texit* Ex. XXXIII, 22, unde שֹׂךְ casa Thren. II, 6, v. sub סָכַךְ.

2) i. q. שׂוּךְ spec. *sepsit spinis*, unde شَوْك c. nom. unit. شَوْكَة spina, aculeus scorpionis, it. telum acutum, unde شَاكَ panoplia indutus est, شَوِكٌ, شَاكٍ acutis armis praeditus. Inde

שֵׂךְ pl. שִׂכִּים *spinae*. Num. XXXIII, 55: *et erunt residui eorum* לְשִׂכִּים בְּעֵינֵיכֶם *spinae in oculis vestris*. Vide de hac imagine rei et molestae et noxiae Arabibus quoque frequentata Schult. ad Har. VI p. 236. Ibn Doreid 93 ibique schol.

שֻׂכָּה f. *telum acutum* Iob. XL, 31.

מְשׂוּכָּה Jes. V, 5, qua de scriptura v. supra pag. 1323 A.

שָׂכַל 1) pr. *aspexit, intuitus est*. (Chald. סְכַל in Ithpa. אִסְתַּכַּל aspexit, intuitus est, attendit ad aliquid. Sam. [Samaritan] id., saepe pro hebr. הִבִּיט Gen. XV, 5. Ex. XXXIII, 8. Num. XII, 8. XXI, 9. XXIII, 21, פָּנָה Num. XII, 10. XVI, 15 al. Radix arab. شكل ab his alienior est; valet enim II. formavit, figuravit. V. pass. III. similis fuit, شَكْل similitudo, figura rei, شِكْل simulacrum). Cf. Hiph. no. 1. Saepius

2) translate *prudens fuit*, *prudenter egit* pr. providus, circumspectus fuit. 1 Sam. XVIII, 30. Chald. in Pe. semel Ps. XXXVI, 4 Targ. Vide Hiph. no. 2. 3.

Pi. causat. Kal no. 2. Gen. XLVIII, 14: שִׂכֵּל אֶת־יָדָיו *prudentes fecit manus suas* i. e. prudenter et consulto ita posuit manus sc. transversim. Gr. Venet. ἐφρένωσε τὼ χεῖρε οἱ. Sed alii hoc ipsum *transversa* [illegible] *uit manus* in verbis hebraeis inesse existimarunt. [illegible] λάξ τὰς χεῖρας, al. ἐναλλάξας τ. χ. Vulg. *commu*[illegible] *s* quod in prioribus editt. vindicare studui coll. شكل ligavit (fune iumentum), II. plexuit comam mulier, شَكَّلَ et شَكَلَ obscurum (fort. intricatum) fuit negotium. Sed videtur tamen *attendendi* et *intelligendi* vis, quae in hac radice pervulgata est, non aliunde quam ab *aspiciendo* et *intuendo* ducta esse, neque vero (ut ed. 1 statui) prudentiae vis ab animo moribusque perplexis et intricatis (πολύπλοκος). Hanc ipsam ob caussam nunc displicet etiam alia opinio, in quam incideram, propriam verbi vim esse: *posuit rem super aliam* (*überlegen*), quod faciunt etiam qui manus transversas ponunt: dein *res accurate disposuit*, *consideravit*, *pensitavit* (*überlégen*).

Hiph. 1) *adspexit*. Gen. III, 6: *et quum videret mulier* .... וְנֶחְמָד הָעֵץ לְהַשְׂכִּיל *et arborem esse delectabilem aspectu*, ut bene Vulgatus. LXX (ὅτι) ὡραῖόν ἐστι τοῦ κατανοῆσαι, quod idem valet (non, ut Tuchius: begehrungswürdig weil er klug mache: κατανοέω enim ap. Alex. respondet verbis רָאָה, הִבִּיט, הֵבִין). Targ. מְרַגַּג לְאִסְתַּכָּלָא. Sam. פאורה למעגל pulcher aspectu. — 2) *attendit, animum advertit*. (Syr. ܐܣܬܟܠ attendit, consideravit, intellexit, sq. ܒ). Ponitur absol. Dan. IX, 25, sq. acc. Deut. XXXII, 29. Ps. LXIV, 10. CVI, 7. Iob. XXXIV, 27, עַל Prov. XVI, 20, אֶל Neh. VIII, 13. Ps. XLI, 2: מַשְׂכִּיל אֶל דָּל *qui attendit ad pauperem* i. e. ei prospicit; לְ Prov. XXI, 12, בְּ Ps. CI, 2. Dan. IX, 13, sq. כִּי Jes. XLI, 20. — 3) *intelligens*, *prudens fuit* et *factus est*. (Chald. אַשְׂכֵּל id. et: intelligentem fecit, ut no. 5). Ps. II, 10. XCIV, 8. CXIX, 99, sq. בְּ *in* aliqua re Dan. I, 4 cf. 17; *prudenter egit* Jer. XX, 11. XXIII, 5. Part. מַשְׂכִּיל *intelligens*, *prudens* Iob. XXII, 2. Prov. X, 5. 19. XIV, 35. XV, 24. XVII, 2. XIX, 14. Am. V, 13; it. *probus, pius* (cf. חָכָם) Ps. XIV, 2. Dan. XI, 33. 35. XII, 3. Plenius 2 Par. XXX, 22: הַמַּשְׂכִּילִים שֵׂכֶל טוֹב *qui intelligentia bona praediti erant*. Inf. nomin. הַשְׂכֵּל Jer. III, 15 et הַשְׂכִּיל intelligentia, prudentia Iob. XXXIV, 35. Prov. I, 3. XXI, 16. — 4) i. q. הִצְלִיחַ *successum habuit* in re gerenda, *prospere gessit* rem Jos. I, 7. 8. 1 Sam. XVIII, 5. 14. 15. 2 Reg. XVIII, 7. Jes. LII, 13. Jer. X, 21. Prov. XVII, 8. — Etiam causat. 5) *intelligentem fecit, docuit*, c. acc. Ps. XXXII, 8. Prov. XVI, 23: לֵב חָכָם יַשְׂכִּיל פִּיהוּ *cor sapientis intelligens reddit os eius*, facit ut res intelligentia plenas eloquatur, sq. dupl. acc. Dan. IX, 22, sq. לְ pers. Prov. XXI, 11. — 6) *successum dedit* Deut. XXIX, 8. 1 Reg. II, 3.

Part. מַשְׂכִּיל subst. *carmen*, Ps. XLVII, 8: זַמְּרוּ מַשְׂכִּיל *canite carmen* (Pesch. canite *laudem*, sed LXX ψάλατε συνετῶς. Vulg. psallite sapienter), et ita in titulis Psalmorum XXXII. XLII. XLIV. XLV. LII. LIII. LIV. LV. LXXIV. LXXVIII. LXXXVIII. LXXXIX. CXLII. De origine significationis ambigitur. Mihi מַשְׂכִּיל non aliud significare videtur quam *intelligentem*, *sapientem* (et *pium*) *reddens*, quomodo non solum carmen didacticum, sed quodvis *carmen sacrum*, *ad res divinas spectans* appellari potuit, cuius erat sapientiam et pietatem promovere. Idque de omnibus carminibus supra memoratis dici potest, non excepto Ps. XLV, in

quo ad Dei beneficia (comm. 3. 7. 8) omnia referuntur. Aliis מַשְׂכִּיל dictum videtur a شكل II. figuravit, formavit, quod ad fictiones poëticas relatum esse volunt; ita vero 'מ poëtam, non poëma significaret. Non magis placent, quibus 'מ est *oratio ligata*, a شكل ligavit (imo: ligavit funem شكل dictum): vel sic enim *ligantem*, non rem *ligatam* notaret.

שְׂכַל chald. Ithpa. *attendit* ad aliquid, sq. בְּ Dan. VII, 8. In Targg. אִסְתַּכַּל, syr. ܐܣܬܟܠ id.

שֵׂכֶל 1 Par. XXII, 12 et **שֶׂכֶל**, in Pausa שָׂכֶל Iob. XVII, 4 c. suff. שִׂכְלוֹ m. 1) *intellectus*, *intelligentia* 1 Par. XXII, 12. XXVI, 14. Prov. XII, 8. XVI, 22. XIX, 11. אִישׁ שֵׂכֶל Esr. VIII, 18. שֵׂכֶל טוֹב Prov. XIII, 15. Ps. CXI, 10, אִשָּׁה טוֹבַת שֵׂכֶל 2 Sam. XXV, 3. שׂוֹם שֶׂכֶל dare intellectum (rei), das Verständniss (den Verstand einer Sache) geben Neh. VIII, 8. In malam partem: *calliditas* Dan. VIII, 25. — 2) *prosper successus* Prov. III, 4. (Chald. שׂוּכְלָא, שִׂכְלָא, syr. ܣܘܟܠܐ intellectus).

שָׂכְלְתָנוּ f. *intelligentia* Dan. V, 11. 12. (In Targg. שׂוּכְלְתָן, סָכְלְתָן, סַכְלְתָן, syr. ܣܘܟܠܬܢܐ intelligens, סוּכְלְתָנוּת intelligentia Exod. XXXI, 3. Prov. I, 5). Sed

שִׂכְלוּת f. Eccl. I, 17 est i. q. סִכְלוּת (quod complures libri mss. et editi exhibent) *stultitia*, ut recte Vulg., cf. II, 12. VII, 25. X, 13. Male LXX. Targ. Pesch. *prudentia*.

שַׂכִּין *culter*, v. rad. שָׂכָה p. 1329.

שָׂכַר *mercede conduxit*. (Arab. شكر mercede s. praemio donavit Deus, it. gratias egit. Talmud. i. q. hebr.). C. acc. pers. Gen. XXX, 16. Prov. XXVI, 10. Ita dicunt: conducere mercenarium, fabrum 2 Par. XXIV, 12. Jes. XLVI, 6, milites 2 Sam. X, 6. 2 Reg. VII, 6. 1 Par. XIX, 6. 2 Par. XXV, 6, sacerdotem Iud. XVIII, 4, et in malam partem: mercede corrupit, ut homines nequam Iud. IX, 4, vatem mendacem Deut. XXIII, 5. Neh. XIII, 2.

Niph. mercede conductus est 1 Sam. II, 5.

Hithp. id. Hagg. I, 6.

שָׂכָר m. 1) *merces*, velut mercenarii Gen. XXX, 28. 32. 33. XXXI, 8. Deut. XV, 18. XXIV, 15. 1 Reg. V, 20. Zach. VIII, 10. Mal. III, 5, nutricis Ex. II, 9, *portorium* (Fährgeld) Jon. I, 3, pretium quo aliquid locatur Exod. XXII, 14, *stipendium* sacerdotum Num. XVIII, 31. — 2) *praemium* max. a Deo datum, idque sive meritorum Gen. XV, 1. 2 Par. XV, 7. Jer. XXXI, 16. Ps. CXXVII, 3, sive laborum quos quis perpessus est Jes. XL, 10. LXII, 11. Ezech. XXIX, 18. 19. — 3) n. pr. virorum a) 1 Par. XXVI, 4. b) 1 Par. XI, 35, pro quo in loco parall. 2 Sam. XXIII, 33 est שָׁרָר.

שֶׂכֶר m. *merces*. Prov. XI, 18. Jes. XIX, 10: עֹשֵׂי שֶׂכֶר mercenarii, pr. facientes (merentes) mercedem, v. עָשָׂה.

שָׂכִיר m. *mercenarius* Ex. XXII, 14. Lev. XIX, 13. XXII, 10. XXV, 40. Deut. XV, 18. XXIV, 14 al. Job. VII, 1: כִּימֵי שָׂכִיר יָמָיו *ut dies mercenarii dies eius* i. e. aerumnosae cf. XIV, 6. Jes. XVI, 14: *tribus annis* כִּשְׁנֵי שָׂכִיר *secundum annos mercenarii*, h. e. hoc ipso tempore hoc eveniet, non diutius differetur eventus, quemadmodum mercenarius opus diurnum ultra tempus statutum non protrahit. XXI, 16. Rad. שָׂכַר.

שְׂכִירָה f. *conductio*. Jes. VII, 20: תַּעַר הַשְּׂכִירָה *novacula conductionis* i. e. conducta.

יִשָּׂשכָר (de pronunciatione et forma v. infra) n. pr. *Issachar*, filius Jacobi natu quintus, quem ex Lea uxore suscepit (Gen. XXX, 17. XLVI, 13) auctor tribus Israëliticae cognominis (Num. XXVI, 23), cuius fines describuntur Jos. XIX, 17 sqq. Indoles huius tribus ad rem rusticam et nauticam magis quam ad militiam proclivis significatur Gen. XLIX, 14. Deut. XXXIII, 18 cf. Jos. Ant. 5, 1, 22. — De forma nominis, in qua pronuncianda saepe et variis modis erratum est, paulo accuratius exponere placet. Scriptura, quam supra dedimus quamque in Occidente libri et scripti et editi exhibent, est filii Asher, in qua duplex lectio latet, Chethib ישׂשכר, et Keri ישׂכר (v. Norzi ad Gen. l. c.). Et Keri quidem efferri iubent יִשָּׂכָר i. e. (filius) qui *data mercede emtus* s. *acquisitus est* cf. Gen. XXX, 16, deriv. fut. Niph., secundum alios contr. ex יִשְׂשָׂכָר, quod exhibet Cheth. Chethibh (notante Elia Levita in Masoreth Hammasoreth p. 49, ed. germ. p. 163) ben Naphtali recte pronunciabat יִשְׂשָׂכָר, quod ortum ex יֵשׁ שָׂכָר *est merces* (2 Par. XV, 7. Jer. XXXI, 16), male nonnulli recentiores perperam adhibitis scripturae marginalis vocalibus: יִשָּׂשכָר pro יִשָּׂא שָׂכָר *affert mercedem*. Exempla similia, quae in Chethibh duplicem quandam litteram exhibent, in Keri simplicem, notantibus Elia, Norzio al. sunt מְחַצְצְרִים 2 Par. VII, 6. XXIX, 28, מְחִיּיָאֵל Gen. IV, 18, יִרְאִיָּה Jer. XXXVII, 13. 14. Duo Sin exhibet etiam Cod. Sam. cum Versione chald. sam. et Onk. Ex reliquis intpp. LXX longe plerisque in libris recte exhibent Ἰσσάχαρ, in paucis Ἰσάχαρ (absurde nonnulli in Apoc. VII, 7 Ἰσασχάρ): Vulg. *Issachar*, Pesch. ܐܝܣܟܪ, Saad. et Arabs Josuae: ايساخر, يساخار, ex recentioribus Lutherus male *Isaschar*, quod non potest non ita ortum esse, ut Chethibh ישׂשכר pronunciaret cum vocalibus ad Keri pertinentibus: יִשָּׂשכָר *Jissas-char*.

מַשְׂכֹּרֶת f. *merces*. Gen. XXIX, 15. XXXI, 7. 41, *praemium* Ruth II, 12.

שָׂלָה i. q. arab. سلى 1) tranquillus, quietus fuit (i. q. שָׁלָה); 2) pinguis fuit, arab. conj. VIII. pinguis fuit (de ove). Vide Geuh. ap. Schult. Origg. hebr. p. 219 sqq.

שְׂלָו (Keri שְׂלָיו cf. סָחַו et סְחִיו) *coturnix*, ter occurrit collect. Ex. XVI, 13 (h. l. cum fem.). Num. XI, 32. Ps. CV, 40. A pinguedine ea dicta est, ut arab. سُمَانَى coturnicis species, a سمن. R. Salomo ad Exod. l. c. השלו מין עוף והוא שמן מאד. Plur. שַׂלְוִים Num. XI, 31 a forma sing. שַׂלְוָה, quae respondet formae arab. سَلْوَى (Cor. 2, 54. 7, 160, et hodieque in illis regionibus), syr. ܣܠܘܐ et sam. סלוי Num. XI, 32, quae etiam in cod. Hebraeo-Samaritano reperitur (שלוי Ex. l. c. Num. XI, 31. 32), et in Vers. Sam. סלויתא, סלביתא scribitur Num. XI, 31. Ex. XVI, 13. LXX (et Sap. XVI, 2. XIX, 12) ὀρτυγομήτρα, quae avium species a coturnice (ὄρτυξ) passim distinguitur (Arist. h. a. 8, 12), nostr. Wachtelkönig, sed h. l. nihil quidquam est nisi ὄρτυξ ὑπερμεγέθης Hesych. ut τεττιγομήτρα magna cicada, λωτομήτρα loti species magna, quocirca etiam ὀρτυγομήτραν et ὄρτυγα promiscue ponunt. Inde Josephus (ant. 3, 1) ὀρτύγων πλῆθος. Hieron. *coturnices*. Intpp. Semitici linguarum patriarum beneficio ipsam vocem hebraeam retinent (v. supra). E recentioribus fuerunt, qui avem قطا dictam, ex tetraonum genere, in deserto frequentem intelligere mallent (Hasselquist itin. p. 333. Faber ad Harmar. observv. II, 442): alii adeo ad *locustas* confugiebant (Iob. Ludolf. comment. ad hist. aeth. I, 13 no. 96. Nieb. Arabien p. 172) *piscesque alatos* (Michaël. in Synt. Comment. II p. 104. 115. Ehrenberg in geogr. Zeitung IX, 86): sed receptam sententiam ita suadet tum arab. سلوى tum coturnicum in illis regionibus frequentia (Diod. 1, 60. Prosp. Alp. rer. aegypt. 4, 1. Sonnini Reisen II, 414), ut facile profecto persuaderis. Unum concedi potest, hebr. שְׂלָו praeter coturnicem (arab. سلوى) etiam avem قطا dictam coturnici similem, sed maiorem, comprehendisse, v. Burckhardt itin. II, 681. Robinson III, 183. et in univ. Boch. Hieroz. II, 92.

שַׂלְמָה litteris transpositis pro שִׂמְלָה f. 1) *vestis* Ex. XXII, 8. Mich. II, 8. — 2) n. pr. pater Boasi Ruth IV, 20, qui scribitur שַׂלְמָא 1 Par. II, 11, שַׂלְמוֹן Ruth IV, 21.

שַׂלְמָא (vestis) n. pr. virorum a) filii Calebi 1 Par. II, 51. 54. b) v. שַׂלְמָה no. 2.

שַׂלְמוֹן (vestitus) n. pr. m., v. שַׂלְמָה no. 2.

שַׂלְמַי n. pr. m. Neh. VII, 48, pro quo Esr. II, 46 שַׂמְלַי.

שְׂמֹאל in Hiph. הִשְׂמְאִיל fut. יַשְׂמְאִיל Gen. XIII, 9. Jes. XXX, 21, inf. et imp. הַשְׂמִיל 2 Sam. XIV, 19, הַשְׂמִילִי Ez. XXI, 21 (eiecto א), part. מַשְׂמְאִלִים 1 Par. XII, 2 denom. a שְׂמֹאל 1) *sinistrorsum se convertit, sinistram petiit*, v. ll. cc. praeter 1 Par. XII, 2. — 2) *sinistra manu usus est* 1 Par. XII, 2.

שְׂמֹאל, non raro plenius שְׂמֹאול Num. XX, 17. XXII, 26. Deut. II, 27. 2 Reg. XXIII, 8. Iob. XXIII, 9 (quod nescio an pronunciandum sit שְׂמֹאוֹל, شِمَال) 1) *manus sinistra*, ut יָמִין manus dextera. Gen. XLVIII, 14. Iud. XVI, 29. Jon. IV, 11. Cant. II, 6. VIII, 3. In acc. שְׂמֹאל et הַשְּׂמֹאל (Gen. XIII, 9) ad sinistram, sinistrorsum Num. XX, 17, saepe in locutione: לֹא סָר יָמִין וּשְׂמֹאל recessit neque dextrorsum neque sinistrorsum Deut. II, 27. V, 29. Jos. I, 7. XXIII, 6. 1 Sam. VI, 12. 2 Reg. XXII, 2. מִשְּׂמֹאל a sinistra 1 Reg. VII, 49, sq. gen. a sinistra alicuius Gen. XLVIII, 13. 2 Sam. XVI, 6. 1 Reg. XXII, 19. 2 Par. IV, 8. עַל שְׂמֹאל ad sinistram 2 Reg. XXIII, 8, sinistrorsum Gen. XXIV, 49. Jes. IX, 19. — 2) *sinistrum latus*. Unde יַד־שְׂמֹאל manus sinistra Iud. III, 21. Ez. XXXIX, 3. — 3) *septentrio, plaga septentrionalis* Iob. XXIII, 9. Gen. XIV, 15: מִשְּׂמֹאל לְדַמָּשֶׂק *a septentrione Damasci*. (Ex arabicis respondent شِمَال sinistra manus, sinistrum latus, septentrio, شَامَل, شَامَل, شِمَال, it. شَوْمَل, شَمِيل, شَمْل, شَمْل ventus septentrionalis, شِمَالِيل sinistrum latus, denom. شمل in latere sinistro cepit, septentrionem versus convertit se ventus, quibus cognatum videtur شَام plaga sinistra, septentrionalis, شَآم sinister fuit, infaustus fuit. De origine quadrilitteri alii ita statuunt, ut primariam radicem ponant שאם شأم et ל vel additicium putent vel repetitum a מול ut שמאל conflatum sit ex שאם et מול: aliis primaria radix est שמל شمل veste se circumdedit et involvit, ita ut שְׂמֹאל manus sinistra sic dicta sit, quippe quae exteriore veste in humerum sinistrum reiecta circumvolvi solita sit, Simonis).

שְׂמָאלִי adj. *sinister* (opp. יְמָנִי dexter). 1 Reg. VII, 21. Ez. IV, 4. Fem. שְׂמָאלִית Lev. XIV, 15. 16. 26. 27. 2 Reg. XI, 11. (Formam defectivam שְׂמָלִי, quam nonnulla lexx. annotant, in editt. non reperio).

שָׂמַח et שָׂמֵחַ (Neh. XII, 43. Zach. X, 7) fut. יִשְׂמַח *laetatus est, gavisus est*. (Arab. سمح est: liberalis, clemens, beneficus fuit, unde suspicari possis, originem esse in vulto *sereno, hilari*, pr. nitido, lucido coll. Prov. XIII, 9 et נָהַר no. II. Vide Schult. ad Har. II, 100.

III, 146. diss. Lugdd. p. 1171. Sed שָׂמַח haud raro de effusiore laetitia ponitur, ut eorum qui inter pocula genio indulgent laetasque voces edunt v. שִׂמְחָה litt. a. b; quocirca originem potius quaesiverim in laetitiae quadam significatione magis conspicua et audibili, sive in laetis vocibus, ut in עָלַץ, עָלַס, sive in exultando, ut in שׂוּשׂ, גִּיל, sive in alio laetitiae gestu, velut *risu*. Significatio apud Arabes usitata secundaria videtur, petita a vultu *subridente*, *comi*, *sereno*). Iud. IX, 19. 1 Sam. XI, 15. 1 Reg. V, 21. Eccl. III, 22 al. Passim de effusiore laetitia, ut epulantium et genio indulgentium 1 Reg. IV, 20. Eccl. VIII, 15 (cf. Zach. X, 7), unde שָׂמַח לִפְנֵי יְי de iis qui sacras epulas in atriis sacrarii instituebant Lev. XXIII, 40. Deut. XII, 7. 12. 18. XIV, 26. XVI, 11. Neh. XII, 43 (cf. Jes. IX, 2 de feriis propter messem institutis), it. cantantium et saltantium Iob. XXI, 12: יִשְׂמְחוּ לְקוֹל עוּגָב. — Dicunt שָׂמַח בְּלִבּוֹ Ex. IV, 14, alibi gaudium cordi tribuitur Ps. XVI, 9. XXXIII, 21. Prov. XXIII, 15: tribuitur etiam inanimatis, ut coelis Ps. XCVI, 11. 1 Paral. XVI, 31, Zioni monti Ps. XLVIII, 12, semel lucernae Prov. XIII, 9: *lucerna iustorum* יִשְׂמָח i. e. laeto quasi splendore ardet, opp. יִדְעָךְ exstinguitur. Id de quo gaudent ponitur praevio בְּ (Freude haben *an* etwas) 1 Sam. II, 1. Ps. XXI, 2. CIV, 31. CXXII, 1. Prov. XXIII, 24 al.: עַל Jes. IX, 16. XXXIX, 2. Jon. IV, 6. 1 Par. XXIX, 9, raro מִן Prov. V, 18 (ubi complures codd. habent בְּ). Eccl. II, 10: sequitur etiam gerundium, ut שָׂמַח לִרְאוֹת 1 Sam. VI, 13, et כִּי Ps. LVIII, 11. Iob. XXXI, 25. De gaudio propter calamitates, interitum alic. dicunt שָׂמַח לְ Ps. XXXV, 19. 24. XXXVIII, 17. Jes. XIV, 8. Mich. VII, 8. Obad. 12, rarius שָׂמַח בְּ (ut supra) Prov. XXIV, 17. Iob. XXXI, 29. Saepe dicitur: שָׂמַח בַּיהוָֹה laetatus de Jova i. e. de auxilio et tutela eius Ps. IX, 3. XXXII, 11. LXXXV, 7. XCVII, 12. CIV, 34. Joël II, 23 (ubi vide Credn.). — Praegn. dictum est Iud. XIX, 3: וַיִּשְׂמַח לִקְרָאתוֹ *et laetus ei obviam ivit.* — Synonymum gravius est גִּיל v. Iob. III, 22.

Pi. שִׂמַּח *laetitiâ affecit* aliquem, sq. acc. Deut. XXIV, 5. Prov. X, 1. XV, 20. 30. XXVII, 9. XXIX, 3. Ps. XLV, 9. CIV, 15 al., de laetitia ex alienis malis percepta sq. לְ Ps. XXX, 2, sq. עַל Thren. II, 17, מִן 2 Par. XX, 27.

Hiph. i. q. Pi. Ps. LXXXIX, 43.

שָׂמֵחַ fem. שְׂמֵחָה adj. verbale *laetans*, *laetus* (a, um) Deut. XVI, 15, sq. מִן de al. re Eccl. II, 10, sq. gerundio Prov. II, 14: שְׂמֵחִים לַעֲשׂוֹת רָע *qui laetantur facere malum.* Pl. st. constr. semel שְׂמֵחֵי Ps. XXXV, 26, alibi שִׂמְחֵי Jes. XXIV, 7 cet.

שִׂמְחָה f. *laetitia* Ps. IV, 8. XLV, 16 cet. שָׂמַח שִׂמְחָה גְדוֹלָה valde laetatus est 1 Reg. I, 40. Ion. IV, 6. Spec. a) laetae voces, laeti clamores Gen. XXXI, 27. Neh. XII, 43. 2 Par. XXIII, 18. XXIX, 30: וַיְהַלְלוּ עַד לְשִׂמְחָה. קוֹל שִׂמְחָה Jer. VII, 34. XVI, 9. XXV, 10. — b) *epulae laetae*, *voluptates* (Freudenfest, Freudenmahl, Lustbarkeit) Iud. XVI, 23: *et congregati sunt principes Philistaeorum ad sacrificium Dagonis* וּלְשִׂמְחָה *et ad epulas.* Prov. XXI, 17: אֹהֵב שִׂמְחָה *epulas amans.* עָשָׂה שִׂמְחָה Neh. VIII, 12. XII, 27. 2 Par. XXX, 23. בֵּית שִׂמְחָה domus laetitiae, epularum Eccl. VII, 4.

שְׂמִיכָה f. *stragulum*, quod cubanti et dormienti insternitur Iud. IV, 18. Rad. סָמַךְ innixus est rei; sunt etiam codd. in quibus סְמִיכָה legatur. (Syr. ܣܡܟܐ accubitus, triclinium). Targ. גּוּנְכָא i. e. καυνάκη, lat. *gaunacum.* De illo Hesych. καυνάκαι, στρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἑτερομαλλῆ, hoc Varro (L. L. 4, 35) explicat sagum maius et amphimallum i. e. ex utraque parte villosum. Aulaeum tentorii intelligit Faber (ad Harm. pag. 116): male.

שָׂמַל rad. inusit. Arab. شَمَلَ texit aliquem veste شَمْلَةٌ. IV. vesti se involvit.

שִׂמְלָה f. *vestis*, spec. exterior et ampla Gen. IX, 23. Iud. VIII, 25. Prov. XXX, 4, in quam noctu se involvebant Deut. XXII, 17, tum virorum tum mulierum (Deut. XXII, 5): *pallium* militis Jes. IX, 4. (Arab. شَمْلَةٌ vestimentum, spec. totum corpus involvens). Gener. *vestimentum.* לֶחֶם וְשִׂמְלָה cibus et vestimentum Deut. X, 18. Jes. III, 7. IV, 1. Plur. שְׂמָלוֹת *vestes* Gen. XLV, 22. Ex. III, 22 al. Per transpositionem inde ortum est שַׂלְמָה q. v.

שַׂמְלָה (vestis) n. pr. regis Idumaeorum Gen. XXXVI, 36. 1 Par. I, 47.

שָׂמַם rad. inusit. arab. سَمَّ venenavit, unde سَمُومٌ ventus venenatus, *Samûm.* Inde

שְׂמָמִית (nonnulli codd. male שְׂמָמִית) *lacertae venenatae species*, *stellio.* Prov. XXX, 28, ubi in quattuor minimis iisque sapientibus recensetur: שְׂמָמִית *quae manibus prehendit* et *est in palatiis regum.* Aben Esra *simiam* interpretabatur, R. Levi et Kimchius *araneam*, sed recte iam LXX καλαβώτης. Vulg. *stellio.* De stellione ipsa vox שממית reperitur Lev. XI, 30 apud intp. Sam. (pro לְטָאָה) et in Targ. Jon. et Hieros. (pro אֲנָקָה), neque non in Talm. Sabb. p. 77 b: אימת שממית על העקרב *terror stellionis super scorpionem* (cf. Plin. 29, 4. Aelian. h. an. 6, 22), eandemque utcunque depravatam servavit lingua Graeca recentior σαμιαμίνϑος, samiamitos (v. Salmas. ad Solin. 1161. du Fresne glossar. p. 1330). In lingua Arabica respondet سَامّ أَبْرَص (v. Freyt. 1, 109) lacerta venenata eaque leprosa, ita dicta a maculis leprae similibus. De sollertia stellionis max. in muscis capiendis deque „manibus“ eius v. Bocharti Hieroz. II, 510 sqq.

שָׁמַר, unde

מַשְׁמְרוֹת pl. f. *clavi*, v. סָמַר p. 961. Adde aeth. ሰመረ: affixit, coniunxit.

שָׂנֵא fut. יִשְׂנָא inf. absol. שָׂנֹא cstr. שְׂנֹא et שְׂנֹאת Prov. VIII, 13 *odit, odio habuit.* (Syr. ܣܢܐ. Arab. شَنَأَ id., sed hoc etiam intrans. turpis, deformis fuit i. q. شَنُعَ, adde مَشْنَأ deformis aspectu, invisus, شَنَّعَ et شَنَعَ turpem habuit, infamavit, accusavit, أَشْنَع turpis, invisus. Atque in hac turpitudine aliis odiosa et invisa vocis origo esse videtur, ut contra apud nos *hässlich* est a verbo *hassen*, cf. gr. ἐχθρὸς τινί ap. Hom. invisus, odiosus alicui). Constr. sq. acc. pers. Gen. XXVI, 27. XXXVII, 4. 5. 8. Deut. XXII, 13. XXIV, 3. Iud. XIV, 16. XV, 2. 2 Sam. XIII, 15. 22. Ps. V, 6. XXVI, 5. XXXI, 7. CXXXIX, 22, et rei v. c. odisse mendacium Ps. CXIX, 104. 128. 163, impietatem XLV, 8, disciplinam L, 17. Prov. V, 12, vitam Eccl. II, 17, pacem Ps. CXX, 6 al.; raro sq. לְ pers. Deut. XIX, 11 (sed vide part.). Tribuitur animo (נֶפֶשׁ) Jes. I, 14. Ps. XI, 5. Opp. אָהֵב Deut. XXI, 15. 2 Sam. XIX, 7. — Part. שֹׂנֵא subst. *osor*, tum de *inimico* Ex. XXIII, 5. Iob. VIII, 22. Prov. XXV, 21. Ps. XXXV, 19. XXXVIII, 20, tum de *hoste* Gen. XXIV, 60. Ex. I, 10. Ps. XXI, 9. Cum suff. שֹׂנְאוֹ Deut. VII, 10, sed pro eo etiam שֹׂנֵא לוֹ (ut gr. ἐχθρὸς τινί cf. gr. §. 112, 2) Deut. IV, 42. XIX, 4. 6. 11. Jos. XX, 5. Fem. pl. שֹׂנְאוֹת inimicae Ez. XVI, 27.

Niph. pass. Kal Prov. XIV, 17. 20.

Pi. in solo part. מְשַׂנֵּא *osor*, tum *inimicus* Iob. XXXI, 29, tum *hostis* Deut. XXXIII, 11. Ps. XVIII, 41. XLIV, 11. LXVIII, 2. LXXXIX, 24, ubique in solo poëtico sermone.

שְׂנֵא chald. in solo part. שָׂנְאִין *osores, hostes* Dan. IV, 16. In Targg. plerumque scribitur סְנָא per Samech, raro per שׂ v. Buxt. p. 1508.

שִׂנְאָה f. 1) inf. rad. (ut אַהֲבָה) Deut. I, 27. — 2) *odium.* 2 Sam. XIII, 15. Ps. CIX, 5. Eccl. IX, 1. בְּשִׂנְאָה cum (ex) odio Num. XXXV, 20. שְׂנֵא שִׂנְאָה גְדֹלָה magno odio habuit 2 Sam. XIII, 15.

שָׂנִיא adj. f. שְׂנִיאָה *exosa* Deut. XXI, 15.

שָׂנַר rad. inusit. prob. i. q. צָנַר, כָּנַר *striduit, strepuit* (de strepitu armorum), unde سَنَوَّر arma, loricae (sec. alios hoc vc. peregrinum est, v. Freyt. II, 365). Inde

שְׂנִיר (vel *catarrhacta* i. q. צִנּוֹר ab aquarum strepitu; vel i. q. سَنَوَّر et שִׁרְיוֹן *lorica*, a quacunque eius montis similitudine cf. syn. שִׂרְיוֹן et Θώραξ de Magnesiae monte) n. pr. Hermonis montis apud Amoraeos Deut. III, 9, qui Sidoniis שִׂרְיוֹן dictus est. Ezech. XXVII, 5 (parall. לְבָנוֹן). Angustiori sensu ita appellata est pars Hermonis s. Antilibani, qui distinguitur a *Senír* Cant. IV, 8. 1 Par. V, 23, eaque septentrionalis: certe Arabes eam Antilibani partem, quae a septentrione Damasci est, جبل سنير appellant, Abulf. p. 68 ed. Paris. — Cant. l. c. sunt qui legant שְׁנִיר, non bene.

שְׂעִפִּים *cogitationes*, v. rad. סָעַף p. 963.

שָׂעַר *horruit* (nostr. schauern, schaudern), dicitur

1) ut סָעַר, de subita commotione tempestatis, procellae, v. Pi. Hithpa. Hi. (Cf. lat. dies horruit imbre Val. Flacc. tempestas horrescit nimbis Sil. 1, 133, nostr. ein Hagel*schauer*, *skura windis* procella Ulph., angl. *shower*). Sq. acc. *tempestate disiecit*, subitanea *procella abripuit.* Ps. LVIII, 10. (Cf. aeth. ሰዐረ: amh. *shāra* destruxit, abolevit). Vide שַׂעַר no. 1, סְעָרָה, שְׂעִירִים.

2) de commotione et concussione cutis in homine terrore correpto, gr. φρίσσω, φρίττω, angl. *to shudder, to shiver.* Ez. XXVII, 35: מַלְכֵיהֶם שָׂעֲרוּ שַׂעַר *reges eorum horrore correpti sunt.* Jer. II, 12, sq. עַל caussa Ezech. XXXII, 10: יִשְׂעֲרוּ עָלֶיךָ שַׂעַר. Sq. acc. φρίσσω τινά, *sacro horrore reveritus est* numen (cf. φρίκη πρὸς τὸ θεῖον Xenoph.). Deut. XXXII, 17: *numina peregrina* לֹא שְׂעָרוּם אֲבֹתֵיכֶם *quae non reveriti sunt patres vestri.*

3) Quo in horrore cutis quum *comae horrere* soleant et erigi (Iob. IV, 15 gr. φρίσσουσι τρίχες Hesiod. op. 540, capilli horrent Tib. 2, 3, 23), in derivatis reperitur etiam *horridi, hirti, hirsuti* significatio, unde שֵׂעָר, שַׂעֲרָה *pilus*, *Haar* coll. hirtus, hirsutus, hircus, χήρ, *her*, *heres* i. e. herinaceus, שְׂעֹרָה *hordeum*, ita dictum ab aristis horridis et hirsutis (λήϊον φρίσσει ἀσταχύεσσιν Il. 23, 599, horret ager aristis Virg.), שָׂעִיר hirsutus, hircus, arab. شَعِرَ hirsutus, pilosus fuit. II. id.

Niph. Impers. נִשְׂעֲרָה *horret* i. e. saevit tempestas. Ps. L, 3.

Pi. *procellâ abstulit*, sq. מִן Iob. XXVII, 21: וִישָׂעֲרֵהוּ מִמְּקֹמוֹ.

Hithp. fut. יִשְׂתָּעֵר procellae instar *irruit*, sq. עַל Dan. XI, 40.

שַׂעַר m. 1) *tempestas horrida, procella* Jes. XXVIII, 2. — 2) *horror* Iob. XVIII, 20. Ez. XXVII, 35. XXXII, 10. — Semel est cstr. subst. שֵׂעָר crinis.

שֵׂעָר m. cstr. שְׂעַר, semel שַׂעַר Jes. VII, 20, *pilus* collect. *pili* (ut nostr. *das Haar*, lat. *capillus* apud scriptores antiquiores), pr. horridum, hirsutum (das Struppige,

Rauche) cf. *pilus* cum cognatis *villus*, *vellus*, v. Doederl. lat. Syn. III, 18. (Arab. شَعْر crines, aeth. ሥዕርት: it. duriore forma ጸጕር: Syr. ܣܥܪܐ, ܣܥܪܬܐ id.). Dicitur a) de *pilis* capitis, *capillo*, modo addito ראשׁ Iud. XVI, 22. 2 Sam. XIV, 26. Esr. IX, 3, modo omisso Cant. IV, 1. קָדְקֹד שֵׂעָר vertex capilli Ps. LXVIII, 22. b) de pilis reliqui corporis. Lev. XIII, 3 sqq. שְׂעַר רַגְלַיִם pili pedum i. e. pudendorum Jes. VII, 20, de quibus שֵׂעָר *κατ᾽ ἐξοχήν* Ezech. XVI, 7. (Arab. شِعْرَة crinis pubis, pec. in feminis, إِشْعَر, شِعْرَة id.). Fortasse etiam c) de *villis* panni lanei. אַדֶּרֶת שֵׂעָר pallium pilosum i. e. vel pelliceum (Pelz, arab. شِعَار) vel villosum, ex panno villoso factum Gen. XXV, 25. Zach. XIII, 4. Inde אִישׁ בַּעַל שֵׂעָר vir eiusmodi pallio indutus 2 Reg. I, 8.

שְׂעַר chald. id. *capillus*, addito רֵאשׁ Dan. III, 27. VII, 9. In Targg. id.

שְׂעָרָה f. i. q. סְעָרָה *procella* Iob. IX, 17. Nah. I, 3.

שַׂעֲרָה f. *pilus*. Semel de uno pilo (arab. شَعْرَة) Iud. XX, 16: אֶל־הַשַּׂעֲרָה *ad pilum*, proverb. q. d. ad unguem, de funditoribus ne pilum quidem a scopo aberrantibus. Alibi: *pili* a) capitis, *capillus*, *capilli*. 1 Sam. XIV, 45: אִם יִפֹּל מִשַּׂעֲרַת רֹאשׁוֹ *ne cadito* unus *de capillis eius*. 2 Sam. XIV, 11. 1 Reg. I, 52. b) universi corporis. Iob. IV, 15: תְּסַמֵּר שַׂעֲרַת בְּשָׂרִי. Plur. שַׂעֲרוֹת רֹאשִׁי Ps. XL, 13. LXIX, 5.

שְׂעֹרָה f. *hordeum*, a spicis hirsutis et horridis dictum, ut lat. *hor*deum (v. rad. no. 3) et contra כֻּסֶּמֶת spelta (q. v.) a spicis detonsis. (Syr. ܣܥܪܬܐ, chald. שְׂעָרִין, שְׂעוֹרִין, סְעַרְתָּא id. Arab. شَعِير hordeum, شَعِيرَة hordei granum). In sing. ubique de hordeo in agro crescente Ex. IX, 31. Deut. VIII, 8. Jes. XXVIII, 25. Joël I, 11. Iob. XXXI, 40; sed plur. שְׂעֹרִים de granis (cf. חִטָּה, חִטִּים) 2 Sam. XVII, 28. 1 Reg. V, 18. Jer. XLI, 8. Ez. IV, 9 al. חֹמֶר שְׂעֹרִים Chomer hordei Lev. XXVII, 16, קֶמַח שְׂעֹרִים farina hordeacea Num. V, 15, לֶחֶם שְׂעֹרִים panis hordeaceus Iud. VII, 13, עֻגַת שׂ׳ Ez. IV, 12. In eundem censum venit קְצִיר שְׂעֹרִים Ruth I, 22. II, 23. 2 Sam. XXI, 9, *grana* enim ex area in horrea colliguntur.

שְׂעֹרִים (hordeum) n. pr. viri 1 Par. XXIV, 8.

שָׂעִיר m. 1) adj. *hirsutus*, *pilosus*. (Arab. شَعِر, أَشْعَر id. Chald. syr. סַעְרָן, ܣܥܪܢܐ id.) Gen. XXVII, 11. 23. Dan. VIII, 21: הַצָּפִיר הַשָּׂעִיר *hircus hirsutus*. Inde

2) *hircus* (quod quidem vc. latinum proprie *hirtum*, *hirsutum* significat), *caper*. Lev. IV, 24. XVI, 9 sqq. Plenius שְׂעִיר עִזִּים hircus caprarum (nostr. Ziegenbock) Gen. XXXVII, 31. Lev. IV, 23. XVI, 5. Num. VII, 16 sqq. XXVIII, 30. XXIX, 11 al. שְׂעִיר הַחַטָּאת hircus peccati, qui pro peccato populi sacrificatur Lev. IX, 3. 15. X, 16. XVI, 15. 27. De cultu hircorum apud Hebraeos (ad exemplum Mendis sub figura hirci ab Aegyptiis culti) v. Lev. XVII, 7. 2 Par. XI, 15. — Plur. שְׂעִירִים *hirci* dicitur etiam de *satyris Faunis*ve vel huiusmodi naturis fabulosis partim humanae partim hircinae figurae, quae in desertis degere, saltare (Jes. XIII, 21) sibique acclamare (ib. XXXIV, 14) dicuntur. LXX *δαιμόνια*. Targ. et Pesch. שֵׁדִין, ܫܐܕܐ. Vulg. *pilosi*, quod Hieron. explicat: „vel incubones vel satyros vel silvestres quosdam homines, quos nonnulli fatuos ficarios (v. du Fresne gloss. h. v.) vocant, aut daemonum genera intelligunt." Vide plura de his veterum Orientalium superstitionibus apud Bochartum in Hieroz. II, 844 et in Comment. nostr. ad Jes. ll. cc.

3) pl. שְׂעִירִים *imbres* (Regenschauer), angl. *showers* Deut. XXXII, 2. Vide rad. no. 1.

שֵׂעִיר (i. q. שָׂעִיר hirsutus) n. pr. 1) regionis montanae, quae Palaestinae ab austro contermina (Jos. XI, 17. XII, 7) inde a mari mortuo usque ad sinum Aelaniten porrigitur, cuiusque pars borealis hodie *Gebâl* جبال, appellatur (v. גְּבָל et Euseb. s. v. *Σηείρ*), australis الشراة (quae quidem vox *terrae tractum* designans cum hebr. שֵׂעִיר nulla etymi necessitudine coniuncta est), v. Burckhardt itin. Syriae p. 674. 688. 1067 ed. nostr. Robinson Palaest. III, 103. Primitus eam regionem, quae saepe plenius הַר שֵׂעִיר appellatur Gen. XIV, 6. Deut. I, 2. II, 1, Horitae habitabant Gen. l. c. Deut. II, 12, dein Esavus Gen. XXXII, 4. XXXIII, 14. 16. XXXVI, 8, postea posteri eius Edomitae Num. XXIV, 8. Deut. II, 4. Jos. XXIV, 4. 2 Par. XX, 10. 22. 23. Jes. XXI, 11. Ez. XXV, 8. XXXV, 2 sqq. Iud. V, 4 (parall. שְׂדֵה אֱדוֹם). Bis incolae בְּנֵי שֵׂעִיר appellantur 2 Par. XXV, 11. 14, quasi *Seïr* illius populi pater et conditor fuerit (v. Gen. XXXVI, 20—30. 1 Par. I, 38): sed probabilius tamen est, regionem illam montanam et silvestrem id nominis nactam esse ab illa ipsa regionis indole et virtutibus: *pilosam* s. *hirsutam* enim appellant regionem arboribus obsitam, ut arab. شِعْرَا arboretum, شَعَار arbores, arbores perplexae (cf. شَجَرَة arbor), gr. *λάσιος* hirsutus, arboribus obsitus, cf. *χαίτη* iuba, frondes arboris. Joseph. Ant. 1, 20 §. 3: *ὑπεχώρησεν εἰς Σάειραν ἐνταῦθα γὰρ ἐποιεῖτο τὴν διαίταν, προσαγορεύσας τὸ χωρίον ἀπὸ τῆς αὐτοῦ τριχώσεως Δασεῖαν* (שֵׂעִיר). Observatu etiam dignum, hoc regionis nomen cum ipsius Esavi nomine (עֵשָׂו hirsutus) convenire. — 2) montis in tribu Judae Jos. XV, 10.

שְׂעִירָה f. 1) *capra* Levit. V, 6: שְׂעִירַת עִזִּים, v. masc. IV, 23. 2) n. pr. regionis in montanis Ephraimitarum Iud. III, 26 cf. 27.

שׂפה rad. inusit., quae vorandi, ligurriendi, sorbendi potestatem habuisse videtur, ut cogn. סָבָא, q. v., quam in aliis linguarum familiis r vel l insertis rad. *slab*, *srab* exprimunt, cf. شرب bibit, ܣܪܒ sorbuit, lat. *sorbere*, germ. vulg. *schlappen*. Abiecto l oritur *sapio* gusto, contra abiecto sibilo pers. لب, lat. *labium*.

שָׂפָה f. dual. שְׂפָתַיִם cstr. שִׂפְתֵי, rarius pl. (qui linguae usu a duali nil differt) cstr. שִׂפְתוֹת (quasi a שֶׂפֶת) 1) *labium*. (Syr. et chald. ܣܶܦܬܳܐ pl. ܣܶܦܘ̈ܳܬܳܐ, סִפָא, סִפְתָא, שִׂפְתָא, arab. شَفَةٌ id. Aegypt. CΠOTOY, CΦOTOY id.) Jes. XXXVII, 29. Cant. IV, 3. 11. V, 13. Prov. XXIV, 28. הִפְטִיר בְּשָׂפָה hiare labiis, qui illudentium gestus est Ps. XXII, 8. Plerumque memoratur a) ut *instrumentum loquelae*. *Aperuit labia* i. e. loqui coepit Iob. XI, 5. XXXII, 20, *aperuit labia* alic. eum loqui fecit Ps. LI, 17, *cohibuit labia* Ps. XL, 10. Prov. X, 19. *Super labiis* Prov. XVI, 10. Ps. XVI, 4 (semel *sub labiis* CXL, 4) esse dicitur sermo, unde Ez. XXXVI, 3: *ascendistis super labium linguae* calumniatricis, in ora malevolorum hominum incurristis. Iob. II, 10: *non peccavit labiis suis*. Ps. XLV, 3: *gratia effusa est super labia tua*, iucundissimi, eloquentissimi sunt sermones tui. Iob. XII, 20: *aufert labium spectatis* i. e. spectatae eloquentiae et sapientiae viris. עֲרַל שְׂפָתַיִם non circumcisus labiis Exod. VI, 12 vocatur, cui non promtus facilisque est labiorum usus. Inde refertur b) ad *modum loquendi*, *α*) populorum, inde *dialectus*, *lingua*. Gen. XI, 1. 6. 7. 9. Jes. XIX, 18: שְׂפַת כְּנַעַן *lingua Cananitica*. XXXIII, 19: עִמְקֵי שָׂפָה gens linguae profundae i. e. intellectu difficilis, barbarae. Ez. III, 5. 6. *β*) singulorum hominum, quorum loquendi modus pro ingenii morumque modulo varius est. שִׂפְתֵי שֶׁקֶר labia fraudulenta, sermo fraudulentus Prov. X, 18, cf. XVII, 4. 7. Ps. CXX, 2. שְׂפַת אֱמֶת Prov. XII, 19, שְׂפַת אָוֶן XVII, 4, שְׂפָתַיִם דֹּלְקִים XXVI, 23 labia flagrantia i. e. amorem ardentissimum simulantia. מֶתֶק שְׂפָתַיִם dulcedo labiorum, sermo dulcis Prov. XVI, 22. Sic *labium purum* Zeph. III, 9, *impurum* Jes. VI, 5, *laeve* Ps. XII, 3. 4. Spec. *verbum labiorum* in malam partem dicitur de eo quod quis ore quidem, sed minus considerate, sine ratione proloquitur (Jes. XXIX, 13), itaque *sermo stolidus* Jes. XXXVI, 5. Prov. XIV, 23 (vide tamen Ps. XVII, 4. Prov. XXIII, 16), et sic אִישׁ שְׂפָתַיִם homo loquax, garrulus Iob. XI, 2, אֱוִיל שְׂפָתַיִם stultus garrulus Prov. X, 8, בִּטֵּא בִשְׂפָתַיִם inconsiderate locutus est labiis Lev. V, 4. Ps. CVI, 33. Ps. LXXXI, 6: שְׂפַת לֹא יָדַעְתִּי אֶשְׁמָע *sermonem, qualem non noveram, audivi* int. divinum. (Arab. بنت الشفة, بن الشفة filius, filia labii i. e. sermo).

2) *ora*, *extremitas*, velut poculi 1 Reg. VII, 26, vestis Ex. XXVIII, 32, aulaei ib. XXVI, 4. XXXVI, 11, maxime maris Gen. XXII, 17. Ex. XIV, 30. Jos. XI, 4. Iud. VII, 12, fluvii Gen. XLI, 3. 17. Ex. II, 3. VII, 15. Deut. II, 36. IV, 48, שְׂפַת הַיַּרְדֵּן 2 Reg. II, 13 et ita Iud. VII, 22: שְׂפַת אָבֵל מְחוֹלָה ripa (Jordanis) ad Abel-Mecholam.

Eiusdem radicis esse videtur:

שָׂפָם m. *barba labiorum*, *mystax*, a שָׂפָה et terminatione ־ָם, cf. סֻלָּם, אוּלָם, מִרְיָם. Kimchi: השׂער אשׁר על השׂפה. Reperitur in duabus locutionibus a) עָשָׂה הַשָּׂפָם componere mystacem l. barbam 2 Sam. XIX, 25. LXX *ποιεῖν μύστακα*. Cf. עָשָׂה no. 2, litt. e. b) עָטָה עַל הַשָּׂפָם obvelavit mystacem s. os cum barba, quod lugentium et leprosorum est Lev. XIII, 45. Mich. III, 7. Ez. XXIV, 17. 22. LXX *στόμα*, *χείλη*. In Pent. Gr. Venet. *μύσταξ*. Saad. شارب (barba) bibens, i. e. mystax pec. longior, quippe quae bibendo rigetur. Pesch. et Arab. Erp. *labia*.

שָׂפַח, unde Pi. שִׂפַּח, et nomen מִשְׂפָּח v. rad. סָפַח.

שָׂפַן Deut. XXXIII, 19 v. סָפַן *texit*, *abscondit*.

I. שָׂפַק i. q. סָפַק no. I q. v. *percussit*, *complosit manus* Iob. XXVII, 23.

Hiph. pepigit foedus Jes. II, 6, vide סָפַק. Cf. ad כַּף.

II. שָׂפַק *redundavit*, v. סָפַק no. II.

שֶׂפֶק v. ibid.

שָׂקַק rad. inusit. prob. i. q. זָקַק *percolavit*, *saccavit*, *σακκίζω*. Inde

שַׂק m. c. Suff. שַׂקּוֹ, pl. שַׂקִּים 1) *cilicium*, *pannus crassus* impr. e pilis textus, qualem cribris colisque (v. rad. שָׂקַק), neque non saccis frumentariis et vestibus lugubribus adhibebant. (Cf. aeth. ሠቅ: cilicium, inde vestis monachorum et peregrinatorum sacrorum, ሠቀ ሠቅ: cancelli, gr. *σάκος*, *σάκκος* cilicium, lat. *saccus*, quo Hieron. etiam de veste peregrinatoris utitur, adde *σάγος*, *sagum* i. e. pallium crassius militum. Chald. סַק, סַקָּא, copt. COK, CWK cilicium, saccus). Jes. III, 24: מַחֲגֹרֶת שָׂק *cingulum cilicinum*. Inde 2) *saccus frumentarius* Gen. XLII, 25. 27. 35. Lev. XI, 32. Jos. IX, 4. — 3) *vestis lugentium*, plene לְבוּשׁ שָׂק Esth. IV, 2, vestis angusta (Jes. III, 24. Iob. XVI, 15) ex panno *τριχίνῳ* (Apoc. VI, 12) eoque crasso et aspero facta, quae in corpore nudo gestari (עַל הַבָּשָׂר 1 Reg. XXI, 27. 2 Reg. VI, 30, עֲלֵי גִלְדִּי Iob. XVI, 15) et etiam noctu non deponi solebat (1 Reg. XXI, 27. Joël I, 13). לָבַשׁ שַׂק וָאֵפֶר induit saccum et cinere se conspersit Esth. IV, 1, cf. Jes. LVIII, 5. De veste ascetarum et prophetarum Jes. XX, 2.

שָׁקַד semel legitur in Niph. Thren. I, 14: נִשְׂקַד עֹל פְּשָׁעַי בְּיָדוֹ sec. Kimchium: *alligatum est iugum peccatorum meorum* i. e. iugum poenae et calamitatum *manu eius.* Kimchi: .ענינו לפי מקומו נקשר או נחתם. Fortasse cognata sunt verba עָקַד ,אָסַר ,אָגַד, spiritus enim sibilantibus affines sunt. Alii Hebraei velut Raschi, Aben Esra, Hai Gaon laudante Kimchio verbo שׂקד tribuunt significationem talmud. סָקַד *punxit, stimulavit, adegit,* varia sententia, vel: *punctata signata sunt peccata in manu Dei* (Raschi), vel: *adactae et acceleratae sunt poenae* (Aben Esra), vel: *pungendo insertum est iugum* cet. (Fürst), quod quidem ad sententiam reliquis aptius est. Iugum enim temoni annectitur loris *insertis* in foramen, quod in anteriore temonis parte est: a *pungendo* et perforando autem passim proficiscitur *consuendi, conserendi* notio, ut in verbo שׂרד q. v. [An forte scribendum נִשְׂרְדָה?] Targ. *aggravatum est.* Complures codd. נִשְׁקַד, quod ipsum exprimunt LXX. Vulg. Pesch. renitente sententia.

שָׂקַר in Kal inusit. i. q. chald. סְקַר intuitus est Iob. XX, 9. XXVIII, 7 Targ. Menahem b. Saruk: .ענין הביטה

Pi. pr. (oculos) *circumspectare fecit,* quod est mulierum lascivarum et protervarum, cf. chald. סַקְרָנִית circumspectatrix. Jes. III, 16: מְשַׂקְּרוֹת עֵינַיִם. LXX paullo liberius: ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν. Vulg. nutibus oculorum. Saad. مبرقات العيون *oculis fulgurantibus.* Abulwalides: مومضات العيون وقال اومضت الامرأة بعينيها اذا برقتهما اى حركتهما والمعنى اكثرت النظر والالتفات *quae micant oculis, nam verbo ومض IV. utuntur de muliere, quae clam splendere facit oculos* (nutum alicui datura), *et sententia est: multos facit obtutus et fastum.* Abarbenel: *haec locutio significare potest, quod feminae versus iuvenes oculis nictitaverint.* Ceterum Hitzigius non debebat conferre Plautinum illud (Aulul. I, 1, 2): „circumspectatrix cum oculis tuis emissiciis“, ibi enim de re longe diversa agitur, de turpi vetula, quae circumspectat quod furto auferat. — Non bene Targ. Raschi, Luth. סקר *fucandi* significatu accipiunt: *fucantes oculos,* non enim de ornatu mulierum agitur hoc versu, sed de gestibus. Non magis aptum, quod haud pauci libri mss. et editi exhibent מְשַׁקְּרוֹת „oculis mentientibus, mendacibus.“

שָׂרַג *plexit* (flechten), *implexit,* in Kal inusit. (Chald. סְרַג id., unde סְרִיג reticulum, سوزنی perplexa, storea, laqueolus. Finitimae sunt radd. שָׂרַק ,שָׂרַךְ, et, si quid indico, אָרַג texuit, cf. ad litt. שׂ. Accedunt media radicali in vocalem emollita סוּג ,שׂוּךְ.

Pu. perplexus est Iob. XL, 17.

Hithp. complicatus est, perplexus est Thren. I, 14.

שְׂרוּג (i. q. שָׂרִיג palmes) n. pr. viri Gen. XI, 20. Reperitur etiam in cod. Sam. Gen. XIV, 23 pro hebr. שְׂרוֹךְ corrigia.

שָׂרִיגִים (Kamez impuro) m. pl. *palmites vitis* Gen. XL, 10. 12. Joël I, 7. Cognatae formae sunt chald. זַרְגּוּן ,זַרְגִין palmes, vitis, arab. زرجون ,زرجينة (quod minime Persicum esse putem), شرع id.

I. **שָׂרַד** i. q. سرد *incidit, perforavit* (cogn. שָׂרַט), inde *consuit,* pec. res duriores, ut corium filo ferreo et subula, inde *contexuit, conseruit* loricam, unde سريد, سراد, مسرد subula, qua suitur (v. Reisk. Moall. p. 16), سرد lorica e filis ferreis inter se connexis texta, مسرد, مسرود consertus, consutus, de lorica. Eiusdem familiae sunt chald. et talm. סַרְדָא cribrum, ex filis ferreis aeneisve contextum, סַרְדִין tapetes ocellati, סַרָד artifex tapetum vel cribrorum v. Buxt., סְרִידָה operculum foraminosum instar cribri (nostr. Rost), it. saccus, a panno foraminoso dictus. Sam. שרדה quod explicatur الوشى vestis versicolor (rectius: subtile, pellucidum). Ex his apparebit, quid sit

שְׂרָד, unde בִּגְדֵי הַשְּׂרָד Exod. XXXI, 10. XXXV, 19. XXXIX, 1. 41, quod dicitur de aulaeis tabernaculi sacri. Nihil enim dubitandum est, quin שְׂרָד sit *panni telaeve genus instar loricae* (سرد) *ex filis contextum, idque non densum, sed foraminosum et ocellatum* (weitmaschig, wie der Filet), ut chald. סרדין cortinae ocellatae, ita dictae, quod cribri s. retis formam haberent, ingressum prohibentes, non aspectum. — Vett. intpp. paene omnes שׂרד, quippe cuius veram potestatem ignorarent, acceperunt pro שׂרת (quod ipsum in textu habet cod. Sam.), maxime cum tribus locis additum sit: לְשָׁרֵת בַּקֹּדֶשׁ. LXX στολαὶ λειτουργικαί. Gr. Venet. στ. τῆς ἐργασίας, Onk. Pesch. id. Abulw. ثياب الخدمة, sed Saad. ثياب الوشى vestes versicolores: quibus omnibus vel hoc obstat, non vestes ibi intelligi, sed aulaea, tapetes. Conf. infra rad. שָׁבַץ.

שֶׂרֶד m. i. q. سريد *subula* vel potius *stilus,* quo artifex imaginem exsculpendam describit et adumbrat. Jes. XLIV, 13: יְתָאֲרֵהוּ בַשֶּׂרֶד. Aqu. παραγραφίς stilus. Sed Targ. משקולתא perpendiculum, Saad. الريقان, rectius الرقان i. e. cyprus, qua notas flavas facere solent artifices. Abulw. יתארהו בשרד يرسمه بالرقان والترقين فى كلام العرب هو تزيين البيت بالورس فالمعنى فى יתארהו בשרד انما هو رسم النجار بالخيط المصبوغ بالحمرة . ما يريد قطعة من العود واخراجة عنه بالالة التى يقال لها عندنا المصلع

ويسميها العبرانيون مقصوع في قولة يعشهو بمقصوعות i. e. 'ר' ב *describit illam* (imaginem) *cypro. A* رقان *cyprus Arabes habent* رقّن i. e. *designavit domum* (exstruendam) *colore flavo. L. c. sententia est, fabrum eam describere filo, quod rubro tinctum sit. Non vult excisionem s. excavationem ex ligno eo instrumento, quod apud nos* مصلع *), *apud Hebraeos* מקצועה *dicitur* (*Jes. l. c.*) Paullo post addit, posse etiam aliud quodcunque instrumentum fabri intelligi, ut מְחוּגָה circinus, al. Illam quidem *fili flavi rubri*que significationem, quam adoptarunt etiam Kimchius et alii (v. Boch. Hieroz. II, 696), cum etymo fortasse ita conciliarunt, ut שֶׂרֶד *filum* ducerent a سرد suit: sed ad contextum aptior est *stilus* (Stift).

II. שָׂרַד *fugit, elapsus est.* Jos. X, 20. (Arab. شَرَدَ aufugit, de animalibus domesticis, شَارِد et pass. شَرُود, شَرِيد qui aufugit. Syr. ܣܪܰܕ trepidavit, tremuit. Pa. terruit, sed ܣܪܺܝܕܳܐ i. q. שָׂרִיד elapsus, superstes. Cogn. עָרַד et fortasse רָעַד).

שָׂרִיד m. 1) qui ex magna clade *elapsus* est, *superstes* i. q. פָּלִיט, unde שָׂרִיד וּפָלִיט Jer. XLII, 17. XLIV, 14. Thren. II, 22. Saepe in hac locutione: לֹא הִשְׁאִיר שָׂרִיד לְ superstitem ei non reliquit, de communi omnium clade Num. XXI, 35. Deut. III, 3. Jos. X, 28. 37. 39. 40. XI, 8, et similibus Num. XXIV, 19. Deut. II, 34 al. Collect. *superstites, residuum* populi post clades acceptas. Iud. V, 13: שָׂרִיד לְאַדִּירִים qui *superstites* facti sunt *nobilibus*, residuum nobilium. Jes. I, 9: *nisi Jova reliquisset nobis* שָׂרִיד כִּמְעָט *parvum* hoc *residuum.* De rebus: *residuum, reliquiae.* Iob. XX, 21. 26. — Plur. *fugâ elapsi, fugitivi* Jos. X, 20. Joël III, 5. שְׂרִידֵי חָרֶב qui gladium effugerunt Jer. XXXI, 2. — 2) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. XIX, 10. 12.

שָׂרָה 1) *seruit, ordinavit* (reihen, ordnen) i. q. arab. سَارَ med. Vav, velut lapides in muro, gemmas in armilla, unde سُور (שׁוּר) murus, سُورَة linea struesve una lapidum in muro, سِوَار armilla. Inde שׁוּרָה, quod etiam ad שׁוּר referri possit.

2) *dux, praefectus, princeps fuit*, i. q. שׂוּר no. I, 2 et שָׂרַר, a militibus ordinandis et disponendis. Arab. سَرِيَ et سَرُوَ generoso et virili animo praeditus fuit, سَرِيّ generosi et virilis animi vir. Deriv. מִשְׂרָה.

3) *pugnavit, contendit* cum aliquo, sq. עִם Gen. XXXII, 29, אֶת Hos. XII, 4. In fut. dicitur יָשַׂר Hos. XII, 5, a שׂוּר no. I, 1. (Arab. شَرِيَ litigavit. III. contendit, rixatus est cum aliquo. X. id. IV. excitavit inimicitias).

שׂוֹרָה f. *series, ordo*, arab. سُورَة talm. שׁוּרָה ordo lapidum, v. rad. no. 1. In acc. adverbialiter. Jes. XXVIII, 25: וְשָׂם חִטָּה שׂוֹרָה *et ponit* plantat *triticum per ordinem*, ut bene Hieronymus, *reihenweise.* Juda b. Karish: *ponit triticum* في سورة الفدان *per ordines agri.* De tritico in oriente passim *plantari* solito v. Niebuhrii Arab. p. 157.

שָׂרַי n. pr. uxoris Abrahami Gen. XI, 29. 30. 31. XII, 5. 11 sqq. XVI, 1 sqq., quae postea (Gen. XVII, 15 sqq.) שָׂרָה appellata est, ut אַבְרָם postea אַבְרָהָם. LXX prius nomen scribunt Σάρα, more Arabum ־ַי (ـَى) pronunciantes a, cf. סִינַי Σινᾶ, posterius Σάῤῥα, et recte quidem, quum שָׂרָה dictum sit pro שַׂרָּה: minus recte Graecam hanc scribendi rationem iudicavit Stangius (theol. Symmikta 1, 48 sqq.), cui Σάρα (שָׂרַי) erat derivatum Kal, Σάῤῥα derivatum Paël *principes pariens*, nam hoc posterius hebraice esset מְשָׂרְרָה. De etymo et significatione posterioris formae (שָׂרָה mulier princeps) dubitari non potest, prioris (שָׂרַי) contra significatus dubius est. Fuerunt qui conferrent شَرْي coloquintis (Mich. orient. Bibl. IX, 188), سَرِيّ nobilis, generosus (Ikenii diss. phil. theol. p. 17 sqq.): Ewaldus (gr. §. 324) explicat „contentiosam (streitsüchtig)" a שָׂרָה no. 3, quod reliquis praefero, quanquam scrupulum iniicit forma mascula (שָׂרַי ut שָׂדַי = שָׂדֶה).

שְׂרָיָה et שְׂרָיָהוּ (qui pugnat pro Jova, miles Jehovae i. q. יִשְׂרָאֵל) n. pr. 1) scribae Davidis 2 Sam. VIII, 17, quod reliquis locis corruptum est in שְׁיָא ib. XX, 25, שִׁישָׁא 1 Reg. IV, 3, שַׁוְשָׁא 1 Par. XVIII, 16. Errat enim Io. Simonis (Onomast. p. 119), qui haec eiusdem viri diversa nomina esse censet. — 2) patris Esrae sacerdotis Esr. VII, 1. — 3) aliorum virorum, v. 2 Reg. XXV, 18. 23. Jer. XXXVI, 26. XL, 8. LI, 59. 61. 1 Par. IV, 13. 14. 35. V, 40. Esr. II, 2. Neh. X, 3. XI, 11. XII, 1. 12.

יִשְׂרָאֵל (pro יִשְׂרָה אֵל pugnator, miles Dei Gen. XXXV, 10, semel: qui pugnat cum Deo Gen. XXXII, 29) *Israël* (LXX Ἰσραήλ, syr. ܐܺܝܣܪܳܝܶܠ. Arab. إِسْرَائِيل), n. pr. quod Jacobus patriarcha iuxta hoc prius nomen gerit inde ab Gen. XXXII, 28 (licet etiamtum *Jacobi*

---

*) *Runcina* (Hobel) intelligenda videtur, quippe quae glabrum et laeve faciat lignum, a صلع glaber, calvus fuit. In lexx haec vox desideratur.

nomen frequentius sit) v. Gen. XXXV, 21. 22. XXXVII, 3. 13. XLIII, 6. 8. 11. XLV, 27. XLVI, 1. 28. 30. XLVII, 27. 29. 31. XLVIII, 2 sqq. XLIX, 2. L, 3, unde בְּנֵי יִשְׂרָאֵל de filiis eius XLII, 5. XLV, 21, quodque postea in populi ab eo oriundi nomen abiit, de quo *Jacobi* nomen raro et nonnisi poëtice usurpatur (vide יַעֲקֹב p. 1063 cf. עֵשָׂו et אֱדֹם). Itaque

1) de *universo populo Israëlitico* inde ab Exodo frequentatur: בְּנֵי יִשְׂרָאֵל (in Pent. libb. Jos. Iudd. Samm. Regg. Paralipp. sexcenties), בֵּית יִשְׂרָאֵל Ex. XVI, 31. XL, 38. Lev. X, 6. XVII, 3. 1 Sam. VII, 2. Ez. III, 1. 4. 5. 7. 17 et saepissime apud hunc scriptorem, עֲדַת יִשְׂרָאֵל Ex. XII, 3. XIII, 47 (et hoc quidem sensu, ut ita dicam, ecclesiastico), simpl. יִשְׂרָאֵל Ex. V, 2. IX, 7. XI, 7. XIV, 5. XVII, 8. 11. XVIII, 1. Num. XXI, 1 sqq. XXIII, 10. XXIV, 1. 2. XXV, 1 sqq. (cum verbo sing. masc. Jos. IV, 22. VII, 8. 11. XXIV, 31. Ind. I, 28. VI, 3. 6. VII, 2. 1 Sam. IV, 1. Am. VII, 11. 17, sing. fem. Jes. XIX, 24. Jer. III, 11, c. plur. masc. Jos. III, 17: כָּל־יִשְׂרָאֵל עֹבְרִים. VII, 25. VIII, 27. Ind. VIII, 27. 1 Sam. XXIX, 1): inde זִקְנֵי יִשׂ׳ Ex. III, 16. 18. Num. XI, 16. 30. XVI, 26, נְשִׂיאֵי יִשׂ׳ Num. VII, 2. 84, שִׁבְטֵי י׳ Ex. XXIV, 4, אִישׁ יִשְׂרָאֵל collect. Jos. IX, 7. Ind. VII, 23, בְּנוֹת יִשְׂרָאֵל (mulieres Israëliticae) Deut. XXIII, 18. 2 Sam. I, 24, אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל Exod. V, 1. XXIV, 10, קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל Sanctus Israëlis (v. קָדוֹשׁ), מֶלֶךְ יִשׂ׳ rex Israëlis (saepe de Davide, Salomone) al. אֶרֶץ יִשׂ׳ 1 Sam. XIII, 19. 2 Reg. VI, 23. — בְּיִשְׂרָאֵל in populo Israëlitico, in pluribus locutionibus v. c. mos erat *in Israële* Ruth IV, 7. Ind. XI, 40. 1 Sam. IX, 9, scelus commissum est *in Israële* Deut. XVII, 4. XXII, 21. Jos. VII, 15. Ind. XX, 6 (cf. Gen. XXXIV, 7). Passim universus populus sistitur instar unius personae Ex. IV, 22: בְּנִי בְכֹרִי יִשְׂרָאֵל *filius meus primogenitus* est *Israël.* Num. XX, 14: כֹּה אָמַר אָחִיךָ יִשׂ׳ *ita dicit frater tuus Israël,* et sic saepe in ultimis Jesaiae capp. XLI, 8. XLII, 24. XLIII, 1. 15. 22. 28. XLIV, 1. 5. 21. XLIX, 3 (parall. יַעֲקֹב).

2) Dissidiis inde a Sauli morte inter decem tribus et Judam ortis, decem illae, quae Ephraimum ducem sequebantur, ut *maior* populi pars, *Israëlis* ut *totius* populi nomen honorificum sibi arrogabant (2 Sam. II, 9. 10. 17. 28. XIX, 40—43. 1 Reg. XII, 1): Davidis imperio *Judae,* ut unius tribus, nomen relinquentes: et Salomone mortuo novum *decem tribuum regnum* κατ᾽ ἐξοχὴν יִשְׂרָאֵל (poët. etiam אֶפְרַיִם) appellatum est. Sic מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל reges Israëlis 1 Reg. XIV, 19. XVI, 5. 14. 20. 27. XXII, 39. 2 Reg. I, 18. X, 34. XIII, 8. 12. XIV, 15. 28. XV, 11. 15 (opp. מַלְכֵי יְהוּדָה 1 Reg. XIV, 29), בֵּית יִשְׂרָאֵל Hos. I, 4. 6. V, 1, et יִשְׂרָאֵל (opp. יְהוּדָה) sexcenties apud prophetas usque ad exilium duodecim tribuum, Hos. IV, 15. 16. V, 3. 5. VI, 10. VII, 1. VIII, 2. 3. 6. 8. IX, 1. 7. Am. I, 1. II, 6 cf. 4. III, 14. V, 1 sqq. VII, 8 sqq. Mich. I, 5. III, 1. Jes. V, 7 (etiam Ez. XXVII, 17). Inde הַר יִשְׂרָאֵל et הַר יְהוּדָה iam Jes. XI, 16. 21 (per prolepsin). Nihilominus ampliore significatu *Israëlis* nomen Judae etiam regnum comprehendebat, quo sensu duo regna שְׁנֵי בָתֵּי יִשְׂרָאֵל appellantur Jes. VIII, 14, et regnum Judae decem tribubus in captivitatem ductis שְׁאָר יִשְׂרָאֵל *residuum Israëlis* Jes. X, 20 cf. IV, 2. Ab hoc autem tempore *Israëlis* nomen denuo de universo populo adhuc superstite usurpari coepit, maxime a Jeremia, Ezechiele et Deuterojesaia prophetis (Jer. III, 6 sqq. XXXI, 1 sqq. Ez. III, 1 sqq. IV, 3. 4. V, 4. VI, 2. XII, 6 sqq. XIV, 1 sqq. XX, 1 sqq. Jes. ll. supra laudatis) et post exilium apud Esram et Nehemiam, quo factum est, ut in Paralipomenis יִשְׂרָאֵל etiam, ubi de antiquiore tempore agitur, pro Juda usurpetur 2 Par. XII, 1. XV, 17. XIX, 8. XXI, 2. 4. XXIII, 2. XXIV, 5 cf. Mich. suppl. 1183. Etiam Maccabaeorum tempore priscum illud populi olim florentis nomen in deliciis habebant (1 Macc. III, 35. IV, 11. 30. 31), quam ipsam ob caussam siclis a Maccabaeorum principibus cusis inscriptum est שקל ישראל. Ita in Psalmis quoque omnis aetatis (XIV, 7. XXII, 4. 24. L, 7. LXVIII, 9. 27. 35. 36. LXXVIII, 5. 21. 31. 41. 55. 59. 71. LXXX, 2. LXXXI, 5. 9. 14. LXXXIII, 5. LXXXIX, 19. CV, 10. 23. CXXI, 4. CXXII, 4. CXXIV, 1. CXXV, 5. CXXVIII, 6) solum *Israëlis* nomen reperitur, semel tantum sibi opponuntur *Israël* et *Juda* LXXVI, 2.

Emphatice יִשְׂרָאֵל aliquoties dicitur de Israëlitis veris et sinceris (*ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι* Joh. I, 48 cf. Rom. IX, 6: *οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραήλ, οὗτοι Ἰσραήλ*), qui pietate et virtute honorifico hoc nomine digni sint (ut nos etiam honorifice dicere solemus: ein echter Deutscher, a trew Britain, et ut emphat. dicitur *vir* sc. hoc nomine dignus Eccl. VII, 28). Jes. XLIX, 3, ubi *servus Dei* populo reditum annunciaturus et doctor gentium futurus appellatur יִשְׂרָאֵל: intelligitur autem pars populi pietate conspicua, in qua eminebant prophetae. Ps. LXXIII, 1, ubi *Israëli* in altero membro respondet בָּרֵי לֵבָב. Charitative (ut alibi יְשֻׁרוּן q. v.) Hos. VIII, 2: יְדַעֲנוּךָ יִשְׂרָאֵל *novimus te nos Israël* tuus, a te dilectus. Sic יַעֲקֹב Ps. XXIV, 6 parall. דֹּרְשֵׁי יְהוָה.

Nom. gentil. idque rarius est יִשְׂרְאֵלִי 2 Sam. XVII, 25, f. יִשְׂרְאֵלִית Lev. XXIV, 10.

מִשְׂרָה f. *imperium*, a rad. no. 2. Jes. IX, 5. 6.

שֶׂרַח (abundantia, i. q. סֶרַח) n. pr. mulieris Gen. XLVI, 17. 1 Par. VII, 30.

שָׂרַט *incîdit* corpus, *incisiones fecit* in corpore, more lugentium Lev. XXI, 5. (شَرَطَ fissuram incîdit scalpello, sacrificavit. II. id., مِشْرَطٌ scalpellum chirurgi, cf. etiam سِرَاطٌ acutus, de gladio, verbum سرط est voravit, quod et ipsum a caedendo est, v. גָּזַר. Chald. סָרַט lineas fecit it. caesuras fecit in carne, שַׂרְטֵט lineavit

syr. ܣܪܛ lineas fecit, scripsit. Pa. scarificavit. Ethpe. stigmate ustus est. ܣܘܪܛܐ alphabetum, litterae Syriacae. Radd. cognatae sunt חָרַשׁ, חָרַת).

Niph. se laceravit h. e. *laesit se* onere nimis gravi sublato Zach. XII, 3. Inde

שֶׂרֶט m. Lev. XIX, 28, et

שָׂרֶטֶת f. XXI, 5 *incisura*. Cod. Sam. utroque hoc loco שרטה.

שָׂרַךְ i. q. שָׂרַג *nexuit, texuit*, flechten, kreuzweise legen. In Kal innsit. (Chald. סְרַךְ id. spec. nectere i. e. pervertere viam, אָרְחָא סְרִיכָא via perplexa i. e. perversa, opp. rectae. Thren. III, 11. 59. Eccl. I, 15. X, 3 Targ., it. connexus est, cohaesit. Syr. ܣܪܟ cohaesit. Arab. شَرِكَ pr. i. q. hebr., unde شِرَاكٌ corrigia calcei, شَرَكٌ laqueus, unde verbum conj. II. corrigiis instruxit calceum, conj. I. transl. particeps, consors, socius fuit).

Pi. Jer. II, 23: *camela* מְשָׂרֶכֶת דְּרָכֶיהָ *nectens s. pervertens vias suas* (ihre Wege kreuzend) i. e. huc illuc circumvagans libidine agitata. Arab. شَرَكَى Kam. p. 1365 explicatur السريع من السير celer (de incessu) et: celer et continuus, de alaparum inflictione. Sed hoc posterius potius colaphos celeriter et decussatim (kreuzweis) datos significat, et prius prob. cursum bestiae furore agitatae et huc illuc vagantis.

שְׂרוֹךְ m. *corrigia* calcei Jes. V, 27. (Arab. شِرَاكٌ v. rad. it. شَرْعٌ Kam.). Proverbialiter de re vili Gen. XIV, 23. Vide sub חוּט p. 452. Adde Zamachscharii schol. ad Elnawab. no. 40 p. 31. — Cod. Sam. Gen. l. c. legit שרוג.

שַׂרְסְכִים n. pr. praefecti eunuchorum Nebucadnezaris Jer. XXXIX, 3: שַׂרְסְכִים רַב סָרִיס. Comm. 13 quidem memoratur: נְבוּשַׁזְבָּן רַב סָרִיס, sed non est quod propterea שרסכים vitiosum habeatur vel glossema putetur (Hitzig.). Glossemati vel hoc obstat, quod tantum abest ut vox trita sit et intellectu facilis ut ἅπαξ λεγομένη sit et perobscura. Fortasse tamen hoc n. pr. idem valet quod רַב סָרִיס: סְכִים a sing. סְכִי *sectus, exsectus*, cf. rad. שָׂכָה, unde שַׂכִּין culter.

שָׂרַע *extendit, protendit.* (Arab. شرع extendit hastam, protendit collum camelus, شِرَاعٌ collum cameli, شِرْعَةٌ chorda arcus, quippe quae extensa sit, أَشْرَعُ nasum praelongum habens). Part. pass. שָׂרוּעַ membrum habens nimis longum, de hominibus et pecore. Levit. XXI, 18 in his qui ad sacerdotium non admittendi sunt recensentur: חָרֻם אוֹ שָׂרוּעַ *qui membrum contractum* (nimis breve) *aut nimis longum habet.* Spec. *nasus* intelligi videtur, quod expressit Vulg. parvo vel *grandi* (vel torto) *naso*, cf. חָרֻם et arab. أَشْرَعُ. Contra Pesch. ܣܪܝܥ ܐܕ̈ܢܐ *aure praelonga*, et Kimchius: עניננו עודף וכן ארז״ל זה שנשמטה ירכו והוא מושך רגלו והנה הוא עודף, quae minorem auctoritatem habent, falso autem LXX ὠτότμητος. De pecore Lev. XXII, 23: שׁוֹר וָשֶׂה שָׂרוּעַ וְקָלוּט *bos ovisque membrum habens iusto longius vel brevius* (Targ. יַתִּיר וְחַסִּיר), quod praecipue ad caudam auresve spectare videtur.

Hithpa. extendit se (in lecto) Jes. XXVIII, 20.

שַׂרְעַפִּים m. plur. *cogitationes* Ps. XCIV, 19. CXXXIX, 23 i. q. שְׂעִפִּים pag. 963 Resch inserto (pag. 1245) ut in סְעַפָּה et סַרְעַפָּה ramus, q. vide ibid.

I. שָׂרַף fut. יִשְׂרֹף *combussit, cremavit.* (Syr. id. sed raro. Zab. ܣܪܦ combussit, ܡܣܪܦܐ accendit. Syr. ܣܪܦ habet etiam *sorbendi* vim, v. Middeldorpf curae hexapl. in Iob. p. 15, sed utrum hoc in significatu cremandi origo quaerenda sit, in medio relinquo. Cf. etiam שָׂרָב aestus). Spec. a) sq. acc. *combussit*, velut ligna Jes. XLIV, 16, vestes Lev. XIII, 52, stipulam agri Jes. XLVII, 14, sacrificium Lev. IV, 12. 21. VIII, 17. XVI, 27, urbem Iud. XVIII, 27. 1 Sam. XXX, 14. Jes. I, 7. Jer. XXI, 10. XXXIV, 2 al., sacraria Ps. LXXIV, 8, idola lignea Deut. XII, 3. 1 Reg. XV, 13. 2 Reg. XXIII, 15, arundineta (munimentis inservientia). Jer. LI, 32 (v. אָגַם), etiam liberos in honorem idolorum 2 Reg. XVII, 31. Jer. VII, 31. XIX, 5. Deut. XII, 31 (ubi additur לֵאלֹהֵיהֶם). In plerisque exemplis (et creberrimum est hoc verbum) additur בָּאֵשׁ. b) שָׂרַף שְׂרֵפָה לְ *combussit alicui combustionem* i. e. funus solenne ei instituit, in quo aromata pretiosa cremari solebant 2 Par. XVI, 14. XXI, 19. Jer. XXXIV, 5 cf. de Herodis funere Jos. b. j. 1, 33, 9: (milites ducesque sequebantur) πεντακόσιοι τῶν οἰκετῶν καὶ ἀπελευθέρων ἀρωματοφόροι. Geier de luctu Hebraeorum 6, 2. Ad combustionem cadaveris enim haec non pertinent. c) *ussit* et *urendo coxit* lateres. Gen. XI, 3: *faciamus lateres* וְנִשְׂרְפָה לִשְׂרֵפָה *eosque uramus ustione.*

Niph. pass. Kal Gen. XXXVIII, 24 (de supplicio). Lev. IV, 12. VI, 23. VII, 17. 19. XIII, 52. XIX, 6. Jos. VII, 15. Jer. XXXVIII, 17. Mich. I, 7. Prov. VI, 27.

Pi. v. סָרַף.

Pu. i. q. Niph. Lev. X, 16.

שְׂרֵפָה f. cstr. שְׂרֵפַת Num. XIX, 6. 17, *ustio* Gen. XI, 3, *combustio* Lev. X, 6 cf. 2. Num. l. c., spec.

aromatum in funere 2 Par. XVI, 14. XXI, 19, *incendium* Deut. XXIX, 22. Am. IV, 11. הַר שְׂרֵפָה mons (ignivomus nunc) exustus. Jer. LI, 25. הָיָה לִשְׂרֵפָה combustioni tradi i. e. comburi Jes. IX, 4. LXIV, 10.

שָׂרָף m. 1) pr. adj. *urens*, inde *veneno imbuens et necans*, *venenosus* (venenum enim, maxime serpentum virus, quod morsu vulneri instillatur, *ignis ardentis* instar permeat et *inflammat* corpus, Nicand. theriac. 363: τὰ δ' ἄλγεα φωτὰ δαμάζει Μύρια πυρπολέοντα, unde חֵמָה aestus, venenum). Est attributum serpentis Num. XXI, 6: *et immisit Jova populo* אֶת־הַנְּחָשִׁים הַשְּׂרָפִים *serpentes venenosos.* (LXX τοὺς ὄφεις τοὺς θανατοῦντας. Gr. Venet. τοὺς ὄφεις τοὺς πρηστῆρας. Vulg. ignitos serpentes. Onk. חִיוָן קָלָן. Saad. حيّات محرقة. Sam. נחשיה דמיקדים. Syr. *serpentes* ܚܘܘܬܐ *regulos s. basiliscos*, v. Boch. Hieroz. III, 182 Lips.). Deut. VIII, 15: *per desertum ubi* נָחָשׁ שָׂרָף וְעַקְרָב *serpens venenosus et scorpius.* (LXX ὄφις δάκνων. Aqu. ἐμπρηστής. Vulg. serpens flatu adurens, et sic Kimchi: נקראו כן לפי שהן שורפין בהבל פיהם, Abulw. سمّيت שרפים لأنّها تحرق ما تنفخ فيه. Onk. Pesch. Saad. Sam. ut supra). Dein omisso נָחָשׁ id. Num. XXI, 8: עֲשֵׂה לְךָ שָׂרָף *fac tibi* serpentem *venenatum.* Gr. Venet. πρηστῆρα, quod quidem voc. graecum origine prorsus convenit cum hebraeo, et *viperam venenosam* significat. Eiusdem originis est καῦσος i. q. καῦμα, dein: febris ardens, *serpens* ἡ μέλαινα Hesych.): licet Bocharto assentiendum videatur, qui hebraeo נָחָשׁ שָׂרָף non *prestera*, sed *hydram*, aliamve maiorum serpentum speciem intelligendam censet (v. Hieroz. III, 211 sqq. Lips.). Cod. Sam. tribus locis modo laudatis exhibet שרופים, ושרוף quod active pronunciaverim שָׂרוֹף urens, *venenum spargens*, non שָׂרוּף *veneno imbutus.* — Substantive ponitur cum adiectivo: שָׂרָף מְעוֹפֵף *hydra s. draco volans* Jes. XIV, 29, qualis Arabiae desertae tribuitur Jes. XXX, 6: אֶפְעֶה וְשָׂרָף מְעוֹפֵף, qua de re plura disputavimus in comment. ad h. l. — Ut ad etymon redeamus, id quod supra dedimus, certo linguae hebraeae usu et analogia neque non veterum auctoritate ita commendatur, ut abiiciendae videantur duae aliae de origine coniecturae, quas non sine laude commemoravi in lex. man. a) a syr. ܣܪܦ sorpsit, unde שָׂרָף absorbens, degluttiens; b) a sanscr. *srip* ἕρπειν serpere, unde sanscr. *sarpa,* cui quum alia obstant tum hoc quod שָׂרָף serpentis potius *attributum* est quam ipsum serpentem significat.

2) n. pr. viri 1 Par. IV, 22.

מִשְׂרָפָה f. tantum pl. cstr. מִשְׂרְפוֹת 1) *ustiones* a) aromatum in funeribus Jer. XXXIV, 5 cf. ad rad. b) *calcis* in fornace. Jes. XXXIII, 12. — 2) מִשְׂרְפוֹת מַיִם n. pr. loci prope Sidonem Jos. XI, 8. XIII, 6. *Thermas* (q. d. ustiones s. inflammationes aquarum) interpretatur Kimchius. Targ. *fossas aquarum*, quod Hebraei temere explicant de fossis eo consilio factis, ut aqua marina in eas derivata solis ardore evaporet et sal oriatur (*Salines* R. Sal.), Pesch. *locus confluxus aquarum*, quod ductum videtur a *destillandi* significatu, quem habet chald. שְׂרַף, unde שְׂרָף lacrima arborum, resina, שִׂירְפָה fluxus menstruus, cogn. צָרַף *liquavit* metallum, a stillando. De mea sententia non est quod arcte iungamus: *ustrinae aquae:* praestabit enim interpretari: *ustrinas* (calcis) *ad aquas*, vel *officinas metallicas* proprie *liquatorias* (Schmelzhütten), quae *ad aquas* sitae erant, cf. צָרְפַת, quod idem fere significat, v. sub hac voce.

II. שָׂרַף arab. شَرَفَ, شَرِفَ, شَرُفَ 1) *altus, excelsus fuit, eminuit*, III. ex alto prospexit, IV. extulit, unde شَرَف altitudo, celsitudo; locus altus, elatus, أَشْرَف altus, eminens; شُرَافَة pinna arcis vel muri; 2) *nobilis fuit, nobilitate et gloria excelluit*, II. nobilitate et gloria ornavit, شَرَف nobilitas, gloria, شَرِيف nobilis genere, *princeps.* Ab hac radice derivandi videntur

שְׂרָפִים m. Jes. VI, 2. 6 *Seraphim,* genus quoddam angelorum Deique ministrorum, qui solium Jovae circumstabant senis alis instructi, quarum „binis velabant faciem, binis velabant pedes, binis utebantur ad volandum", praeterea manibus (Comm. 6) praediti, pedibus (stabant enim Comm. 2) et voce Deum laudante (Comm. 3). Erant igitur humanae figurae, sed ut Dei nuncios decebat, alis instructi, quo celerius mandata divina exsequerentur, similes quidem Cherubis (v. כְּרוּב), licet minime iidem (ut volebant C. L. Hendewerk de Cherubim a Seraphim non diversis. Regiom. 1836. 8. et Stickel, Studien und Kritiken 1840 fasc. 2). — Veteres interpp. vocem Hebraeam retinent (in Targg. סְרָפִין memorantur etiam Ezech. I, 8. Zach. III, 7), excepto Targ., quod *ministros sacros* reddit. Ex Hebraeis Abulw. et Kimchius reddunt מלאכי אש ملائكة نارية *angelos igneos,* a rad. שָׂרַף ussit, cremavit, fortasse angelos intelligentes igneo splendore circumfusos (cf. Ez. I, 13. 2 Reg. II, 11. Mt. XXVIII, 3), sed verbum laudatum nunquam non *urendi*, *comburendi* (veneno interimendi) vim, nusquam *lucendi* potestatem habet, ita ut שְׂרָפִים *urentes*, non lucentes, significaret. Ex recentioribus fuerunt, qui Seraphis Jesaiae *serpentis* (שָׂרָף) significatum adhiberent, iisque propterea etiam *serpentis alati* figuram tribuerent, provocantes ad cultum divinum serpentibus in nonnullis Aegypti urbibus praestitum (Herod. 2, 74. Aelian. v. h. 11, 7. 22 cf. Gesen. et Hitzig. ad Jes. l. c.): sed haec opinio, cui ipse aliquantisper favi, nunc mihi prorsus abiicienda videtur reputanti nimirum, a) שָׂרָף non *serpentem*, sed *venenatum* serpentem significare, qualem nunquam coluerunt Aegyptii, quemque Jovae ministrum et apparitorem cogitare, absonum esset; b) apud Jesaiam ne minimum quidem vestigium reperiri, ex quo colligatur,

Seraphim speciem ab humana diversam *) et ullam cum serpentibus similitudinem habuisse. Prorsus autem a Seraphis V. T. alienus est *Σάραπις* Aegyptiorum, quod quidem *Osiridis* nomen ab Alexandri inde aetate invaluit et ex Osiridis et Apis nominibus (*sar-Api*) conflatum est, ut ipsi Aegyptiorum sacerdotes affirmabant (Plut. Is. §. 29. Clem. Alex. protr. p. 21) et confirmat scriptura hieroglyphica, in qua Sarapis OSaR-API scribitur cum determinativo *bovis* (Champoll. dict. égypt. p. 64). Cum serpentibus autem Osiridi et Sarapi nulla omnino est communio (cf. Wilkinson Manners and customs IV, 314 sqq. 360 sqq.) — Ut igitur illae de etymo et indole Seraphorum coniecturae (alias dedit Stickelius l. c. non magis placituras) deserendae sunt omnes, ita probabilis est eorum opinio, qui שְׂרָפִים *celsos*, *nobiles*, *principes* coeli interpretantur (v. rad.), sicuti apud Danielem (X, 13) archangeli *principes* appellantur (cf. VIII, 25): leve enim profecto, quod nonnulli contra monent, tale ministrorum divinorum nomen nimis generale futurum esse, quasi non idem cadat in plerasque Dei et angelorum appellationes (בְּנֵי אֱלֹהִים, שַׂר, מַלְאָךְ — אָבִיר, שַׁדַּי, אֵל).

I. שָׂרַק *pectinavit*, *pectine purgavit* linum. (Talmud. pectinavit linum lanamque, nostr. hecheln, krämpeln, it. equos, nostr. striegeln, סוֹרֵק pectinator, מַסְרֵק pecten capilli, lini, lanae. Zab. id. ܣܪܩ pectine dividit, purgavit, ܣܘܪܩܐ, ܡܣܪܩܐ pecten, ܣܪܩܐ stupa, quae lino pectinando separatur). Jes. XIX, 9: עֹבְדֵי פִשְׁתִּים שְׂרִיקוֹת *qui fabricantur* texunt *lina pectinata.* Huiusmodi pectines lignei in antiquo sepulcro Memphitico a Passalacqua inventi hodieque in Museo Berolinensi asservantur, v. Passalacqua catalogue des antiquités decouvertes en Égypte p. 23. Wilkinson Manners and Customs III, 140.

II. שָׂרַק vel שָׂרֹק *rufus, fuscus fuit*, de colore equi fusci (v. שָׂרֹק) et uvarum fuscarum et caerulearum, quae vinum rubrum praebent. (Arabes de utraque hac re diversis radicibus utuntur, quae tamen cum verbo nostro Hebraeo e communi fonte fluxisse videntur. Una est transp. شَقِرَ rubuit, rufus fuit, de colore luti rubri, equi et cameli fusci, capilli rufi, sanguinis concreti, شَقِرَةٌ cinnabaris, v. diss. Lugd. p. 154: altera زَرِقَ caeruleus et lividus fuit, de oculo, أَزْرَقُ beryllus lapis, الزَّرْقَاءُ pr. caerulea, inde *vinum*, int. rubrum ex uvis caeruleis factum. Apud Aramaeos habes שְׂרַק fucus mulierum, שָׂרוֹק fuscus; סירק minio pinxit et transp. סִקְרְתָא, סִיקְרָא rubrica, סקר rubro pinxit).

שָׂרֹק pl. שְׂרֻקִּים adj. 1) *fuscus* de equis. Zach. I, 8: סוּסִים אֲדֻמִּים שְׂרֻקִּים וּלְבָנִים *equi rubri, fusci et albi.* Veteres quidem interpretes in hoc colore definiendo mire caecutiunt. LXX *ψαροὶ* (*καὶ ποικίλοι*) sturnei i. e. cinerei instar sturni maculis parvis variegati Arist. Nub. 1224. Vulg. *varii.* Pesch. ܦܣܝܦܣܐ *versicolores*, quos omnes Bochartus (Hieroz. I, 47 Lips.) שרק cum arab. رقش vel contulisse vel confudisse suspicatur. Sed eodem modo Abulw. et Kimchi explicant *maculatos*, *parvis maculis insignes.* Unus Chaldaeus verum vidisse censendus est, si modo Bochartus l. c. קוּחִין קָוָחִין vel recte explicavit *rubros.* Nil enim certius, quam שָׂרֹק in equis eum colorem notare, quem nos *fuscum* appellamus (fuchsfarben), Arabes أَشْقَرُ, quemque equi cum vulpe et cum simili humani capilli colore communem habent. Damiri (diss. Lugdd. p. 154): الكميت الفرس الشديد الحمرة ولا يقال كميت حتى تكون غرته وذنبه اسودين وان كان احمرين فهو اشقر i. e. כמית *appellatur equus rubens, si frons et cauda eius nigri sunt* [nostr. *Brauner*]. *Qui si rubri sunt, equus appellatur* אשקר [nostr. *Fuchs*]." De equi colore legitur etiam Zach. VI, 3, ubi interpres Arabicus pro *ψάρος* legisse videtur *πύῤῥος*, quam scripturam memorat Hieronymus. Etiam fem. شَقْرَاءُ in prov. ap. Cast. equa *fusca* (Fuchsstute) explicandum est. De hominibus usurpatum أَشْقَرُ in Vers. arabica ponitur pro gr. *πύῤῥος* Cant. V, 9, syriaco ܣܘܡܩܐ (pro hebr. אַדְמֹנִי gr. *πυῤῥάκης*) 1 Sam. XVI, 12. XVII, 42, et ad capilli (non genarum) rubedinem s. flavedinem pertinet Elmac. p. 139, quam ita in deliciis habebant Orientales, ut eam pharmacis adhibitis mentirentur, qua de re تشقير dicitur ap. Avic. II, 150 lin. 25, de medicina adhibita مُشَقِّر ib. 155. 157. De variis materiis rufi et fusci coloris, v. c. de olibano, rubia, شُقْرَةٌ reperitur Avic. I, 189. II, 55. 236. 238, de sanguine concreto II, 92 lin. 16. — Apud Zach. autem l. c. ut שָׂרֹק respondet arabico اشقر, ita אָדֹם videtur esse كميت (braun).

2) *vitis* uvas *rubras caeruleas*ve ferens. Plur. שְׂרוּקִים Jes. XVI, 8, v. plura s. שׂרֵק.

שֹׂרֵק m. Jes. V, 2. Jer. II, 21, שֹׂרֵקָה f. Gen. XLIX, 11 *vitis generosioris* species, prob. ab uvis rubris s. caeruleis et nigricantibus appellata. Ex veteribus interpretibus nomen Hebraeum retinuerunt Saad., qui Gen. scribit سوريق, ap. Jes. سريق, Arabs Erp. in Gen. سريق, et Abulwalides, cuius haec sunt verba: هو اجود الكرم ويقل له السريق ويكون بالشام *est praestantissima vitis species*, *quae appellatur* سريق *et in Syria crescit:*

*) In monumentis Persepolitanis reperiuntur figurae Seraphis a Jesaia descriptis simillimae, si quid video, genios sacros Persarum, Amshaspandos s. Izedos, repraesentantes, specie humana, senis alis instructae, quarum binae deorsum inclinatae pedes tegunt, v. Ker Porter Travels tab. 13. Böttiger Amalthea II, 87 sqq.

ex quibus apparet, vc. سريق Arabibus etsi minus (et fortasse in sola Syria) usitatum, tamen non incognitum fuisse, quanquam lexx. arabica (Gauh. et Kam.) illud ignorant. (Vers. Sam. Gen. l. c. habet ריקה, quod mendum videtur pro שריקה). — Qualis vitium species fuerit, his verbis explicat Kimchius: כתב הרב אבן גיאת שהוא מין הטוב מן הגפנים שהענבים לא ימצא בהם חרצן, et huiusmodi species, uvis parvis, subrotundis, *caeruleis nigricantibus*, *acinis* admodum *mollibus* et vix animadvertendis, hodie Persico vocabulo كشمش appellata, etiamnunc in Arabia et Persia celebratur (v. Niebuhr descr. Arabiae p. 147. Oedmann verm. Sammlungen VI p. 98), ex Oriente etiam in Africam translata est, ubi *Serki* vocatur, v. Höst Beschr. von Marokos und Fes p. 303. Hanc igitur plerique recentiores (Mich. Rosenm.) intellexerunt, praesertim quum et in *Serki* veteris nominis vestigium, et probabile etymon (a سرق vacuus, inanis fuit) invenisse sibi viderentur. Sed *Serki* apud Maroccanos non aliud esse quam شَرْقِيّ apud Orientales, recte observavit Hitzigius (ad Jes. l. c.), qui et ipse aliud etymon suasit longe probabilius ab uvarum colore *rubro* et *caeruleo*. Acquiesci igitur potest in illa explicatione, modo putetur, שֹׂרֵק, שָׂרוֹק ab uvis caeruleis nomen habere. Aliam originem in lex. man. proposueram, a שׂרק i. q. שָׂרַךְ, שָׂרַג (unde שָׂרִיג palmes): sed illa mihi praeferenda videtur.

2) n. pr. vallis Ascalonem inter et Gazam, a vitibus illis dictae Iud. XVI, 4.

מַשְׂרֵקָה (plantatio vitium generosiorum) n. pr. oppidi eiusque ut videtur, Idumaei Gen. XXXVI, 36. 1 Par. I, 47.

שָׂרַר i. q. שָׂרָה no. 2 et שׂוּר *princeps fuit, principatum tenuit.* Part. אִישׁ שֹׂרֵר vir principatum tenens Esth. I, 22. Fut. יָשֹׂרוּ Jes. XXXII, 1. Prov. VIII, 16.

Hithp. הִשְׂתָּרֵר *principem se fecit*, sq. עַל Num. XVI, 13.

שַׂר pl. שָׂרִים cstr. שָׂרֵי m. 1) *praefectus.* (In reliquis linguis non reperitur, quippe in quibus pro eo frequentetur רַב, quod ipsum in recentiore Hebraismo habetur. Occurrit tamen apud Phoenices, qui סר scribunt, certe in nomm. pr. ut סראסר princeps Osiridis, סרגד princeps Fortunae, v. monn. Phoen. pag. 223. 354). 1 Sam. XXII, 2. 2 Sam. XXIII, 19. Sq. genit. שַׂר הַמַּשְׁקִים praefectus pincernarum (LXX ἀρχιοινοχόος) Gen. XL, 2 sqq. XLI, 9. שַׂר הָאֹפִים LXX ἀρχισιτοποιός ibid. שַׂר הַסָּרִיסִים LXX ἀρχιευνοῦχος. Dan. I, 7 sqq. שַׂר הָעִיר praefectus urbis Iud. IX, 30. 1 Reg. XXII, 26. שַׂר הַפֶּלֶךְ Neh. III, 14 sqq. שָׂרֵי מִסִּים praefecti angariae Ex. I, 11. שָׂרֵי מִקְנֶה praefecti rei pecuariae Gen. XLVII, 6. Maxime de praefectis, tribunis, ducibus militum. שַׂר עֲשָׂרֹת decurio Exod. XVIII, 21, שַׂר חֲמִשִּׁים πεντηκόνταρχος 2 Reg. I, 9 sqq. Jes. III, 3, שָׂרֵי מֵאוֹת Deut. I, 15, שַׂר אֶלֶף 1 Sam. XVIII, 3, pl. שָׂרֵי אֲלָפִים 1 Par. XV, 25. שַׂר הַצָּבָא LXX ἀρχιστράτηγος) Gen. XXI, 22. 1 Sam. XII, 9. שַׂר הַטַּבָּחִים praefectus satellitum (LXX male ἀρχιμάγειρος) Gen. XXXVII, 36. XXXIX, 1. XLI, 10. Jer. XL, 1 sqq. Etiam absol. שַׂר de praefecto s. tribuno militum 2 Reg. IX, 5, pl. שָׂרִים praefecti militum Num. XXI, 18. Iob. XXXIX, 25. Jes. XXI, 5. XXXI, 9. 2 Par. XXXII, 21.

2) *princeps*, a) de eo, penes quem est totius populi imperium, licet rege minor, i. q. נָגִיד no. 2. שָׂרֵי פְלִשְׁתִּים 1 Sam. XXIX, 3, fort. Iob. III, 14. Jes. XLIX, 7 al. — b) de viro principe in civitate Iob. XXIX, 9. XXXIV, 19, penes quem auctoritas et imperium est, *magistratus*, comes et amicus regis, max. plur. שָׂרִים 2 Sam. XVIII, 5. 1 Reg. IV, 2. Jes. XXX, 4. Jer. XXVI, 11 sqq. XXXIV, 10. XXXVI, 12 sqq. XXXVII, 14 sqq. al. שָׂרֵי פַרְעֹה Gen. XII, 15, שָׂרֵי צֹעַן Jes. XIX, 11. 13. מֶלֶךְ וְשָׂרִים Hos. XIII, 10. Jes. XLIX, 38 coll. Hos. VII, 3. VIII, 10. — Jes. XXIII, 9: *Tyrus* אֲשֶׁר סֹחֲרֶיהָ שָׂרִים *cuius mercatores principes* sunt, i. e. opibus et auctoritate principibus nil cedentes. In re sacra α) שָׂרֵי קֹדֶשׁ principes sancti Jes. XLIII, 27 dicuntur sacerdotes. β) in libro Danielis ita appellantur principes angelorum i. e. (septem) archangeli (οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι, οἳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἑστήκασι Apoc. VIII, 2), singulorum populorum apud Jovam interpretes et patroni, in his *princeps regni Persarum, princeps Graecorum* Dan. X, 20. 21: omnes appellantur הַשָּׂרִים הָרִאשֹׁנִים X, 13, unus eorum Michaël הַשַּׂר הַגָּדוֹל XII, 1. — שַׂר הַשָּׂרִים de Deo VIII, 25.

שָׂרָה f. praecedentis 1) *mulier princeps*, a) uxor principis Jes. XLIX, 23, pl. de uxoribus Salomonis nobili loco ortis 1 Reg. XI, 3, opp. pellicibus. b) mulier nobilis, comes et amica reginae Iud. V, 29. Esth. I, 18. Metaph. Thren. I, 1: שָׂרָתִי בַּמְּדִינוֹת *princeps provinciarum.*

2) *Sara*, n. pr. a) uxoris Abrahami, quae prius שָׂרַי dicta est (q. v. sub rad. שָׂרָה). Gen. XVIII, 6 sqq. XX, 2 sqq. XXI, 1 sqq. XXIII, 1. 19. XXIV, 36. 67. XLIX, 31. Jes. LI, 2. — b) filia Aseri Num. XXVI, 46.

שָׂרַת rad inusit. et dubia, unde ducunt

מַשְׂרֵת *sartago* 2 Sam. XIII, 9. Chald. מַסְרֵת, מַסְרִיתָא, מַסְרֵיתָא id. Sed ת servile esse videtur, rad. שָׂרָה vel i. q. شرى micuit, coruscavit (unde שִׁרְיוֹן) vel ab aestuandi potestate, v. hanc rad.

שָׂשׂוֹן *gaudium*, v. rad. שׂוּשׂ.

שֵׂת i. q. שְׂאֵת *elatio*, v. rad. נָשָׂא.

שָׂתַם Thren. III, 9 i. q. סָתַם *obturavit*, q. v.

שָׁתַר Kal inusit. i. q. شتر *dissecuit, fidit.*
Niph. findi, aperiri, idque pro *erumpere* (cf. בָּקַע Niph. no. 3 et Schult. ad Prov. III, 20. Schroed. observatt. p. 58). De mariscis prorumpentibus 1 Sam. V, 9.

ש

Schin, una cum Sin prima et vicesima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est i. q. *trecenti.* Nomen huius elementi שִׁין i. q. שֵׁן *dentem* significat, et spectat ad figuram eius, quae paene in omnibus Semitarum alphabetis eadem est. Pronunciatur haec littera instar germ. *sch*, angl. *sh*, quo sono Graeci carebant (nisi forte doricum *Σάν* Herod. 1, 139 similiter pronunciatum est), unde factum est ut LXX interpretes utcunque germanam eius potestatem reddituri pro רֵישׁ, שִׁין scriberent *Ῥῆχς, Χσέν,* v. Thren. cap. II. III. IV.

In lingua Arabica hebraeo Schin, quod longe frequentius est quam Sin, tres litterae respondent: a) in exemplis longe plurimis ex peculiari quadam lege س, velut שָׁאַב سأب hausit, שָׁאַל سأل interrogavit, שלם سلم cet. cet.; b) multo rarius Arabes servant ش, velut שֶׁמֶשׁ شمس sol, שָׁטַף شطف inundavit, רָשַׁם رشم delineavit, al. In utroque genere Aramaei servant Schin. In iis autem exemplis, ubi c) Arabes pro Hebraeo שׁ ponunt ث, Aramaei habent ת, ut שְׁמֹנֶה ثمان ܬܡܢܐ, תְּמָנֵי octo; שֶׁלֶג ثلج ܬܠܓܐ, תְּלַג nix; שָׁם ثمّ et ثمّة, תַּמָּה, תַּמָּן ibi; קִשּׁוּא, قثّاء ܩܛܘܬܐ cucumis. Aethiopes in his omnibus habent ሰ, quod pronunciant *s*, ut שָׁלֹם ሰላም:, שְׁמֹנֶה ሰመንቱ:, שׁוֹר ሰር: taurus. Passim etiam d) lingua Arabica plures eiusdem radicis scribendi modos admittit, unamque Hebraeam in duas arabicas dispescit. Ita pro שׁ *α*) س et ش, רָעַשׁ رعس et رعش, tremuit; קָשָׁה قسا durus fuit, et قشا decorticavit; *β*) ش et ث, ut שָׁקַל شقل et ثقل pependit; *γ*) س et ث (aram. ת) גָּדִישׁ جديس et جدث tumulus, גֶּשֶׁם جسم, جسمان, جثمان corpus, יֵשׁ أيس, ܐܝܬ, אִיתַי, cf. in ipsa lingua Arabica سجا et ثجا quievit, سعب et ثعب fluxus.

In ipsa lingua Hebraea Schin raro cum aliis litteris permutatur, ut 1) cum Sin, v. pag. 1318; 2) cum ת, ut חָרַשׁ et חָרַת = *χαράσσω, χαράττω,* בְּרוֹשׁ et בְּרוֹת cupressus, cf. שׁוּב aram. תּוּב et arab. تاب redire, converti; שָׁבַר aram. תְּבַר et arab. تبر. Ubi comparatur cum linguis cognatis, transit quoque 3) in alias sibilantes, ut ז, צ, velut שׁוּל ذيل syrma; עָקַשׁ عقش et عقص invertit, רָכַשׁ ركض tolutim ivit equus, gallopiren, חֹמֶשׁ neohebr. חוּמְצָא abdomen, inguen, דִּישׁוֹן neoh. דִּיצָא capreolus, gazella, קָשַׁר ቀጸረ: ligavit, cf. ex Arabicis شرّ et ذرّ malignus fuit, مشى et مذى laxavit, شاع et ذاع divulgavit. 4) in dentales, ut קָשַׁר aram. ܩܛܪ, קְטַר ligavit; כָּחַשׁ et כָּחַד mentitus est, negavit.

Ubi radices Semiticae in linguas occidentales, maxime in Graecam, receptae sunt, שׁ expressum est a) simplici *s* (*σ*), ut שֵׁרָה *σειρά, σκηνή* a שָׁכַן, שָׁלַל *συλάω*; b) litteris *σχ* et *σκ* (vide supra), velut in שָׁלַל etiam *σκυλάω,* שַׁתִּיל *σκυτάλη,* שֵׁבֶט *σκῆπτον, σκῆπτρον,* שָׁלָה *σχολή* al. c) saepe transiit in t (d), ut שׁוֹר aram. ܬܘܪܐ *ταῦρος;* בָּשָׁן *Βαταναία,* תַּרְשִׁישׁ *Tartessus,* שֵׁן *ὀδούς, dens* (den-s), *Zahn,* licet horum vocabulorum unum vel alterum (sub litt. c) intercedentibus Syris ad Graecos pervenisse videatur.

שֶׁ sequ. Dag. forti (quod ante gutturales omittitur Eccl. II, 18), rarius **שַׁ** sq. dag. Iud. V, 7. Cant. I, 7. Iob. XIX, 29 ante gutt. **שָׁ** Iud. VI, 17, et **שֶׁ** Eccl. II, 22. III, 18 Pron. et conj. praef. i. q. אֲשֶׁר, sed in solo fere recentiore Hebraismo usit. (v. infra)

A) pron. relat. *qui, quae, quod,* pl. *qui, quae, quae.* Ps. CXXIV, 8: בָּרוּךְ יְיָ שֶׁלֹּא נְתָנָנוּ וגו׳. Eccl. II, 18: *piget me laboris* שֶׁאֲנִי עָמֵל *quo laboro.* Iud. VII, 12. VIII, 26. 1 Paral. V, 20. Ps. CXXII, 3. CXXIX, 6. 7. CXXXIII, 2. CXXXV, 2. 8. 10. CXXXVI, 23. CXLIV, 15. Thren. II, 15. 16. Cant. IV, 1. 2. VI, 5. VIII, 8. Eccl. I, 3. 9. 14. II, 9. 11. 21. 22. V, 14. VIII, 14. X, 5. XI, 3. Omisso demonstrativo: (*is*) *qui.* Eccl. I, 11: עִם שֶׁיִּהְיוּ *cum iis qui erunt.* Cant. I, 17. אֵת־שֶׁ eum qui Cant. III, 3. Passim, ut אֲשֶׁר a) est relationis nota, velut שָׁם — שֶׁ Eccl. I, 7, שֶׁשָּׁם Ps. CXXII, 4 *quo.* — b) sq. לְ, pariter atque אֲשֶׁר לְ genitivo possessoris exprimendo inservit. Bis cum suff. pleonastice posito Cant. III, 7: מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה *lectica eius, Salomonis* pr. *quae Salomoni est,* et I, 6 cum emphasi: כַּרְמִי שֶׁלִּי *vinea mea, mea* inquam. Pesch. ܟܪܡܝ ܕܝܠܝ. (Cf. rabb. שֶׁל nota gen. v. c. תורה של פה lex oris, et syr. ܕܝܠ,

etiam cum suff. pleon. ܡܶܠܰܝ ܕܺܝܠܝ verba mea Luc. VI, 42, quod modo emphasin habet modo non habet, v. Hoffm. gr. syr. §. 122, 6. Agrell suppl. synt. p. 196).

B) Conj. relat. i. q. אֲשֶׁר, כִּי 1) *quod* post verbum videndi II, 13. III, 18, sciendi I, 17. II, 14. IX, 5, cogitandi II, 15, signum dandi Iud. VI, 17, it. in his locutionibus: a) quid est — *quod?* Eccl. II, 12. V, 15. VII, 10. Cant. V, 9. — b) Eccl. XII, 9: יֹתֵר שֶׁהָיָה *praeterquam quod erat.* VI, 3: רַב שֶׁיִּהְיוּ יְמֵי שָׁנָיו *ut multi fuerint dies vitae eius*, nostr. soviel dass auch sind seiner Lebenstage. כִּמְעַט שֶׁ brevi quod (kaum dass) Cant. III, 4. עַד שֶׁ usque dum ib. Iud. V, 7. — c) עָשָׂה שֶׁ effecit quod (ut) Eccl. III, 14. — 2) *eo quod, quia* Cant. I, 6. V, 2. Eccl. II, 18, plenius עַל דִּבְרַת שֶׁ Eccl. VII, 14; *nam*, שַׁלָּמָה nam quare? Cant. I, 7. — 3) *quum* Eccl. IV, 10.

Cum praeff. 1) בְּשֶׁ i. q. בַּאֲשֶׁר *eo quod.* Eccl. II, 16. — 2) כְּשֶׁ i. q. כַּאֲשֶׁר a) *quemadmodum, sicut*, et b) *quum, quando*, v. pag. 652 A (v. כְּ).

Ad originem vocis quod attinet, nil fere dubitandum est quin ex pleniore אֲשֶׁר orta sit, א per aphaeresin abiecto (v. pag. 3 A), et ר modo proximae litterae inserto modo prorsus abiecto: id quod eximie commendatur usu eius solis fere recentioribus libris (max. Ecclesiastae, Cantico, Psalmis recentioribus) proprio, quanquam decurtata haec pronominis forma in communi vitae usu iam prius usitata fuisse videtur, et propterea in singulis quibusdam antiquiorum librorum exemplis reperitur, ut Iud. V, 7. VI, 17. VII, 12. VIII, 26. 2 Reg. VI, 11. Iob. XIX, 29 (ubi non probandi sunt, qui ש in שַׁדִּין, שַׁדּוּן pro radicali habent), fortasse etiam in nomm. pr. מִישָׁאֵל, מְחוּשָׁאֵל (v. infra), neque tamen Gen. VI, 3 (ubi vett. intpp. בְּשַׁגַּם male reddunt: *propterea quod*, v. שָׁגַג), nedum XLIX, 10 (v. שִׁילֹה, rad. שָׁלָה). Praeter V. T. ש praef. late regnat in Talmude et sermone Neohebraeorum, neque non apud Phoenices, in quorum reliquiis omnis aetatis אשר nunquam, ש persaepe reperitur, tum in iis quae litteris Phoeniciis tum quae litteris Graecis Latinisque scripta nobis tradita sunt. In illis littera ש scribitur, et non solum relativum est, sed etiam nota genitivi (v. monn. Phoen. p. 356) v. c. שיצב *qui restituit* (numm. Jub.), שעם מחנת *populi Panormitani* (numm. Panorm.), saepe in mediis nominibus propriis, velut חכמשבעל *Hiempsal* (sapiens Baalis, alibi חכמבעל), quam ad analogiam nescio an etiam nomina pr. Hebraea מִישָׁאֵל, et מְחוּשָׁאֵל explicanda sint: *quis est quod Deus?* (coll. מִיכָיָה, מִיכָאֵל) et *vir Dei* (coll. מְחוּיָאֵל, בְּתוּאֵל). Fortasse pro ש in monn. Phoeniciis reperitur etiam plenior forma אש, quam sententiam suasit Cl. Quatremère (Nouveau Journal Asiatique, 1828 p. 15 sqq. et Journal des Savans 1838. Oct.), crebram formam אשנדר explicans *id quod vovit* (pro *vir vovens*) et provocans ad ineditam quandam inscriptionem in qua haec formula in feminino occurrat et ad mulierem referatur *). Eidem favent, quod latuisse videtur virum doctissimum, variae formae, quibus relativum occurrit in Phoeniciis et Punicis, quae litteris occidentalibus expressa sunt. In his enim non solum scribitur *si, sy, se*, passim sequente littera geminata, v. c. *simacom syth* שמקום זאת huius loci Plaut. Poen. 5, 1, 1, *syllohom* שלהם quod iis ib. 1, 4, *siddobrim* שְׁדִּבְרִים quem loquuntur 1, 6, *χουρμά σεμμαχέδ* חרמל שמקד ruta Macedonica (Diosc.), sed etiam praemissa vocali *is, ys, esse* (אש), velut *nesso esse sade* נִצָּא אֶשְׁשָׂדֶה flos campi (Diosc. cf. mon. p. 394), *yschon* אֶשְׁכּוֹן quod est Plaut. l. c. 1, 6, *istim* שאתם qui estis ib. Comm. 11 **). — In reliquis dialectis, ut relativi אשר,

---

*) Haec inscriptio ab ill. Grenville-Templio in ruderibus Carthaginis anno 1839 reperta et mecum communicata, cuius autographum in bibliotheca Parisiensi asservatur, ei simillima est, quam Carth. *quintam* nuncupavi, atque in monn. Phoen. tab. 17 edidi, et ita se habet

לרבת לתנת ולב
על לאדן לבעל ח
מן אשנדרא ש
לכת בת קטן

Dominae Tanith et domino nostro hero Baali Solari id quod vovit Sallechet filia Katoni (parvi),

quae omnino favent sententiae supra memoratae, de qua אשנדרא legitur אֶשְׁנַדְרָא id *quod vovit* (ea). Vix enim licebit אשנדרא efferre אֶשְׁ(א) נֹדְרָא *mulier vovens.*

**) Hos enim versus integros nunc, secus atque feci in monn. p. 368 sqq., ita scribo et interpretor:

V. 6. *Ys siddobrim thyfel yth chyl yschon them lyful*

אש שדברים תפעל את כל שכון תם לפעל

i. e. ad verbum: vir cui dicebant: facis omne quod est rectum ad faciendum, quod plene convenit cum Versione Plautina: Eum fecisse aiunt sibi quod faciendum fuit. Post אִישׁ שֶׁדִּבְּרִים supplendum לוֹ (cf. Jes. VIII, 12. XXVI, 3. XLIII, 8): כון in *yschon* videtur כון = كان *est.*

V. 11 (qui est Versionis Vulgaris primus) secundum scripturam Palimpsesti:

Yth alonim valoniuth sicorathi isthym himalcy macom syth.

Dii deaeque (sunt) quos invoco, qui estis reges huius loci, in quibus Wexium potissimum secutus sum, nisi quod *isthym* (al. codd. *istim*) scribo שאתם *qui estis*, pro אֲשֶׁר אַתֶּם, non יש אתם *estis*, quod a linguae rationibus alienum est.

ita etiam huius formae nullum vestigium reperitur praeter amhar. ከ, quod verbis praemissum significat *quum*, *dum* ከመጣ፡ dum venit, ከተጸለዩ፡ dum oratis (v. Isenberg Amharic dictionnary p. 50), unde ከለ፡ quod attinet ad („concerning", „on", „for the sake of", „because" Isenberg p. 51).

שֶׁל recentioris Hebraismi particula, conflata ex שֶׁ praefixo et לְ, i. q. אֲשֶׁר לְ. (Frequens est in Talmudicis et Rabbinicis, ubi nota genitivi est, neque non in Phoeniciis, v. c. בן של מתנבעל filius Mattambalis Numid. 7, 1, et sic 6, 1 atque in nonnullis ineditis. Congruit syr. ܕܝܠ, quod tamen nonnisi cum suff. reperitur v. c. ܡܠܟܘܬܐ ܕܝܠܝ regnum meum, v. de usu eius Schaaf. lex. h. v. Agrell suppl. p. 195 sqq.) In V. T. non occurrit nisi cum praeff.

1) בְּשֶׁל i. q. בַּאֲשֶׁר לְ (p. 166 B) *propter*. Ion. I, 7: בְּשֶׁלְּמִי *propter quem?* pro בַּאֲשֶׁר לְמִי Comm. 8. Et comm. 12: בְּשֶׁלִּי *propter me.* (Respondet chald. בְּדִיל *propter* comp. ex בְּ, דִּי et לְ).

2) בְּשֶׁל אֲשֶׁר est: *eo ipso quod.* Eccl. VIII, 17: בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל הָאָדָם וְלֹא יִמְצָא *eo ipso quod laborat homo* i. e. quantumvis laborat, tamen *non invenit.* בְּשֶׁל אֲשֶׁר *eo ipso quod* emphatice dictum est pro בַּאֲשֶׁר *eo quod*, plane ut syr. ܕܝܠܗ ܕ et ܕܝܠܗ ܕܝܠܗ ܕ est *eiusdem*, v. c. ܕܝܠܗ ܕܣܗܕܐ *eiusdem martyris*, ܕܝܠܗ ܕܝܠܗ ܕܦܝܠܘܟܣܢܘܣ *eiusdem Philoxeni* (v. Agrell. l. c.), et sententia est eadem ac si legatur בְּכָל־אֲשֶׁר *in omni eo quod*, quod ed. 1 et in lex. man. conieci. Nihil itaque mutandum est, neque ex LXX. Vulg. Pesch. (ὅσα ἂν μοχθήσῃ, quanto plus laboraverit, ܟܠ ܕܢܠܐܐ) recte colligitur, eos legisse בכל.

שָׁאַב fut. יִשְׁאַב *hausit* aquam. Talmud. שאב pariter atque שאף utuntur pro hausit aërem, attraxit, unde אבן שאבת lapis attrahens, magnes: sed raro. Arab. سَابَ et سَيَبَ sitim explevit, potu satiatus est, quod ab hauriendo ductum est, سَأْبٌ uter. De ipso hauriendo Arabes et Aramaei utuntur rad. דָּלָה, دَلَا, ܕܠܐ, quae apud Hebraeos sermoni poët. propria est. Sed cum rad. hebr. fortasse congruit goth. *skephan*, vet. germ. sup. *scephan*, nostr. *schöpfen*). Constr. plerumque sq. acc. מַיִם Gen. XXIV, 13. Deut. XXIX, 10. Jos. IX, 21. 23. 27. 1 Sam. VII, 6. IX, 11, rarius absol. Gen. XXIV, 11. 19. 20, addito dat. eius cui hauritur Gen. l. c. 19. 20. Nah. III, 14, מִן fontis ex quo hauritur 2 Sam. XXIII, 16.

מַשְׁאַבִּים m. pl. *canales*, in quos aqua *hausta* effunditur pecori potando. Iud. V, 11: בֵּין מַשְׁאַבִּים *inter canales* i. e. ad fontes, ubi aqua hauritur.

שָׁאַג fut. יִשְׁאַג *rugiit*. (Arab. ثَأَجَ vociferatum est pecus, balavit ovis, capra, it. rugiit, unde ثَأْجٌ leo. Cogn. ثَغَا balavit). Proprie de leone Ps. XXII, 14. Hos. X, 11. Am. III, 4. 8. Zeph. III, 3. Ez. XXII, 25, etiam iuvene (כְּפִיר) Iud. XIV, 5. Jes. V, 29, sq. לְ Ps. CIV, 21: כְּפִירִים שֹׁאֲגִים לַטָּרֶף, sq. עַל (contra) Jer. II, 15. Transfertur a) ad tonitru Iob. XXXVII, 4, itaque ad vocem Dei (קוֹל יְהוָֹה), Am. I, 2: יְהוָֹה מִצִּיּוֹן יִשְׁאָג. Joël III, 21 (IV, 16). Jer. XXV, 30. — b) ad vociferationes militum saevorum Ps. LXXIV, 4 cf. Jes. V, 29. Jer. II, 15, it. hominum, quibus doloris vehementia clamores extorquet Ps. XXXVIII, 9 (cf. جَأَرَ mugivit bos; elata voce Deum rogavit Cor. 23, 66. 16, 45).

שְׁאָגָה f. *rugitus* leonis Jes. V, 29. Zach. XI, 3. Iob. IV, 10, translate de *clamore* miseri, quem dolor ei extorsit Iob. III, 24. Ps. XXII, 2. XXXII, 2.

I. שָׁאָה i. q. שׁוּא 1) *strepuit*, *strepitum edidit*, de fluctibus, populo tumultuante, v. שָׁאוֹן, שֵׁת. — 2) *fragorem edidit*, ut domus diruta, inde *vastata est* urbs Jes. VI, 11: עַד אֲשֶׁר אִם שָׁאוּ עָרִים.

Niph. 1) *strepuit*, de fluctibus et militum copiis Jes. XVII, 12. 13. — 2) *vastata est* terra. Jes. VI, 11: וְהָאֲדָמָה תִּשָּׁאֶה שְׁמָמָה.

Hiph. *vastavit*, inf. לְהַשְׁאוֹת Jes. XXXVII, 26 omisso א לַהְשׁוֹת 2 Reg. XIX, 25.

שַׁאֲוָה f. *tempestas devastans* Prov. I, 27 Chethibh, i. q. שׁוֹאָה Keri.

שָׁאוֹן m. 1) *strepitus*, ut aquarum multarum Ps LXV, 8. Jes. XVII, 12. 13, magnae hominum turbae Jes. V, 14. XIII, 4. XXV, 5. LXVI, 6 cf. שְׁאוֹן עָרִיצִים XXIV, 8, *tumultus* belli Am. II, 2. Hos. X, 14, clamoris Ps. LXXIV, 23. Jer. XXV, 31. LI, 55. — Ib. XLVIII, 45: בְּנֵי שָׁאוֹן *filii tumultus* i. e. milites streperi, magno cum strepitu invadentes. — 2) *interitus*, *pernicies*. Ps. XL, 3: בּוֹר שָׁאוֹן *fovea perniciei* (minime fovea strepitus aquarum, in fovea enim aquae stagnant, non strepunt). Jer. XLVI, 17: פַּרְעֹה מֶלֶךְ מִצְרַיִם שָׁאוֹן *Pharao, rex Aegypti*, est *internecio* i. e. periit, actum est de eo, abstr. pro concreto, in quo nihil difficultatis est. Non est propterea quod cum Maurero corrigas שָׁאוּן part. pass. a שָׁאַן, quae forma auctoritate caret.

שְׁאִיָּה f. *ruinae* Jes. XXIV, 12.

שֵׁאת f. (pro שְׁאֵת) *interitus* i. q. שָׁאוֹן no. 2. Thren. III, 47: הַשֵּׁאת וְהַשָּׁבֶר.

שֵׁת pro שֵׁאת (eiecto א cf. שֵׂת Iob. XLI, 16 pro שְׂאֵת, שֵׂאת) *tumultus* bellicus, i. q. שָׁאוֹן no. 2. Num. XXIV, 17: בְּנֵי שֵׁת *filii strepitus* bellici i. e. hostes Israëlis feroces arma moventes contra eum, i. q. בְּנֵי שָׁאוֹן Jer. XLVIII, 45 (qui quidem locus ex illo expressus est).

LXX. Pesch. Saad. Sam. Vulg. שֵׁת h. l. pro nomine proprio (regis Moabitici? Winz.) habent, nulla probabilitate.

II. שָׁאָה in Kal inusit. i. q. שָׁעָה *intuitus est, contemplatus est.*

Hithpa. הִשְׁתָּאָה id. Gen. XXIV, 21: מִשְׁתָּאֵה לָהּ LXX *κατεμάνθανεν αὐτήν.* Vulg. *contemplabatur eam.* — Cod. Sam. omisso א legit משתה לה, quod intp. Sam. vertit שתיו לה. Utrumque derivandum est a rad. שתה, sam. in Aph. אשתה stulte egit Num. XII, 11, i. q. שָׁטָא, ܫܛܐ stultescere. Itaque scriptura cod. Sam. pronuncianda est מִשְׁתָּה לָהּ *stupebat eam.*

שָׁאַט rad. inusit. i. q. שׁוּט no. II *fastidivit.* (Origo esse videtur in *foetendo*, cf. شَاطَ et شَعَطَ foetuit, شَاطَة coenum foetens). Inde

שְׁאָט c. suff. שְׁאָטֵךְ Ez. XXV, 6 m. *fastidium*, inde *fastus*, quo quis omnia fastidit et despicit. Tribuitur animo Ez. XXXVI, 5: בִּשְׁאָט נֶפֶשׁ *cum fastidio animi.* XXV, 15: בִּשְׁאָט בְּנֶפֶשׁ *cum fastu in animo* i. e. animo fastu pleno (mit Hochmuth im Herzen, non cum Dewettio: mit Hochmuth von Herzen). Comm. 6: בְּכָל־שָׁאטְךָ בְּנֶפֶשׁ.

שָׁאַל I) i. q. שָׁעַל *fodit, excavavit*, unde שְׁאוֹל orcus, pr. cavum subterraneum. A fodiendo autem profecta videtur *percontandi* et *quaerendi* potestas, cf. חָקַר, בִּקֵּר no. 3, חָפַר no. 2, it. *percontari* i. e. *κόντῳ* perquirere et explorare, *rimari* terram et secreta, nostr. *grübeln* = *forschen.*

II) gall. *demander*, interrogare, petere sive rogando sive postulando. 1) *percontatus est, interrogavit.* (Chald. id. Syr. ܫܐܠ interrogavit, petiit. Pa. percontatus est, sciscitatus est diligenter. Aph. mutuo dedit, cf. hebr. no. 2, b, α. Zab. sam. id. Arab. سَأَلَ interrogavit, rogavit. III. id. V. mendicavit. ሰአለ: et ሰኣለ: petiit, rogavit, mendicavit. Reperitur etiam in Punicis Plauti, Poen. 5, 1, 10: *ysl* אשאל cui respondet lat. *percunctabor*). Constr. absol. Deut. XIII, 15, sq. acc. pers. Gen. XXIV, 47. XXXII, 18. XLIV, 19: אֲדֹנִי שָׁאַל אֶת־עֲבָדָיו לֵאמֹר. Deut. XXXII, 7. Iud. IV, 20. Iob. XL, 7. XLII, 4 (de formula שָׁאַל אֶת־פִּי פ׳ v. פֶּה p. 1088 A), rarius לְ pers. 2 Reg. VIII, 6. Iob. VIII, 6. Id *de* quo interrogatur, ponitur praemisso לְ Gen. XLIII, 7: שָׁאוֹל שָׁאַל הָאִישׁ לָנוּ וּלְמוֹלַדְתֵּנוּ. Iud. XIII, 18: לָמָּה־זֶּה תִּשְׁאַל לִשְׁמִי. Gen. XXXII, 30. Jer. VI, 16, עַל Neh. I, 2. Eccl. VII, 10, accusativo Jer. L, 5, inde c. acc. pers. et rei Jer. XXXVIII, 14: שֹׁאֵל אֲנִי אֹתְךָ דָּבָר. Jes. XLV, 11. Hagg. II, 11. Ps. XXXV, 11. Spec. est a) *consuluit*, velut oraculum, v. c. שֹׁאֵל אוֹב Deut. XVIII, 11, sed plerumque sq. בְּ (sich befragen *bey*); שָׁאַל בַּיהוָה Iud. I, 1. XVIII, 5. XX, 8. 1 Sam. XXVIII, 6. XXX, 8, שָׁאַל בִּדְבַר יְיָ 2 Sam. XVI, 23, שָׁאַל בַּתְּרָפִים Ezech. XXI, 26. Sq. לְ *pro* aliquo. 1 Sam. XXII, 10: וַיִּשְׁאַל לוֹ בַּיהוָה. 13. 15. Num. XXVII, 21. — b) שָׁאַל לְפ׳ לְשָׁלוֹם interrogavit aliquem de salute i. e. quomodo valeat, inde *salutavit* Gen. XLIII, 27: וַיִּשְׁאַל לָהֶם לְשָׁלוֹם וַיֹּאמֶר הֲשָׁלוֹם אֲבִיכֶם. Ex. XVIII, 7. Iud. XVIII, 15. 1 Sam. X, 14. XVII, 22. XXX, 21. 2 Sam. VIII, 10, alio verborum ordine Jer. XV, 5: לִשְׁאֹל לְשָׁלֹם לָךְ. Poët. שָׁאַל שְׁלוֹם לְ Ps. CXXII, 6: שַׁאֲלוּ שְׁלוֹם יְרוּשָׁלָיִם *adprecamini salutem Hierosolymis*, et sine salutandi potestate: וַיִּשְׁאַל דָּוִד לִשְׁלוֹם יוֹאָב 2 Sam. XI, 7: שָׁאַל לִשְׁלוֹם פ׳ וְלִשְׁלוֹם הָעָם וְלִשְׁלוֹם הַמִּלְחָמָה *quaesivit Davides quomodo valeret Joabus cum exercitu et quomodo administraretur bellum.* (Syr. ܫܐܠ ܒܫܠܡܐ Luc. I, 40. Sir. VI, 6 et ܫܐܠ ܒܫܠܡܗ Rom. XVI, 22. 23. Col. IV, 10. 12. 14. 1 Cor. XVI, 19. 20 salutavit. Syri dicunt etiam ܪܡܙ ܫܠܡܐ salutavit BH. 206, adeoque hoc nexu: *capitis nutu tantum salutabant* ib. 182, lin. 4).

2) *petiit*, sive poscendo, sive rogando. Itaque

a) *poposcit*, absol. 1 Reg. III, 5. 2 Reg. II, 9. Ies. VII, 11. 12. Mich. VII, 3 (ubi int. poscere munera), sq. acc. rei 1 Sam. XII, 13. Threu. IV, 4: עוֹלָלִים שָׁאֲלוּ לֶחֶם. Ps. XL, 7, sq. מִן Ps. II, 8 et מֵאֵת 1 Sam. VIII, 10 eius a quo poscitur, etiam sq. dupl. acc. (*αἰτεῖν τινά τι*, poscere aliquem aliquid) Deut. XIV, 26: אֲשֶׁר תִּשְׁאָלְךָ נַפְשֶׁךָ. Jes. LVIII, 2. Ps. CXXXVII, 3: שְׁאֵלוּנוּ שׁוֹבֵינוּ דִּבְרֵי שִׁיר. Addito dat. שָׁאַל לוֹ poposcit sibi 1 Sam. XII, 17. 19. — Ut animo (Deut. XIV, 26), ita tribuitur oculis Eccl. II, 10. — Notanda est locutio Jon. IV, 8: וַיִּשְׁאַל אֶת־נַפְשׁוֹ לָמוּת pr. *deposcit*, appellavit, vocavit *vitam suam ad moriendum* (er forderte seine Seele auf zu sterben) i. e. mortem sibi adprecatus est. 1 Reg. XIX, 4, et Iob. XXXI, 31: לִשְׁאֹל בְּאָלָה נַפְשׁוֹ *poscendo cum diris vitam eius* (inimici) i. e. mortem ei adprecando. — Constructio *ἀσύνδετος* est in his Jes. VII, 11: *posce* (שְׁאַל) *tibi signum* הַעְמֵק שְׁאָלָה אוֹ הַגְבֵּהַּ לְמָעְלָה *fac profundum* et *pete*, pete signum in profundis (cf. הִקְשִׁיתָ לִשְׁאוֹל grave quid petis 2 Reg. II, 10) *aut altam fac* petitionem *sursum*, pete signum in excelsis coeli. Aqu. Symm. Theod. *βάθυνον εἰς ᾅδην* (שְׁאֹלָה), cui favet parallelismus vocum שאלה et למעלה. Opponi potest, signum in orco cerni non posse, quanquam hoc in oratione hyperbolica fortasse non urgendum est.

b) *petiit, rogavit.* Sq. acc. rei Iud. V, 25. 1 Reg. III, 10 sqq. X, 13, et מִן eius a quo petitur Iud. VIII, 24. 1 Sam. I, 20. Ps. XXI, 5, it. מֵאֵת 2 Sam. III, 13. 1 Reg. II, 20. 2 Reg. IV, 28. Ps. XXVII, 4. Prov. XXX, 7, מֵעִם Deut. X, 12. XVIII, 16. Addito dat. pers. cui aliquid petitur 1 Reg. II, 22, שָׁאַל לוֹ petiit sibi 2 Par. I, 11.

Spec. α) *mutuum petiit* ab aliquo Ex. III, 22. XI, 2. XII, 35. Part. pass. שָׁאוּל mutuum petitus (et datus) 1 Sam. I, 28. 2 Reg. VI, 5. Sq. לְ prob. *mutuum dedit*

i. q. Hiph. 1 Sam. II, 20. (Syr. Aph. mutuum dedit. Ettaph. mutuum datum est, ܡܰܫܐܶܠ mutuum dans, ܒܫܐܠܐ mutuo. In Rabbinicis saepe). — β) stipem petiit, *mendicavit* i. q. Pi. no. 1. Prov. XX, 4. (Arab. Conj. V. id., سَائِل, سُؤُول mendicus. Aeth. id.).

Niph. sibi petiit (ut gr. *αἰτοῦμαί σε τοῦτο*, nostr. sich etwas ausbitten), sq. מִן pers. et gerundio rei, cuius faciendae veniam aliquis petit 1 Sam. XX, 6. 28 (ubi verbum omissum est), sq. verbo finito Neh. XIII, 6. Cf. gr. §. 50, 2. Alii volunt: precibus libertatem s. veniam impetravit a domino, nostr. sich frey- losbitten.

Pi. שִׁאֵל 1) *interrogavit* 2 Sam. XX, 18. 2) *mendicavit* i. q. Kal no. 2, b, β. Ps. CIX, 10.

Hiph. mutuum dedit Exod. XII, 36. 1 Sam. I, 28, cf. Kal no. 2, b, α.

שְׁאֵל chald. 1) *interrogavit*. Constr. (secus atque hebr.), sq. לְ pers. Esr. V, 9 et acc. rei Dan. II, 27, inde Esr. V, 10: שְׁמָהָתְהֹם שְׁאֵלְנָא לְהֹם *de nominibus interrogavimus eos*. Dan. II, 10, cf. Ps. XXXV, 11 Targ. — 2) *petiit, poposcit*, sq. dupl. acc. Esr. VII, 21: כָּל־דִּי יִשְׁאֲלֶנְכוֹן עֶזְרָא *quaecunque a vobis poscet Esras*.

שְׁאָל n. pr. viri Esr. X, 28.

שְׁאֵלָה f. c. Suff. שְׁאֵלָתִי, שְׁאֵלָתָם Ps. CVI, 15, et contr. שֵׁלָתֵךְ 1 Sam. I, 17 1) *rogatio, petitio, preces*. Dicunt: שָׁאַל שְׁאֵלָה petiit petitionem i. e. petiit aliquid ab al., et preces fudit Iud. VIII, 24. 1 Reg. II, 16. 20, נָתַן שׁ׳ concessit petitum Esth. V, 6. 8. VII, 3. IX, 12. בָּאָה שְׁאֵלָה concessum est petitum Iob. VI, 8. — 2) *commodatum, mutuo datum* 1 Sam. II, 20. Cf. rad. no. 2, b, α.

שְׁאֵלָא chald. emphat. שְׁאֵלְתָא f. *quaestio* (ita saepius in Targg.), spec. *quaestio* forensis (Rechtsfrage), *causa* forensis iudicata, inde *decretum* Dan. IV, 14: בִּגְזֵרַת עִירִין פִּתְגָמָא וּמֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלְתָא *in decreto Custodum* nititur hoc *decretum*, *et mandatum Sanctorum* est haec *causa* i. e. hoc decretum. Sibi respondent פִּתְגָמָא et שְׁאֵלְתָא: ad significationem decreti autem, quam flagitat contextus, rectius hac via pervenies, quam ea, quam ingressus est C. a. Lengerke, cui שׁ est: *postulatum* iudicum, inde *voluntas, decretum* eorum, quod ab usu radicis alienius est. Etiam arab. مَسْأَلَة quaestio, de *causa* dicitur vit. Tim. II, 356 lin. 5, et de *re* Gen. XXIV, 66. Deut. XXX, 4 Ar. Erp. pro hebr. דָּבָר.

שְׁאֹל, שְׁאוֹל utriusque sexus vc. (m. Iob. XXVI, 6, f. Jes. V, 14. XIV, 9) *orcus* (LXX ubique *ᾅδης*, semel *θάνατος* 2 Sam. XXII, 6), locus subterraneus, profundissimus (Iob. XI, 8. Deut. XXXII, 22) et caliginosus (Iob. X, 21. 22, vide contra Jes. XIV, 9 sqq.), habitatus a mortuorum animabus (Ps. XXX, 4. LXXXVI, 13. LXXXIX. 49. Prov. XXIII, 14), quae רְפָאִים appellantur (v. h. v.): cui et valles (Prov. IX, 18) et portae vectesque tribuuntur a poëtis (Jes. XXXVIII, 10. Iob. XVII, 16). Morientes dicuntur *descendere in orcum*, יָרַד שְׁאֹלָה Num. XVI, 30. Ez. XXXI, 15. 17 poët. יָרַד שְׁאֹל Iob. VII, 9. Ps. LV, 16, cf. הוֹרִיד שְׁאֹלָה in orcum demisit Gen. XLII, 38. 1 Sam. II, 6. 1 Reg. II, 9. Qui vitam alic. servant, dicuntur *servare* eum מִיַּד שְׁאֹל *a manu* (potestate) *orci* Hos. XIII, 14. Ps. XLIX, 16, alibi orcus omnes devorare (Prov. I, 12), insatiabilis (Prov. XXX, 16. Jes. V, 14), durus et immitis (Cant. VIII, 7) esse dicitur. Per prosopopoeiam ei tribuuntur laquei (Ps. XVIII, 6. 2 Sam. XXII, 6), quibus hominibus insidietur: qui mortem effugiunt, dicuntur foedus cum orco fecisse (Jes. XXVIII, 15. 18). Aliis locis meton. *orcus* est pro *incolis orci*, velut Jes. XXXVIII, 18: *orcus te non laudat* i. e. in orco te non laudant (Ps. VI, 6), XIV, 9: *orcus commovetur tibique obviam it* int. manes. Vide max. Num. XVI, 30 sqq. Jes. XIV, 9 sqq. Ez. XXXI, 16 sqq. XXXII, 21 sqq. (Chald. et talm. שְׁיוֹל id. Syr. ܫܝܘܠ, praeter V. et N. T. locos apud Cast. et Schaaf. v. quae laudat Bernst. in lexid. ad chrest.; usurpatur etiam de limbo patrum et purgatorio Amirae gr. 74, de sepulcro Ephr. III, 235. 236. Aeth. et amh. ሲኦል:). — De etymo pro certo habendum est, שְׁאוֹל (v. rad. no. I) i. q. שְׁעוֹל pr. significare *locum cavum* et subterraneum, ut germ. *Hölle* eiusdem originis esse videtur atque *Höhle* (cf. goth. *halja*, vet. germ. sup. *hella, hellja* infernus coll. *hellir* caverna, *hol* cavus, foramen, *holl* foramen, *hal, hale* anglosax. caverna, hodie *Hölle* de via cava montibus cincta = *Hohlweg*, hebr. מִשְׁעוֹל q. v.), et lat. *coelum* est a *κοῖλος*, cavus, *hohl*. Quam verbi originem iam in scholis aliquamdiu propositam postquam in lex. man. publici iuris feceram, intellexi eodem fere tempore etiam alios viros doctos in eandem coniecturam incidisse (v. Böttcheri specc. p. XIII. Ewald ad Ps. p. 42, cf. Maureri praef. ad Ps.): qui quidem consensus (absit enim in talibus aemulatio infensa et simultas) rem per se probabilem pluribus etiam commendabit. Priores de etymo coniecturae vix memoratu dignae sunt. Plerique enim orcum a *poscendo* dictum putabant, quippe qui continuo *poscat* et insatiabilis sit (Prov. XXX, 16, orcus rapax Catull. 2, 28. 29), alii cum Scheidio (ad cant. Hiskiae p. 20 sqq.) שְׁאוֹל referebant ad سَالَ laxus, pendulus fuit venter, شَالَ defecit lac in utre, شَوْل parva portio aquae in fundo utris, et inde *fundi* s. *imi* significationem extorquebant (coll. שׁוּל lacinia vestis, ذَيْل, adeoque דַּלַּל v. E. Meier ad Joël p. 159. Hupfeld in Ephemerid. orient. II, 462); ne minima quidem veri specie, quum *penduli laxi*que notio in שׁוּל, سَالَ, ذَيْل, דָּלַל a notione inferni prorsus aliena sit.

שָׁאוּל (expetitus i. e. quem parentes a Deo impetrarunt cf. שְׁאַלְתִּיאֵל) *Saulus* (LXX *Σαούλ*, Jos. *Σάουλος*)

n. pr. quod gesserunt 1) primus Israëlitarum rex, filius Kisi Benjaminitae, vir fortis et bellicosus a Samuele propheta *poscente* populo electus 1 Sam. VIII, 4. IX, 2 sqq., ab eodem postea improbatus et repudiatus (ib. c. XV). Post quadraginta annorum imperium clade a Philistaeis accepta mortem sibi conscivit (ib. c. XXXI). בֵּית שָׁאוּל familia, posteri Sauli 2 Sam. III, 1. IX, 1. גִּבְעַת שָׁאוּל Gibea Sauli, v. גִּבְעָה no. 2, a. — 2) rex Idumaeorum Gen. XXXVI, 37. — 3) filius Simeonis ib. XLVI, 10. — 4) al. 1 Par. VI, 9. — A no. 3 est patron. שָׁאוּלִי Num. XXVI, 13.

שְׁאַלְתִּיאֵל (quem a Deo petii) n. pr. viri 1 Par. III, 17. Esr. III, 2. Neh. XII, 1, qui שַׁלְתִּיאֵל Hagg. I, 12. 14. II, 2.

אֶשְׁתָּאוֹל (fort. recessus, qs. inf. ab ܐܫܬܐܠ subduxit se, recessit ab aliqua re, sq. ܡܢ 1 Tim. V, 11. 2 Tim. II, 16. 23. Tit. III, 9) n. pr. oppidi in planitie Judae Jos. XV, 33, Danitis tributae XIX, 41. Iud. XIII, 25. Eusebius v. *Ἀσθαώλ* eam comparat cum vico Asto inter Azotum et Ascalonem, sed ad vocem *Ἐσθαούλ* scribit esse in decimo miliario Eleutheropolis aquilonem versus pergentibus Nicopolin.

שָׁאַן *quievit*, in Kal inusit., cogn. verbo שָׁעַן innixus est ad quietem captandam, cf. ܫܥܢ brachio innixus est, dein quievit, dormivit. (Syr. Pa. ܫܝܢ placavit, tranquillavit. Ethpa. requievit, ܫܝܢܐ tranquillitas, pax). Non legitur nisi

Pil. שַׁאֲנַן *tranquillus fuit*, *tranquille et secure vixit* Jer. XXX, 10. XLVI, 27. Prov. I, 33, *quietem captavit* Iob. III, 18. Inde

שַׁאֲנָן, pl. שַׁאֲנַנִּים adj. 1) *tranquillus*, de habitatione Jes. XXXIII, 20, *tranquille vivens* Zach. I, 15, *secure vivens* Iob. XII, 5 (cf. שַׁלְאֲנָן XXI, 23). — 2) in malam partem *socors*, *fastuosus* (secundis rebus ferox, Sallust. Iug. 94). Ps. CXXIII, 4. Am. VI, 1. Jes. XXXII, 9. 11. 18. Cf. בָּטַח no. 2, b, שָׁלֵו, שַׁלְוָה, et Schultens Animadvv. ad Iob. XXVI, 5. Origg. hebr. p. 226. Storr. Obss. p. 179 not. Subst. *fastus* Jes. XXXVII, 29. 2 Reg. XIX, 28.

שְׁאָס v. שָׁסַס.

שָׁאַף 1) *anhelavit* (schnauben). (Einsdem stirpis radd. sunt שׁוּף, נָשַׁף, נָשַׁב, שָׁבַב no. I, iisque vicina est syllaba הַב, אַב, quae et flandi et cupiendi potestatem habet. In linguis indogerm. cum sibilo habes *schnauben*, *schnappen*, *to snap*, cum spiritu *happen* [jappen] cet.). Est a) iracundi Jes. XLII, 14, b) festinantis, inde *festinavit* Eccl. I, 5. Cf. חָפַז no. 3. — 2) *inhiavit* (schnappen), *hiante ore captavit*, *appetivit*, velut aërem Jer. II, 24. XIV, 6, umbram Iob. VII, 2, noctem (orcum) XXXVI, 20: אַל תִּשְׁאַף הַלָּיְלָה *ne anheles appetas illam noctem.* Poët. tribuitur laqueo s. pedicae alicui insidianti Iob. V, 5 (v. צַמִּים). Sq. עַל Am. II, 7: *qui inhiant pulvisculo terrae in capite tenuium*, qui ne pulvisculum quidem, quo pauperes caput consperserunt, iis sine invidia permittunt, quin huic etiam avide inhient, hyperb. de sordida divitum pauperes opprimentium avaritia. Ps. CXIX, 131: פִּי פָעַרְתִּי וָאֶשְׁאָפָה *os meum aperio et inhio* sc. appeto praecepta divina (cf. hemist. sq.). Alibi *inhiare alicui* est i. q. sanguinem eius sitire, metaphora a bestiis feris petita sq. acc. Ps. LVI, 2: כִּי שְׁאָפַנִי אֱנוֹשׁ *nam inhiant mihi homines.* ib. 3. LVII, 4. Am. VIII, 4. Ez. XXXVI, 3.

שָׁאַר 1) *tursit*, *turgidus factus est* (strotzen, anschwellen), *luxuriavit;* it. *intumuit*. Hebr. de *turgore* carnis in corpore maxime iuvenili, opimo et obeso, unde שְׁאֵר caro turgescens, et de fermento intumescente, unde מִשְׁאֶרֶת mactra fermenti. Radd. cognatae sunt: שָׂאַר intumuit fermentum, unde שְׂאֹר fermentum; סִיר turgere, luxuriare, exuberare, de plantis, unde סִירִים vepres, it. aestuare, effervescere, unde סִיר olla; arab. سار effervbuit, ebullivit, de vino, febri; ثار id. etiam de ulceribus intumescentibus.

2) *redundavit*, *abundavit* (i. q. יָתַר), dein *superfuit*, *reliquus fuit.* (Chald. et sam. id. Arab. سَأَرَ reliquum fecit, سَئِرَ reliquus fuit). In Kal semel 1 Sam. XVI, 11.

Niph. pass. Hi. 1) *reliquus factus est*, *superfuit.* Gen. VII, 23: וַיִּשָּׁאֶר אַךְ נֹחַ *et reliquus factus est unus Noachus.* XLII, 38. XLVII, 18. Ruth I, 3. 5 et saepe. Ex. VIII, 27: לֹא נִשְׁאַר אֶחָד *ne unus quidem superfuit*, et sic לֹא נִשְׁאַר עַד אֶחָד XIV, 28. Iudd. IV, 16, לֹא נִשְׁאַר אִישׁ Jos. VIII, 17. 2 Reg. X, 21. — Sq. dat. superfuit alicui Zach. IX, 7; sq. בְּ *in* aliquo loco Jes. XVII, 6: נִשְׁאַר בּוֹ עֹלֵלוֹת, Dan. X, 8: לֹא נִשְׁאַר בִּי רוּחַ; sq. מִן (ex multitudine) Neh. I, 2, Part. נִשְׁאָר *reliquus*, *superstes* Gen. XXXII, 9. Jes. IV, 3 pl. Gen. XIV, 10. Fem. Jes. XXXVII, 31. — 2) *remansit* alicubi Exod. VIII, 5. 7. Num. XI, 26. — Iob. XXI, 34: תְּשׁוּבֹתֵיכֶם נִשְׁאַר מָעַל *altercationes vestrae* si examinantur, *remanet perfidia* in Deum. — Ez. IX, 8 in editt. est monstrum formae: וְנֵאשְׁאַר אֲנִי. Sed nil dubito, quin haec ex duabus lectionibus (נִשְׁאָר part. et אֶשְׁאַר) conflata sit. Hodieque exstant codices, in quibus deest א, et alii in quibus נ omissum, v. de Rossi.

Hiph. 1) *reliquum fecit* (übriglassen), *reliquit*, post esum Deut. XXVIII, 51, messem Obad. 5, max. post caedem, לֹא הִשְׁאִיר שָׂרִיד non reliquit residuum Jos. X, 28. 37. 39. 40, sq. dat. (alicui) VIII, 22. X, 33. XI, 8.

לֹא הִשְׁאִיר לוֹ מַשְׁתִּין בְּקִיר 1 Reg. XVI, 11: post omnium deportationem 2 Reg. XXV, 12. 22. Jer. XXXIX, 10. — De abeunte, qui (aliquid) post se relinquit Joël II, 14: *fortasse redit* ... וְהִשְׁאִיר אַחֲרָיו בְּרָכָה *et abiens post se relinquit benedictionem.* — 2) הִשְׁאִיר לוֹ intrans. *relictus est ei.* Jos. VIII, 22: *et percusserunt eos* עַד בִּלְתִּי הִשְׁאִיר לָהֶם שָׂרִיד *donec iis non relictus est residuus.* Num. XXI, 35. Deut. III, 3. 2 Reg. XVII, 3: כִּי הִשְׁאִיר לִיהוֹאָחָז עָם *nam non relictae sunt Joahaso copiae* (Kriegsvolk) *nisi* cet. Sine dat. *reliquum habuit, retinuit* Am. V, 3: *oppidum quod eduxit mille* תַּשְׁאִיר מֵאָה *retinet* (pr. reliquos facit) *centum, et quod centum educit* תַּשְׁאִיר עֲשָׂרָה *retinet decem.* — LXX καταλείπω, ὑπολείπω, in Niph. pass.

שְׁאָר (Kamez impuro) m. *reliquiae, residuum*, reperitur tantum in Paralipp. Esr. Neh. Esth. et (poët.) apud Jes. (antiquiores scriptores pro eo utuntur שְׁאֵרִית) Jes. X, 20. XIV, 22 al. Sq. gen. שְׁאָר עַמּוֹ residuum populi eius Jes. XI, 11, שׁ׳ יַעֲקֹב resid. Jacobi (post clades) X, 21, שְׁאָר הַבַּעַל residuum cultus Baalitici (aboliti) Zeph. I, 4, et *reliqua pars* (opp. ei quae iam memorata est) Jes. XVII, 3: *Damascus* וּשְׁאָר אֲרָם *et reliqua Syria.* 2 Paral. IX, 29: שְׁאָר דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה *reliquae res gestae Salomonis.*

שְׁאָר m. chald. cstr. שְׁאָר, semel שְׁאַר Esr. VII, 18 *residuum* Dan. VII, 7. 19, *reliqua pars* (praeter eam quae iam memorata est). Esr. IV, 9: *Rehum* .... וּשְׁאָר כְּנָוָתְהוֹן *et reliqui collegae eorum.* 10. 17. VI, 16. VII, 18. 20. (In Targg. שְׁאָר, שְׁיָר, שְׁאָרוּת, שִׁיּוּר id.).

שְׁאָר יָשׁוּב (*residuum* populi convertetur v. Jes. X, 21. 22) n. pr. symbolicum filii Jesaiae prophetae VII, 3.

שְׁאֵר cstr. שְׁאֵר Lev. XVIII, 12. 13. Mich. III, 3, c. suff. שְׁאֵרוֹ m. *caro*, ita dicta quippe quae *turgescat* in corpore obeso et opimo (das Strotzende, Schwellende des wohlgenährten Körpers, wie das Fleisch der Wangen, Brüste) v. rad. no. 1, quod collabitur. simulatque corpus emarcescit sive morbo sive desiderio et curis. Ps. LXXIII, 26: כָּלָה שְׁאֵרִי וּלְבָבִי. Prov. V, 11 ubi cum בָּשָׂר copulatur: בִּכְלוֹת בְּשָׂרְךָ וּשְׁאֵרֶךָ *ubi deficit caro et corporis turgor* (wenn hinschwindet Fleisch und Fett). (Io. Simonis nominis rationem a re sacrificali derivandam putabat, ut proprie sit effuso sanguine et incensis ablegminibus *residuum*, et similiter, quod mireris, Maurerus ad Pss. p. 201 „quod detracta cute *reliquum sit* et statim compareat." Plerique maluerunt originem ignorare, quam talia sequi, et recte quidem. Illi, quod supra et nunc quidem primi proposuimus, praeter rem ipsam favet duplex analogia. Una est vocis בָּשָׂר quod pr. est *nitidum*, τὸ λιπαρόν in corpore, v. app. h. v.; altera est vocis יֹתֶרֶת *iecur* a יָתַר redundavit, luxuriavit, exuberavit [von dem üppigen Wuchse der Pflanzen, wie der animalischen Welt], dein *reliquus fuit*). — Prov. XI, 17: עֹכֵר שְׁאֵרוֹ *se ipsum perdit.* *Comedere carnem popululi* est i. q. populum divexare, exhaurire Mich. III, 3 (v. אָכַל 1, g), inde Jer. LI, 35: חֲמָסִי וּשְׁאֵרִי עַל בָּבֶל *iniuria mea et caro mea* a Chaldaeis devorata q. d. sanguis meus a Chaldaeis profusus veniet *super Babylonem.* — Usurpatur a) de carne bestiarum, quae hominibus cibo est Ps. LXXVIII, 20. 27, inde generatim de *cibo, alimentis* (ut لَحْم caro, pr. cibus) Ex. XXI, 10. b) *caro* alic. dicitur pro *consanguineo, consanguineis* eius (cf. בָּשָׂר no. 4) Lev. XVIII, 12. 13. 17. XXI, 2. Num. XXVII, 11, plenius שְׁאֵר בְּשָׂרוֹ Lev. XVIII, 6. XXV, 49, qua in formula vis primaria vocis שְׁאֵר iam periit. Cf. arab. ثَأْر vindex sanguinis, quae significatio ab hebr. שְׁאֵר profecta esse videtur.

שַׁאֲרָה f. *consanguinitas*, concr. consanguinea Lev. XVIII, 17.

שֶׁאֱרָה (consanguinitas, concr. consanguinea) n. pr. mulieris 1 Par. VII, 24.

שְׁאֵרִית f. semel contr. שֵׁרִית 1 Par. XII, 38 *pars reliqua* Jes. XLIV, 7. Jer. XXXIX, 3. Neh. VII, 72, max. *pars residua, superstites* ex magna clade, sic שְׁאֵרִית יְהוּדָה superstites Judae Jer. XL, 15. XLII, 15. XLIV, 28, שְׁאֵרִית יְרוּשָׁלַםִ XXIV, 8, שְׁאֵרִית יִשְׂרָאֵל Ez. IX, 8. XI, 13, שׁ׳ פְּלִשְׁתִּים Am. I, 8 al. — De ingenti omnium clade dicunt: לֹא הָיְתָה שְׁאֵרִית לְ Jer. XI, 23. 50, 26, et contra: נָתַן שׁ׳ לְ concessit ei residuum (sive victor sive deus) Jer. XL, 11, הוֹתִיר שׁ׳ לְ XLIV, 7, שׂוּם שׁ׳ לְ Gen. XLV, 7: לָשׂוּם לָכֶם שְׁאֵרִית בָּאָרֶץ coll. 2 Sam. XIV, 7: לְבִלְתִּי שׂוּם לְאִישִׁי שֵׁם וּשְׁאֵרִית עַל פְּנֵי הָאֲדָמָה. — Poët. Ps. LXXVI, 11: *ira hominum laudabat te* tibi nata est laus ex furore hominum a te devictorum, שְׁאֵרִית חֵמֹת תַּחְגֹּר *reliquiis irarum* tuarum *cingebas te* (non iussive: cinge te, ut transtulimus p. 445) i. e. extrema tua ira instruebas te, conf. Deut. XXXII, 23: חִצַּי אֲכַלֶּה בָּם *tela mea consumam in eos*, omnia tela mea in eos coniiciam. *Residuum irarum* sunt irae divinae extremae s. rebus extremis servatae, opp. irae modicae in caussis levioribus effundi solitae. (Fuerunt qui conferrent arab. سَائِر *reliquum*, idque passim pro *toto* usurpari docerent, v. Schult. ad Dan. II, 18. Muntinghe ad Ps. l. c., sed hanc ipsam vocem ubique propriam vim retinere, copiose docet Haririus apud de Sacy, chrest. arabe II, 398 sqq. ed. 2). Maurerus *residuum irarum* interpretatur *reliquias hostium, qui* in Deum *saevierunt*, et hanc totius hemistichii sententiam facit: reliquiis hostium iratorum nunc potentiam tuam agnoscentium et celebrantium te circumdas. Sed hoc longe petitum est, et חָגַר חֵמוֹת *cingere se iris* (coll. similibus locutionibus: אָזַר חַיִל 1 Sam. II, 4, לָבַשׁ חַיִל p. 742) vix aliam sententiam admittit, quam eam in qua plerique intpp. consentiunt. Praeterea non video, quidni irae hominum in uno hemistichio opponi possint irae divinae in altero. Dubitationi autem inde

petitae, quod deo non conveniat ,,extrema ira se instruere" quum aliis locis tum Deuteronomii l. c. satisfactum est.

מִשְׁאֶרֶת f. *mactra*, s. vas in quo farina subigitur et *fermentatur* (v. rad. no. 1) Ex. VII, 28. XII, 34. Deut. XXVIII, 5. 17.

מִשְׁאֵת v. rad. שָׂאָה.

שְׁבָא (cf. aeth. et tigr. ሳባእ: amh. ሳዋ: et ሳባ: vir) n. pr. 1) trium virorum in stemmatis Geneseos (et Paralipp.), qui Arabiae populorum auctores fuisse feruntur. Unus est a) filius Regmae (cuius frater est Dedan), Cuschi nepos Gen. X, 7. 1 Par. I, 9; alter b) filius Joctani, frater Usali (Sanaae), Ophiri, aliorum. Gen. X, 28. 1 Par. I, 22. Abulfeda p. 98 Paris.: سبا بن يشجب بن يعرب بن قحطان. Tertius est c) filius Jokshan, filii Abrahami et Keturae, frater Dedani Gen. XXV, 3. 1 Par. I, 32. Cf. no. 2 extr.

2) gens et regio in Arabia felice thure, aromatis, auro gemmisque abundans 1 Reg. X, 1 sqq. (ad quem locum cf. traditiones Arabum de Balkisa, regina Jemanae Cor. 27. Pococke spec. hist. Arabum p. 60, et contra Aethiopum, qui cum Jos. Ant. 8, 6 §. 5, licet iniuriâ, illam reginam patriae suae vindicant Ludolf. hist. aeth. 2, 3) Jes. LX, 6. Jer. VI, 20. Ezech. XXVII, 22. Ps. LXXII, 15, mercatura etiam magna et copiosa nobilis Ez. l. c. Ps. LXXII, 10. Joël IV, 8. Iob. VI, 19, sed Iob. I, 15 (ubi copulatur cum fem.) in vicinia Ausitidis et Euphratis praedas agens. Cum his congruunt, quae Graeci et Arabes tradunt de Sabaeis, quorum metropolis modo Saba modo Mariaba (مأرب) dicta trium quattuorve itinerum spatio a Sanaa abest. Strabo XVI, p. 768: *ἐχόμενοι δὲ τούτων* (Minaeorum) *Σαβαῖοι, μητρόπολις δ᾽ αὐτῶν Μαριάβα*, p. 777: *συνάπτει δ᾽ ἡ τῶν Σαβαίων εὐδαιμονεστάτη μεγίστου ἔθνους, παρ᾽ οἷς καὶ σμύρνα καὶ λίβανος καὶ κιννάμωμον· ἐν τῇ παραλίᾳ καὶ βάλσαμον .... ἡ δὲ πόλις τῶν Σαβαίων, ἡ Μαριάβα κεῖται μὲν ἐπ᾽ ὄρους εὐδένδρου ..... ἐκ δὲ εὐπορίας* (al. *ἐμπορίας*) *οὗτοί τε καὶ Γεῤῥαῖοι πλουσιώτατοι πάντων εἰσίν, ἔχουσί τε παμπληθῆ κατασκευὴν χρυσωμάτων καὶ ἀργυρωμάτων, κλινῶν τε καὶ τριπόδων καὶ κρατήρων, σὺν ἐκπώμασι καὶ τῇ τῶν οἴκων πολυτελείᾳ· καὶ γὰρ θυρώματα καὶ τοῖχοι καὶ ὄροφοι δι᾽ ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λιθοκολλήτου τυγχάνει διαπεποικιλμένα.* Idem alibi (p. 780) fines eorum usque ad Syriam desertam pertinuisse docet: *πρῶτοι δὲ ὑπὲρ τῆς Συρίας Ναβαταῖοι καὶ Σαβαῖοι τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν νέμονται, καὶ πολλάκις κατέτρεχον αὐτῆς, πρὶν ἢ Ῥωμαίων γενέσθαι·* unde illustratur Iob. I, 15. Similia referunt Agatharch. p. 64 Diod. 3, 38. 46. Plin. 6, 32, neque non Arabes, ut Abulfeda p. 96 Par. (cf. Rommel p. 39). Edrisi I, 53. 147 ed. Jaubert. Recentiorum quidem nemo *Sabam* s. *Marebam* adiit, sed ex relationibus eorum qui Sanaae nuper fuerunt intelligitur, ibi permulta antiquitatis ethnicae rudera, in his aedificia et marmora cum inscriptionibus Himjariticis, superesse (v. London Geogr. Journal T. VIII). — Quae si comparaveris cum tribus Geneseos locis (v. no. 1, a. b. c), facile apparet, *Sabaeos* Arabiae felicis Sanaae conterminos esse filios Joctani Gen. X, 28 (litt. b): neque minus evidens est, Gen. X, 7 et XXV, 3 (a. c) de uno eodemque populo dici, quanquam diversa ei assignatur origo, utroque enim loco Saba copulatur cum Dedano et Regma. Itaque duo huius nominis populi statuendi videntur, quorum unus (b) altero nobilior in Arabia felice, alter (a. c) ad mare Persicum haud procul ab ostiis Euphratis habitaverit: licet huius (a. c) praeter stemmata Geneseos certa mentio non exstet.

I. שָׁבַב rad. inusit. Arab. شَبَّ accendit, et intransit. arsit, شَبَابٌ et شَبُوبٌ id quo ignis accenditur. Cogn. ܫܒܶܒ inflammavit, ܫܰܒܳܐ aestus, uredo, fort. ܫܒܰܒ arsit, conflagravit, neque non شِهَابٌ flamma (nisi hoc secundarium est, ortum ex שַׁלְהֵב, לָהַב). Origo fortasse est in flando, unde flando suscitavit ignem, coll. נָשַׁב, נָשַׁף. Inde

שָׁבִיב, cstr. שְׁבִיב אִשּׁוֹ *flamma ignis eius*. Iob. XVIII, 5. LXX *φλόξ*.

שְׁבִיבָא chald. emph. id. Dan. III, 22: שְׁבִיבָא דִּי נוּרָא flamma ignis, ut recte Vulg. Theod. *φλὸξ πυρός*. Plur. שְׁבִיבִין דִּי נוּר VII, 9. Syr. ܫܒܺܝܒܶܐ ܢܽܘܪܳܐ ,,scintillae" Cast., rectius, ut videtur, flammae, licet Pesch. Dan. l. c. alia voce utatur (ܫܰܠܗܒܺܝܬܳܐ).

II. שָׁבַב i. q. chald. שְׁבַב fregit, unde שְׁבָבָא fragmentum. Inde

שְׁבָבִים m. pl. *fragmenta* Hos. VIII, 6.

שָׁבָה fut. conv. וַיִּשְׁבְּ *captivum fecit, captivum abduxit*. (Aram. שְׁבָא, ܫܒܳܐ id., ܫܶܒܝܳܐ captivitas, ܫܒܺܝܬܳܐ turba captiva. Arab. سَبَا id., سَبْيٌ captivus). Refertur ad homines Num. XXI, 1. XXIV, 22. XXXI, 9. Deut. XXI, 10. 1 Reg. VIII, 48. Jes. XIV, 2. Jer. XLI, 10. 14. XLIII, 12 (etiam mulieres Gen. XXXIV, 29 cf. arab. سَبْيٌ mulieres captivae), rarius est: *abegit* greges 1 Par. V, 21. 2 Par. XIV, 14, *asportavit* opes Obad. 11. 2 Par. XXI, 17. Dicitur etiam de duce triumphante captivos secum ducente Iud. V, 12. Ps. LXVIII, 19, de his qui aliquem captivum tenent Ps CXXXVII, 3. Part. pass. שְׁבוּיִם captivi Jes. LXI, 1. Gen. XXXI, 26: שְׁבֻיוֹת חָרֶב *captivae gladii* i. e. in bello

captae a milite gladium manu tenente (2 Reg. VI, 22. Jes. XXII, 3 ibique comment.) gr. αἰχμάλωτος, δορυάλωτος.

Niph. pass. Gen. XIV, 14. Ex. XXII, 9. 1 Sam. XXX, 3. 5. Jer. XIII, 17. Ez. VI, 9.

שְׁבוֹ m. *gemmae* species, de qua certi nihil constat, maxime cum origo nihil suppeditet, quo natura gemmae illustretur. Exod. XXVIII, 19. XXXIX, 12. *Achatem* reddunt LXX. Vulg. Luth. cf. Braun. de vest. sac. II, 15.

שְׁבוּאֵל (captivus Dei i. e. qui amore Dei qs. captivatus est, cf. سبا captivum fecit s. rapuit cor alic. amore) n. pr. virorum 1) 1 Par. XXIII, 16. XXVI, 24, pro quo שׁוּבָאֵל XXIV, 20. — 2) 1 Par. XXV, 4, pro quo שׁוּבָאֵל Comm. 20.

שְׁבוּת f. *captivitas*, concr. *captivi*. Passim, ubi שְׁבוּת in textu est, in Keri est שְׁבִית Ps. LXV, 2. CXXVI, 4. Zach. II, 7, sed saepius contra pro שְׁבִית in Chethibh (quae forma minus usitata est) Keri habet שְׁבוּת Iob. XLII, 10. Jer. XXIX, 14. XLIX, 39. Thren. II, 14. Ezech. XVI, 33. 53. XXXIX, 25. Ubique in hac locutione: הֵשִׁיב שְׁבוּת פ׳ Jer. XXXIII, 7. 11. XLIX, 6. Ez. XXXIX, 25 et שׁוּב שְׁבוּת פ׳ Deut. XXX, 3. Jer. XXIX, 14. XXX, 3. 18. XXXI, 23. XXXII, 44. XLVIII, 47. Ez. XXIX, 14. Am. IX, 14. Zeph. III, 20. Ps. XIV, 7. LIII, 7. LXXXV, 2. CXXVI, 4 reducere captivos alic. (populi), et metaph. *restituere* aliquem *pristinae felicitati et saluti*. Iob. XLII, 10: וַיהוָה שָׁב אֶת־שְׁבוּת אִיּוֹב *et Jova in integrum restituit Jobum*. Ezech. XVI, 53 cf. 55. Hos. VI, 11.

שְׁבִי m. 1) adj. (i. q. שָׁבוּי) *captivus* Ex. XII, 29. Fem. שְׁבִיָּה captiva Jes. LII, 2.

2) subst. abstr. in Pausa שֶׁבִי, c. suff. שִׁבְיוֹ, שֶׁבְיֵךְ Iud. V, 12, שֶׁבְיְכֶם Neh. XXXI, 19 *captivitas*. Deut. XXI, 13. 2 Par. XXIX, 9. Esr. III, 8. IX, 7. Neh. VIII, 17. אֶרֶץ שִׁבְיָם terra captivitatis eorum Jer. XXX, 10. XLVI, 27. הָלַךְ בַּשֶּׁבִי abiit, abductus est in captivitatem Jer. XX, 6. XXII, 22. XXX, 16. XLVI, 2. Ez. XII, 11. XXX, 17. 18. Am. IX, 4, semel הָלַךְ שֶׁבִי Thren. I, 5: dicunt etiam: לָקַח בַּשֶּׁבִי abstulit in captivitatem Jer. XLVIII, 46, נָתַן לַשֶּׁבִי Ps. LXXVIII, 61. — שְׁבִי הַגּוֹלָה capivitas exulum Esr. II, 1. Neh. VII, 6. Saepe concr. a) *captivi*. Iud. V, 12. שְׁבֵה שֶׁבִי abduxit captivos Num. XXI, 1, v. שָׁבָה, אָסַף שֶׁבִי coëgit captivos Hab. I, 9. שְׁבִי מִצְרַיִם captivi Aegypti Jes. XX, 4, שְׁבִי יְרוּשָׁלַםִ Jer. LII, 2. Angustius est quam מַלְקוֹחַ (q. v.), unde מַלְקוֹחַ הַשֶּׁבִי praeda captivorum Num. XXXI, 26. Sed dicitur tamen b) de *praeda gregum* aliarumque opum. Am. IV, 10: שְׁבִי סוּסֵיכֶם, et Jes. XLIX, 24: שְׁבִי צַדִּיק *praeda iusti* i. e. iusto ablata, et שְׁבִי גִבּוֹר praeda tyranno ablata Comm. 25.

שֹׁבַי (i. q. שֹׁבֶה qui captivum fecit) n. pr. viri Esr II, 42. Neh. VII, 45.

שֹׁבִי (id.) n. pr. viri 2 Sam. XVII, 27.

שִׁבְיָה f. *captivitas* Neh. III, 36. Jer. XLVIII, 46, meton. *captivi*. Deut. XXI, 11. XXXII, 42. 2 Par. XXVIII, 5. 11. 13. 14. 15.

שְׁבִית i. q. שְׁבוּת f. *captivitas* Num. XXI, 29. Praeterea in locutione שׁוּב שְׁבִית פ׳ in Chethibh, ubi Keri habet שְׁבוּת, et contra ter in Keri, ubi Chethibh habet שְׁבוּת q. v.

תִּשְׁבִּי n. gent. *Thisbita*, cognomen Eliae prophetae. 1 Reg. XXI, 17. XVII, 1: אֵלִיָּהוּ הַתִּשְׁבִּי מִתֹּשָׁבֵי גִלְעָד *Elias Thisbita unus ex inquilinis Gileadi*. Inquilini autem Gileaditidis mihi esse videntur tales qui ex alia quadam tribu et regione orti in Gileaditide sedes posuerant ibique peregrini et advenae erant. Itaque non obstat Thisbes situs in agro Naphtalitarum, Tob. I, 2: ἐκ Θισβῆς, ἥ ἐστιν ἐκ δεξιῶν Κύδιος (קֶדֶשׁ) τῆς Νεφθαλείμ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ὑπεράνω Ἀσήρ (ex conj. Hamak. Ἀσώρ חָצוֹר): contra Pseudepiphanius Thisben trans Jordanem ponit, Eliam oriundum esse dicens ἐκ Θεσβῶν, ἐκ γῆς Ἀράβων .... ὅτι ἡ Θέσβις δῶμα ἦν τοῖς ἱερεῦσι δεδομένη (?). Vide quae de his locis disputarunt Relandus in Palaest. p. 1035. Hamakerus ad librum de vit. prophetarum p. 39 sqq.

שָׁבַח in Kal inusit. pr. *mulsit*, *permulsit*, arab. سبح natavit, quod fit aquam stringendo et mulcendo. Aethiop. ሠብሐ: pinguis fuit, fortasse a laevore. Intrans. سَبَخَ quietus fuit. Inde

Pi. 1) *compescuit* fluctus Ps. LXXXIX, 10 (mulcere fluctus Virg. Aen. 1, 70), iram Prov. XXIX, 11. Cf. חָלָה. (Arab. سبخ II. sedavit dolorem, febrim, calorem. V. pass.). — 2) *laudavit*, pr. mulsit laudibus Pacuv. (arab. سَبَّحَ, aeth. ሰብሐ: id.) Eccl. VIII, 15, max. Deum Ps. LXIII, 4. CXVII, 1. CXLVII, 12, addito dat. pers. laudavit aliquid alicui ib. CXLV, 4. — 3) *felicem praedicavit* Eccl. IV, 2 (ubi שַׁבֵּחַ dicitur pro מְשַׁבֵּחַ). Cf. chald.

Hiph. i. q. Pi. no. 1 (fluctus) *compescuit* Ps. LXV, 8.

Hithp. sq. בְּ *gloriatus est* aliqua re Ps. CVI, 47. 1 Par. XVI, 35.

שְׁבַח chald. *Pa.* שַׁבַּח *laudavit*, *laudibus celebravit*, ut Deum Dan. II, 23. IV, 31. 34, idola V, 4. 23 (sq. לְ). In Targg. saepissime pro שִׁבַּח, הִלֵּל, רִנֵּן et similibus. Syr. ܫܒܚ id.

יִשְׁבַּח (laudans) n. pr. viri 1 Par. XXIV, 13.

שׁבט rad. inusit., quam una cum cognatis *standi*, *statuendi*, dein *stabilis*, *fixi*, *firmi* vim habuisse suspicor (*stehen*, *stecken*, *Stock*). Durissimae huius familiae formae sunt שָׁפַת statuit, terrae infixit (unde שְׁפַתַּיִם, מִשְׁפְּתַיִם), שָׁפַט statuit, decrevit, iudicavit: sequuntur duae molliores, שׁבט, unde שֵׁבֶט nostr. *Stecken*, *Stock*, et שָׁבַת quievit, substitit (stehen bleiben, stocken), arab. ثَبَتَ stabilis, firmus fuit: denique שׁוט, שׁוֹט flagellum, remus, et שׁית, שִׁית statuit, posuit. Ad שֵׁבֶט prope accedunt σκήπτων, σκῆπτρον, σκηπίων, σκίμπων, lat. *scipio*, *scapus* (stipes), sanscr. *skabh* firmare (ligare), nostr. Schaft, adde aeg. ϣⲂⲱⲧ scipio, sceptrum. Alii primariam radicem putant בט, ut origo sit in percutiendo, cf. חָבַט *bat*-uere.

שֵׁבֶט et **שֵׁבֶט** in Pausa שָׁבֶט Levit. XXVII, 32. 2 Sam. XXIII, 21. Jes. XXVIII, 27, c. suff. שִׁבְטִי, pl. cstr. שִׁבְטֵי m. (semel f. Ez. XXI, 15) 1) *baculum*. (Chald. שִׁבְטָא id. syr. ܫܒܛܐ baculum, virga, tribus, v. Schaaf. Haud improbabile est, 'שׁ primitus *surculum* arboris significasse, *virgam* e radice excrescentem, v. מַטֶּה no. 1, et infra signif. 2, sed ex usu chaldaeo hoc firmari non potest. Laudatur quidem in Aruch vc. שַׁבְטוּט palmitis s. surculi significatu ex Bereshith Rabba s. 34. Sed longe certior ibi est scriptura שַׁבְשׁוּשׁ, v. Buxt. h. v. a rad. שַׁבֵּשׁ). Spec. a) quo verberatur et castigatur Ex. XXI, 10. 2 Sam. VII, 14. Jes. X, 15. 24. XIV, 5. 29. XXX, 31. Mich. IV, 14. Prov. X, 13. XIII, 24. XXIII, 13. 14. XXVI, 3. XXIX, 15, inde שֵׁבֶט מוּסָר Prov. XXII, 15, et שֵׁבֶט אֱלוֹהַּ de virga qua Deus homines castigat. Iob. IX, 34. XXI, 9: לֹא שֵׁבֶט אֱלוֹהַּ עֲלֵיהֶם. XXXVII, 13. Jes. X, 5: שֵׁבֶט אַפִּי *virga irae meae*. XI, 4: *percutit terram* שֵׁבֶט פִּיו *virgâ oris eius*, i. e. sententiis severis. — Etiam de baculo quo excutiuntur legumina Jes. XXVIII, 27. (Cf. talm. שָׁבַט excussit lanam). b) cui quis innititur (Stab) Ps. XXIII, 4. c) de *pedo* pastoris Lev. XXVII, 32: כֹּל אֲשֶׁר־יַעֲבֹר תַּחַת הַשָּׁבֶט *quodcunque transit sub pedo* i. e. a pastore pascitur, cf. Ez. XX, 37: וְהַעֲבַרְתִּי אֶתְכֶם תַּחַת הַשָּׁבֶט i. e. pedo (imperio) vos subiiciam. Mich. VII, 14: רְעֵה עַמְּךָ בְשִׁבְטֶךָ *pasce populum tuum pedo tuo*. d) de *scipione* ducis Iud. V, 14, *sceptro*, ut insigni regii imperii Gen. XLIX, 10. Num. XXIV, 17. Zach. X, 11: יָסוּר שֵׁבֶט מִצְרַיִם *recedet sceptrum* imperium *Aegypti*. Am. I, 5. 8: תּוֹמֵךְ שֵׁבֶט (rex) σκηπτοῦχος. Trop. de imperio Ps. XLV, 7: שֵׁבֶט מִישֹׁר שֵׁבֶט מַלְכוּתֶךָ *sceptrum aequitatis est sceptrum regni tui*. Contra שֵׁבֶט הָרֶשַׁע Ps. CXXV, 3 et שֵׁבֶט בַּרְזֶל Ps. II, 9 de imperio improbo, duro atque immiti. Inde etiam e) de *hasta*, quippe quae sceptro vel baculo constet superne cuspide munito 2 Sam. VIII, 14, cf. מַטֶּה no. 2, b.

2) *tribus*, max. populi Israëlitici. (Arab. سِبْطٌ tribus, pec. Israëlitica, ut قَبِيلَةٌ Israëlitica Cor. 2, 130. 4, 161). Locutio est metaphorica, repetita a planta, e cuius radice plures *virgae*, *stirpes* (Stämmchen, *Stämme*) assurgunt: radici enim comparatur auctor totius gentis (Jes. XI, 2), *stirpes* vocantur auctores singularum tribuum (v. prae ceteris Gen. XLIX, 28, ubi ipsi filii Jacobi appellantur שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל) ipsaeque tribus cf. מַטֶּה no. 3. 1 Reg. XI, 13. 36. שֵׁבֶט יְהוּדָה Jos. VII, 16, שֵׁבֶט לֵוִי Deut. XVIII, 1. שְׁנֵי עָשָׂר שֵׁבֶט duodecim tribus Ex. XXVIII, 21. שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל tribus Israëlis Ex. XXIV, 4. Deut. XXIX, 20. Jos. XXIV, 1. Iud. XVIII, 1. XX, 2. 10. 12. XXI, 5. 1 Sam. II, 28. IX, 21. X, 20 cet., quae eaedem appellantur שִׁבְטֵי יָהּ tribus Jovae Ps. CXXII, 4. Differt a מִשְׁפָּחָה familia, quae proprie est pars tribus (Deut. XXIX, 17. Iud. XVIII, 19. XXI, 24): nihilominus passim angustiori sensu de familiis dicitur, velut Kehathitarum Num. IV, 18, tribus Benjaminiticae Iud. XVIII, 1. XX, 12. 1 Sam. IX, 21 (cf. de Dieu ad Iud. XVIII, 1): et contra de universa gente Israëlitica, quae appellatur: שֵׁבֶט נַחֲלַת יְיָ gens Jovae propria (der ihm eigene Völker*stamm*) Jer. X, 16. LI, 19. Ps. LXXIV, 2, cf. pl. שִׁבְטֵי נַחֲלָתֶךָ Jes. LXIII, 17. — De tribubus Aegyptiorum Jes. XIX, 13. Suspecta scriptura est in his 2 Sam. VII, 7: *num verbulum dixi uni ex tribubus Israël* (אַחַד שִׁבְטֵי יִשׂ׳) *quam pascere iusseram populum meum* cet. Legendum videtur cum 1 Par. XVII, 6 שֹׁפְטֵי, non enim tribuum est, pascere populum, sed iudicum. Fraudi fuisse videtur librariis, quod omnino alibi τῷ שֵׁבֶט (pedo) tribuitur *pastio* v. Mich. VII, 14 et Ps. II, 9 sec. Alex.

שְׁבַט chald. i. q. hebr. no. 2 *tribus*. Plur. cstr. שִׁבְטֵי Esr. VI, 17. (In Targg. baculum, tribus).

שְׁבָט undecimus anni Hebraei mensis, qui a novilunio Februarii ad Martii novilunium computatur. Zach. I, 7: „Est, inquit Hieronymus, in acerrimo tempore hiemis, qui ab Aegyptiis Mechir, a Macedoniis Περίτιος, a Romanis Februarius appellatur." Respondet syr. ܫܒܛ, arab. سُبَاط et شُبَاط Alf. Gol. pag. 3. Ex Hebraeis Carpentrasi hunc mensem ita dictum putat a *surculis* et *ramulis* in eo efflorescentibus. Alii originem in vetere lingua Persica anquisiverunt, ut a zend. *hapta*, sanscr. *sapta* septem, quia olim septimus mensis fuerit (A. L. Z. 1826 no. 73), vel a feriis hoc mense et absoluta hieme celebratis *shab sadá*, zend. *shap hadò* i. e. nocturna sessio (Benfey Monatsnamen p. 159 sqq.).

שׂבך rad. inusit. Arab. سَبَكَ fudit i. q. שָׁפַךְ. Inde

שׁוֹבָךְ n. pr. ducis Hadadeseri regis Zobae 2 Sam. X, 16. 18, pro quo שׁוֹפַךְ 1 Par. XIX, 16. 18.

שָׁבַל rad. in verbo inusitata 1) *ivit*, cogn. יָבַל. Inde שְׁבִיל سَبِيل via, سبل IV. multos viatores habuit via (nostr. stark *begangen*, betreten seyn). Syr. ܫܒܰܠ monstravit viam.

2) *ascendit, crevit.* (Arab. سبل IV. et quadril. سَنْبَلَ spicas produxit cf. شبل crevit, adolevit. Vide שִׁבֹּלֶת, שִׁבֹּלֶת.

3) *fluxit*, max. largius. (Arab. Conj. IV. pluviam profudit coelum, سَبَل, سَبَلَة pluvia). Derivv. שֹׁבֶל, שִׁבֹּלֶת no. 2.

שֹׁבֶל m. *syrma* vestis a defluendo dictum. Jes. XLVII, 2. Cogn. שׁוּל q. v. Arab. سَبَلَة vestes longae, unde dicunt جرّ سبلته verrit syrma.

שַׁבְּלוּל v. rad. בָּלַל p. 212.

שִׁבֹּלֶת, tantum in pl. cstr. (fem.) Zach. IV, 12: שְׁתֵּי שִׁבֲּלֵי הַזֵּיתִים LXX δύο κλάδοι τῶν ἐλαιῶν. Vulg. *duae spicae olivarum.* Spicae autem vocantur frondes olearum extremae ob spicarum similitudinem. Kimchi: דמה אותם לשבלים לדקותם. Nonnulli codd. exhibent שִׁבְּלֵי (a שִׁבֹּלֶת), sed repugnante Masora, quae illas formas distingui iubet.

שִׁבֹּלֶת pl. שִׁבֳּלִים f. 1) *spica.* (Chald. שׁוּבְלָא, שׁוּבַל pl. שִׁבְּלִין, it. תּוּבְלָא, syr. ܫܶܒܠܳܐ, ܫܒܺܠܬܳܐ, zab. ܫܘܡܒܠܐ, arab. سُنْبُل, سُنْبُلَة, سُنْبُولَة, et Dag. in Nun resoluto سُنْبُلَة, aeth. ሰንበል: id.) Iob. XXIV, 24, pl. Gen. XLI, 5 sqq. Ruth II, 2. Jes. XVII, 5.

2) *flumen.* Iud. XII, 6 (ubi singularis pronunciatio ש litterae apud Ephraimitas attingitur, v. pag. 931) Ps. LXIX, 3. 16. Jes. XXVII, 12. Vide rad. no. 3. (Syr. ܫܒܺܠܬܳܐ alveus fluminis).

שָׁבוּל Jer. XVIII, 15 Cheth. i. q. שְׁבִיל in Keri.

שְׁבִיל vel **שְׁבִיל**, tantum pl. cstr. et c. suff. שְׁבִילֵי, שְׁבִילֶיךָ m. *via.* Ps. LXXVII, 20 et Jer. XVIII, 15 Keri, ubi in Chethibh est שבול. (Chald. שְׁבִילָא id., unde בִּשְׁבִיל propter, nostr. *wegen*, syr. ܡܛܠ et ܫܒܝܠܳܐ, arab. سَبِيل id.).

שָׁבַן rad. inusit. et incertae significationis, fort. *crevit*, *adolevit* i. q. שָׁבַל no. 2 et arab. شبل cf. شَبَنَ tener, mollis fuit adolescens.

שֶׁבְנָא et **שֶׁבְנָה** (fort. adolescentia, nisi est pro שְׁבַנְיָה) n. pr. praefecti palatii Jes. XXII, 15 sqq., dein (postquam hoc munus Eliakimo traditum est Jes. XXII, 15) scribae regii regnante Ezechia XXXVI, 3. 2 Reg. XVIII, 18. 26. 37. XIX, 2.

שְׁבַנְיָה (quem adolescere fecit Jova?) n. pr. virorum 1) 1 Par. XV, 24. 2) Neh. IX, 4. 5. 3) X, 11. 13. 4) Neh. X, 5. XII, 14, pro quo XII, 3 שְׁכַנְיָה, et 1 Par. XXIV, 11 שְׁכַנְיָהוּ, qui idem esse videtur.

שָׁבַס verbum inusit. i. q. שָׁבַץ et שָׁבַשׁ miscuit, texuit. Inde

שְׁבִיסִים m. pl. *reticula* (Varr. de ling. lat. 4, 19), de ornamento capitis mulierum Hebraearum Jes. III, 18. LXX τὰ ἐμπλόκια, et ita Talmudistae (v. ad Misn. Kelim XXVIII, 10), Kimchi, Raschi, Aben Esra. N. G. Schroederus (de vest. mul. hebr. c. 2) ingeniose interpretatur *parvos soles* (sequuntur שַׂהֲרֹנִים lunulae) i. e. bullulas solis speciem referentes et in collo gestatas, coll. arab. شُمَيْسَة (dimin.) quod pariter atque ipsum شَمْس de ornamento colli muliebris usurpatum est (exemplis a Schroedero laudatis adde شميسات الزجاج Edrisi 12, 18 Rom.), et de usu ב pro מ in hac voce Σαβίς (شَمْس), quod Theophr. h. pl. 9, 4. Plin. 12, 14 solis nomen apud Arabes esse tradunt. Obstat quidem vocis forma arabica magis quam hebraea: sed possit nomen una cum re ab Arabibus ad Hebraeos transiisse.

שֶׁבַע f. et **שִׁבְעָה** m. cstr. שְׁבַע f. שִׁבְעַת m. numerale cardinale, *septem.* (In linguis Semiticis formae primariae gen. f. sunt syr. ܫܒܰܥ, sam. ࠔࠁࠏ, arab. سَبْع, aeth. ሰብዕ: et ሰብዑ: amh. ሰባት: cf. ሰባ: septuaginta. Simile est theb. ⲤⲀϢϤ, memph. ϢⲀϢϤ, aeg. vet. ⲤϤϢ Champoll. gr. p. 211 cf. ϢϤⲈ, ϢⲂⲈ septuaginta; et in linguis indogerm. sanscr. *saptan*, zend. *hapta*, pers. هفت, gr. lat. ἑπτά, *septem*, in quibus omnibus comparet t in linguis semiticis pariter atque in germanicis abiectum, v. goth. *sibun*, angl. *seven*, nostr. *sieben*). Forma absoluta plerumque praecedit nomen, ut שֶׁבַע שָׁנִים Gen. V, 7, שֶׁבַע פָּרוֹת XLI, 18, שִׁבְעָה פָרִים Num. XXIII, 1. 29; rarius sequitur, max. in recentiore Hebraismo, מַעֲלוֹת שֶׁבַע Ezech. XL, 22, אֵילִים שִׁבְעָה 2 Par. XIII, 9. XXIX, 21. (Num. XXIX, 32). Si nomen praecedit in statu constructo, exprimitur Ordinale, ut שְׁנַת שֶׁבַע annus septimus 2 Reg. XII, 1. Forma constructa ubique praeponitur, sed in certis tantum formulis, ut שִׁבְעַת יָמִים (ein Tagsiebend) Gen. VIII, 10. 12. XXXI, 23 et sexcenties, et שְׁבַע מֵאוֹת septingenti Gen. V, 26. שִׁבְעָה שִׁבְעָה septeni (a)

VII, 2. C. suff. שִׁבְעָתָם septem illi 2 Sam. XXI, 9. *Septendecim* est שִׁבְעָה עָשָׂר m. et שְׁבַע עֶשְׂרֵה f. Gen. XXXVII, 2. 1 Paral. VII, 11. — Numerus septenarius autem Hebraeis, ut aliis Orientis populis (v. Jablonski Panth. aeg. Prolegg. §. 24. 25. Fr. Gedicke verm. Schriften p. 32 sqq. Burhani Kativ s. v. *heft.* v. Hammer encycl. Uebersicht der Wissenschaften des Orients p. 322. Bohlen Indien II, 247. Bähr Symbolik I, p. 187 sqq.) est a) numerus sacer in rebus sacris celebratissimus (cuius rei caussa in numero septenario planetarum et antiquissimo eorum cultu apud Aegyptios et gentes Semiticas quaerenda videtur, cf. praeter scriptores laudatos Wineri Reall. II, 824 et s. v. חָמֵשׁ) Gen. XXI, 28. L, 10. Ex. XII, 15. XIII, 6. XXV, 37. XXIX, 30. XXXVII, 23. Lev. IV, 6. 17. VIII, 33. XIII, 4. XIV, 7 sqq. XVI, 14. XXIII, 8. XXV, 8. Num. XII, 14. XXIII, 1. 4. Jos. VI, 4. 8. 13. 15. 1 Sam. XXXI, 13. 1 Reg. VIII, 65. 2 Reg. V, 10. Iob. XLII, 8. Dan. IV, 20. 22. Zach. III, 9. IV, 2. 10. Itaque b) numerus rotundus isque minor (cf. ad אַרְבָּעִים quadraginta p. 1258) Gen. IV, 24. XXXI, 23. XXXIII, 3. Iud. XVI, 7. 1 Sam. XI, 3. XIII, 8. 2 Sam. XXIV, 13. 2 Reg. VIII, 1. IV, 23. Prov. IX, 1. Jes. XI, 15. Jer. XV, 9. Ez. III, 15 al.

Forma שֶׁבַע etiam est a) adv. *septies* Lev. XXVI, 18. 21. Ps. CXIX, 164. Prov. XXIV, 16. — b) n. pr. virorum *α*) 1 Sam. XX, 1. *β*) 1 Par. V, 13. — c) uti volunt n. pr. oppidi Simeonitarum. Jos. XIX, 2. Sed de h. l. adscribere placet Hamakeri observationem (de vitis prophet. p. 204): „Exstat ibi בְּאֵר שֶׁבַע וְשֶׁבַע, quae si duo oppida distincta esse existimantur, summa urbium non conveniet. Nam XIV futurae sunt, cum XIII tantum esse dicantur. Ergo Maurero et aliis assentiri non dubito, illud ושבע glossema esse putantibus. Recte vidit Simonis in Onom. p. 181 duplicem hic reperiri appellationem unius eiusdemque loci, eamque coniecturam luculenter confirmat haec observatio lexici Geogr. وسبع ناحية فى فلسطين من (بين l.) القدس والكرك فيها سبعة ابار سمى الموضع بذلك *et Sabe est tractus in Palaestina inter Hierosolyma et Kerek, ubi sunt septem putei, unde locus nomen traxit.* Ergo dubium non est, quin plene locus vocari potuerit שֶׁבַע בְּאֵרוֹת, ut defective שֶׁבַע." Equidem nescio an loci difficultas ita solvenda sit, ut בְּאֵר שֶׁבַע וְשֶׁבַע vertatur: *Beersaba* oppidum *cum Saba* puteo. שֶׁבַע enim s. שִׁבְעָה nomen putei ad Beersabam fuisse, apparet ex Gen. XXVI, 33: quod si arcte connexum erat cum oppidi nomine, poterat in oppidis numerandis praetermitti.

Dual. שִׁבְעָתַיִם *septuplum* Gen. IV, 15. 24. Ps. XII, 7. 2 Sam. XXI, 9 Chethibh.

Plur. שִׁבְעִים *septuaginta*, quod et ipsum saepissime numerus rotundus est Gen. L, 3. Ex. XV, 27. XXIV, 1. Num. XI, 16. Iud. I, 7. VIII, 30. IX, 2. 5. XII, 14. 2 Reg. X, 1. 6. 7 (cf. Cor. 9, 8 et Hody de bibl. textibus originalibus p. 131), inde *septuaginta anni* saepe in vaticiniis Jes. XXIII, 15. 17. Jer. XXV, 11. 12. XXIX, 10. Dan. IX, 2. 24. Zach. I, 12. VII, 5. שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה septies et septuagies Gen. IV, 24 cf. Mt. XVIII, 22.

שִׁבְעָה chald. id. *septem* m. Dan. IV, 13. 20. 22. 29. Cstr. שִׁבְעַת Esr. VII, 4. De locutione חַד שִׁבְעָה Dan. III, 19 v. supra p. 63. Inde denom.

שָׁבַע *iuravit*, a שֶׁבַע, quandoquidem numerus septenarius sacer erat, et iuramenta vel septem sacrificiis Gen. XXI, 28 sqq. vel septem testibus et pignoribus firmari solebant, v. Herod. 3, 8. Il. 19, 243. In lingua aeth. መሰብዕያን: sunt *incantatores* Hen. cap. 8, 3 cf. 7, 10 Oxon. quandoquidem etiam ritibus magicis numerus sacer adhibebatur. Sono congruunt sanscr. *çap* iurare, maledicere, et *çapa* iusiurandum, sed haec radicalia sunt, non ducta a numerali *saptan.* In Kal non legitur nisi part. pass. Ezech. XXI, 28: שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת *qui iuramenta iurarunt.* Intelliguntur Judaei, qui Nebucadnezaro iureiurando se obstrinxerant.

Niph. נִשְׁבַּע *iuravit.* Constr. a) absol. Gen. XXI, 24. Ps. CX, 4. נִשְׁבַּע לַשָּׁקֶר iuravit ad mendacium, peieravit Lev. V, 24. XIX, 12. Jer. V, 2. VII, 9. Mal. III, 5, נ׳ לְמִרְמָה id. Ps. XXIV, 4. b) Ipsa verba iurisiurandi sequuntur addito וַיֹּאמֶר 1 Sam. XX, 3, לֵאמֹר Num. XXXII, 10. Deut. I, 34. Jos. XIV, 9, vel nullo verbo interposito 1 Sam. XIX, 6. Ps. CX, 4. Hos. IV, 15. c) Id quod quis se facturum iurat, ponitur sq. כִּי Gen. XXII, 16. 2 Sam. XIX, 8. Jer. XXII, 5. XLIX, 13, vel infinit. Lev. V, 4. Deut. I, 35, id quod se facturum iureiurando negat sq. פֶּן Iud. XV, 12, מִן c. inf. Jes. LIV, 9, לְבִלְתִּי c. inf. Deut. IV, 21. Iud. XXI, 7. d) Sequitur בְּ eius *per* quem iuratur, velut Dei Gen. XXI, 23. XXXI, 53. Jos. II, 12. 1 Sam. XXVIII, 10. Dan. XII, 7, idoli Jer. XII, 16: passim dicunt נִשְׁבַּע בְּשֵׁם יְיָ Lev. XIX, 12. Jer. XII, 16. Deus dicitur per se ipsum iurare, Gen. XXII, 16: בִּי נִשְׁבַּעְתִּי *per me iuro.* Jes. XLV, 23. Am. VI, 8. VIII, 7, per dextram suam Jes. XLII, 8, sed in נִשְׁבַּע בְּקָדְשׁוֹ בְּ ad locum referri videtur, v. pag. 1198 B. Est autem *iurare per Jovam* Deut. VI, 13. X, 20. Jes. XIX, 18. XLVIII, 1. Ps. LXIII, 7, *per idola* Am. VIII, 14 passim idem quod Deum, idola colere, iurat enim quisque per numen quod colit. Contra *per miserum* qui *iurat*, is hoc dicit: accidat mihi, quod illi, si fidem fallo Ps. CII, 9 cf. Jes. LXV, 15. Constr. e) sq. לְ pers. cui iuramus. Gen. XXIV, 7. 21. 23. XXV, 33. XXVI, 31. XLVII, 31. 1 Sam. XXIV, 43. 2 Sam. XIX, 24, et addito etiam acc. rei: iureiurando promisit alicui aliquid (jemandem etwas zuschwören) Gen. L, 24. Ex. XIII, 5. XXXIII, 1. Num. XXXII, 11. Deut. XXXI, 20 al. נִשְׁבַּע לֵאלֹהִים est: fidem dedit Deo, nomen dedit Deo 2 Par. XV, 14, cf. Jes. XIX, 18. Zeph. I, 5 (ubi semel c. c. בְּ). f) sq. עַל rei *de* qua quis iurat Lev. V, 24. — Ceterum observatu dignum est, *iurare* aliquoties per vituperium dici pro *temere*, et fortasse adeo *falso iurare*, quod facile accidit his quibus nulla iurisiurandi religio est. Eccl. IX, 2: הַנִּשְׁבָּע כַּאֲשֶׁר שְׁבוּעָה יָרֵא *qui* temere *iurat sicut is cui*

iusiurandum religio est. Zach. V, 3, ubi הַנִּשְׁבָּע idem est quod Comm. 4 הַנִּשְׁבָּע בִּשְׁמִי לַשָּׁקֶר. En initia doctrinae Christi Mt. V, 33 sqq.

Hiph. 1) *iurare fecit* aliquem, *iureiurando* eum *obstrinxit* Num. V, 19. 2 Par. XXXVI, 13: *et defecit* (Sedecias) *a Nebucadnezaro* אֲשֶׁר הִשְׁבִּיעוֹ בֵּאלֹהִים *qui iureiurando per Deum eum obstrinxerat* i. e. cui is iuraverat per Deum. Sequuntur ipsa verba eius, qui alteri iusiurandum imponit, praevio לֵאמֹר Gen. L, 5. Ex. XIII, 19. 1 Sam. XIV, 28, it. gerundium Neh. V, 12, אֲשֶׁר Gen. XXIV, 3. 1 Reg. XXII, 16 eius quod iureiurando promittitur. — 2) *obsecravit, obtestatus est* (jem. beschwören) 1 Sam. XX, 17. Jer. V, 7. Cant. II, 7. III, 5. V, 9. VIII, 4.

שָׁבוּעַ m. (Dan. IX, 27, שְׁבֻעַ זֹאת Gen. XXIX, 27 reddendum: *hebdomas huius* mulieris) cstr. שְׁבוּעַ Gen. XXIX, 27. 28, dual. שְׁבֻעַיִם Lev. XII, 5, pl. שָׁבֻעִים m. (Dan. IX, 25. X, 2. 3) et שָׁבֻעוֹת Deut. XVI, 9. 10. 16, cstr. שְׁבֻעוֹת, c. Suff. שָׁבֻעֹתֵיכֶם Num. XXVIII, 26 *hebdomas, ἑβδομάς, septenarius numerus* (denom. a שֶׁבַע septem cf. עָשׂוֹר decas) 1) dierum, *septimana* Gen. XXIX, 27. 28. Dan. X, 2: שְׁלֹשָׁה שָׁבֻעִים יָמִים *per tres hebdomades* (ubi יָמִים non est genit., v. יָמִים no. 2, b, pag. 585 B). חַג שָׁבֻעוֹת *festum* (septem) *hebdomadum, pentecoste,* a septem hebdomadibus dictum, quae a paschate ad hoc festum numerantur Ex. XXXIV, 22. Deut. XVI, 9. Plene Tob. II, 1: ἁγία ἑπτὰ ἑβδομάδων. Sed Ezech. XLV, 21: חַג שְׁבֻעוֹת יָמִים festum hebdomadum dierum, est pascha per septem integros dies celebrari solitum. — 2) *hebdomas annorum* Dan. IX, 24 sqq. Cf. hebdomas annorum Varro apud Gell. N. A. 3. 10. Censorin. c. 14. Arist. polit. 7, 16.

שְׁבוּעָה et **שְׁבֻעָה** f. *iusiurandum* Lev. V, 4. Iud. XXI, 5. 1 Sam. XIV, 26. Eccl. IX, 2 al. נִשְׁבַּע שְׁבוּעָה Gen. XXVI, 3. Jos. IX, 20. שְׁבֻעַת שֶׁקֶר periurium Zach. VIII, 17. שְׁבֻעַת יְהוָה Ex. XXII, 10. שְׁבוּעַת אֱלֹהִים Eccl. VIII, 2 iusiurandum per Jovam, alibi *iusiurandum meum* est a) id quod praestiti Ps. CV, 9, b) quod imposui Gen. XXIV, 8. Jos. II, 17. 20. — Hab. III, 9: שְׁבֻעוֹת מַטּוֹת אֹמֶר *iuraiuranda* sunt *virgae verbi* i. e. iuramento sancitae sunt poenae a Deo annunciatae. Sed parallelismo accommodatius Maurerus cum Pesch. legit: שִׂבְּעוּת, hac sententia: *satiatae* sunt sanguine *hastae*, *epinicium.* — Spec. a) est iusiurandum in foedere pronunciatum, foedus iureiurando sancitum 2 Sam. XXI, 7. בַּעֲלֵי שְׁבוּעָה לוֹ foedere iuncti cum aliquo Neh. VI, 18. LXX ἔνορκοι. b) i. q. שְׁבֻעַת אָלָה Num. V, 21 iusiurandum exsecrationis, *exsecratio* Jes. LXV, 15. Dan. IX, 11.

שְׁבִיעִי num. ordinale, *septimus* Gen. II, 2. 3. VIII, 4. Ex. XII, 15. 16. XIII, 6 al. Fem. שְׁבִיעִית, שְׁבִיעִת *septima* Ex. XXI, 2. XXIII, 11. Lev. XXIII, 16. XXV, 4. 20.

שִׁבְעָנָה i. q. שִׁבְעָה, ἅπ. λεγ. Iob. XLII, 13: שִׁבְעָנָה בָנִים cf. I, 2. In numeralibus similis forma non occurrit. Aliis ־ָנָה augmentativum videtur (Sim. lex.), quod ab hoc loco alienum, aliis radicale coll. *septem*, scr. *saptan* (Hanno hebr. Gr. p. 141): fortasse abstractum significat (cf. בּוֹשְׁנָה) pr. hebdomas, ut שָׁבוּעַ, עָשׂוֹר.

אֲשְׁבֵּעַ n. pr. viri 1 Par. IV, 21.

שָׁבַץ i. q. שָׁבַס *miscuit*, inde *texuit*, *plexuit*. (Syr. ܫܒܨ miscuit, confudit. Arab. شبص V. perplexus fuit, de arboribus, teste Ibn Doreido vc. Jemanense, it. شَبَثٌ aranea, a texendo. Chald. שְׁבַשׁ implicuit, part. Pu. confusus, unde שִׁבּוּשָׁא, שַׁבְשְׁתָּא frons).

Pi. texuit Exod. XXVIII, 39, sed spec. de certo quodam texturae genere (de aliis vide ad חָשַׁב, רָקַם), quo tunica sacerdotalis (כְּתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ Comm. 4) texta erat. Quale fuerit, ex usu verbi in Pu. et nominis מִשְׁבְּצוֹת quodammodo colligitur. Ut enim in his exemplis de *fundis palis*que dicitur, quibus gemmae includuntur, ita Exod. l. c. dicitur de eo texturae genere, in cuius superficie ocelli sive scutula fundis similia comparent, opus *ocellatum* sive *scutulatum* dixeris, nostr. gemusterter Piqué. Ita gr. σφραγίς funda annuli dicitur de figura quadam panno intexta v. Hesych. h. v. Salmas. ad scriptt. hist. Augustae p. 507. 512. Maimonides (Kele Hammikdash 8, 16) has figuras sexangulas fuisse suspicatur, ut in fundis annulorum et in stomacho animalium ruminantium quem reticulum (gr. κεκρύφαλον) appellant. En verba eius: *tunica tum sacerdotis magni tum reliquorum* משבצת היתה שהיא בתים בתים באריגתה כמו בית הכוסית כדרך שעושין האורגין בבגדים הקשים *fundis consita erat, habuit enim multas cellulas in textura sua, sicut* בית הכוסות (*domus poculorum*) *i. e. stomachus quem reticulum appellant, prout textores facere solent pannos duros s. densos.* Propterea Rabbini: der gekästelte Rock. Cf. Braunium de vest. sacerd. 1, 17. Ex vett. intpp. vero proximi sunt Onk. et Pseudojon., qui שָׁבַץ reddunt verbo רְמַץ (gemmas inclusit fundis): reliqui vel alium quemcunque tunicae ornatum exprimunt (LXX κοσυμβωτός. Gr. Venet. φολιδωτός. Saad. موشاة versicolor), vel verbo *angustiae* vim tribuunt (Aqu. Symm. σφιγκτός. Vulg. angustus), quam ex includendi significatu collegisse videntur (cf. שָׁבָץ Vulg. angustiae).

Pu. inclusa (qs. intexta) *est* gemma auro. Exod. XXVIII, 20: מְשֻׁבָּצִים זָהָב יִהְיוּ בְּמִלּוּאֹתָם *auro inclusae sint* gemmae *in fundis earum.* Cf. מִשְׁבֶּצֶת no. 2.

שָׁבָץ m. semel occurrit 2 Sam. I, 9, ubi narratur, Saulum (vulneratum, ut videtur 1 Sam. XXXI, 3, et) manus sibi illaturum, quod ipse praestare non poterat, ad se vocasse Amelecitam, eumque rogasse, ut morte se

afficeret, additis his verbis: כִּי אֲחָזַנִי הַשָּׁבָץ. LXX ὅτι κατέσχε με σκότος δεινόν. Vulg. quoniam tenent me angustiae (v. supra ad verbum in Pi.). Targ. רְתִיתָא terror. Sed ex articuli usu colligitur, certum quoddam malum significari, quod graviter vulneratis accidere solet, veluti *vertigo* (Cocc.) aut *spasmus* (Krampf, Starrkrampf), ut nonnulli Hebraei explicant. Prius peraptum est ad etymon, vertigo enim est sensuum *conturbatio* et *confusio*: posterius contextui accommodatius etiam est, et fortasse eodem vocabulo ab Hebraeis designatum. Singularis sententia est Braunii (l. c. p. 295. 266), qui cum R. Levi שָׁבָץ idem esse putat atque כְּתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ, hac sententia: *vestis scutulata* i. e. lorica *me detinet* i. e. me impedit, quominus me gladio transfodiam.

מִשְׁבְּצֹת f. tantum in pl. cstr. מִשְׁבְּצוֹת 1) sq. זָהָב: *panni cui fila aurea intexta sunt* (Goldstoff) Ps. XLV, 14. v. verbum in Pi. — 2) *fundae* s. *palae* gemmarum (v. verbum in Pu.) Exod. XXVIII, 11. 13. 14. 25. XXXIX, 13. 16.

תַּשְׁבֵּץ m. *pannus ocellatus* vel *tessellatus* (v. rad. Pi.), unde כְּתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ tunica tessellata Ex. XXVIII, 4.

שְׁבַק chald. *reliquit* Dan. IV, 12. 20. 23. In Targ. id. persaepe pro עָזַב, it. remisit peccatum, pro סָלַח et נָשָׂא. Utramque potestatem habet etiam syr. ܫܒܩ, priorem sam. שבק. Hoc ipso verbo Servator usus est in cruce Mt. XXVII, 46 σαβαχθανί שְׁבַקְתַּנִי cf. Ps. XXII, 1.

Ithpe. pass. sq. dat. Dan. II, 44.

שׁוֹבֵק (relinquens) n. pr. viri Neh. X, 25.

יִשְׁבָּק (id.) n. pr. filii Abrahami et Keturae Gen. XXV, 2.

שָׁבַר fut. יִשְׁבֹּר I) *fregit*, *confregit*. (Aeth. et amh. ሰበረ: id. Arab. تَبَر fregit, تَبِر perdidit, exitio dedit, v. infra litt. c. Aram. תְּבַר, ܬܒܰܪ, ࡕࡁࡓ id.). V. c. baculum Jes. XIV, 5 (v. locutionem שָׁבַר מַטֵּה־לֶחֶם s. v. מַטֶּה), vectes Am. I, 5, portam Gen. XIX, 9, iugum Jer. II, 20. XXVIII, 2. 13, brachium alic. Ps. L, 15. Ez. XXX, 21. 22. 24 i. e. vim eius fregit (v. ad גָּדַע), arcum alic. (v. קֶשֶׁת), vas figlinum Iud. VII, 20. Jes. XXX, 14. Jer. XIX, 10. 11, ossa Ex. XII, 46. Prov. XXV, 15. Quomodo differat a רָצַץ (einknicken) v. Jes. XLII, 3. De tempestate arbores et naves frangente Ps. XXIX, 4. Ez. XXVII, 26. Praegn. Hos. II, 20: קֶשֶׁת וְחֶרֶב וּמִלְחָמָה אֶשְׁבּוֹר מִן הָאָרֶץ *arcum et gladium et arma bellica frangam* et eiiciam *ex terra*.

Spec. a) *frangere* aliquem dicitur fera eum dilacerans. 1 Reg. XIII, 26. 28. (Arab. فَصَرَ fregit, unde فَصُور leo dilacerans Boch. Hieroz. I, 740, lat. frangere, de leone Hor. Carm. 1, 23, 10).

b) *fractus* dicitur cui unum vel plura membra (spec. manus *pedes*ve) fracta sunt. Part. pass. שָׁבוּר cui membrum spec. cui crus fractum est. Lev. XXII, 22. (Aethiop. ሰበረ: fregit aliquem, spec. fregit ei crus, ሰቡር: cui crus fractum est, ሰብረት: fractura cruris Lud. p. 162. In Phoeniciis est *Sabura* n. pr. ducis Numidarum i. e. crure fractus, v. monn. Phoen. 413. Arab. منكسر fractis membris, de homine qui de tecto delapsus est vit. Tim. 1, 556 Mang.). Cf. Niph. no. a.

c) Dicunt: *frangere* populum „instar vasis figlini" i. e. *magna clade afficere* Jer. XIX, 11. XLVIII, 38, et absque illa comparatione Jes. XIV, 25. Thren. I, 15. Etiam *perdidit* singulos Dan. XI, 26. Jer. XVII, 18. (Arab. ثبر perdidit, exitio dedit, intrans. periit, ثُبُور interitus, exitium, etiam syn. كسر saepe est: hostem dispersit, in fugam coniecit vit. Tim. 1, 494. Abdoll. 145. Bohaedd. 43. 46. Ispah. 25 l. 14, كَسْر, كَسْرَة fractura i. e. clades vit. Tim. 1, 166. 616).

d) translate: *frangere* sitim i. e. sedare Ps. CIV, 11. Lat. dicunt „frangit se calor" Cic. Varr., sitis autem calor est.

e) *frangere* superbiam alic. Lev. XXVI, 19, *frangere* cor (לֵב) alic. i. e. summa aegritudine afficere Ps. LXIX, 21, שְׁבוּרֵי לֵב qui fracto animo sunt CXLVII, 3. Cf. Niph. no. c et Hoph. (Syr. ܠܬܒܝܪ̈ܝ ܠܒܐ Luc. IV, 18, arab. كَسْر fractio, de summa afflictione, ينكسر قلبها cor eius fractum est i. e. magnopere afflictum, MI noct. no. 161, gr. κατεκλάσθη μοι φίλον ἦτορ Hom., animo frangi Cic. Att. 7, 12. Vulgo addunt

f) *frangere* i. q. *scindere*, dein *constituere* (ut גָּזַר et alia synn.). Iob. XXXVIII, 10: וָאֶשְׁבֹּר עָלָיו חֻקִּי *quum ei* (mari) *terminum constituerem*. Sed Cocceius locutionem שָׁבַר חֹק repetitam censet a *fractione pensi* panis quotidiani, quae poët. translata sit ad *spatium* mari assignatum, חק enim tum de penso dicitur, tum de spatio et termino, quod alicui rei attribuitur: atque hoc praefero. Kimchi confert locutionem כָּרַת בְּרִית his verbis usus: כלומר כרתי בריתי וגזרתי עליו חקי שלא יעברנו ונאמר שבירה בענין הזה כמו נאמר כריתה בברית. Schult. in animadverss. arcessit arab. شبر spithama mensus est, sed in comment. ipse dubitat an recte.

II) denom. a שֶׁבֶר no. II *annona*, a) *annonam emit*, addito שֶׁבֶר Gen. XLVII, 14, אֹכֶל XLII, 7. 10. XLIII,

4. 20. 22. Deut. II, 6, בַּר Gen. XLII, 3, et absol. XLI, 57. XLII, 2. 5. Jes. LV, 1 (ubi ad vinum quoque et lac refertur). b) *annonam vendidit* Gen. XLI, 56, cf. Hiph. no. II. (Cf. تَبَّنَ stramen vendidit, تِبْن stramen, et alia).

Niph. pass. Kal no. I *fractus est*, de baculo, ligno, vase, osse Lev. VI, 15. 21. Jes. XIV, 29. Jer. II, 13. XLVIII, 17. Ez. VI, 6. Dan. VIII, 8. Ps. XXXIV, 21. Iob. XXIV, 20 al., de pedica s. tendicula (פַּח) Ps. CXXIV, 7, de navibus, quae naufragium faciunt 2 Par. XX, 37. Ez. XXVII, 34. Jon. I, 4. Spec. a) *fractus est* i. q. membra sibi fregit Jes. VIII, 15. XXVIII, 13, de pecore Ex. XXII, 9. 13. הַנִּשְׁבֶּרֶת (pecus) membris spec. cruribus fractis Ez. XXXIV, 4. 15. Zach. XI, 16. Vide Kal 1, b. — b) *clade affectus est* exercitus 2 Par. XIV, 12. Ezech. XXX, 8. XXXII, 28. Dan. XI, 22, *interiit* populus, regnum Jer. XLVIII, 4. LI, 8. Dan. XI, 4; urbs Jes. XXIV, 11; *perdi*, de singulis Dan. VIII, 25. Prov. VI, 15. XXIX, 1. Cf. Kal no. I, c. — c) *fractum est* cor Ps. LI, 19, inde נִשְׁבְּרֵי לֵב animo fracti Jes. LXI, 1. Jer. XXIII, 9. Ps. XXXIV, 19. De animo poenitentia contrito. Ps. LI, 19. — d) Ezech. VI, 9 verba אֲשֶׁר נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם הַזּוֹנֶה manifesto idem valent atque אֲשֶׁר שָׁבַרְתִּי וגו׳ *ubi fregero cor eorum scortabundum* (coll. Ps. LI, 19). Bene Maurerus observat, נִשְׁבַּר h. l. esse: *sibi* fregit (gr. §. 50, 2, d), ut נִשְׁאַל petiit *sibi*, Deum enim cor populi ita frangere et flectere, ut ad *se* redeat. Itaque non est quod cum Ewaldo (Propheten II, 237) legatur נִשְׁבַּרְתִּי.

Pi. שִׁבֵּר i. q. Kal, sed gravius, *perfregit* (كسّر II. confregit in multas partes), ut tabulas lapideas Exod. XXXIV, 1, dentes Ps. III, 8. Iob. XXIX, 17, ossa (leo, dolor) Jes. XXXVIII, 13, naves (ventus) Ps. XLVIII, 8, arbores (grando) Exod. IX, 25, rupes (tempestas) 1 Reg. XIX, 11, idola, aras idolorum Ex. XXIII, 24. XXXIV, 13. Deut. VII, 5. 2 Reg. XVIII, 4. XXIII, 14, 2 Par. XIV, 2. Jes. XXI, 9.

Hiph. I) *fecit ut* uterum *frangeret* i. e. aperiret puer nascens. Jes. LXVI, 9: הַאֲנִי אַשְׁבִּיר וְלֹא אוֹלִיד *egone uterum aperiam neque parere faciam?* Cf. מַשְׁבֵּר. (Syr. ܡܒܪܐ puer, infans hornus i. e. qui nuper uterum fregit). — II) denom. a שֶׁבֶר: *annonam vendidit*, cf. Kal no. II. Gen. XLII, 6. Deut. II, 28. Prov. XI, 26. Am. VIII, 5. 6.

Hoph. *fractum est* cor Jer. VIII, 21, v. Kal no. I, e. Niph. litt. a.

שֶׁבֶר Jes. XXX, 14, saepius **שֶׁבֶר** in Pa. שָׁבֶר c. suff. שִׁבְרִי m. I) *fractio*, *fractura*, velut muri (inde ruina Jes. XXX, 13. 14, et metaph. Prov. XVI, 18: לִפְנֵי שֶׁבֶר גָּאוֹן *ruinam praecedit fastus.* XVIII, 21), max. membri (vulnus) Lev. XXI, 9. XXIV, 20.

Translate a) de *clade* populi et civitatis insigni et internecina, passim servata imagine vulneris. Thren. II, 13: גָּדוֹל כַּיָּם שִׁבְרֵךְ *magnum instar maris est vulnus tuum.* שֶׁבֶר גָּדוֹל Jer. IV, 6. VI, 1. XLVIII, 3. Nah. III, 19: אֵין כֵּהָה לְשִׁבְרֶךָ *insanabile est vulnus tuum.* Jer. XXX, 12. Ps. LX, 4: רְפָה שְׁבָרֶיהָ *sana vulnera eius.* Imagine neglecta de *interitu et ruina* populorum et civitatum Jes. XXX, 26. Jer. VI, 14. VIII, 11. 21. X, 19. Thren. II, 11. III, 49. Ez. XXXII, 9, impiorum Jes. I, 28. שֹׁד וָשֶׁבֶר Jes. LIX, 7. LX, 18. Jer. LI, 19. זַעֲקַת שֶׁבֶר v. שֶׁבֶר et ad sensum huius locutionis (contra Hitzigii opinionem) Jer. XXX, 15: מַה־תִּזְעַק עַל שִׁבְרֵךְ. — b) שֶׁבֶר רוּחַ fractio animi Jes. LXV, 14, et שֶׁבֶר בְּרוּחַ Prov. XV, 4 de summa aegritudine. — c) *terror* (ab animo fracto, cf. חָתַת), pl. שְׁבָרִים terrores Iob. XLI, 17. Cf. chald. תְּבִירָא pro פַּחַד Exod. XV, 16 Jon. — d) *fractio* i. e. solutio, enarratio somnii Iud. VII, 15.

II) *frumentum*, *annona*, ut vulgo volunt, quippe quae mola *frangatur*, vel famem *frangat*. Sed rad. שָׁבַר neque de mola unquam dicitur, neque de fame fracta (quod quidem posterius vix fieri poterat, v. supra ad *frangere sitim*): et *frugum* significatio non potest non aliunde petita esse. Equidem nil dubito conferre radicem ثمر fructus tulit arbor, unde ثَمَر fructus, ثَمَرَة arbor, quae apud Arabes de *fructu* arborum, apud Hebraeos de *frugibus* agri usurpata est, cuius quidem usus vestigium superest in ثَمَرَة frumenti cumulus. Gen. XLII, 1. 2. 19. 26. XLIII, 2. XLIV, 2. XLVII, 14. Neh. X, 32. Am. VIII, 5. Inde denom. שָׁבַר in Kal et Hiph. no. II.

שְׁבָרִים (fractiones i. e. *rudera* murorum, aedificiorum Jes. XXX, 13. 14) c. art. n. pr. loci Ajam inter et Hierichuntem; ut recte Vulg. Arabs, Kimchius. Jos. VII, 5: *percusserunt ex iis viri Ajae circiter 36 viros eosque persecuti sunt ante portam* עַד הַשְּׁבָרִים. Vulg. *usque ad Sabarim.* Fortasse: *usque ad ruinas.* LXX. Targ. Pesch. appellative: *usque dum confracti essent*, quod ab hoc quidem loco alienum est.

שִׁבָּרוֹן m. 1) *fractio.* Ez. XXI, 11: שִׁבְּרוֹן מָתְנַיִם *fractio lumborum*, de acerbissimo dolore, locutione petita a parturientibus cf. Jes. XXI, 2. Nah. II, 11. — 2) *interitus* Jer. XVII, 18.

מַשְׁבֵּר m. *orificium uteri*, quod infans nascens *aperit* (v. rad. Hiph. no. I) 2 Reg. XIX, 5. Jes. XXXVII, 3, ubi vide notam. (Arab. مَثْبِر locus ubi mulier parit, et sic Talmudici hebr. מ׳ de sella parturientis explicant: sed renitente contextu). Cstr. מַשְׁבֵּר בָּנִים id. Hos. XIII, 13.

מִשְׁבָּרִים, tantum in pl. *fluctus* in littore *fracti* (cf. gr. κύματος ἀγή ab ἀγνύω, ἄγνυμι). Ps. XLII, 8. LXXXVIII, 8. Jon. II, 4. מִשְׁבְּרֵי יָם Ps. XCIII, 4, מ׳ מָוֶת 2 Sam. XXII, 4.

שַׁבַּשׁ chald. verbum in Peal vix usitatum (nam quod Ps. LXXX, 12 Targ. ed. Venet., Bibl. Polygl. Lond. et ipsa Bibl. Rabbin. Buxt. habent שְׁבִישָׁה, id eodem Buxtorfio auctore, Lex. talm. col. 2321, scribendum est שַׁבְּשָׁה). In Pael autem est: implicuit, perplexum reddidit, perturbavit, nec non seduxit, persuasit pro hebr. פִּתָּה Jer. XX, 7 et in Talm. tr. Joma fol. 84, b. Nedarim fol. 89, 2. Inde שַׁבְשִׁין propagines, palmites, ab implicatione dicti. Nasor. ܫܒܫܐ vel ܫܒܫܐ et samar. ࠔࠁࠔ id. Ex syriacis huc pertinent ܫܘܒܫܐ permistio, confusio, ܫܒܫܬܐ palmes, et ܫܘܒܫܐ blanditiae, a persuadendo. Adde arab. شَوَّشَ perturbavit, V pass. (quod verbum, quamquam Firuzabadio minus probatum, frequens est, maxime in scriptis recentioribus). — Quod attinet ad etymon, b. Gesenius supra p. 1354 et 1356 שַׁבַּשׁ recte quidem composuit cum שֵׁבֶט et שָׁבַץ, sed nescio an et illud et haec prodierint ex quadril. שַׁבְשֵׁב fronduit, pr. produxit frondes implicatas et intricatas, ut שַׁבְשׁ Ps. LXXX, 12 Targ., samar. ࠔࠁࠔࠁ rami, palmites pro hebr: עָנָף Lev. XXIII, 40, ut chald. שַׁבְשִׁין et syr. ܫܒܫܬܐ, שבשבת virga viscata Mischna Schabb. 8, 2. cf. Mich. Sachsii Beiträge zur Sprach- u. Alterthumsforschung I. Berol. 1852. p. 84. Eodemmodo chald. שַׁגֵּשׁ, et syr. ܫܓܫ (perturbavit, ut etiam arab. شَجَسَ) ex quadril. שַׁגְשֵׁג ortum est, cf. שָׁרַשׁ quod ex שַׁרְשַׁר contractum dixeris, et radd. שָׁדַשׁ, שָׁלַשׁ. De huiusmodi radicibus subtiliter disseruit Dietrichius in Abhandlungen für semit. Wortforschung p. 262 sqq.

Ithpa. perplexus, perturbatus fuit. Part. pl. מִשְׁתַּבְּשִׁין Dan. V, 9.

שָׁבַת verb. intr., fut. יִשְׁבֹּת (יִשְׁבּוֹת), rarius יִשְׁבַּת Lev. XXVI, 34. Neh. VI, 3, propr. fixus fuit (ut arab. ثَبَتَ, cogn. vide supra s. שָׁבַט, adde יָשַׁב, נָצַב, יָצַב, nec non שׁוּת, fortasse arab. شَبِثَ et شَبَتَ adhaesit, affixus fuit *)), hinc

1) *quievit, otiatus est, feriatus est.* (Chald. et samar. שְׁבַת id., syr. Aph. ܐܫܒܬ id. [Peal Castellus affert e loco Iob. III, 25, ubi ܫܒܬ legitur, non ܫܒܬ], arab. سَبَتَ quievit, dormivit, IV se non commovit, سُبَات quies, somnus Cor. 78, 9. Harir. p. 518 ed. Sacy.) Exod. XXIII, 12: *per sex dies* (hebdomadis) *opus tuum facies, septimo autem die* תִּשְׁבֹּת *feriabere.* XXXIV, 21. Jes. XXXIII, 8: שָׁבַת עֹבֵר אֹרַח *feriatur viator* i. e. abstinet ab itinere faciundo propter turbas bellicas. XIV, 4. — Sq. מִן quievit et otium sibi fecit a labore. Gen. II, 2. 3: שָׁבַת מִכָּל־מְלַאכְתּוֹ *quievit* s. cessavit *ab omni opere suo* quod fecerat. Exod. XXXI, 17 eodem verborum contextu legitur שָׁבַת וַיִּנָּפַשׁ. Item Thren. V, 14: זְקֵנִים מִשַּׁעַר שָׁבָתוּ *senes feriantur a porta* i. e. portam (forum) non frequentant. — Sed *feriari* dicitur etiam terra, quae deserta iacet et non colitur Lev. XXVI, 34. 35. 2 Par. XXXVI, 21. (In his locis Samar. quidem et Syrus eodem verbo utuntur, et apud Bar Alium apogr. Gotting. est haec glossa: ܐܫܒܬ ܐܪܥܐ ܐܬܬܢܝܚܬ استراحت الارض, sed Onk. Pseudojon. et Saad. alia ponunt. LXX σαββατίζειν). Cf. Lev. XXV, 2 et infra שַׁבָּת no. 3.

2) *cessavit*, vel ad tempus quoddam *intermissus fuit*, de negotio Nehem. VI, 3, de dierum et noctium successione Gen. VIII, 22, vel prorsus *desiit, finem habuit* (aufhören), ut litigatio Prov. XXII, 10, gaudium Jes. XXIV, 8 (parall. חָדַל). Thren. V, 15, Mannae donum Jos. V, 12. Item sq. מִן c. inf. *desiit* facere aliquid vel esse, ut Jer. XXXI, 36: יִשְׁבְּתוּ מִהְיוֹת גּוֹי *desinent esse populus.* Iob. XXXII, 1: וַיִּשְׁבְּתוּ ... מֵעֲנוֹת *et desierunt respondere.* Hos. VII, 4 (vid. s. עִיר p. 1019).

3) Spec. *celebravit sabbatum* vel absol. Exod. XVI, 30, vel adiecta voce שַׁבָּת Lev. XXIII, 32, et de terra, quae ut septimo quoque anno inculta iaceret, lege sancitum erat, ibid. XXV, 2, ubi LXX ἀναπαύσεται ἡ γῆ σάββατα. — De σαββατισμῷ Samaritani utuntur suo ࠔࠁࠕ Carm. sam. I, 6. 9, Arabes inpr. ubi de Iudaeorum sabbato loquuntur سَبَتَ Cor. 7, 163, et أَسْبَتَ apud Saad. Exod. XX, 10. Carm. sam. I, 9 (ubi leg. الْمُسْبِتِين), Aeth. ሰንበተ፡ sabbatum celebravit, unde ሰንበት፡ in hodierna lingua amharica de commoratione per quoddam temporis intervallum facta usurpatur, vid. Isenbergi lex. amhar. p. 58, cf. سَبْت, سُبَات, سَنْبَت temporis spatium.

Niph. נִשְׁבַּת *finem habuit* Jes. XVII, 3. Ezech. VI, 6. XXX, 18. XXXIII, 28. Cf. Kal no. 2.

Hiph. הִשְׁבִּית, 2 sing. m. הִשְׁבַּתָּ, 1 sing. הִשְׁבַּתִּי, inf. לַשְׁבִּית (pro לְהַשְׁבִּית) Amos VIII, 4, 1) *fecit ut* aliquis *quiesceret* ab opere, *otium concessit* alicui sq. acc. pers. et מִן operis Exod. V, 5, *quietum reddidit* i. e. *compescuit* hostem Ps. VIII, 3.

2) *effecit ut cessaret* vel *desineret* facere aliquid sq. acc. p. et מִן c. inf. Ez. XXXIV, 10: וְהִשְׁבַּתִּים מֵרְעוֹת *et efficiam ut desinant pascere.* XVI. 41: וְהִשְׁבַּתִּיךְ מִזּוֹנָה *et faciam ut desinas esse meretrix* (i. q. מִהְיוֹת זוֹנָה), it.

*) Quod I. Morinus in opusc. et Castellus in lex. heptagl. samaritanum שבת ponendi significatu afferunt ex Gen. XXX, 40, id errore nititur; nam illud pertinet ad שׁבי. Vid. rad. שָׁיָה.

sq. לְבִלְתִּי et infin. Jos. XXII, 25. De loco Ps. LXXXIX, 45 vid. s. טָהַר p. 544. — Porro

3) de rebus dicitur: *fecit ut cessaret* res vel *finem haberet* sq. acc. rei, ut negotium 2 Par. XVI, 5. Neh. IV, 5, sacrificium Dan. IX, 27, exsultatio Hos. II, 13. Jes. XVI, 10. Jer. XVI, 9, contentio Prov. XVIII, 18, bellum Ps. XLVI, 10, imperium Hos. I, 4, strepitus cantionum Ez. XXVI, 13, fastus Jes. XIII, 11, tumultus Ez. XXX, 10, gemitus Jes. XXI, 2. — Lev. II, 13: לֹא תַשְׁבִּית מֶלַח .. מֵעַל מִנְחָתֶךָ *ne sinas abesse salem a ferto tuo* i. e. ne unquam sal desit in ferto. Ruth IV, 14: אֲשֶׁר לֹא הִשְׁבִּית לָךְ גֹּאֵל (Deus) *qui tibi vindicem deesse non passus est.*

4) *amovit, abstulit*, synon. הֵסִיר, sq. acc. pers. vel rei et plerumque adiecto מִן loci. Ex. XII, 15: תַּשְׁבִּיתוּ שְׂאֹר מִבָּתֵּיכֶם *amovebitis fermentum e domibus vestris.* Lev. XXVI, 6. 2 Reg. XXIII, 5. 11. Jes. XXX, 11. Jer. VII, 34. XXXVI, 29. XLVIII, 33. Ez. VII, 25. XXIII, 27. 48. XXX, 13. Ps. CIX, 119. Sq. acc. rei et לְ pers. abstulit alicui aliquid Jer. XLVIII, 35. — Quum ex locis modo excitatis nonnulli *perdendi delendive* significatum admittunt, tum hi potissimum qui sequuntur, Amos. VIII, 4, ubi de perdendis pauperibus, et Deut. XXXII, 26, ubi de memoria alicuius delenda vel abolenda agitur. Cf. מִשְׁבָּת.

שֶׁבֶת *quies, cessatio*, hinc *interpellatio* operis (Unterbrechung, Versäumniss). Ex. XXI, 19: si quis alterum vulneraverit ita ut a quaestu faciendo prohibeatur, שִׁבְתּוֹ יִתֵּן *praestet ipsi cessationem* i. e. compenset ei damnum, quod patitur, dum lecto affixus et vulnere impeditus ab opere faciundo cessat. LXX τῆς ἀργίας αὐτοῦ ἀποτίσει. Philo de special. legibus T. II. p. 317 ed. Mang.: εἰς ἀργίας ἐπανόρθωσιν. Cf. Talm. tr. Gittin 42, b. — Caeteri autem loci, quos huc referunt lexicographi multi et S. S. interpretes, mihi quidem nonnihil dubitationis habere videntur, quippe in quibus שֶׁבֶת potius a v. יָשַׁב quam a v. שָׁבַת ducendum putarim, quamvis significatione non multum diversa. Etenim Jes. XXX, 7 שָׁבֶת est *sedere* ut deses et otiosus solet qui nil agit. Cf. Jer. VIII, 14 et arab. قعد عن شي abstinuit a re. Ex eadem locutione arabica explicari potest Prov. XX, 3: שֶׁבֶת מֵרִיב *abstinentia a rixa.* Neque obstant loci XVIII, 18 et XXII, 10; nam illic poeta non vult cessandum esse a rixa, sed prorsus abstinendum. Porro Ps. XXVII, 4 שִׁבְתִּי בְּבֵית יְהוָה sine dubio est *sedere*, commorari et quasi domicilium habere *in templo Dei.* Cf. Ps. LXXXIV, 5. Minus certum videtur, Ps. CXXVII, 2 מְאַחֲרֵי שֶׁבֶת utrum sint *protrahentes sessionem* i. e. qui in multam noctem sedent laboriosi, an ii *qui differunt otium* sero ab opere cessantes. Unus denique superest locus 2 Sam. XXIII, 7 de quo b. Gesenius egit supra s. ישׁב p. 636, probans Dav. Kimchii sententiam, quam Tanchum. Hieros. quoque tuetur in comm. ed. Haarbruecker. p. ٥٨, בַּשֶּׁבֶת exponens موضع منبته *loco suo nativo.* Non absimilis Ewaldi est sententia, qui *loci* significationem statuit vertitque: *illico* [*auf der Stelle*], *sogleich* (Poet. Bücher I, 100, cf. Gesch. des Volks Israel I, p. 88 ed. 2). Contra ad rad. שׁבת referunt Simonis et Dathius (in fine, tandem), et Thenius ad h. l. („ohne Verzug, eigentlich im Aufhören"). Internecionem intelligunt R. Jona ap. Kimchium, Levi ben Gersom, provocantes ad הִשְׁבִּית et מִשְׁבָּת.

שַׁבָּת st. constr. שַׁבַּת, c. suff. שַׁבַּתּוֹ Jes. LXVI, 23, שַׁבַּתָּהּ Hos. II, 13, שַׁבַּתְּכֶם Lev. XXIII, 32, plur. שַׁבָּתוֹת st. constr. שַׁבְּתוֹת, c. suff. שַׁבְּתֹתַי Ex. XXXI, 13 al., שַׁבְּתֹתֵיכֶם Lev. XXVI, 35, שַׁבְּתֹתֶיהָ ib. XXVI, 34, plerumque fem. (Ex. XXXI, 14. Lev. XVI, 31. XXIII, 15. 16. XXV, 6 cf. Jer. XVII, 24 Kethib), rarius masc. (Jes. LVI, 2. 6; ad Lev. XXV, 4 cf. ib. vs. 5 et 6)

1) *sabbatum* i. e. *dies hebdomadis cuiusque septimus* (a vespera diei Veneris ad vesperam diei Saturni, Lev. XXIII, 32. Neh. XIII, 19), quo Judaeis ab opere faciundo prorsus abstinendum erat ex lege Ex. XX, 8—11 lata et saepius deinceps inculcata Deut. V, 12—15. Exod. XXXI, 12—17. XXXV, 2. 3. Reputabatur is dies sacer (קֹדֶשׁ Ex. XXXI, 14) et festus (Lev. XXIII, 3) vocaturque signum quoddam (אוֹת) constitutum in memoriam foederis conservandam, quod Deo intercederet cum populo Israelitico (Ex. XXXI, 13. 16. 17. Ezech. XX, 12. 20). Quem diem qui profanarent, ii occidendi erant (Ex. XXXI, 14. 15. XXXV, 2) et quidem lapidibus obruendi (Num. XV, 32—36), contra beandi qui religiose observarent (Jes. LVIII, 13. 14). Sabbati institutum Ex. XX, 11. XXXI, 17 ad ipsam mundi creationem revocatur, qua sex dierum spatio perfecta Deus cessavit ab opere die septimo eumque diem sacrum voluit esse (Gen. II, 3) *); in lege autem repetita Deut. V, 15 tempus illud in memoriam vocatur, quo Hebraei Aegyptiorum servitute exemti summam Dei gratiam experti sint. Utraque ratione sabbati celebrandi morem avitum et priscum eundemque sacrosanctum esse significatur. Observatam legem testantur loci Ex. XVI, 22 sqq. Am. VIII, 5. Jes. I, 13. 2 Reg. IV, 23, neglectam queruntur Jeremias XVII, 19 sqq. et Ezech. XX, 13 sqq. XXII, 8. 26; severe inculcat eandem Nehemias c. XIII. — Saepe dicitur יוֹם הַשַּׁבָּת *dies sabbati* Exod. XX, 8. 11. Num. XV, 32. XXVIII, 9. Jer. XVII, 21. 22. 24. 27. Ez. XLVI, 1. 4. 12. Neh. X, 32 al. (etiam Ex. XVI, 29 in text. samar. pro יוֹם הַשְּׁבִיעִי). — Lev. XXIV, 8: בְּיוֹם הַשַּׁבָּת בְּיוֹם הַשַּׁבָּת *quoque sabbato*, et eodem sensu 1 Par. IX, 32 שַׁבָּת שַׁבָּת, ubi שַׁבָּת forma brevior comparet propter arctam verborum structuram, ut Num. XXVIII, 10, v. Norzi ad h. l. et Kimchi Michlol fol. 171 (ed. Fuerth. 1793. 8). De observando sancteque

*) Hoc aemulantur Muhammadani, diem Veneris يوم الجمعة nomine appellari autumantes, quia Deus eo die creationem coeli et terrae compleverit (جمع). Vid. Golius ad Alferg. p. 15, Mas'ûdî ex transl. Sprengeri, vol. I. p. 45.

colendo sabbato utuntur vv. שָׁמַר et קִדֵּשׁ, de eius profanatione חִלֵּל q. v., item עָשׂוֹת אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת *peragere diem sabbati* Deut. V, 15 (cf. Ex. XII, 48. Num. IX, 10 et *ποιεῖν τὸ σάββατον* apud LXX sec. Ald. et Compl. 1 Sam. XVII, 18). De phrasi בָּאֵי הַשַּׁבָּת et יֹצְאֵי הַשַּׁבָּת vide supra p. 185 et 614.

Talmudistarum de die sabbati statuta et distinctiones subtiles v. in Talm. tract. Schabbath, Othonis lex. rabb. p. 603 sqq. Hulsii theol. jud. I, 240. Praeterea vid. inprimis Wineri Realwb. v. Sabbath, Baehrii Symbolik d. mos. Cultus II, 532 sqq. 566. 577 sqq. et ab his duumviris laudata scripta aliorum; cf. Ewald. in Zeitschrift f. d. Kunde des Morgenl. III. p. 428.

2) Sabbatum speciatim vocatur *dies magnus piacularis* Lev. XXIII, 32. Cf. שַׁבָּתוֹן.

3) Porro *sabbati* nomen transfertur etiam in *annum quemque septimum*, quo agri cultu vacabant et quasi sabbatum agebant (*Sabbathjahr*). Dicitur enim Lev. XXV, 2: וְשָׁבְתָה הָאָרֶץ שַׁבָּת לַיהוָה, it. vs. 4: *septimo quoque anno sabbatum magnum erit terrae* שַׁבָּת לַיהוָה *sabbatum Deo sacrum.* Cf. ibid. vs. 6 et XXVI, 34. 43. 2 Par. XXXVI, 21, et infra s. שַׁבָּתוֹן.

4) Denique *sabbatum* fere pro ipsa *septimana* ponitur nonnunquam. Lev. XXIII, 15 post legem de paschate latum sic pergit auctor: *et numerabitis a die illa postridie sabbatum* .... שֶׁבַע שַׁבָּתוֹת תְּמִימֹת תִּהְיֶינָה *septem sabbata integra fient*, 16: *usque ad diem postridie sabbatum septimum numerabitis quinquaginta dies,* ubi septem sabbata integra congruunt cum septem hebdomadibus שִׁבְעָה שָׁבֻעוֹת in loco parall. Deut. XVI, 9. — Lev. XXV, 8: וְסָפַרְתָּ לְךָ שֶׁבַע שַׁבְּתֹת שָׁנִים שֶׁבַע שָׁנִים שֶׁבַע פְּעָמִים *et numerabis septem sabbata annorum* (= sieben Jahrwochen, i. e.) *septies septem annos.* Cf. usum chald., syr., samar., aethiop., graecum infra exhibendum, et arab. جمعة septimana, a die Veneris يوم الجمعة dicta.

Formam voc. שַׁבָּת nonnulli, ut Ibn Esra ad Ex. XVI, 23, Kimchi in Michlol p. 171 ed. Fuerth., al. contractam putant ex שַׁבֶּתֶת coll. מִשְׁרֶתֶת pr. מְשָׁרַת, אַחַת pr. אַחֶדֶת, adde קַטַּת vel קַטֵּת pr. קְטַנֶּת Jos. XIX, 15, provocantque tum ad femin. genus, quo plerumque occurrit, tum ad formas pronomine auctas שַׁבַּתּוֹ, שַׁבְּתָהּ (v. supra), in quibus ת geminatum. Sed simplex ת habes in plur. שַׁבָּתוֹת, et contra duplicem litteram in זְמַנִּים a זְמָן, קְטַנִּי a קָטָן al. Miramur quidem in forma קַטָּל significationem abstractam, quae alias femininis propria est, ut שָׂרֶטֶת incisura, חַטָּאת peccatum, בַּקָּשָׁה petitio; attamen conferre licet אִסָּר abstinentiae votum. — In lingua chald. habes שַׁבָּת, emph. שַׁבְּתָא vel שַׁבַּתָּא, nonnullis שַׁבְּתָא, sabbati et hebdomadis significatione, e. g. שְׁבַע יוֹמֵי דְשַׁבְּתָא septem dies septimanae, חַד בְּשַׁבְּתָא primus hebdomadis dies i. e. dies Solis (i. q. *μία τῶν σαββάτων* Luc. XXIV, 1 al.), item per syncopen dicitur שַׁבָּא sabbatum. Syriac. ܫܒܬܐ et ܫܒܐ sabbatum, septimana, sam. ࠔࠁࠕ et ࠔࠁ id., syr. ܚܕ ܒܫܒܐ dies Solis, ܬܪܝܢ ܒܫܒܐ dies Lunae etc., arab. سَبْت sabbatum, يوم السبت dies Saturni, melit. *sybt* dies Saturni, sabbatum (quod Vassall. lex. melit. p. 609 male confundit cum *sykt* سكت). Aeth. et amhar. ሰንበት: sabbatum tam Judaeorum (sabb. antiquum appellatum), quam Christianorum, utrumque enim Christianis Habessinis celebratur; it. septimana. Graece dicitur *τὸ σάββατον* et plur. *τὰ σάββατα.*

שַׁבָּתוֹן (nonnisi in Pentateuchi libris Exod. et Lev. legitur) nomen abstr. *celebratio sabbati, sollemnia sabbatica, σαββατισμός*, de festi tabernaculorum die primo itemque octavo Lev. XXIII, 39, de festo buccinarum calendis mensis septimi (Tisri) celebrato, quod sabbati loco habebatur Lev. XXIII, 24. Cf. Num. XXIX, 1. Plerumque autem iunctim legitur שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן tum de sabbato singulorum hebdomadum Ex. XXXI, 15. XXXV, 2. 3. Lev. XXIII, 3 (et eadem sententiâ שַׁבָּתוֹן שַׁבַּת קֹדֶשׁ Ex. XVI, 23), tum de die magno piaculari Lev. XVI, 31. XXIII, 32 (qui et simpliciter שַׁבָּת vocatur), tum de anno sabbatico Lev. XXV, 4 (i. q. שְׁנַת שַׁבָּתוֹן ib. vs. 5 et שַׁבַּת הָאָרֶץ vs. 6).

שַׁבְּתַי (i. e. sec. Gesen. sabbato natus, ut Paschalis i. q. paschate natus, Numenius; sec. Simon. = שַׁבַּת יְהוָה sabbatum Domini; apud Rabbinos est nomen Saturni planetae) n. pr. viri Levitae Esr. X, 15. Neh. VIII, 7. XI, 16. Inter Judaeos recentiores hoc nomen haud infrequens est, notus inprimis Schabbethai auctor operis Siphte jeschenim, vid. Wolf. bibl. hebr. nri. 1920—33.

מִשְׁבָּת in plur. tantum c. suff. מִשְׁבַּתֶּהָ legitur Thren. I, 7, *deletiones, casus adversi.* Cf. V, 14. 15 et Hiph. no. 4.

שָׁגָא erravit, deliquit, i. q. שָׁגַג et שָׁגָה q. v.

שָׁגֵא (errans) n. pr. m. 1 Par. XI, 34.

שְׁגִיאָה *ἅπ. λεγ.* in plur. שְׁגִיאוֹת *errores, peccata per imprudentiam commissa* Ps. XIX, 13 (parall. נִסְתָּרוֹת). Cf. שְׁגָגָה infra s. שָׁגַג.

שָׁגַג i. q. שָׁגָה, שָׁגָא, שׁוּג 1) *erravit*, aberravit a via, v. שָׁגָה. — 2) *errorem commisit*, per imprudentiam *deliquit, culpam commisit* inconsiderate vel ex incogitantia (cuiusmodi peccata involuntaria vocantur a dogmaticis, unwissentliche und Uebereilungs-Sünden). Lev. V, 18: *et expiabit sacerdos* ... עַל שִׁגְגָתוֹ אֲשֶׁר שָׁגַג וְהוּא לֹא יָדָע *errorem quem inscius quidem ille commisit.* Num. XV, 28. Opp. הֵזִיד Mischn. Baba kama 2, 6. Rabb. בְּשׁוֹגֵג per errorem, aus Versehen. Latiore *peccandi* sensu dictum est Ps. CXIX, 67, nec non in locutione proverbiali שֹׁגֵג וּמַשְׁגֶּה i. e. *errans* seductus *et* in errorem

seducens Iob. XII, 16, qua omnis generis homines et ii quidem errori peccatoque obnoxii significantur. Similia vid. sub עָזַב p. 1008 et sub עור p. 1004, quibus adde hoc dictum: النّاس رَجُلانِ مُحْتَرِسٌ ومُحْتَرَسٌ مِنْهُ i. e. homines alterutrius generis sunt sive caventes ab aliis sive tales a quibus cavetur, Freytag. Arabum prov. III, 1. p. 521, Nigaristan auct. Ibn Kamâl sub init. (MS. Berol.): خداوندی كه بر بنده وآزاد عبادتش واجب است Deus cuius veneratio servo aeque ac libero incumbit, cf. Masûdî hist. encyclop. anglice vers. a Sprengero I. p. 360, et quae Fleischerus meus mecum communicavit: كلّ مُغْوٍ وغاوٍ Har. p. 121, المُسْمِع والسّامع ib. p. 299, الشّاهِد والمَشْهُود عليه ib. p. 312, quod ille Sacyum meminit exponere: ,,les temoins et les partis, c'est-à-dire, tout le monde''. — Ad hanc rad. pertinet בְּשַׁגָּם *propter lapsum* s. delicta *eorum* Gen. VI, 3, ubi שַׁג est infin. Kal formae שַׁךְ a v. שָׁכַךְ Jer. V, 26 et רַד a v. רָדַד Jes. XLV, 1. Male veteres intpp. nuperque Boettcher (de inferis I, 1. p. 37) illud בְּשַׁגָּם compositum putarunt ex בְּ et שֶׁ = אֲשֶׁר et גַּם (Onk. בְּדִיל דְּ, Raschi בשביל שגם, Saad. لِأَنَّهم, Ar. Erp. من اجل ان LXX. διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς, Venet. ἐφ' οἷς ἤπερ, Cler. *etenim*, al. *quippe qui etiam* etc.). Repugnat huic opinioni גַּם pro גַּם scriptum, שַׁ nusquam lectum in Pentateucho, et sententia quae sic efficitur minus commoda. J. F. Berndius in singulari de hoc voc. exercitatione (Hal. 1732. 4.) בְּשַׁגָּם ad Pi. verbi שָׁגָה refert incondite. V. Rosenm. ad h. l. — (Radicibus שג, שך, שק tum *pungendi*, tum *scindendi*, *findendi* et *rumpendi* vis inest, quae in stirpibus inde oriundis varias species induit, e. g. شقّ et شجّ fidit [cf. hebr. שקק et שוק], شكّ transfixit hasta, dubitavit [pr. fissus fuit, animum distractum et vagantem habuit], ثجّ affatim fluxit aqua vel sanguis mactati animalis, pr. prorupit, ماء ثَجّاج aqua vehementer prorumpens e nubibus Cor. 78, 14. Harir. pag. 340 ed. Sacy. شَقَا et شَكَا [quod omisit Freytag.] prorupit dens, شَكِي fissus fuit. *Errandi* autem et *vagandi* significatio vel a mente quasi puncta et percita ideoque errabunda, vel a secando profecta est, siquidem regionem secare et quasi scindere idem est ac pervagari eam. Sic شقّ fidit, permeavit terram, melit. *schekk* [شكّ] vagari, *schekkyk* [شكّاك] vagabundus, Vassalli lex. p. 635, شجّ fidit, traiecit desertum, ut قطع, جاب al. cf. פסג supra p. 1114. Displicent Schultens. ad Harir. VI. p. 237, et Herbst. coniect. etymol. p. 72, quorum prior errationem ducit ab implicatione viae, alter a vibratione et trepidatione. Cf. שָׁגָה.)

שְׁגָגָה f. *error*, *delictum* imprudenter commissum vel omnino *levius* delictum (Irrung, Versehen) Eccl. V, 5. Num. XV, 25. (LXX ἀκούσιον, ἄγνοια. Venet. λήθη, ἐπιλησμονή.) שָׁגַג שְׁגָגָה *errorem admisit* Lev. V, 18. בִּשְׁגָגָה *per errorem* vel *imprudentiam* Lev. IV, 22. XXII, 14. (LXX ἀκουσίως, intp. samar. [samar.]). מַכֵּה נֶפֶשׁ בִּשְׁגָגָה *qui occidit aliquem per imprudentiam* Num. XXXV, 11. 15. Jos. XX, 3. 9. Opp. בְּיָד רָמָה manu sublata i. e. vi adhibita Num. XV, 30, cf. vs. 29. חָטָא בִּשְׁגָגָה *peccavit per imprudentiam* Lev. IV, 2. 27. V, 15. Lege locum Num. XV, 24—29 integrum.

אֲבִישַׁג n. pr. f. compositum v. sub אָבָה p. 10.

שָׁגָה i. q. שָׁגַג 1) *erravit*, *oberravit*, de grege Ez. XXXIV, 6. Sq. מִן *aberravit* a via (vid. syr. infra) et metaph. a praeceptis divinis Prov. XIX, 27. Ps. CXIX, 21. 118. (Chald. שְׁגָא id. et defecit, desideratus fuit, nasor. defecit, syr. ܫܓܐ aberravit tum a via tum a veritate Assem. bibl. or. III, 268, b. l. 2. Ephr. III, 25, de mente errabunda Barhebr. p. 598. l. 3 inf., ܫܓܝܐ aberratio, aeth. ሰከዐ: vagatus fuit, oberravit Ps. CVII, 4. Gen. XXXVII, 15. Ex. XIV, 3.) Vid. שָׁגַג. — 2) mente errabunda *titubavit* ex vino c. בְּ et מִן vini Prov. XX, 1. Jes. XXVIII, 7 ter (parall. תָּעָה), porro de homine, qui percitus amore est licito et coniugali non minus quam incesto (ausschweifen) Prov. V, 19. 20, denique de eo qui se dementia et omni temeritate abripi patitur (in Thorheit dahintaumeln) ib. vs 23. Cf. שָׁגַע. — 3) *deliquit*, *peccavit* per incogitantiam (cf. שָׁגַג) 1 Sam. XXVI, 21. Iob. VI, 24. XIX, 4. Ez. XLV, 20.

Hiph. fecit ut erraret caecus in via Deut. XXVII, 18. Metaph. *fecit* vel *sivit ut aberraret* a praeceptis divinis sq. מִן Ps. CXIX, 10, *seduxit* Prov. XXVIII, 10. Iob. XII, 16 (de quo loco v. שָׁגַג).

שִׁגָּיוֹן m. (formae חִזָּיוֹן, זִכָּרוֹן) *hymnus*, vel potius *dithyrambus*, oden erraticam dixeris cum Tarnovio et Geiero, carminis genus quod inventione, dictione et numeris a sueta ratione discedit audaciusque decurrit (Ewald.: Taumellied). Hoc tanquam titulo inscriptus est Psalmus VII vs. 1. Praeterea legitur Habac. III, 1: עַל שִׁגְיֹנוֹת *ad modum carminum dithyrambicorum*. Veteres intpp. plerique in *erroris* significatu his locis prorsus inepto acquieverunt, ut Aquila, Symm., Quinta editio, Theodotion (apud quem pro ἐκουσιασμός leg. ἀκουσ.), Chald. in Hab., vel instrumentum musicum, vel cantionis modorumve genus quoddam incertum intellexerunt, ut multi Rabbini, inter hos Tanchum. Hieros. ad Hab. l. c. pag. 48 ed. Munk., vel *oden* interpretati sunt sive

obiter id agentes sive cum Wahlio (excurs. III. ad Habac.) provocantes ad syr. ܫܘܓܝܬܐ hymnus, cantilena (Barhebr. carm. ed. Lengerk. P. II. p. 3. Lex. Adl. = تسبيحة لحن مدح ترنيم), ܫܓܝ Pa. cecinit 1. Sam. XXI, 12 (pr. hebr. עָנָה, Arabs syriacum vertit غنى); hoc autem proprie est magnificare, laudare, pertinetque ad שָׂגָא, non ad שָׁגָה. Recentiores nonnulli, ut Rosenmuellerus, Hitzig. Maurer. de Wettius, Lee, *carmen lugubre* et *elegiacum* dixere adscito arab. شَجِى anxius, moestus fuit (propr. pungi e. g. osse in gutture haerente), شَجًا res angens, os in gutture haerens, moeror. Cf. שׂכח. Denique in re controversa afferre liceat arab. شَجَا i. q. طَرّب exhilaravit, et شَجِى suavis (propr. ni fallor, pungens animum) de cantu et musica, v. c. Ps. CL, 5 ed. Rom.: أصوات شَجِيَة, صلاصل شجية الصوت de harmonia sphaerarum Shahrastan. ed. Cureton. p. 278. l. 5. cf. p. 297. l. 5. Cf. Ellious Bocthor dictionn. franç.-arabe s. v. harmonieux. Hinc שִׁגָּיוֹן cantum suavem exponere possis; sed dubito, nam hic usus arabicus tum rarior tum recentior videtur esse.

מִשְׁגֶּה m. *error* (Irrthum, Versehen) Gen. XLIII, 12.

שָׁגַח in Kal inusit. *vidit, prospectavit* i. q. שָׂכָה, שָׁעָה a secando, findendo (vid. שָׁגַג) et discernendo, ut בִּין et חָזָה (quod de mea quidem sententia pertinet ad חזז, חָצָה, חצץ et cum his primam habet significationem findendi).

Hiph. הִשְׁגִּיחַ *prospectavit* e loco alto ad id quod infra est sq. מִן et אֶל Ps. XXXIII, 14 (de Deo, qui e coelesti sede prospectat in incolas terrae). Cant. II, 9: מַשְׁגִּיחַ מִן־הַחַלֹּנוֹת *spectat a fenestris* i. e. intro spectat per fenestras ad amicam quae intus est in domo. Quomodo differat a verbo רָאָה, apparet e loco Jes. XIV, 16: רֹאֶיךָ אֵלֶיךָ יַשְׁגִּיחוּ *qui te conspiciunt, in te spectant,* te contemplantur et oculis perlustrant. Saad. فيك يتفرسون. Praeter hos tres locos in V. T. non legitur. Rabbinis autem hoc vc. saepe est attendere ad aliquid, curare, respicere, et providere, ubi de providentia divina (הַשְׁגָּחָה) loquuntur. Vid. Buxtorf. lex. talm. p. 2326. Chald. Aph. אַשְׁגַּח i. q. hebr.

שָׁגַל *vitiavit, compressit* feminam, sq. acc. p. Deut. XXVIII, 30. (Futurum non יִשְׁגַּל, quod exspectes, statuunt esse, sed יִשְׁגָּלֶ, quod, etsi non nego, ex forma יִשְׁגָּלֶנָּה tamen cogi non potest, siquidem signa vocalia pertinent ad Keri יִשְׁכָּבֶנָּה. Ubique enim pro hoc verbo, quod nonnihil obscoenitatis habuisse videtur, Masorethae decori quodam studio ducti substituerunt et margini adscripserunt verbum שָׁכַב (concumbere cum femina), Niph. נִשְׁכַּב et Pu. שֻׁכַּב. Similia in aliis quoque tentaverunt (v. radd. עפל et שִׁין), de quibus exposuit Bochart. Hieroz. II, pag. 576 ed. Lips., Lud. Cappellus crit. sacr. libr. III. c. 6. Vetus hoc erat honestatis studium inter Judaeos, nec defuit apud Samaritanos, quippe qui in Pentateucho suo Deut. l. c. pro ישגלנה reposuerunt ישכב עמה. Ceterum mirum accidit, quod solum verbum שָׁגַל Masorethas offendit, non item nomen שֵׁגַל, quod intactum reliquerunt. — Quod attinet ad etymon, iam video multis placere Franc. Tsepregi sententiam in Diss. Lugdun. I. p. 166 sqq. expositam, qui arabicum سجل (aquam hausit situla) in rem veneream trahi contendit, quanquam quae affert exempla ad eadem vel liberalitatem pertinent. Rad. سجل primum significat laxum et pendulum (vid. ad שָׁקַל), dein tumidum et turgidum, tum liberam dimissionem et effusionem aquae. سَجَالَة laxitas (Kam.), سَجِيل et أَسْجَل turgidum et amplum (uber), سَجْل uber magnum, et situla (cf. דְּלִי a rad. דָּלָה), مُسْجَل dimissus, permissus, سَجَلَ effudit aquam. Obscoenum usum Arabes habent in coni. II, quae sec. Kam. (Gol. Cast. Freyt. id neglexerunt) est i. q. أَنْعَظ penem erexit s. turgidum fecit. Sint haec nostro שגל contigua; mihi tamen שָׁגַל propius ad שקל et ثقل videtur accedere et significare *gravidationem;* sic ثَقُلَت gravida fuit femina, melit. *takkal* i. e. ثقّل gravidam fecit. Cf. شجل ventriosus fuit, شغل inivit feminam.)

Niph. vitiata, compressa est mulier Jes. XIII, 16. Zach. XIV, 2.

Pu. id. Jer. III, 2.

שֵׁגַל f. coniux, spec. *uxor regia, regina* Ps. XLV, 10. Neh. II, 6. (Jud. V, 30 in fine commatis nonnulli שֵׁגַל ex coniectura poni volunt pro שָׁלָל q. v.). Recte Talmudici statuunt tr. Rosch haschana fol. 4, a: שגל מלכתא היא. Apud eosdem שֵׁגַלְיָתָא reginae sunt tr. Sanhedr. fol. 95, b. Similiter angl. *queen* (regina) originitus feminam significabat.

שֵׁגַל vel **שֵׁגָל** chald. f. id. Plur. c. suff. שֵׁגְלָתֵהּ (al. שֵׁגְלָתֵהּ) Dan. V, 2. 3. 23, ubique et hoc de uxoribus regis iisque diversis a לְחֵנָן pellicibus, quae iuxta illas commemorantur.

שָׁגַע in Kal inusit., arab. شَجُعَ strenuus, fortis, acer fuit in pugna, شُجَاع strenuus, fortis, شَجِع furibundus (de camelis). Originem quaero in punctione (cf. שָׁגַג), ut

vir fortis dicatur qui acri animo est et pectore quasi compuncto. Eodem refero arab. شكع iratus fuit, doluit = شجى, et شكاعى spinae genus a pungendo dictum.

Pu. part. מְשֻׁגָּע 1) *furore divino actus*, in malam partem quasi *oestro percitus*, *fanaticus* (Schwärmer, un visionnaire), de prophetis falsis Hos. IX, 7, et contemtim de veris quoque Jer. XXIX, 26. 2 Reg. IX, 11 (LXX. ἐπίληπτος). — 2) *vesanus* in genere Deut. XXVIII, 34. 1 Sam. XXI, 16 (LXX. ἐπίληπτος).

Hithp. insanivit 1 Sam. XXI, 15. 16.

שִׁגָּעוֹן m. *furor, insania* Deut. XXVIII, 28. 2 Reg. IX, 20. Zach. XII, 4.

שָׁגַר rad. inusit., ex qua provenit subst. in solis Pentateuchi libris exstans

שֶׁגֶר m. Exod. XIII, 12, et **שְׁגַר** Deut. VII, 13. XXVIII, 4. 18. 51 (utraque forma in stat. constr.) *fetus* partu editus. De solis animalibus legitur voc. ductumque est aut a *fisso* et *perrupto* utero, ut פֶּטֶר (cf. radd. שחר, שׂער, שׁגג, שָׁבַר Hiph. et גִּיחַ, arab. شجر perfodit, aperuit), aut ab *emissione* s. *proiectione* pulli (rabbin. et chald. שׁגר inpr. Pa. emisit, demisit, proiecit, sam. ࠔࠂࠓ id., syr. Aph. ܐܫܓܪ id., sec. Bar-Alium i. q. ܐܣܠܒ انزل ,حطّ, cf. נָפַל 1, c. et quae ibi notavit Gesenius). In vers. samar. ubique ࠕࠓࠀ (Morin. et Castell.: vulva), ut videtur ex ࠔࠂࠓ corruptum, Arabs id reddidit نتاج fetus, van Vloten spec. p. 56. 58. 62.

שַׁד et **שֹׁד** *mamma*, v. sub rad. שָׁדָה.

שֵׁד pl. שֵׁדִים *idola*, v. s. rad. שׁוּד.

שֹׁד *violentia*, v. rad. שָׁדַד.

שָׁדַד tum form. integr. perfect. שָׁדְדוּ Ex. XXXII, 12, inf. שְׁדוֹד Jer. XLVII, 4, imp. שָׁדְדוּ Jer. XLIX, 28, fut. c. Suff. יְשָׁדְדֵם Jer. V, 6, tum form. contr. perf. c. Suff. שַׁדּוּנִי Ps. XVII, 9, inf. שֹׁד Hos. X, 14 (ut videtur), fut. (יָשֹׁד) c. Suff. יְשָׁדֵּם Prov. XI, 3 Keri, et יָשׁוּד Ps. XCI, 6, ut יְרוּץ pr. יָרֹץ, יָרֹן pr. יָרֹן (nisi forte est a rad. שׁוּד = שׁדד) *valide egit, vim fecit; pessumdedit, confecit, perdidit, vastavit*, sq. acc. pers. vel acc. rei (propr. ursit, pressit, *drängen, eindringen*, ut שָׂדָה, שׁוּד, vicin. rad. גדד et גוד, arab. جدّ durus, molestus fuit, it. nervos intendit, studio usus fuit; cf. سدّ obstruxit, opplevit sc. imprimendo vel intrudendo aliquid, unde hebr. סַד cippus, supra p. 938; porro שִׂדֵּד Pi. occavit i. e. pressit et complanavit agrum, שָׂדֶה planities, campus. Ab urgendo ducitur شدّ constrinxit, firmavit, impetum fecit, incurrit in hostem c. على Tibrizi ad Hamas. p. 8, II corroboravit, strenue laboravit Hagi Khalifa ed. Fluegel T. III. p. 17, ut جدّ, durum se gessit in aliquem c. على, V durus et vehemens fuit, VIII id., et cucurrit Harir. p. 281, شدّة robur, vehementia, شديد vehemens, validus, شدّة impetus, incursus Hamas. p. 281. Melit. *schedd* durus fuit, corroboravit, impetum fecit, adstrinxit etc. Vassalli lex. p. 632. Phoenicibus Σάδιδος, i. e. שדיד validus, vocabatur filius Saturni, v. Sanchuniath. fragm. ed. Orelli p. 30. Aeth. et amhar. ሰደደ: persecutus fuit, expulit). Psalm. XVII, 9: רְשָׁעִים זוּ שַׁדּוּנִי *impii qui me conficiunt*. Jer. XLVII, 4: לִשְׁדוֹד אֶת־כָּל־פְּלִשְׁתִּים *ad perdendum omnes Philistaeos*. XLIX, 28. Prov. XI, 3 (Keri): סֶלֶף בֹּגְדִים יְשָׁדֵּם *fallacia dolosorum ipsosmet perdit*. Ezech. XXXII, 12: וְשָׁדְדוּ אֶת־גְּאוֹן מִצְרַיִם *et* (tyranni) *vastabunt splendorem Aegypti*. Jer. XXV, 36. De lupo *grassante* legitur Jer. V, 6. — Particip. subst. שֹׁדֵד *perditor*, *homo violentus* Iob. XII, 6. XV, 21, saepe de hoste *qui incurrit in terram eamque vastat* Jes. XVI, 4. XXI, 2. XXXIII, 1. Jer. VI, 26. XII, 12. XLVIII, 8. 18. 32. LI, 48. 53. שֹׁדֵד בַּצָּהֳרָיִם *qui vim facit meridiano tempore* i. e. coram in conspectu omnium Jer. XV, 8. Opp. שֹׁדְדֵי לַיְלָה *praedones nocturni* Obad. 5, cf. Psalm. XCI, 6. — Partic. pass. שָׁדוּד *confectus, trucidatus* Jud. V, 27. Jes. XXXIII, 1, *ad exitium deditus*, *vastationi destinatus* Jer. IV, 30, et sic etiam accipi posset in loco vexato Psalm. CXXXVII, 8: בַּת־בָּבֶל הַשְּׁדוּדָה de Babylone *mox vastanda*, siquidem tunc vastata nondum erat, nisi praestaret intelligere devictam a Cyro urbem eoque quodammodo *pessumdatam*. Alii activo sensu dictum putant de Babylone gentium *deletrice*, et mutatam scripturam הַשּׁוֹדְדָה vel הַשֹּׁדְדָה commendant (Ewald. ad h. l. F. Böttcher. spicileg. p. 59), alii (ut Maurerus) *validam* vel *violentam* volunt coll. arab. شديدة.

Niph. perditus, vastatus est Mich. II, 4, ubi נְשַׁדֻּנוּ legitur pro נְשַׁדַּדְנוּ.

Pi. i. q. Kal. Prov. XIX, 26: מְשַׁדֶּד־אָב *qui violenter tractat patrem*. XXIV, 15: אַל־תְּשַׁדֵּד רִבְצוֹ *noli vi perturbare domicilium eius*.

Po. שׁוֹדֵד *vastavit, destruxit* (statuas) Hos. X, 2.

Pu. שֻׁדַּד et שֻׁדַּד (Nah. III, 7) *perditus, vastatus est*, de urbe Jes. XV, 1. XXIII, 1. 14. Jer. XLVIII, 1. XLIX, 3, de terra Jer. IV, 20. XLVIII, 15. 20, de agro et frugibus Joel. I, 10. Zach. XI, 3, de hominibus Jer. IV, 13. IX, 18. XLIX, 10.

Hoph. i. q. Pual. Fut. יוּשַׁד vel sec. alios codd. יוּשָּׁד Hos. X, 14. Jes. XXXIII, 1.

שֹׁד, semel **שׁוֹד** (Iob. V, 21, fortasse propter contiguum שׁוֹט) m. *vis, oppressio, vastatio* Hos. XII, 2. IX, 6. Amos. V, 9. Prov. XXIV, 2: שֹׁד יֶהְגֶּה לִבָּם *vim et oppressionem meditatur animus eorum*. Non raro compo-

nuntur חָמָס וָשֹׁד vel שֹׁד וְחָמָס *vis et iniuria* Hab. I, 3. Jer. VI, 7. XX, 8. Ezech. XLV, 9, metonym. de opibus vi et iniuria partis Amos. III, 10. Porro iunguntur שֹׁד וָשֶׁבֶר *vastatio et destructio* Jes. LIX, 7. LX, 18. LI, 19. Jer. XLVIII, 3. Genitivus verbo שֹׁד appositus aut eum notat qui vim facit aut eum qui patitur (v. Gramm. hebr. §. 112, 2), ut שֹׁד רְשָׁעִים *vis et iniuria impiorum* i. e. ea quam impii faciunt Prov. XXI, 7, contra שֹׁד עֲנִיִּים *iniuria, quam miseri patiuntur* Psalm. XII, 6. Jes. XXII, 4. שֹׁד בְּהֵמוֹת *vis animalibus facta* Hab. II, 17. Hinc alicubi שֹׁד est *pernicies, calamitas* Iob. V, 21. 22. Joel. I, 15: כְּשֹׁד מִשַּׁדַּי יָבוֹא *ut calamitas* vel violenta tempestas *ab Omnipotente* missa *advenit* (illa dies). Jes. XIII, 6. Imprecantis est Hos. VII, 13: שֹׁד לָהֶם *exitium* sit *illis*, pereant! — Aliud שַׁד i. q. שַׁד *mamma* v. s. rad. שָׁדָה.

שִׁדָּה pl. שִׁדּוֹת f., vocabulum satis obscurum, in uno loco legitur Eccl. II, 8 ubi Salomo rex (inde a versu quarto) ita sermocinatur: *Magnifica opera feci, aedificavi mihi domos, plantavi vineas; praeparavi mihi hortos et paradisos, in quibus varias arbores plantarem fructiferas; feci aquae receptacula, quibus nemus irrigaretur arboribus consitum; emi servos et ancillas, sunt mihi vernae, nec non greges maximi; congessi argentum et aurum, regias divitias; comparavi mihi cantores et cantrices, et humani generis delicias* שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת. His ultimis verbis post tam longam bonorum enumerationem aut exquisitissimum aliquod deliciarum genus indicare vult aut in universum deliciarum abundantiam et varietatem. Ac plurimi quidem explanatores ad primum illud convenerunt, quanquam in definienda re inter se valde discrepant.

a) Pars interpretum verba illa ad symposia regis pertinere putantes vel

α) *vasa potoria* intelligunt (cf. aram. שְׁדָא, ܫܕܳܐ effundere, nasor. שדא hydria, et potoriorum Salomonis mentionem factam 1 Reg. X, 21. 2 Par. IX, 20), Aquila: *κυλίκιον καὶ κυλίκια*. Vulg.: scyphos et urceos in ministerio ad vina fundenda, — vel

β) *pocillatores*, LXX (forte pronuntiantes שֹׁדֶה וְשֹׁדוֹת): *οἰνοχόον καὶ οἰνοχόας*, Syr. ܡܫܩܝܢܐ ܘܡܫܩܝܢܝܬܐ, Hieron.: ministros vini et ministras, et Arabs graeca secutus.

b) Chaldaeus intp. paene solus habet *balnea* (דימסיא i. e. *δημόσια*) adiecta explicatione: siphones aquas effundentes (ab eodem v. שְׁדָא).

c) Alii *musica instrumenta* cogitant, coll. arab. شَدَا cecinit carmen. Sic Dav. Kimchi, Lutherus („allerlei Saitenspiel"), Drusius, Mercerus, Clericus, Geierus, Struensee („vortreffliche Concerte"), Nachtigal. *Cantiones* volebant Bochartus (Hieroz. III. p. 850 ed. Lips.), J. Simonis al. Concentus musicos fortasse etiam Gr. Venet. (*σύστημα καὶ συστήματα*) indicat.

d) Ad *mulieres* Salomonis regis (1 Reg. XI, 1 sqq. Cant. VI, 8) plurimi interpretes recentiores illa verba referunt et שִׁדָּה uxorem regiam, שִׁדּוֹת autem ceteras mulieres et pellices dici existimant. Verum originis indagandae varias rationes sequuntur:

α) Non pauci sunt, qui שִׁדּוֹת a שָׁדַד ducentes *mulieres vi captas et raptas* interpretentur. Praeivit hanc sententiam Ibn Esra: הנשים השדודות הנלקחות בחזקה בשוד ושביה, cui adstipulantur Vatablus, Doederlein, Mendelssohn, Kleuker.

β) Alii ad שַׁד (mamma) illud revocantes *mulieres mammosas* (نَهْد poëtarum Arabum) introducunt, ut Coccceius et Rosenmuellerus, coll. Jud. V, 30: רַחַם רַחֲמָתַיִם i. e. *muliercula vel duae mulierculae.*

γ) Prorsus explodenda est sententia a J. E. Ch. Schmidtio proposita (cf. Michaelis bibl. orient. XIII. p. 93), qui adhibito arab. سدا et chald. שדא *textrices* mulieres vertit.

δ) Knobel. in comm. ad h. l. separatas, occlusas mulieres vult, coll. arab. شَذَّ separatus fuit, et سَدَّ occlusit. Sed haec verba vix inter sese cohaerent.

ε) Gesenius in Lexico statuit, שִׁדָּה esse pro שִׁידָה (cf. שִׁלְגֶּשׁ = פִּילֶגֶשׁ al.) a rad. שׂוּד, eiusdemque significationis ac arab. سَيِّدَة *domina*, vulgo contr. ست *sitt*, vel etiam ستّة *sitta*, dominam autem hic *uxorem* esse, ut arab. عَقِيلَة. Defendit hoc Maurer in lex. hebr.

ζ) Aliam rationem ab ipso Gesenio in collectaneis MSS. probatam suppeditat usus Talmudicus, ex quo iam Raschi *vehicula, currus, lecticas* explicat, scil. vehendis mulieribus aptas, *pilenta*. Hanc enim significationem שִׁדָּה habet in Mischn. Baba kamma 9, 3 (ed. Surenhus. T. IV. p. 81), Erubhin fol. 30, b (ubi Raschi: שידה מרכבת נשים עגלה עשויה כקופסא i. e. 'שׁ est vehiculum mulierum, currus factus ut capsa), cf. Chagiga fol. 25, a, Gittin fol. 8, b, Schabbath fol. 120, a, et arab. سُدَّة melit. *syddae, sodda* lectus, torus, Reisk. ad Abulfed. Annal. III, 692. Kamus. ed. Constant. s. v. Abdullatif. Aegypt. p. 34. l. 11. Certe tum pilenta cum mulieribus intus sedentibus accipienda sunt, vel pro mulieribus ipsis, ut frequens illud arab. ظَعِينَة pl. ظُعُن pilentum notat et mulierem pilento vectam. Memineris pretiosam Salomonis lecticam Cant. III, 9 sqq. Non improbabile autem est, שִׁדָּה hoc significatu redire ad rad. שָׁנַד = arab. سند innixus est, unde مِسْنَد pulvinar, cubital, cf. רְפִידָה a rad. רָפַד. Vid. Hitzig. ad Eccl. l. l.

e) R. Jona MS. hanc habet glossam: שדה ושדות עزيزة وعزايز خادمة وخادمات i. e. 'ש' וש eximia et eximiae, famula et famulae. Antea שִׁדּוֹת esse i. q. عزيز وجليل dixerat. Cf. Dav. Kimchi lex.

f) Sunt denique quibus nulla harum deliciarum species placet. Hi verbis שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת notionem generalem

vindicant eaque arcte cum proximis coniungunt ita ut תַּעֲנֻגוֹת בְּנֵי הָאָדָם שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת *hominum deliciae* sint *cuiuscunque generis* (sic Lud. de Dieu adhibito syr. ܫܶܕܳܐ, sed hoc non est modus et ratio, sed munus vel officium quo quis fungitur Gen. XL, 13. 21. XLI, 13, Bar Bahlul.: عمل, cf. شَدَّ et مُشِدّ praefectus = عامل, Sacy Chrest. arab. I, 233. Quatremère hist. des Sultans Mamlouks T. I, Par. 1837. 4., p. 110 sq.), vel *accumulatae* et *copiosae* (Moldenhawer: „und zwar im grössten Ueberfluss", Zirkel, Paulus: „im vollsten Maasse", Ewald: „zu Haufe und Haufen", F. Boettcher in spicileg.: „die Hülle und Fülle") coll. arab. شِدَّة quod vehementiam quidem et violentiam, vix tamen copiam, cumulum et congeriem significat.

Equidem, si haec copiae et abundantiae significatio probari posset, profecto in fine totius enarrationis „ingens vis deliciarum" aptum locum haberet; sed sane mulierum commemoratio, inprimis in hac pompae Salomoneae descriptione, non minus idonea videtur, et ne hoc quidem contemnendum in tali libro, qui verbis novis abundat, quod שִׁדָּה in scriptis Talmudicis similem habet significationem, v. supra litt. d, ζ.

אַשְׁדּוֹד (fort. locus munitus, arx, pro שָׁדַד, sec. Hitzig. Urgeschichte u. Mythol. d. Philist. p. 67 sqq. nomen pelasgicum i. q. pers. آزاد libera) ubique sine articulo, accus. loc. אַשְׁדּוֹדָה, n. pr. *Asdod* urbs, Graecis et Romanis Ἄζωτος, *Azotus* (Ptolem. V, 16. Diod. Sic. XIX, 85. Plin. N. H. V, 13. 1 Macc. IV, 15. Judith. II, 28. Act. VIII, 40), in Assyriorum monumentis commemorata (v. Rawlinson. in Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XII. p. 466), una ex quinque Philistaeorum urbibus primariis atque sedes unius ex quinque eorum principibus (סַרְנֵי פְלִשְׁתִּים) Jos. XIII, 3. 1 Sam. VI, 17 coll. vs. 4. Amos. I, 8. III, 9 (palatia Asdodi). Zeph. II, 4. Zach. IX, 6, ubi priscae gentis Enacitarum reliquiae degebant Jos. XI, 22, et Dagon Philistaeorum idolum colebatur 1 Sam. V, 5, coll. 1 Macc. X, 83. XI, 4. Tribui Judae assignata fuerat Jos. XV, 47, raro tamen et ad breve tantum tempus in Israelitarum possessionem cessit. Salomonis regno videtur subiecta fuisse 1 Reg. IV, 24. Usias rex moenia huius urbis demolitus est 2 Par. XXVI, 6. Postea Tartan Assyriorum dux eam expugnavit Jes. XX, 1, itemque post undetriginta annorum oppugnationem eam cepit Psammetichus teste Herodoto II, 157, quo respicere videtur Jeremias XXV, 20 Azoti reliquias monstrans. Etiam Nehemiae tempore Asdodenses infesti erant Judaeis Neh. IV, 1 (al. 7). A Juda Maccabaeo Azotus expugnata (1 Macc. V, 68), a Jonathane eversa est (1 Macc. X, 84. XI, 4), a Gabinio autem restaurata (Joseph. Antt. XIV, 5, 3. B. J. I, 7, 7) Herodis regno subiecta est, qui eam Salomae sorori testamento legavit (Joseph. Antt. XVII, 8, 1. 11, 5). Ab Eusebio et Hieronymo πολίχνη ἐπίσημος, „insigne oppidum" vocatur in Onomastico, episcopi sedes a quarto seculo ad sextum fuit, et etiamnunc superest vicus parvulus *Asdud* in colle situs, quatuor milliar. germ. ab Ascalone distans, de quo vid. Troilo itin. p. 457, Volney II, 251, Richardson trav. II. p. 206, Robinson Palaest. II. p. 629. Praeterea cf. Reland. Pal. p. 606, Mannert geogr. VI, 1. p. 261. — Nomen gentil. אַשְׁדּוֹדִי *Asdodensis*, pl. אַשְׁדּוֹדִים 1 Sam. V, 3. 6, fem. אַשְׁדּוֹדִיּוֹת (Keri אַשְׁדֳּדִיּוֹת) Neh. XIII, 23. — אַשְׁדּוֹדִית adv. *dialecto Asdodica* Neh. XIII, 24.

Ad hanc radicem praeterea referre licet

שַׁדַּי in pausa שַׁדָּי m. priscum nomen Dei omnipotentis, et quidem nomine אֵל adiecto אֵל שַׁדַּי *Deus Omnipotens* in Pentateucho ab eo auctore, quem Elohistam dicunt critici, vocatur Deus Abrahami, Isaaci et Jacobi idem ille qui postea Mosi se יהוה nomine manifestaverit, ut legitur Exod. VI, 2. 3: וַיְדַבֵּר אֱלֹהִים אֶל־מֹשֶׁה וַיֹּאמֶר אֵלָיו אֲנִי יְהוָה׃ וָאֵרָא אֶל־אַבְרָהָם אֶל־יִצְחָק וְאֶל־יַעֲקֹב בְּאֵל שַׁדָּי וּשְׁמִי יְהוָה לֹא נוֹדַעְתִּי לָהֶם *et Deus Mosi, Ego, inquit, Jahve sum; et Abrahamo, Isaaco et Jacobo apparui tamquam* אֵל שַׁדַּי (*Deus Omnipotens*), *et nomine meo* יהוה (*Jahve*) *ipsis non innotui*, et sic in horum patriarcharum historia alibi etiam apud Elohistam occurrit Gen. XVII, 1. XXVIII, 3. XXXV, 11. XLIII, 14. XLVIII, 3, nec non XLIX, 25 ubi pro אֵת שַׁדַּי cum Samar. nonnullisque codd. hebraeis scribendum אֵל שַׁדַּי, praeterea semel apud Ezech. X, 5; reliquis in locis solum שַׁדַּי *Omnipotens* non addito אֵל legitur Num. XXIV, 4. 16. Ruth. I, 20. 21. Ps. LXVIII, 15 (ex antiquo carmine, ut puto). XCI, 1. Joel. I, 15. Jes. XIII, 7. Ezech. I, 24 et tricies in libro Iobi V, 17. VI, 4. 14. VIII, 3. 5. XI, 7. XIII, 3. XV, 25. XXI, 15. 20. XXII, 3. 17. 23. 25. 26. XXIII, 6. XXIV, 1. XXVII, 2. 10. 11. 13. XXIX, 5. XXXI, 2. 35. XXXII, 8. XXXIII, 4. XXXIV, 10. 12. XXXV, 13. XXXVII, 23. XL, 2. Atque iste poeta tam saepe hoc verbo usus esse videtur, quod Iobus patriarchis aequalis perhiberetur illudque nomen sanctitatis et prisci aevi colorem haberet.

Pervalidum sive potentem שַׁדַּי significare, recentiores post Ikenium (Diss. philol. theol. I) interpretes paene omnes contendunt. Praeiverunt hanc sententiam Graecus libri Iobi interpres qui saepe habet: παντοκράτωρ, Aqu. alicubi: ἄλκιμος, Syr. in Iob. ܥܰܫܺܝܢܳܐ fortis, Vulg. plerumque: omnipotens, Graec. Venet.: ὁ κραταιός, Ibn Esra: תקיף, D. Kimchi, alii. Deum fortem ac potentem saepe dicebant Hebraei, vid. עִזּוּז, גִּבּוֹר, אֲבִיר יַעֲקֹב, cf. Iob. XXXVII, 23. Ps. LXXXIX, 9 al., ut Arabes (الجَبَّار, القَوِيّ). De forma autem grammatica vocis שַׁדַּי adhuc disceptatur. Vitringa ad Jes. XIII, 6, Ludovicus de Dieu ad Gen. XVII, 1, Gesenius all. pluralem putant esse maiestaticum a sing. שַׁד validus, a rad. שָׁדַד, sed dubia sunt pluralia in ־ַי exeuntia (Gramm. hebr. ed. 16. §. 86, 1, c); probabilius esset, si שַׁדַּי, quod quidem nusquam praefixo articulo legitur, pluralis diceretur cum

pronomine primae pers. affixo, ad analogiam formae אֲדֹנָי, principio in invocatione Dei usurpatae (Gramm. §. 119, annot. 4). Alii pro singulari habent, שַׁד (rad. שָׁדַד) terminatione ־ַי auctum proprie nomen adiectivum putantes; sed haec quoque terminatio paullum insolens est in V. T. libris, certe in nn. propriis recentioribus חַגַּי, שַׁמַּי, יַדַּי et similibus nomen יהוה latet, ut in יִשְׁמְרַי aliis. Prorsus repudianda est sententia quorundam, qui compositum dicunt ex ־שֶׁ = אֲשֶׁר et דַּי qui est sufficiens sc. sibi (*αὐταρκής*) vel ad omnia alia, sic Aqu. Symm Theodot. et LXX aliquoties: *ἱκανός*, Hesych.: *Σαδδαΐ*, *ἱκανοῦ*, Theodoret. ad Ez. I, 24, Saad. et Ar. Erp.: الكافي, Raschi, Abarbanel, cf. Talm. tr. Chagiga fol. 12, a. Buxtorf. diss. V. de nominibus Dei p. 275 sq. Pocock. ad Joel. I, 15. Neque probandum quod Seb. Schmid ad Iob. VI, 4 et Deyling. obss. I, 42 proponunt, שַׁדַּי esse deum fulminatorem, *κεραύνιον*, *βρονταῖον*, a rad. שָׂדָה iaculatus est. Verosimilius est quod Ewald. (gramm. hebr. ed. 5. §. 155, c), Tuch. (ad Gen. XVII, 1) al. tuentur et iam Ibn Esra et Salomo Parchon indicant, שַׁדַּי a שָׁדָה = שָׁדַד ducendum ad formam דַּיָּ (rad. דָּיָה), „brevem autem vocalem syllabae ultimae ex antiquissima aetate servatam esse", quanquam nulla fere vox plane congrua in V. T. exstat nisi forte n. pr. שָׂרַי, si sumis hoc esse pro שָׂרַי a rad. שָׂרָה, coll. פָּרָשׁ Ez. XXVI, 10. Sed hoc etiam addubito, quum vocalis syllabae ultimae in forma קָטָל, فَعَّال originitus longa sit et fere in recentiore chaldaismo tantum corripiatur ut רַמַּאי fraudulentus, a rad. רְמָא. Itaque si aliquid in hac re difficili affirmandum mihi est, inclinat animus ad eam sententiam, quam supra iam tetigi, שַׁדַּי primitus significasse *mei potentes*, *di mei* vel *mi deus*, deinceps nomen proprium Dei Omnipotentis factum esse, ut אֲדֹנָי.

עַמִּישַׁדָּי n. pr. compos. vid. s. עַמִּי p. 1044.

צוּרִישַׁדָּי n. pr. compos. vid. s. צוּר p. 1161.

שַׁדִּין Iob. XIX, 29 Kethib (Keri שַׁדּוּן) comp. ex ־שֶׁ = אֲשֶׁר *quod*, et דִּין vel דּוּן *iudicium*. Vid. s. v. ־שֶׁ supra p. 1345, a.

שָׁדָה rad. inusit. 1) i. q. chald. שְׁדָא, syr. ܫܕܳܐ iecit, proiecit (v. n. pr. שְׁדֵיאוּר), 2) effudit, ut chald. אַשֵׁד = שְׁדָא et syr. ܐܶܫܕ, arab. ثَدِيَ rigavit, madefecit, ثَدِيَ maduit (cogn. שָׁתָה bibit), unde

שַׁד Thren. IV, 3, dual. שָׁדַיִם constr. שְׁדֵי m. (Hos. IX, 14. Cant. IV, 5) *mamma*, *uber* (arab. ثَدْيٌ, ثَدْيٌ, ثُدِيٌّ, vulg. *tedi*, aram. תַּד, ܬܕܳܐ id., samar. ࠕࠃ Gen. XLIX, 25 fort. corrig. ࠕࠃ. Simili ratione זִיז lactis ubertas a fluxu dicta est, aeth. ጥብ: dialecto Tigr. ጡብ: ambar. ጡት: arab. طُبْي uber a ጠበወ: suxit, graec. *τίτθη*, germ. vet. *tutta*, angl. *teat*, gall. *téton* Zitze prob. a rad. sanscr. *dhê* bibere, gr. (*θάω*) *θῆσαι* = *θηλάζειν*, goth. *daddjan* lactare, v. Pott etymol. Forsch. I. p. 229. E. Meier Wurzelwörterb. p. 605, ceterum cf. nostro cognatum דַּד mamma p. 321, fortasse verbo דּוּד amor alludens), ubique (etiam Jes. XXXII, 12, v. סָפַד p. 964) dicitur de mamma feminea (arab. ثَدْي etiam de virili, et syr. ܬܕܳܐ quoque Act. I, 13 Pesch.) Hos. II, 4. Jes. XXVIII, 9. Ps. XXII, 10. Ez. XXIII, 3. 21. 34. Iob. III, 12. Cant. IV, 5. VII, 4. 8. 9. VIII, 8. 9. 10. I, 13: בֵּין שָׁדַי *inter mammas meas* i. e. in sinu meo, VIII, 1: יוֹנֵק שְׁדֵי אִמִּי *qui suxit ubera matris meae*, frater meus collactaneus (parall. אָח). Gen. XLIX, 25: בִּרְכֹת שָׁדַיִם וָרַחַם *beneficia uberum et uteri* i. e. lactis et pecudum copia. (Ita Arabes ubertatem describentes iungunt زرع وضرع sata et ubera, habent etiam proverbium ما له زرع ولا ضرع). Hos. IX, 14: שָׁדַיִם צֹמְקִים *ubera arida*, sterilia.

שֹׁד m. i. q. שַׁד *mamma*, his tribus locis legitur: Iob. XXIV, 9: יִגְזְלוּ מִשֹּׁד יָתוֹם *rapiunt orphanum ab* ipso *ubere* materno, LXX: *ἥρπασαν ὀρφανὸν ἀπὸ μαστοῦ* (male Syrus, Chald., Hieron. vim vel rapinam cogitant, v. שֹׁד s. rad. שָׁדַד), Jes. LX, 16: *lac gentium suges* וְשֹׁד מְלָכִים *et uber regum* i. e. gentium et ipsorum regum opes in te conferentur, LXVI, 11 (parall. זִיז).

שְׁדֵיאוּר (fort. eiaculatio ignis, v. rad. no. 1 et supra dicta s. v. דָּת p. 358) n. pr. m. Num. I, 5. II, 10.

שַׁדַּי *Omnipotens*, v. s. rad. שָׁדַד.

שָׂדַם rad. inusit., fortasse *seclusit*, *terminavit*, velut agros, cf. سَدَمَ et دَسَمَ obturavit, occlusit, hebr. סָתַם q. v. p. 974.

שְׂדֵמָה f. I) tantum in pl. שְׁדֵמוֹת, constr. שַׁדְמוֹת *agri* (propr. terminis circumscripti vel circumsepti) Hab. III, 17. Jes. XVI, 8: שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן *arva Hesbonis* i. e. quae ad hanc urbem pertinent, 2 Reg. XXIII, 4: בְּשַׁדְמוֹת קִדְרוֹן *in agris* vallis *Kidron*, Jer. XXXI, 40 Keri (Kethib male שְׁרֵמוֹת quod v. infra s. rad. שָׁרַם), de agris qui vitibus obseruntur Deut. XXXII, 32. — Bis שַׁדְמוֹת cum verbo sing. componitur Hab. III, 17 et Jes. XVI, 8. Ceterum *agri* significatio, quanquam in linguis cognatis nullum eius vestigium exstat, ipso locorum contextu satis firmata est. Accedit auctoritas veterum interpretum, quanquam hi sibi non constant. LXX in Jes. et Hab. ll. cc.: *πεδία*, Aqu. Jes. et 2 Reg. ll. cc.: *ἄρουραι*, Syr. semel Jes. l. c.: ܡܥܒܕܳܐ, Vulg. Hab. l. c.: arva, alibi: suburbana. Alii propter loc. Deut. exponunt *vites*, Abulwalid. MS. جفان, Saad. et Ar. Erp. in Deut. دوال, vid. inpr. Tanchum. Hieros. ad Hab. III, 17. p. 88 ed. Munk.

II) **שְׁדֵמָה** Jes. XXXVII, 27 i. q. שְׁדֵפָה (quod legitur eodem contextu 2 Reg. XIX, 26) *uredo* frumenti, litteris ף et ם permutatis, v. rad. שָׁדַף.

שָׁדַף cogn. rad. שָׁזַף *adussit, torrefecit* eoque corrupit eurus segetes. Part. pass. Gen. XLI, 6: שְׁדוּפוֹת קָדִים *euro adustae* aristae, vs. 23. 27. LXX: *στάχυες ἀνεμόφθοροι*, Vulg.: percussae uredine. (Talm. et chald. שְׁדַף id., שדה שנשדפה ager qui adustus est, Buxt., in dial. nasor. de ardore libidinoso, lib. Adami T. I. p. 128. l. 12 ed. Norberg., fort. huc pertinent arab. أَسْدَفُ niger, سُدْفَةٌ obscuritas noctis, سَدَفٌ id., vel adeo شَزِبَ, شَسِبَ macer aridusque fuit, شَسَفَ id. et siccavit, شَاسِفٌ siccus, aridus, de utre al., شَصَبَ siccus fuit, شَصْبٌ anni sterilitas). Inde

שְׁדֵפָה f. 2 Reg. XIX, 26 (in loco parall. Jes. XXXVII, 27 eadem significatione scriptum est שְׁדֵמָה, ם et ף permutatis), et

שִׁדָּפוֹן m. *uredo* (germ. Getreidebrand), morbus quo plantae, maxime segetes, afficiuntur flante euro (vid. rad., cf. Ez. XVII, 10. XIX, 12) Deut. XXVIII, 22, plerumque iuxta יֵרָקוֹן (aurugo) 1 Reg. VIII, 37. 2 Par. VI, 28. Amos. IV, 9. Hagg. II, 17. LXX: *πύρωσις, ἐμπυρισμός, ἀνεμοφθορία*, Vulg.: aër corruptus, ventus urens, Syr. in Am. et Hagg. ܫܘܦܢܐ i. e. uredo, in Deut. ܫܘܦܢܐ ܘܝܪܩܢܐ, Chaldaei intpp. ipsum שִׁדְפָנָא ponunt. Non solum aestu corrumpuntur segetes, sed frigore etiam damnum patiuntur, et hoc שִׁדָּפוֹן esse dicebat Iudaeus Mochae incola a Forskålio interrogatus (v. Niebuhr. Beschreib. v. Arabien p. XLVI): quae sententia certe eo non refellitur, quod שִׁדָּפוֹן proprie adustionem notat; nam aduri segetes frigore, etiam Arabes solent dicere, quoniam et hoc adustionis speciem habet. Gauhari in lex. MS.: الحَسّ بَرْدٌ يُحْرِقُ الكَلَأَ i. e. حَسّ est frigus herbas adurens. Vocant id etiam صِرّ pro quo apud Forskålium l. c. est صَرِين. Imo ipsum arab. صلى in V et VIII duplicem habet significationem: ustus est igne, et sustinuit frigus, v. Silv. de Sacy in Chrestom. arab. T. II. p. 388. Ceterum שְׁדֵפָה vel שִׁדָּפוֹן tam segetis nondum adultae (2 Reg. XIX, 26) quam ipsarum aristarum (Gen. XLI, 6) damnum est.

שְׁדַר chald. *Ithpa.* אִשְׁתַּדַּר *conatus est, operam dedit, laboravit, occupatus fuit* in re, sq. לְ rei Dan. VI, 15: הֲוָה מִשְׁתַּדַּר לְהַצָּלוּתֵהּ *operam dedit,* sollicite et omnibus viribus laboravit, *ut eum liberaret.* In Targg. et apud Rabbinos hac significatione frequentatur verbum אִשְׁתַּדֵּל, הִשְׁתַּדֵּל, ut in tr. Aboth II, 7. IV, 23, ubi olim legebatur הִשְׁתַּדֵּר, v. Aruch. s. v., it. Onk. Gen. XXXII, 24. 25 pr. hebr. נֶאֱבַק nunc legitur אִשְׁתַּדַּל, at Juda ben Kuraisch MS. habet אִשְׁתַּדַּר, Pa. שַׁדֵּל, syr. ܫܰܕܶܠ persuasit, allexit, permovere studuit, propr., ni fallor, pertractavit alicuius animum, einen bearbeiten. Praeterea usitatissimum est aram. שַׁדַּר, ܫܰܕܰܪ misit, propr. paravit. Eodem pertinere videtur arab. شَذْرٌ alacritas in rebus agendis, تَشَذَّرَ agilis et festinus fuit in re peragenda, spec. se paravit ad pugnam. Maurerus in lex. haec omnia ad *versationem* revocat, cui sententiae firmandae miror quod non adhibuerit radicem שְׁדַר.

אִשְׁתַּדּוּר chald. nomen verbale, pr. *conatus, molimen, contentio,* spec. *rebellio* Esr. IV, 15. 19. cf. Targ. Thren. I, 1. Cant. V, 17.

שַׁדְרַךְ n. pr. chald. Chananiae, Danielis socio, in aula Babylonica impositum Dan. I, 7. II, 49. III, 12. Modo semiticae originis nomen est, cum Io. Simone poteris exponere strenuum, sedulum, vel legatum, adhibito verbo שְׁדַר cum terminatione vetere persica *ak.* Alii variis modis hoc nomen ex linguis indo-persicis repetere studuerunt. Lorsbach. in Archiv. II, p. 248 exponit pers. شادارك quod „regis parvum amicum" significare contendit; Bohlen. in Symbolis p. 24 شادراه „laetus in via, comes laetus, vel lumen viae", in observatt. mss. autem indicum nomen *Sûdraka* illud esse dicit; denique Benfey. Monatsnamen p. 201 ducit a zend. *khsathra* rex, ut syllaba *ka* adiecta *Βασίλειον* significare possit. Sed haec valde incerta sunt.

שָׁדַשׁ rad. inusit. incertaeque significationis, ad quam pertinet nomen numerale שֵׁשׁ *sex*, contractum ex שְׁדָשׁ, id quod e pluribus formis arabicis aethiopicisque apparet, velut سُدْسٌ et سَدِيسٌ pars sexta, سَادِسٌ sextus, سُدَاسَ seni, verb. denom. سَدَسَ sextam partem cepit ab aliquo, aeth. ስድስ: et ስድስቱ: sex, ሳድስ: sextus, ሰዱስ: feria sexta. Iam hoc ut sit certum, porro iure quodam tuo coniicias, radicem שָׁדַשׁ ortam esse ex שְׁדַשְׁדַּשׁ forma duplicata radicis שָׁדַד, ut שָׁרַשׁ e שָׁרַר, v. ad rad. שָׁבַשׁ dicta p. 1359; sed quomodo inde numerus senarius nomen acceperit, non liquet. Quapropter multi viri docti, interque hos b. Gesenius, שֵׁשׁ nihil aliud esse arbitrati sunt nisi numerale nomen linguarum indogerm., sanscr. *schasch*, zend. *csvas*, gr. *ἕξ*, lat. *sex* cet.

שֵׁשׁ (contr. ex שְׁדָשׁ) semel sq. Makkeph שֶׁשׁ־ (Prov.

VI, 16) iunctum femininis, et שִׁשָּׁה (contr. e שִׁדְשָׁה) constr. שֵׁשֶׁת (cf. אִשָּׁה constr. אֵשֶׁת) masculinis iunctum *sex.* (Pun. ששם sexaginta Inscr. Numid. XVIII, l. 4, arab. ستّ et ستّة id. [ex سدس et سدسة contracta, v. rad., alioquin in usu est سدس sexennis, semestris, sex dierum], melit. *sytta* sex, chald. שֵׁת q. v. infra, ubi et ceterae formae aramaeae, aeth. ስድስቱ: contr. ስሱ: et ስድስቲ:, amhar. ስድስት:, dial. Tigr. ሽድሽቲ: id.). De syntaxi v. gramm. hebr. §. 95 et 118 cf. Gesen. Lehrgeb. §. 144 et 181. Varii generis exempla sunt: שֵׁשׁ אַמּוֹת sex ulnae 1 Sam. XVII, 4. שֵׁשׁ צָרוֹת sex calamitates Iob. V, 19. שֵׁשׁ שָׁנִים sex anni Gen. XXXI, 41. Ex. XXI, 2. Iud. XII, 7 et saepe. שֵׁשׁ פְּעָמִים sexies 2 Reg. XIII, 19. שֵׁשׁ בָּנוֹת filiae sex 1 Par. IV, 27. צֹאן שֵׁשׁ בְּרֻרוֹת oves sex selectae Neh. V, 18. Jes. VI, 2: שֵׁשׁ כְּנָפַיִם שֵׁשׁ כְּנָפַיִם לְאֶחָד *unicuique sex alae erant.* שֵׁשׁ מֵאוֹת sexcenti. Ellipt. שֵׁשׁ שְׂעֹרִים sex (mensurae sc. סְאִים, Hieron.: modii) hordei Ruth. III, 15. 17. Pro ordinali 2 Reg. XVIII, 10: בִּשְׁנַת שֵׁשׁ לְחִזְקִיָּה *anno Hiskiae sexto.* — שִׁשָּׁה אֲנָשִׁים sex viri Ez. IX, 2. שִׁשָּׁה בָנִים sex filii Gen. XXX, 20. 1 Par. VIII, 38. שִׁשָּׁה צְעָדִים sex passus 2 Sam. VI, 13. שִׁשָּׁה חֳדָשִׁים sex menses 2 Reg. XV, 8. הַשִּׁשָּׁה הַנּוֹתָרִים reliqui sex Ex. XXVIII, 10. שֵׁשֶׁת יָמִים sex dies Ex. XX, 9. 11. XXIII, 12. XXIV, 16. Jos. VI, 3. 14 et saepe. שֵׁשֶׁת אֲלָפִים sex millia 1 Sam. XIII, 5. Iob. XLII, 12.

שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה (cum fem.), שִׁשָּׁה עָשָׂר (cum masc.) *sedecim.* שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה sedecim anni 2 Reg. XIII, 10. שׁ׳ ע׳ בָּנוֹת sedecim filiae 2 Par. XIII, 21. עָרִים שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה urbes sedecim Jos. XV, 41. בֶּן־שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה sedecim annos natus 2 Reg. XIV, 21. — שִׁשָּׁה עָשָׂר אֶלֶף sedecim millia Num. XXXI, 40. שׁ׳ ע׳ אֲדָנִים sedecim bases columnarum Ex. XXVI, 25. בָּנִים שׁ׳ ע׳ 1 Par. IV, 27. Pro ordinali 2 Par. XXIX, 17: בְּיוֹם שִׁשָּׁה עָשָׂר לַחֹדֶשׁ.

Plur. שִׁשִּׁים *sexaginta.* שִׁשִּׁים אִישׁ sexaginta viri 2 Reg. XXV, 19. שִׁשִּׁים עִיר LX urbes Deut. III, 4. 1 Par. II, 23. שׁ׳ עָרִים id. 1 Reg. IV, 13. שׁ׳ גִּבֹּרִים sexaginta heroes Cant. III, 7. שׁ׳ בָּנוֹת sexaginta filiae 2 Par. XI, 21. שִׁשִּׁים אַמָּה LX ulnae 1 Reg. VI, 2. אַמּוֹת שִׁשִּׁים id. 2 Par. III, 3. בֶּן־שִׁשִּׁים שָׁנָה sexaginta annos natus Gen. XXV, 26.

Aliud שֵׁשׁ *marmor, byssus*, v. s. rad. שׁישׁ.

שֵׁת Esr. VI, 15 et **שֵׁת** Dan. III, 1 chald. i. q. hebr. שֵׁשׁ *sex.* (In Targg. שִׁית et cum masc. שִׁתָּא, et sic in numis pehlev. שתא, syr. ܫܬ vel ܫܬܐ Ephr. I, 116. Assem. bibl. or. I. p. 3. Abrah. Ecchel. gramm. syr. p. 5, ܫܬܐ, ܐܫܬܐ, samar. ࠔࠕ et ࠔࠔ Gen. VII, 6 al., ࠔࠔࠕ id., alia v. sub hebr. שֵׁשׁ). אַמִּין שֵׁת ulnae sex Dan. III, 1. Esr. 6, 15: שְׁנַת שֵׁת לְמַלְכוּת דָּרְיָוֶשׁ *annus sextus regni Darii.* — Plur. שִׁתִּין *sexaginta* Dan. III, 1. VI, 1. Esr. VI, 3.

שִׁשָּׁה verbum *Piel.* denom. (a שֵׁשׁ sex) *in sex partes divisit* Ez. XLV, 13, sed ibi haud dubie pro שִׁשִּׁיתֶם הָאֵיפָה scribendum est שִׁשִּׁית הָאֵיפָה *sextam partem modii*, ut in antecedentibus.

שִׁשִּׁי m. שִׁשִּׁית f. *sextus, a, um.* (Arab. سادس raro ساد, سات et ساتّ id., aram. שְׁתִיתַי, ܫܬܝܬܝ id.). Gen. I, 31. XXX, 19. Ex. XVI, 5. XXVI, 9. Lev. XXV, 21. Jos. XIX, 32. 1 Par. III, 3. Ez. VIII, 1: וַיְהִי בַּשָּׁנָה הַשִּׁשִּׁית בַּשִּׁשִּׁי בַּחֲמִשָּׁה לַחֹדֶשׁ *et factum est anno sexto, mense eius anni sexto, quinto eius mensis die.* — Fem. שִׁשִּׁית etiam subst. *pars sexta* Ez. IV, 11. XLV, 13. XLVI, 14.

שָׁהַם rad. inusit., prob. i. q. سهم macer fuit, palluit facies, سهم sagitta, a gracilitate dicta, رجل ساهم الوجه vir pallida facie praeditus (Zamakhschari in Esâs MS.). Inde

שֹׁהַם m. (Iob. XXVIII, 16) c. art. אֶבֶן הַשֹּׁהַם Gen. II, 12, pl. אַבְנֵי שֹׁהַם Exod. XXV, 7. XXXV, 9. 27. 1 Par. XXIX, 2 al. 1) gemmae species non satis certa, a pallido colore dicta, fort. *onyx*, vel *sardonyx.* Ad Hebraeos afferebatur e Chavila חֲוִילָה terra ad Arabiam australem spectante, unde aurum quoque petebant Gen. II, 12, eiusque usus erat in sacris. Tum enim utrique humerali ephodi, noti illius amiculi quod summus sacerdos gestabat, eiusmodi gemma una imposita erat, cui nomina sex tribuum Israëliticarum incisa erat Exod. XXVIII, 9. XXXIX, 6, tum eadem una ex duodecim gemmis fuit, quibus pectorale summi sacerdotis ornatum et quarum unicuique unum e duodecim tribuum Israëliticarum nominibus insculptum erat Exod. XXVIII, 20. XXXIX, 13. Praeterea inter alia gemmarum nomina legitur Ezech. XXVIII, 13.

Veterum interpretum de significatione huius voc. testimonia varia sunt et ambigua, quum ne singuli quidem sibi ipsi constent. Ac 1) LXX et Theodot. in Iob., Symm. Gen. II, 12, οἱ γ' Exod. XXV, 7. XXVIII, 9, Joseph. antt. III, 7, 6, Hieron. passim et recentiores nonnulli gemmam illam intelligunt quae *onyx*, ὄνυξ, vocatur quia unguis humani colorem imitatur. Et hoc quidem in etymo habet quo nitatur, שֹׁהַם enim *pallidus* lapis dici poterat, coll. arab. سهم, vid. rad. Cf. Plin. N. H. XXXVII, 6, 24, qui Indicum potissimum et Arabicum genus memorat, et Edrisi (I, 150 ed. Jaubert) qui in Hadhramauto onychem reperiri dicit. Quod J. D. Michaëlis (supplemm. p. 2290) affert arab. مسهم striata velut sagittis picta vestis, unde שֹׁהַם putat onychem candicantibus distinctam striis esse, id naturae quidem lapidis consentaneum (v. Plin. l. c.) a philologicis tamen rationibus abhorret tum quia sagittae in rad. hebraea nec vola nec vestigium est, tum quia formam passivam exspectaveris arabicae مسهم congruam, ut מְשֻׁזָּר Ex. XXVI, 1,

مُخَطَّطٌ, مُعَلَّمٌ, مُعَيَّنٌ, scutulatus, tessellatus, guttatus, striatus et similia. — 2) Alii malunt *sardonychem*, ut Josephus antt. III, 7, 6 et bell. iud. V, 5, 7 (in descriptione superhumeralis), Aquila Gen. II, 12, Hieron. in Iob., Lutherus et inter recentiores maxime Braunius vestit. sacerdot. hebr. p. 575 sqq., qui lapis apud veteres in magno honore habebatur. Iuvenalis sat. 13 gemmam principem eam vocat, et Plinius N. H. XXXVII, 1, 4 in Polycratis annulo sardonychem fuisse perhibet, quanquam Herodotus smaragdum dicit. — Praeterea 3) multi *beryllum* interpretantur, ut Syr., Onk., Pseudojon., Saad. (in Pent. et Iob.), Arabs Erpen., LXX in duobus Pentat. locis (Ex. XXVIII, 20. XXXIX, 13), Vulg. passim, Josephus ll. cc. (in descriptione pectoralis), R. Jona, Kimchi, Bellermann. (Urim. p. 64), Winer. (bibl. Realw.), Rosenmueller. (bibl. Alterthumsk. IV, 1. p. 41) all., idemque est ὁ λίϑος ὁ πράσινος dictus a colore prasino LXX Gen. II, 12 (coll. שׁוּם allium = πράσον). „Beryllos", teste Plinio N. H. XXXVII, 5, 20, „India gignit, raro alibi repertos . . . Probatissimi sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur; proximi, qui vocantur chrysoberylli et sunt paullo pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore. Vicinum genus huic est pallidius, et a quibusdam proprii generis existimatur vocaturque chrysoprasus" etc. De prasio lege eundem XXXVII, 8, 34. — Denique alii alias sententias protulerunt, v. c. Wahlius (Asia p. 856) et Benfey. (Encyclop. Halens., sect. II. vol. 17. p. 14) *lapidem lazuli* volunt; LXX mira inconstantia modo onychem, modo beryllum (v. supra), modo *sardium* (Ex. XXV, 7. XXXV, 9), modo *smaragdum* (Ex. XXVIII, 9. XXXIX, 6), modo *sapphirum* (Ezech. l. c.); Graecus Venet. ubique κρύσταλλος. Etymon supra propositum optime quadrat ad *onychem*, nec est quod peregrina arcessas cum Bohlenio, qui olim (Allg. Litt. Zeit. 1834. II, 310) conferebat sanscr. *ҫonaratna* rubra gemma, rubinus.

2) n. pr. viri Levitae 1 Par. XXIV, 27. (Nomina propria a gemmis desumta, ut Adamas, Beryllus, affert Simonis in onomast. p. 198. Adde arab. ياقوت Hyacinthus.)

שַׁו Iob. XV, 31 Kethib i. q. שָׁוְא, v. s. rad. שׁוא.

שׁוֹא 1) i. q. שָׁאָה no. I *strepere*, *fragorem edere*; it. *in ruinam concidere* cum fragore, *vastari*, *perdi*, unde שׁוֹא, שׁוֹאָה, מְשׁוֹאָה, מַשּׁוּאוֹת, תְּשֻׁאוֹת.

2) i. q. arab. سَآءَ med. Waw *malum esse, malefacere*. (Utrumque hunc significatum copulatum habes etiam in verbis רָשַׁע, רִשַׁע q. v.). Hinc שָׁוְא.

שְׁוָא rad. chald., v. שְׁוָה.

שׁוֹא m. semel legitur in pl. c. suff. שֹׁאֵיהֶם *vastationes eorum*, *excidia*, *pernicies* Ps. XXXV, 17. V. fem. שׁוֹאָה.

שָׁוְא m. (*schāw'*, subst. formae pr. segolatae, ut מָוֶת, sed neglecto tamen Segol furtivo, ut in חֵטְא, קֹשְׁטְ, v. rad. no. 2, arab. سُوءٌ malitia, nequitia, سُوءٌ malum, calamitas, aeth. ሥእ: flagitium 2 Sam. XIII, 2) 1) *malum* a) quod patratur, *scelus*, *nequitia*. מְתֵי שָׁוְא scelerati Iob. XI, 11. Ps. XXVI, 4. Jes. V, 18: חַבְלֵי הַשָּׁוְא *funes nequitiae*. b) quod aliquis patitur, *calamitas*, *pernicies* Iob. VII, 3. Jes. XXX, 28: נָפַת שָׁוְא *vannus perniciei*. Hos. XII, 12: הָיוּ שָׁוְא *exitio dantur*. Utramque significationem (a. b) habes in his Iob. XV, 31: *ne confidat malo* (sceleri), *fallitur*, *nam malum* (calamitas) *eius praemium erit*. Sic רָעָה malum quod aliquis perpetrat, et quod patitur, et arab. سَيِّئَةٌ Cor. XLII, 38: وَجَزَآءُ سَيِّئَةٍ سَيِّئَةٌ مِثْلُهَا et compensatio mali malum illi aequum erit.

2) spec. *falsum*, *mendacium* Ps. XII, 3. XLI, 7. CXLIV, 8. 11. Iob. XXXI, 5. שֵׁמַע שָׁוְא rumor falsus Ex. XXIII, 1. עֵד שָׁוְא falsum testimonium Deut. V, 17. Ex. XX, 7: לֹא תִשָּׂא אֶת־שֵׁם יְהוָה לַשָּׁוְא *ne eloquere nomen Jahve ad mendacium*, ne peiera, cf. אָלוֹת שָׁוְא periuria Hos. X, 4 et intpp. ad Ps. XXIV, 4 et CXXXIX, 20. Jes. I, 13: מִנְחַת שָׁוְא *sacrificium mendax* h. e. ab homine hypocrita sine pio animi sensu oblatum. Inde

3) *vanum*, *inutile*, *inane* (de re quae spem fallit in ipsa positam). Ps. LX, 13: שָׁוְא תְּשׁוּעַת אָדָם *vanum est auxilium hominum*. LXXXIX, 48. CXXVII, 2. הַבְלֵי שָׁוְא idola vana Ps. XXXI, 7. Ion. II, 9. Jer. XVIII, 15: לַשָּׁוְא יְקַטֵּרוּ *vanis* idolis *suffimenta offerunt*. Mal. III, 14: שָׁוְא עֲבֹד אֱלֹהִים *vanum s. inutile est*, *Deum colere*. מַשְׂאוֹת שָׁוְא *vaticinia fallacia*, *inania*, quae eventum exspectatum non habent Thren. II, 14. Ezech. XII, 24. XIII, 7. cf. XIII, 9. 23. XXI, 34. XXII, 28. Zach. X, 2. Hinc לַשָּׁוְא *incassum*, *frustra* Jer. II, 30. IV, 30. VI, 29. XLVI, 11, et שָׁוְא adv. *frustra* Ps. CXXVII, 1.

שַׁו vel שָׁו Iob. XV, 31 Kethib i. q. שָׁוְא *malum*, *scelus*, sive ad analogiam vocis גַּי = גַּיְא, sive mero scribarum errore ortum.

שְׁוָא n. pr. m. 2 Sam. XX, 25 Keri (Kethib שְׁיָא) corrupt. ex שְׂרָיָה q. v. pag. 1338.

שׁוֹאָה f. (vid. rad. no. 1) 1) *procella*, *tempestas*, a strepitu et fragore dicta. Prov. I, 27 (Kethib שַׁאֲוָה). Ex. XXXVIII, 9. — 2) *vastatio*, *ruinae*, Iob. XXX, 14, per paronom. copulatum cum syn. מְשׁוֹאָה Zeph. I, 15. Iob. XXXVIII, 27. Hinc *vastae regiones* Iob. XXX, 3. — 3) *interitus*, max. subitaneus, *pernicies*. Ps. LXIII, 10: לְשׁוֹאָה יְבַקְשׁוּ נַפְשִׁי *vitae meae insidiantur*, *ut eam* [illegible] Jes. X, 3. XLVII, 11. Ps. XXXV, 8. Prov. I[illegible]

שִׁיאוֹן (eversio, ruinae, a rad. no. 1) n. pr. oppidi Issacharitarum Jos. XIX, 19. Euseb. et Hieron. in Onomast.: „Seon . . hodieque ostenditur villa iuxta montem Thabor." Ruinae sub nomine simili خربة شعين

etiamnunc a septentrione montis Tabor exstare auctor mihi fuit G. E. Schultzius, vid. Allgem. Lit. Zeit. 1845, no. 231, p. 660.

מְשׁוֹאָה f. (ter legitur) i. q. שׁוֹאָה (quocum ubique copulatum est) *vastatio*, *ruinae* Zeph. I, 15. Iob. XXXVIII, 27, *loca vasta* XXX, 3.

מַשּׁוּאוֹת pl. f. *vastationes*, *ruinae*, bis legitur, nempe Ps. LXXIII, 18: הִפַּלְתָּם לְמַשּׁוּאוֹת *praecipitas eos in vastationes*, in exitium, fere i. q. הָיוּ לְשַׁמָּה vs. 19, deinde Ps. LXXIV, 3: *gressus tuos attolle* huc dirige לְמַשֻּׁאוֹת נֶצַח *ad vastationes* quae hic fiunt *continuas*. In scriptura omnes, quod sciam, codd. mss. et edd. concinunt praeter unam Jos. Athiae editionem a. 1661 factam, in qua Ps. LXXIV, 3 mero fortasse typothetae errore legitur מַשּׂאוֹת (שׂ loco שׁ), quanquam sic iam utroque loco legerunt LXX (ὑπερηφανία, ἐπαρθῆναι) et Syrus. Et hoc quidem nonnulli *exitium* exponi posse arbitrantur a verbo נָשָׂא abstulit, e medio sustulit Iob. XXVII, 21. XXXII, 22. Ezech. XVII, 9. Sed acquiescendum est in מַשּׁוּאוֹת quod idem esse videtur ac מְשׁוּאוֹת, מְשׁוֹאוֹת (a rad. שׁוֹא), Dagesch in primam radicalem immisso ut in formis מַלִּין, מְלִיצִים (a לִין, לוּן), מַסִּית (a סוּת), מַלּוּז Prov. IV, 21 (a לוּז), Gramm. hebr. ed. 16. §. 71, annot. 9. Cf. מַשִּׂים i. q. מְשִׂים a rad. שׂוּם. Alii מַשּׁוּאוֹת pro מַשְׁאוּאוֹת vel מַשְׁאָיוֹת positum et a rad. שָׁאָה ductum esse putant; alii denique a נָשָׁא, significatu petito a שׁוֹא. — Significationem vastationis vel strepitus tuentur Raschi ad Ps. LXXIV: משואות, לשון חורבן כמו שאיה תשאה שממה, Saad. Ps. LXIII ضجايج tumultus, Ps. LXXIV جلبات id. (sic scrib. pro غلبات quod edidit Ewald.) et recentiores plerique; pauciores Ps. LXXIII volunt *loca fallacia*, *insidias* (parall. חֲלָקוֹת) a נָשָׁא Hiph. *decepit*, vel nescio quas *vanas cogitationes* („Selbsttäuschungen"), et hae cum alteri loco non aptae sint, in Ps. LXXIV praeferunt *insolentiam* et *scelus*, quorum neutrum probandum.

תְּשׁוּאָה f., tantum in pl. **תְּשֻׁאוֹת** (a rad. no. 1) *fragor* (tonitru) Iob. XXXVI, 29, *strepitus*, *tumultus* multitudinis Jes. XXII, 2, *clamor* exactoris Iob. XXXIX, 7, laetantium Zach. IV, 7.

תְּשֻׁוָּה sic probabiliter enunciandum Kethib תשוה Iob. XXX, 22 i. q. תְּשׁוּאָה *fragor tempestatis* (cf. שׁוֹאָה no. 1) vel *pernicies* (cf. שׁוֹאָה no. 3). Ceterum de hoc loco agetur infra s. rad. שָׁוָה Pi. Not.

שׁוּב inf. absol. שׁוֹב, constr. שׁוּב, semel שֹׁב Jos. II, 16, perf. שָׁב, fem. שָׁבָה (semel שָׁבַת Ez. XLVI, 17), fut. יָשׁוּב, apoc. יָשֹׁב, ante Makkeph יָשָׁב־, c. Waw consec. וַיָּשָׁב, in pausa וַיָּשֹׁב (Chald. תּוּב rediit etc. ut hebr., syr. ܬܳܒ metaph. rediit ad bonam frugem, resipuit, Aph. אֲתִיב, ܐܰܬܺܝܒ reduxit, reddidit, arab. تَابَ metaph. convertit se peccator ad Deum c. الى, resipuit, convertit se Deus propitius ad homines c. على, تَوْبَة poenitentia, ثَابَ reversus est, rediit, II et IV rependit; usitatiora redeundi significatu sunt رَجَعَ, عَادَ, apud Syros ܗܦܰܟ; rad. cogn. videtur esse סָבַב circumvertit se *), adde aegypt. ⲧⲱⲃ, ⲧⲱⲱⲃⲉ reddere, retribuere)

1) *verti*, *averti*, *reverti*, *redire*,

A) ubi de personis agitur: tum simpliciter *se vertere*, *se avertere* (sich umwenden, sich wegwenden), tum accedente motionis notione *regredi*, *redire*, quo significatu frequentissimum est. Ponitur absol. Jos. II, 22. Iud. XIV, 8. XIX, 7. 2 Sam. VI, 20. 1 Reg. XII, 20. Dan. XI, 13, sq. מִן ex (ab) aliquo loco Ruth. I, 22, sq. מִן et inf. a re peracta Gen. XIV, 17. Num. XIII, 25. 1 Sam. XVII, 57. XVIII, 6. 2 Sam. I, 1 cf. Jos. XI, 10, sq. אַחֲרֵי se vertere ad subsequendum aliquem 2 Sam. XXIII, 10, sq. מֵאַחֲרֵי se avertere ab aliquo (quem sequebare vel persequebare) Ruth. I, 16. 1 Sam. XXIV, 2. 2 Sam. II, 26. 30; sq. אֶל reverti ad aliquem Gen. VIII, 12. XVI, 9. XVIII, 10. 14. XXII, 19. XXXVII, 30. XLIII, 13, vel ad locum XXXVII, 29. Ex. XXXIII, 11. Esth. VII, 8. Dan. XI, 9, quanquam de loco crebrius est לְ Gen. XVIII, 33. XXXII, 1. XXXIII, 16. Num. XXIV, 25. Deut. XX, 5 sqq. 1 Sam. XXVI, 25. Zach. I, 16, it. sq. acc. loci, vel addita terminatione ־ָה Gen. L, 14. Ex. IV, 20. 2 Reg. IV, 38, vel non addita 2 Sam. XV, 34. XX, 22. 2 Reg. II, 25. Jes. LII, 8: בְּשׁוּב יְהוָה צִיּוֹן *ubi Deus ad Sionem redit* (al. ubi Deus reducit vel restituit Sionem, v. no. 2). עֹבֵר וָשָׁב procedens et rediens i. e. ultro citroque commeans Ez. XXXV, 7. Zach. VII, 14. IX, 8.

Sq. alio verbo *rediit et fecit* vel *rediit ad* (aliquid) *faciendum* idem est quod *iterum fecit*. Ponitur tale verbum a) sq. tempore finito praemisso ו. 2 Reg. I, 11. 13: וַיָּשָׁב וַיִּשְׁלַח *et iterum misit*. XX, 5. Gen. XXVI, 18: וַיָּשָׁב וַיַּחְפֹּר *et rursus fodit*, refodit puteos obturatos. Jer. XVIII, 4. Zach. V, 1. Deut. XXX, 3: וְשָׁב וְקִבֶּצְךָ *et rursus colligit te*. Jes. VI, 13. Diversa ratio est loci Hos. II, 11: אָשׁוּב וְלָקַחְתִּי *redibo et auferam* (quae dederam, rursus auferam). b) non addita copula Gen. XXX, 31: אָשׁוּבָה אֶרְעֶה *denuo pascam*. Zach. VIII, 15. Ps. LXXI, 20. LXXXV, 7. Thren. III, 3. Mich. VII, 19, addito שֵׁנִית secunda vice Jos. V, 2, vel עוֹד iterum, denuo Ez. VIII, 6. 13. 15. c) sq. לְ et inf. Eccl. I, 7. Hos. XI, 9. Iob. VII, 7. (Eundem usum eandemque constructionem habet neohebr. חָזַר, syr. ܗܦܰܟ, ut ܗܦܰܟܘ ܒܢܘ rursus aedificarunt, ܗܦܰܟ ܢܚܶܬ iterum descendit (exx. vide ap. Hoffmann. gramm. syr. §. 144, Agrell. supplem. synt. p. 12 Bernstein. glossar. s. v.), cf. ܬܘܒ adv. iterum,

*) Differentiam declarat locus Eccl. I, 6: הוֹלֵךְ אֶל־דָּרוֹם וְסוֹבֵב אֶל־צָפוֹן סוֹבֵב סֹבֵב הוֹלֵךְ הָרוּחַ וְעַל־סְבִיבֹתָיו שָׁב הָרוּחַ *fertur* (ventus) *ad austrum, et circuit ad septentrionem, continuo circuit ventus et per circuitus suos redit.*

denuo, et arab. عَادَ et رَجَعَ, e. c. عَادَ عَمِلَ denuo fecit, عَادَ يَعْمَلُ denuo facere aggressus est, عَادَ قَرَأَ الكتابَ denuo legit epistolam, عَادَ غَسَلَ rursus lavit, عاد تَزَوَّجَ iterum in matrimonium duxit, vulg. مَا عُدْتُ شُفْتُهُ non vidi eum amplius, لا يَرجع يَقْتُلُ احد nemo amplius interficiatur, v. libr. Josuae Samaritan. ed. Juynboll. p. 51. lin. 14.)

Translate dicitur a) *se convertere* ad aliquem vel aliquid, sq. אֶל et לְ v. c. ad partes alicuius (ut رَجَعَ Sacy Chrest. T. I. p. 105 ed. 2) 1 Reg. XII, 27. Ps. LXXIII, 10 (Keri), ad monita sapientiae Prov. I, 23, saepe legitur שׁוּב אֶל־יְהוָה *reverti* vel *se convertere ad Deum* (a cultu idolorum vel a prava quacunque vitae ratione, cf. arab. تَابَ sq. إِلَى supra memoratum) 1 Sam. VII, 3. 1 Reg. VIII, 33. 48. 2 Reg. XXIII, 25. Ps. XXII, 28, hinc lusus verborum Jer. IV, 1: אִם תָּשׁוּב יִשְׂרָאֵל אֵלַי תָּשׁוּב *si reversus fueris, o Israël, ad me, reverteris* (in patriam), it. sq. עַל Hos. XIV, 2. 2 Par. XXX, 9, עַד Jes. IX, 12. XIX, 22. Joël. II, 12. Am. IV, 6—11. Deut. IV, 30. XXX, 2. Iob. XXII, 23. Thren. III, 40, בְּ Hos. XII, 7. — b) Absol. *reverti* i. q. *resipiscere* (ut arab. تَابَ, syr. ܬܳܒ) Jer. III, 12. 14. 22. 2 Par. VI, 24. Jes. I, 27: שָׁבֶיהָ *cives eius* (Sionis) *ad frugem reversi*. שְׁאָר יָשׁוּב *pars residua resipiscet* Jes. X, 21. — c) sq. מִן *recedere, desistere* ab aliqua re Ps. CXXXII, 11. Jer. IV, 28, velut a via mala 1 Reg. XIII, 33. Zach. I, 4, a peccato, malo 1 Reg. VIII, 35. Jer. XXIII, 14. Ez. III, 19. XVIII, 27. XXXIII, 14. 19. Iob. XXXVI, 10, ab ira Ex. XXXII, 12. 2 Reg. XXIII, 26. Ion. III, 9, a iustitia Ez. III, 20. XVIII, 24. Cf. Jes. LIX, 20: שָׁבֵי פֶשַׁע *qui desistunt a peccato*. — d) sq. מֵעַל vel מֵאַחֲרֵי *se avertere* ab aliquo Jer. XXXII, 40, cf. Deut. XXIII, 14, max. a Deo Jos. XXII, 16. 23. 29. 1 Sam. XV, 11 (simpl. Jos. XXIII, 12), מֵעַל הַגִּלּוּלִים ab idolorum cultu Ez. XIV, 6. — e) *redire* in possessionem rei i. e. recuperare eam, sq. אֶל Ez. VII, 13: הַמּוֹכֵר אֶל־הַמִּמְכָּר לֹא יָשׁוּב *venditor id, quod vendidit, non recuperat*. Lev. XXV, 10. 13. 41, sq. לְ ib. vs. 27. 28: וְשָׁב לַאֲחֻזָּתוֹ *et redeat ad possessionem suam*. Jes. XXIII, 17.

B) Saepe etiam tribuitur rebus inanimatis, ut arab. رَجَعَ, ubi *reverti, redire* est a) *reflecti*, de finium tractu Jos. XIX, 12. 27. 29. 34. — b) *reddi* (pristino domino) Gen. XLIII, 18: הַכֶּסֶף הַשָּׁב בְּאַמְתְּחֹתֵינוּ *pecunia reddita* et posita *in saccis nostris* (cf. vs. 12 הַמּוּשָׁב), sq. לְ pers. Lev. XXVII, 24: *anno iubilaeo* יָשׁוּב הַשָּׂדֶה לַאֲשֶׁר קָנָהוּ מֵאִתּוֹ *fundus reddatur ei a quo* ille *ipsum emit*, rursus cedat in possessionem venditoris. Deut. XXVIII, 31. 1 Sam. VII, 14: וַתָּשֹׁבְנָה הֶעָרִים ... לְיִשְׂרָאֵל *et redditae sunt urbes*, quas Philistaei ceperant, *Israëlitis*. 1 Reg. XII, 26. — c) *restitui, instaurari*, de urbibus Ez. XXXV, 9 Keri, cf. XVI, 55, de membro aegro 1 Reg. XIII, 6: וְתָשֹׁב יָדִי אֵלָי *et restituatur mihi manus mea* ... וַתָּשָׁב יַד־הַמֶּלֶךְ אֵלָיו *et restituta est manus regis*, i. e. sana facta est, convaluit, quum antea fuisset torpida. 2 Reg. V, 10. 14. Ex. IV, 7. (Arab. ثَابَ convaluit, Zamakhschari in Esâs MS.: ثَابَ إِلَيْهِ جِسْمُهُ بَعْدَ الهُزَالِ إِذَا سَمِنَ وَأَثَابَ اللّٰهُ جِسْمَهُ وَقَدْ أَثَابَ فُلَانٌ إِذَا أَثَابَ إِلَيْهِ جِسْمُهُ i. e. „ثَابَ rediit alicui corpus post maciem, si obesus factus est, IV reddidit alicui Deus corpus, et pingue corpus nactus est"; item رجع IV post maciem pinguis redditus est camelus, et de homine sene dicitur: الشَّيْخُ يَمْرَضُ يَوْمَيْنِ فَلَا يَرجِعُ شَهْرًا i. e. „senex biduum aegrotat, sed vix uno mense convalescit", quae verba postrema in Kamuso explicantur لَا يَثُوبُ إِلَيْهِ جِسْمُهُ وَقُوَّتُهُ „non redeunt ei corpus et vires"). — d) *Redire* ad aliquid res dicitur etiam hoc sensu: *rursus converti, mutari* in id quod fuit antea, quemadmodum corpus humanum dicitur *redire ad terram* vel *ad pulverem*, שׁוּב אֶל־הָאֲדָמָה, שׁוּב אֶל־עָפָר, unde desumtum fuit Gen. III, 19. Eccl. III, 20. cf. Ps. XC, 3. CXLVI, 4. Eccl. XII, 7. Iob. XXXIV, 15. Alii ad humationem sive sepulturam hoc referre satis habent, cf. Iob. XXX, 23. Imo שׁוּב sq. לְ in universum quoque est *converti, transmutari*, certe in uno loco Jes. XXIX, 17: שָׁב לְבָנוֹן לַכַּרְמֶל *Libanus mutatur in Carmelum* (i. e. prorsus mutatur rerum conditio), loco parall. XXXII, 15 legitur: וְהָיָה מִדְבָּר לַכַּרְמֶל, cf. הָפַךְ. — e) *irritum fieri, revocari*, germ. zurückgehen, rückgängig werden, de effato divino Jes. XLV, 23: *exit verbum ex ore meo*, וְלֹא יָשׁוּב *et non revertetur*, non fiet irritum. LV, 10. 11: *sicut pluvia descendit de coelo eoque non redit, nisi irrigaverit terram, ... sic* ratum *fiet verbum meum quod exit ex ore meo*, לֹא יָשׁוּב אֵלַי רֵיקָם *non revertetur ad me re infecta* i. e. non irritum cadet. Similis usus est in verbo נָפַל 1, n, p. 898, opp. קוּם stare, et בּוֹא evenire. Cf. Hiph. no. 4. — f) *Ira redire* dicitur, ubi residit, defervescit vel sedatur Gen. XXVII, 44. Jes. V, 25. IX, 11. 16. 20. X, 4. XII, 1. Iob. XIV, 13. Dan. IX, 16, sq. מִן pers., ubi desistit ab aliquo Gen. XXVII, 45. 2 Par. XII, 12. Jer. II, 35. IV, 8. Hos. XIV, 5.

2) trans. i. q. Hiph. a) *reducere, restituere* Num. X, 36: *o Deus, reduc* ex pugna victores *agmina Israëlis* (al. *redi* ad *agmina*). Ps. LXXXV, 5: שׁוּבֵנוּ *restitue nos* (al. *redi* ad *nos*), maxime in locutione שׁוּב שְׁבוּת, de qua vid. Gesen. s. v. שְׁבוּת rad. שָׁבָה cf. Ewald. ad Jer. XLVIII, 47. — Hinc partic. pass. שׁוּב *reductus* vel *abductus*. Mich. II, 8: שׁוּבֵי מִלְחָמָה *reduces e bello* vel potius abducti (zurückgezogen), *abstinentes a bello*, alieni a bello. Cf. simile part. pass. סוּר Jes. XLIX, 21. Jer. XVII, 13. — b) *instaurare* Nah. II, 3: כִּי שָׁב יְהוָה אֶת־גְּאוֹן יַעֲקֹב *nam instaurat Deus gloriam Jacobi* (al.: rependit fastum, cf. Hiph. no. 2). Passim in Kethib est שׁוּב transitiva significatione accipiendum, ubi in Keri legitur Hiphil, Iob. XXXIX, 12. Ps. LIV, 7. Prov. XII, 14. Jer. XXXIII, 26. XLIX, 39. Joël. IV, 1. Duplicem significationem, et intransitivam et

transitivam habet etiam arab. رَجَعَ, rediit, et reduxit, reddidit (Cor. XX, 91. LVII, 5. Hamas. p. 9 ibique schol. p. 10), Ǵauhari Ms.: رجع بنفسه رجوعا ورجعه غيره وهُذيل تقول أرجعه غيره i. e. „رجع, rediit ipse, n. a. رجوع, et reduxit eum alius, quo sensu Hudhailitae utuntur conj. IV.“

Pil. שׁוֹבֵב causat. Kal, nempe a) *reducere* Jer. L, 19: וְשֹׁבַבְתִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל אֶל־נָוֵהוּ *et reducam Israëlitas* (tanquam gregem) *ad pascuum suum.* Ez. XXXIX, 27: בְּשׁוֹבְבִי אוֹתָם מִן־הָעַמִּים *quum reducam eos e gentibus*, it. *accersere* e longinquo aliquem (qui longe amotus et aversus cogitatur ideoque *reduci* videtur) Ez. XXXVIII, 4. XXXIX, 2, metaph. *reducere, convertere* ad Deum Jes. XLIX, 5, vid. Kal no. 1, a. — b) *restituere, restaurare* vias vastatas Jes. LVIII, 12, sq. לְ pers. Ps. LX, 3: תְּשׁוֹבֵב לָנוּ *restituas nobis* scil. amissa, addito נֶפֶשׁ animam alicuius reducere i. e. *reficere* aliquem Ps. XXIII, 3, cf. Hiph. no. 3. — c) *abducere, avertere* (sc. a recto) i. q. *pervertere* vel *seducere* (verführen) Jes. XLVII, 10. cf. Jer. L, 6 Keri, et fere intr. *perversus, refractarius, rebellis fuit, defecit* Jer. VIII, 5. (De loco Mich. II, 4 vid. subst. שׁוֹבָב.) — Ceterum fuerunt, ut R. Jona, D. Kimchi s. rad. שבב, Mercerus, qui שׁוֹבֵב in quibusdam locis (Ez. XXXVIII, 4. XXXIX, 2. Mich. II, 4.) ad rad. שָׁבַב referrent verterentque vel *frangere* ex usu Talmudico, hinc *conterere, profligare*, vel coll. arab. شَبَّ *excitare bellum*, van Waenen in Diss. Lugd. p. 792. Sed frustra utrumque tentavere.

Pul. שׁוֹבַב part. fem. מְשׁוֹבֶבֶת מֵחֶרֶב *aversa* (natio) *a gladio* i. e. secura a gladio et insueta rerum bellicarum Ezech. XXXVIII, 8.

Hiph. הֵשִׁיב fut. יָשִׁיב, apoc. יָשֵׁב, c. Waw consec. וַיָּשֶׁב

1) *vertit, avertit,* nec non *convertit* (wenden, umwenden, abwenden etc.), sq. acc. v. c. *rotam* tribuli (horsum prorsum) *vertit* super aliquo Prov. XX, 26 (de quo supplicii genere vid. דּוּשׁ pag. 332), sq. acc. pers. et מִן rei Jer. XXIII, 22: וִישִׁבוּם מִדַּרְכָּם הָרָע וּמֵרֹעַ מַעַלְלֵיהֶם *avertunt* s. avocant *eos a via prava et a malefactis.* Mal. II, 6. Spec. a) הֵשִׁיב פָּנָיו *faciem suam vertit* vel *convertit* in aliquid sq. לְ Dan. XI, 19: וְיָשֵׁב פָּנָיו לְמָעוּזֵּי אַרְצוֹ *et vertet faciem suam in* (contra) *terrae loca munita,* vs. 18, cf. שׂוּם פָּנָיו s. v. פָּנִים pag. 1109, it. *faciem suam avertit* ab aliqua re sq. מִן vel מֵעַל, v. c. ab idolis aliisque rebus nefandis Ez. XIV, 6, et omisso פָּנָיו ibid. et XVIII, 30. 32. — b) הֵשִׁיב יָדוֹ *manum suam vertit* contra aliquem vel aliquid sq. עַל Jes. I, 25. Am. I, 8. Ps. LXXXI, 15. Ez. XXXVIII, 12, sq. בְּ 2 Sam. VIII, 3 (sed in loco parall. 1 Par. XVIII, 3 pro לְהָשִׁיב legitur לְהַצִּיב et in l. Sam. quoque LXX habent ἐπιστῆσαι), semel sensu bono sq. עַל p. Zach. XIII, 7. — c) הֵשִׁיב חֲמַת יְהוָה *avertit* s. averruncavit *Dei iram* ab aliquo sq. מִן vel מֵעַל Num. XXV, 11. Jer. XVIII, 20. Esr. X, 14. Sed Deus ipse quoque dicitur *avertere* i. e. *retinere, arcere, reprimere iram suam* (הֵשִׁיב אַפּוֹ, ה׳ חֲמָתוֹ) Iob. IX, 13. Ps. LXXVIII, 38. CVI, 23, cf. LXXXV, 4, sq. מֵעַל pers. Prov. XXIV, 18, cf. XV, 1. XXIX, 8. Uno loco Jes. LXVI, 15 non est *avertere*, sed *convertere iram suam* aliquo i. e. effundere eam, cf. Iob. XV, 13.

2) *revertit* aliquem vel aliquid, nempe a) *reduxit* (zurückführen, zurückbringen) sq. acc. pers. vel rei Gen. XLVIII, 21. Jes. XXXVII, 29. Iud. XI, 9, adiecto אֶל, עַל ad aliquem vel ad locum Gen. XXVIII, 15. XLII, 37. XLIV, 8. 2 Sam. XVII, 3. Jer. XXIV, 6. XLII, 12. Gen. XLIII, 12: אֶת־הַכֶּסֶף .. תָּשִׁיבוּ בְיֶדְכֶם *pecuniam reducite*, reportate *in manu vestra*, sq. acc. rei et בְּ pers. Deut. XXVIII, 60: וְהֵשִׁיב בְּךָ אֵת כָּל־מַדְוֵה מִצְרַיִם *et reducet in te* i. e. rursus immittet tibi *omnes morbos Aegypti.* — הֵשִׁיב אֶל־יְהוָה *reduxit* s. rursus convertit aliquem *ad Deum* colendum sq. acc. pers. 2 Par. XXIV, 19. Neh. IX, 26. הֵשִׁיב שְׁבוּת i. q. שָׁב שְׁבוּת reduxit captivitatem vel captivos (v. שְׁבוּת s. rad. שָׁבָה p. 1352) Jer. XXXII, 44. XXXIII, 11. XLIX, 6. 39 in Keri ll. supra citatis Kal no. 2. הֵשִׁיב אֶל־עָפָר *ad pulverem reduxit* Deus hominem sc. morte inflicta Iob. X, 9. ה׳ עַד דַּכָּא id. Ps. XC, 3, vid. Kal no. 1, B, d. — b) הֵשִׁיב יָד *retraxit manum* Prov. XIX, 24. XXVI, 15. Gen. XXXVIII, 29. Ex. IV, 7. 1 Reg. XIII, 4, spec. manum a qua auxilium sperabatur Ps. LXXIV, 11. Thren. II, 3, nec non manum quae poenas minabatur Ezech. XX, 22. Thren. II, 8. — c) *deflexit, declinavit, amovit, repulit* v. c. libidinem bestiae Jer. II, 24. Jes. XXVIII, 6: מְשִׁיבֵי מִלְחָמָה שָׁעְרָה *qui amovent bellum* i. e. repellunt hostes *usque ad portam* (hostium), XLIV, 25. Iob. IX, 12: מִי יְשִׁיבֶנּוּ *quis eum repellet* i. e. impediet (sc. Deum mala immittentem), XI, 10. XXIII, 13, eodemque sensu Jes. XIV, 27 legitur הֵשִׁיב יָד *repellere* vel impedire *manum* Dei ictum vel poenam infligentis, cf. XLIII, 13. הֵשִׁיב פְּנֵי פ׳ *repulit faciem* alicuius vel personam h. e. ianua prohibuit, a foribus repulit, repulsam dedit petenti, germ. zurückweisen (opp. נָשָׂא פְּנֵי פ׳) 1 Reg. II, 16. 17. 20 (bis). Psalm. CXXXII, 10. 2 Par. VI, 42, et paullo gravius dictum 2 Reg. XVIII, 24 (Jes. XXXVI, 9): אֵיךְ תָּשִׁיב אֵת פְּנֵי פַחַת אַחַד עַבְדֵי אֲדֹנִי הַקְּטַנִּים *quomodo repelles vel unum praefectum ex servis domini mei infimis?* sc. copias adversus te ducentem. —!

3) *restituit, reduxit* in pristinum locum vel statum (cf. Kal no. 2), velut quae rapta erant ab hostibus, *recuperavit* Gen. XIV, 16. 1 Sam. XXX, 19, *restituit* aliquem in munus Gen. XL, 13. XLI, 13. 1 Par. XXI, 27: וַיָּשֶׁב חַרְבּוֹ אֶל־נְדָנָהּ *et recondidit gladium suum in vagina.* Ezech. XXI, 35. Gen. XLII, 25. 2 Reg. XIV, 22: *is instauravit* urbem *Elath* וַיְשִׁבֶהָ לִיהוּדָה *eamque Judae restituit* i. e. rursus in ditionem regni Judae redegit, vs. 28. cf. XIII, 25. XIV, 25. XVI, 6. 1 Reg. XII, 21. 2 Par. XI, 1. Hinc *restituit in integrum* sq. acc. pers. Ps. LXXX, 4: אֱלֹהִים הֲשִׁיבֵנוּ *o Deus, restitue nos,* vs. 8. 20. Jes. I, 26: וְאָשִׁיבָה שֹׁפְטַיִךְ כְּבָרִאשֹׁנָה *et restituam iudices tuos quemadmodum* fuerunt *a principio.* Dan. IX, 25. — הֵשִׁיב נֶפֶשׁ פ׳ *restituit animam s. vitam* alicuius (languore vel moerore confectam et e corpore quasi egressam animam reduxit) h. e. recreavit, refecit aliquem, id quod fit cibo Thren I, 11. 19, solatio al. ibid. vs. 16. Ruth. IV, 15. Psalm. XIX, 8. Prov. XXV, 13. Cf. 1 Reg. XVII, 21. 22, ubi anima

pueri enecti dicitur rediise quum Eliae ope revivisceret, 1 Sam. XXX, 12: וַיֹּאכַל וַתָּשָׁב רוּחוֹ אֵלָיו *et edit, tum rediit ipsi animus*, Iud. XV, 19: וַיֵּשְׁתְּ וַתָּשָׁב רוּחוֹ וַיֶּחִי *et bibit, tum rediit animus eius et revixit.* — Aliud est הֵשִׁיב נֶפֶשׁ פ׳ sq. מִן *restituit vitam* alicuius *ex* re h. e. a vitae discrimine eripuit eum vel vindicavit Psalm. XXXV, 17. Iob. XXXIII, 30. Dicitur etiam הֵשִׁיב *reduxit*, restituit mortuum sc. in vitam 2 Sam. XII, 23. Aliud denique Iob. IX, 18: לֹא יִתְּנֵנִי הָשֵׁב רוּחִי *non sinit me respirare* vel animum colligere.

4) *reddidit* alicui aliquid (vid. Kal 1, B, b) sq. acc. rei et dat. pers. 2 Sam. IX, 7. Exod. XXII, 25: *si pignori sumseris alicuius vestem* עַד בֹּא הַשֶּׁמֶשׁ תְּשִׁיבֶנּוּ לוֹ *usque ad solis occasum hanc ipsi reddes.* Deut. XXIV, 13. Ez. XVIII, 12. XXXIII, 15. Lev. XXV, 27. 28. 51. 52. Neh. V, 11, inpr. reddidit, restituit rem inventam vel surreptam (zurückerstatten, wiedererstatten) Lev. V, 23. Deut. XXII, 1. 2. Psalm. LXIX, 5. Iob. XX, 10. 18, it. reddidit i. e. exsolvit debitum Num. V, 7. 8. Iud. XVII, 3. 4. 1 Sam. VI, 3. 4. 8. 17, compensavit damnum Exod. XXI, 34. Inde

a) *retribuit, rependit, retulit gratiam, remuneratus est* sq. acc. rei Prov. XVII, 13: מֵשִׁיב רָעָה תַּחַת טוֹבָה *qui refert malum pro bono* i. e. qui beneficia pensat malefactis, sq. acc. rei et לְ pers. 2 Sam. XVI, 12. Psalm. LXXIX, 12. CXVI, 12. 1 Sam. XXVI, 23: יְהוָה יָשִׁיב לָאִישׁ אֶת־צִדְקָתוֹ *Deus homini rependet quae recte fecerit.* Iob. XXXIII, 26, et omisso acc. 2 Par. VI, 23. Prov. XXIV, 12: וְהֵשִׁיב לְאָדָם כְּפָעֳלוֹ *et remuneratur homini secundum id quod facit*, vs. 29. Psalm. XVIII, 21, vel etiam עַל pers. Psalm. XCIV, 23. Gen. L, 15: יָשִׁיב לָנוּ אֵת כָּל־הָרָעָה אֲשֶׁר גָּמַלְנוּ אֹתוֹ *referet nobis omne malum quod fecimus ei*, it. הֵשִׁיב ה׳ אֶל־רֹאשׁוֹ et הֵשִׁיב עָלָיו, ה׳ עַל־רֹאשׁוֹ, בְּרֹאשׁוֹ *retulit* Deus male ab aliquo factum *in caput eius* i. e. rependit Iud. IX, 57. 1 Sam. XXV, 39. 2 Sam. XVI, 6. 1 Reg. II, 32. 44. Neh. III, 36. הֵשִׁיב גְּמוּל לְ vid. גְּמוּל rad. גמל pag. 293. הֵשִׁיב מַעֲלָלָיו לוֹ *rependit ei facta* Hos. IV, 9, cf. XII, 3. הֵשִׁיב נָקָם לְ vid. נָקָם pag. 911. (Arab. ثَابَ II et IV rependit Harir. 17, p. 166. Mutanabb. in Sacy Chrest. T. III. p. 5 al., ثَوَابٌ pensatio boni et mali, remuneratio.)

b) הֵשִׁיב דָּבָר verbum reddidit, *responsum dedit, respondit* Prov. XVIII, 13. Jes. XLI, 28, adiecto accus. pers. (quae verborum structura eadem est in v. עָנָה) 2 Sam. III, 11. 1 Reg. XII, 6. 9. 16: וַיָּשִׁבוּ הָעָם אֶת־הַמֶּלֶךְ דָּבָר *et populus responsum dedit regi.* Neh. II, 20. Prov. XXVII, 11; et simpl. הֵשִׁיב (omisso דָּבָר) *respondit* 2 Par. X, 16: וַיָּשִׁיבוּ הָעָם אֶת־הַמֶּלֶךְ *et populus respondit regi.* Iob. XIII, 22: הֲשִׁיבֵנִי *responde mihi* (parall. עָנָה). XXXII, 14. XXXIII, 5. 32. XL, 4. XX, 2: שְׂעִפַּי יְשִׁיבוּנִי *cogitationes meae mihi responsum dant* i. e. suggerunt quod tibi respondeam, cf. vs. 3: רוּחַ מִבִּינָתִי יַעֲנֵנִי. Praeterea eodem respondendi sensu dicitur הֵשִׁיב אֲמָרִים verba reddidit sq. לְ pers. Prov. XXII, 21. Iud. V, 29 et הֵשִׁיב מִלִּין id. Iob. XXXV, 4. מְשִׁיבֵי טַעַם *qui prudenter respondent* Prov. XXVI, 16, cf. XXIV, 26 et chald. הֲתִיב עֵטָא וּטְעֵם Dan. II, 14. (Chald. אֲתִיב פִּתְגָּמָא et syr. ܐܦܢܝ ܦܬܓܡܐ reddidit verbum i. e. respondit, رَجَعَ إِلَيْهِ قَوْلًا reddidit ei verbum i. e. ei respondit Cor. XX, 91, رَدَّ reddidit, respondit, syr. ܦܢܐ rediit, Pa. ܦܢܝ respondit, lat. reddere Ovid. met. VI, 329.) — Ceterum phrasis illa הֵשִׁיב דָּבָר sq. acc. pers. significat etiam: *responsum retulit* nuntius missus ad explorandum aliquid (Antwort zurückbringen) 1 Reg. II, 30: (Salomo rex nuntium miserat ad Joabum) וַיָּשֶׁב אֶת־הַמֶּלֶךְ דָּבָר לֵאמֹר כֹּה דִבֶּר יוֹאָב וְכֹה עָנָנִי *et* nuntius *retulit regi responsum dicens: talia locutus est Joabus et talia respondit mihi.* 2 Sam. XXIV, 13: רְאֵה מָה אָשִׁיב שֹׁלְחִי דָּבָר *vide quod responsum referam ei qui me misit.* Gen. XXXVII, 14. Num. XXII, 8. Deut. I, 22. 25. Jos. XIV, 7. XXII, 32. 2 Reg. XXII, 9. 2 Par. XXXIV, 16.

5) *retulit* nonnunquam idem valet quod *iterum iterumque attulit, obtulit,* maxime *tributa*, et quidem *annua*, id quod ex his locis apparet: 2 Reg. XVII, 3: Hoseas rex Salmanassaris imperio subiectus est וַיָּשֶׁב לוֹ מִנְחָה *et tulit ei tributum*, vs. 4: postea ab eo defecit, וְלֹא הֶעֱלָה מִנְחָה לְמֶלֶךְ אַשּׁוּר כְּשָׁנָה בְשָׁנָה *et non fecit tributa regi Assyriae singulis annis.* 2 Par. XXVII, 5: Jothamus rex Judae devicit Ammonitas, et hi dederunt ei hoc anno centum talenta argenti et decies mille coros tritici totidemque hordei, זֹאת הֵשִׁיבוּ לוֹ בְּנֵי עַמּוֹן וּבַשָּׁנָה הַשֵּׁנִית וְהַשְּׁלִשִׁית *et anno quoque secundo et tertio rursus ei hoc tulerunt.* 2 Reg. III, 4. Psalm. LXXII, 10. cf. Ezech. XXVII, 15. Semel de sacrificiis quae certis et constitutis temporibus referuntur Deo Num. XVIII, 9. Similiter lat. dicitur *sacra referre*, ut Virg. georg. I, 338 sq.: In primis venerare deos atque annua magnae Sacra refer Cereri, it. *referre sollemnia, ludos, certamina* Virg. Aen. V, 598. 603, vid. Heinsium ad Ovid. fast. II, 532. Contra Maurero ad Psalm. LXXII, 10 causa dictionis videtur esse quod, qui tributa facit, debita refert. Quae ratio, b. Gesenio quoque in Collectan. mss. probata, mihi minus placet.

6) הֵשִׁיב אֶל־לֵב *ad animum retulit* aliquid, nostr. *sich etwas zu Herzen nehmen, zu Gemüthe ziehen*, sq. acc. rei Thren. III, 21, plerumque omisso accusativo: *animum suum commoveri, poenitentia tangi passus est* Deut. IV, 39. XXX, 1. 1 Reg. VIII, 47. Jes. XLIV, 19, et ה׳ עַל לֵב id. Jes. XLVI, 8. Cf. שׂוּם אֶל־לֵב s. rad. שׂוּם 3, 1, p. 1325.

7) *revocavit, irritum fecit*, nostr. *zurücknehmen, rückgängig machen*, ut edictum Esther. VIII, 5. 8: אֵין לְהָשִׁיב *irrevocabile est*, benedictionem Num. XXIII, 20, decretum Amos. I, 3: *propter multa Damasci scelera* לֹא אֲשִׁיבֶנּוּ *non revocabo ea* sc. quae decrevi (ea autem declarantur vs. 4 et 5, cf. Num. XXIII, 20), vs. 6. 9. 11. 13. II, 1. 4. 6. Vid. Kal no. 1, B, e.

Hoph. הוּשַׁב 1) pass. Hiph. no. 2. *reductus est* Ex. X, 8, de rebus Jer. XXVII, 16. — 2) pass. Hiph. no. 4. *redditus est* Gen. XLII, 28: הוּשַׁב כַּסְפִּי *reddita est pecunia mea.* XLIII, 12. Num. V, 8. — (תּוּשָׁב Jes. XLIV, 26 vid. s. rad. יָשַׁב Hoph.).

שׁוּבָאֵל n. pr. m., vid. שְׁבוּאֵל s. rad. שָׁבָה p. 1352.

שׁוּבָה f. *ἅπ. λεγ. reditus*, nempe *ad obedientiam et fiduciam* Deo habendam Jes. XXX, 15. Alii continentiam malunt et quietem; alii quietem propr. *sessionem*, a rad. יָשַׁב.

שִׁיבָה f. *reditus* i. q. *redeuntes*. Sic interpretantur Psalm CXXVI, 1: בְּשׁוּב יְהוָה אֶת־שִׁיבַת צִיּוֹן *quum Deus reduceret redeuntes Zionitas*. Sed non dubito quin loco שִׁיבַת legendum sit שְׁבוּת (vel שְׁבִית), ut vs. 4, id quod iam I. D. Michaëlis suasit in biblioth. orient. tom XIX. p. 157. Octo codd. apud Kennicottum id exhibent et veteres intpp. LXX *αἰχμαλωσία*, Syr. ܫܒܝܬܐ, Chald. גָּלוּת, Vulg. captivitas. — Aliud שִׁיבָה *habitatio* 2 Sam. XIX, 33 vid. s. rad. יָשַׁב pag. 636.

שׁוֹבָב m. 1) adj. *refractarius, rebellis* (cf. Pil. litt. c) Jer. III, 14. 22: שׁוּבוּ בָנִים שׁוֹבָבִים *resipiscite, o filii rebelles* (lusus verborum). Jes. LVII, 17: וַיֵּלֶךְ שׁוֹבָב בְּדֶרֶךְ לִבּוֹ *et suae libidinis via incedebat refractarius* populus. Jer. L, 6 in Kethib, ubi praefero Keri שׁוֹבְבוּם, v. Pil. litt. c.

2) n. pr. m. a) filii Davidis 2 Sam. V, 14. 1 Par. III, 5. XIV, 4. b) 1 Par. II, 18.

שׁוֹבֵב (ex מְשׁוֹבֵב part. Pil. ortum, vid. Pil. litt. c.) tum adj., fem. שׁוֹבֵבָה *perversa, rebellis* filia, de Israelitis Jer. XXXI, 22, de Ammonitis XLIX, 4, tum subst. Mich. II, 4: לְשׁוֹבֵב שָׂדֵינוּ יְחַלֵּק *agros nostros attribuit rebelli* i. e. impio hosti. Alii לְשׁוֹבֵב hoc in loco inf. Pil. esse contendunt. Locum Jer. VIII, 5 vid. sub Pilel.

יָשׁוּב (se convertens) n. pr. 1) filii Issachari Num. XXVI, 24 (ubi text. Samar. יושב). 1 Par. VII, 1 Keri. Cf. יוֹב supra pag. 583. — 2) Esr. X, 29. — A no. 1 est patron. יָשֻׁבִי Num. l. c., Samar. iterum יושבי.

שְׁאָר יָשׁוּב n. pr. compos., vid. s. rad. שָׁאַר p. 1350.

יָשֻׁבִי לֶחֶם se convertens ad panem, vel reddens panem?) n. pr. m. 1 Par. IV, 22.

יָשָׁבְעָם leg. *Jâschobᵉâm*, ut יָרָבְעָם (ad quem *populus se convertit*) n. pr. 1) unius ex heroibus Davidis regis, inter essedarios principis (cf. שָׁלִשׁ) 1 Par. XI, 11, qui 2 Sam. XXIII, 8 יֹשֵׁב בַּשֶּׁבֶת nominatur. Idem videtur esse Jâschobᵉâm ben Zabdiel 1 Par. XXVII, 2. Sed diversus est 2) qui 1 Par. XII, 6 commemoratur.

יוּשַׁב חֶסֶד (cui *redditur gratia*) n. pr. m. 1 Par. III, 20.

מְשׁוֹבָב (reductus) n. pr. viri ex posteris Simeonis 1 Par. IV, 34.

מְשׁוּבָה f. *aversio, defectio*. Prov. I, 32: מְשׁוּבַת פְּתָיִם תַּהַרְגֵם *defectio stultorum* (a sapientia) *ipsis mortem infert*, spec. *defectio a Deo* Jer. VIII, 5. Hos. XI, 7: מְשׁוּבָתִי *defectio a me*, pl. מְשׁוּבוֹת Jer. II, 19. III, 22. V, 6. XIV, 7: רַבּוּ מְשׁוּבֹתֵינוּ *multae sunt defectiones nostrae*, saepe defecimus. Concr. de populo Israëlitico, qui a Deo defecit מְשֻׁבָה יִשְׂרָאֵל Jer. III, 6. 8. 11. 12.

תְּשׁוּבָה f. 1) *reditus* in locum 1 Sam. VII, 17: Samuel quotannis circumibat urbes terrae ut ibi ius diceret Israelitis, וּתְשֻׁבָתוֹ הָרָמָתָה כִּי שָׁם בֵּיתוֹ *et reditus eius erat* i. e. quotiescunque iter perfecerat, redibat *Ramam*, *nam ibi domicilium habebat*. — 2) *recursus* temporis. Sic לִתְשׁוּבַת הַשָּׁנָה *ad recursum anni* i. e. anno circumacto, videlicet vere redeunte post hiemem, לְעֵת צֵאת הַמְּלָכִים *tempore quo reges proficiscuntur ad bellum* 2 Sam. XI, 1. 1 Par. XX, 1. 2 Par. XXXVI, 10. 1 Reg. XX, 22. 26. — 3) *responsum* Iob. XXI, 34. XXXIV, 36. Cf. הֵשִׁיב no. 4, b.

שׁוּג i. q. שׂוּג, שָׁגַג, שָׁגָה, שָׁגָא *erravit*. Inde

מְשׁוּגָה *ἅπ. λεγ.* f. *error* Iob. XIX, 4.

שׁוּד i. q. שָׁדַד 1) *valide, violenter egit, vastavit*, unde fut. יָשׁוּד Psalm. XCI, 6, nisi potius est pro ipso יָשֹׁד a rad. שָׁדַד q. v.

2) *dominatus est, dominus fuit*, ut arab. سَادَ med. Waw. Inde

שֵׁד tantum in plur. שֵׁדִים *idola, dii commenticii* Deut. XXXII, 17. Psalm. CVI, 37. — שֵׁד propr. est *dominus*, arab. سَيِّد ,سَائِد (vulg. *sîd*) dominus, princeps, cf. הַבַּעַל dominus, Belus, הָאָדוֹן Deus, ὁ Κύριος al. Chald. et rabb. שֵׁד, שֵׁיד daemon, spiritus malignus (v. Buxt. lex. chald. s. v.), syr. et nasor. ܫܐܕܐ id. (v. Bernstein. lex. Chrestom.). Hinc LXX et Vulg. ll. cc. δαιμόνια, daemonia, Saad. شياطين, quandoquidem Judaei recentiores idola daemones esse putabant, qui ab hominibus se coli paterentur (v. Baruch. IV, 7. LXX Ps. XCV, 5, cf. 1 Cor. X, 20).

שׁוֹד i. q. שֹׁד *vis, calamitas* vid. s. rad. שָׁדַד.

שָׁוָה propr. *posuit, statuit*, v. Piël (cogn. שׁוּת, שָׁבַת, שָׁפַת, שָׁבַט, יָשַׁב, יָצַב, צִוָּה, quae vid.), hinc *composuit, iuxta posuit, comparavit*, ut מָשַׁל statuit, comparavit, עָרַךְ disposuit, comparavit, aestimavit. In Kal intrans.

1) *similis, par fuit* alteri sq. לְ pers. Prov. XXVI, 4. Jes. XL, 25. Iob. XXXIII, 27: peccavi quidem et improbus fui, וְלֹא שָׁוָה לִי *sed non par factum est mihi*, non parem gratiam retulit mihi Deus. Vulg: et ut eram dignus, non recepi. It. *par fuit pretio, aequavit* aliquid, sq. בְּ rei Prov. III, 15. VIII, 11; — 2) *par fuit* i. e. *satis fuit, sufficit*, sq. לְ pers. Esth. V, 13: כָּל־זֶה אֵינֶנּוּ שֹׁוֶה לִי *haec omnia mihi non sufficiunt*, me non faciunt contentum. — 3) *par fuit* rei sustinendae. sq. בְּ rei Esth. VII, 4: אֵין הַצָּר שֹׁוֶה בְּנֵזֶק הַמֶּלֶךְ *hostis non par est damno regis* sc. compensando. — 4) *aptus, conveniens fuit* alicui, sq. לְ Esth. III, 8. — (Aram שְׁוָא, שְׁוֵי, ܫܘܐ aequalis, par, conveniens fuit. Aph. comparavit, aequiparavit. Arab. سوى

Oooo oooo

III aequalis et par fuit alteri, هَذَا لَا يُسَاوِى شَيْئًا hoc nihil valet, II et IV aequalem reddidit rem inter duos, melit. *sevvœ* id., VI et VIII aequalis fuit, سَوَاءٌ aequalis, par.)

Pi. שִׁוָּה *posuit, statuit* i. q. שִׁית, שׂוּם, quae verbi significatio nativa tum in lingua chaldaea obtinuit, — שַׁוִּי enim in Targg. frequentatur pro hebr. שִׁית et שׂוּם, sam. ... et ... id. — tum apud veteres poëtas hebraeos manifesta est Psalm. XVI, 8: שִׁוִּיתִי יְהוָה לְנֶגְדִּי תָמִיד *semper Deum ante me positum habeo* i. e. semper Dei memoria animo meo obversatur (plane ut שָׂמוּ אֱלֹהִים לְנֶגְדָּם Psalm. LIV, 5), et ex huius loci imitatione ut videtur Psalm. CXIX, 30: מִשְׁפָּטֶיךָ שִׁוִּיתִי *leges tuas*, o Deus, *posui* sc. ante oculos meos, animum attendi ad eas. (Similem ellipsin habes in שׂוּם no. 3, l, pag. 1325.) Porro de vite dicitur Hos. X, 1: פְּרִי יְשַׁוֶּה לּוֹ *fructum sibi ponit* i. e. protrudit, germ.: *er setzt Frucht an.* (Nescio an huc pertineat aeth. ሰዊት: spica, ሰወየ: maturuit Jos. III, 15.) — Sq. עַל pers. est *sistere, praestare* alicui aliquid, ut auxilium Psalm. LXXXIX, 20, honorem XXI, 6. — Denique sq. acc. et כְּ *sistere* aliquid ad similitudinem alterius, simile reddere Psalm. XVIII, 34 (2 Sam. XXII, 34): מְשַׁוֶּה רַגְלַי כָּאַיָּלוֹת *reddit pedes meos ut* (pedes) *cervarum*, cf. Habac. III, 19, ubi eodem sensu legitur וַיָּשֶׂם רַגְלַי כָּאַיָּלוֹת.

2) *composuit, aequavit,* hinc a) *complanavit* agrum Jes. XXVIII, 25. (Syr. Pa. ܫܘܝ aequavit, complanavit v. c. stratum, ܫܘܝܬܐ et chald. תְּשְׁוִיתָא lectus, syr. ܫܘܝܐ planities, arab. سوى II et IV aequabilem fecit locum, أرض مستوية terra plana.) b) Metaph. *composuit* animum, sedavit Psalm. CXXXI, 2: שִׁוִּיתִי וְדוֹמַמְתִּי נַפְשִׁי *composui et compescui animum meum*, et ellipt. Jes. XXXVIII, 13: שִׁוִּיתִי עַד־בֹּקֶר *compescui* (animum meum) *usque ad mane*, patienter dolori resistens. Hoc ad amussim expressit Arabs intp. anonymus (cod. Hunt. 206, vid. Saad. vers. ed. Paulus append. p. IX): ساويت نفسى مع المرض طول الليل الى الغداة aequavi animum meum spreto morbo per totam noctem usque mane. Vulg. et Hieron. sperabam usque ad mane. (Quod sequitur verbum כָּאֲרִי non ad haec sed ad proxima trahendum est, non obstante accentuum serie, quippe quae rhythmicam magis quam logicam orationis digestionem hic indicat. Alii tamen malunt: *assimilavi* (me) *leoni rugienti.* Targ. rugiebam ut leo. Houbigant. coniecit שִׁוַּעְתִּי clamavi, cui adstipulatur Sam. Lee in lex. hebr.).

Not. Iob. XXX, 22 in Kethib legitur תשוה quod h. Gesenius et post eum Umbreit. Winer. al. תְּשַׁוֶּה pronuntiandum et ad verbum chaldaeum שׁוא Ithpe. אִשְׁתְּוִי *metuit, trepidavit* (Buxt. lex. chald. col. 2342) referendum esse dixere, hinc in Pi. תְּשַׁוֶּה *terres* (me), satis aptum praecedenti verbo תְּמוֹגְגֵנִי *conficis me.* Eodem quoque pertinere Gesenio videbatur *Nithp.*, quode infra agam. Iob. l. c. Syrus certe verbum agnoscit, non substantivum: ܡܟܟܬܢܝ ܘܐܫܦܠܬܢܝ depressisti me et afflixisti me. Jo. Simonis in lex. et analysi lect. masor. p. 79 vult תְּשַׁוֶּה *in nihilum redigis me*, coll. שָׁוְא vel שׁוֹאָה. F. Boettcher. de inferis I. p. 141 et spicileg. p. 71 vult תְּשֻׁוָּה, quod formidinem, metum, trepidationem, reddit. Stuhlmann., Pareau (de immortal. p. 131) et Ewald. proponunt תְּשׁוּאָה=תְּשֻׁוָה, Ew. vertit: in Sturmes Krachen, Stickel: in das Tosen, idque mihi quoque probatur, cf. Hirzel ad h. l. et supra s. rad. שׁוא pag. 1371. Alii praeferunt Keri תֻּשִׁיָּה vel quod in multis codd. extat תּוּשִׁיָּה, ut ipse Gesenius supra pag. 638 vertit: *dissolvisti mihi salutem*, LXX ἀπέῤῥιψάς με ἀπὸ σωτηρίας, propr. dissolvisti me quoad salutem.

Hiph. composuit, comparavit, sq. acc. et לְ Thren. II, 13. Jes. XLVI, 5.

Nithp. (de qua coniugationis forma in Mischna et apud Rabbinos frequentata, in V. T. rarissima vid. Gesen. Lehrg. p. 249, gramm. §. 54, no. 9) *aequiparatus est, par habitus est.* Semel 3. perfecti fem. legitur Prov. XXVII, 15: דֶּלֶף טוֹרֵד בְּיוֹם סַגְרִיר וְאֵשֶׁת מִדְיָנִים נִשְׁתָּוָה *stillatio continua die imbrium et mulier rixosa aequiparantur* i. e. pares aestimantur, una perinde molesta habetur atque altera, ut si quis imbrem defugiens domum se recipiat ibique mulieris iurgiis obruatur, hoc aeque male eum habeat atque illud. Sic explicata verba minus habent languoris quam si cum Vulg. et plerisque intpp. ea verteris: stillatio et mulier rixosa *comparantur, similes sunt*, nec iam opus est arcessitis argutisve quorundam rationibus, qui נִשְׁתָּוָה vel *metuendam* mulierem explicant ex usu chaldaeo quem supra ad Pi. notavimus, vel introducunt נִשְׂתָּוָה (per שׂ) *procellosam*, coll. סְתָו (hiems) et gr. χειμασθῆναι ἀπειλαῖς, κεχειμᾶνται φρένες, quod est vere Schultensio dignum commentum. — Quod attinet ad formam vocis, נִשְׁתָּוָה analogiae conj. Nithpael (נִתְחַדֵּשׁ, נִתְפַּלֵּל al.) convenienter scribitur in paucioribus codd. (v. c. in Erfurt. 1 ap. J. H. Michaël.), in longe plurimis et in editt. quod sciam omnibus sine Dagesch*) vel נִשְׁתָוָה (Milra) vel נִשְׁתָּוָה (Mileel, sic D. Kimchi, Salomo b. Melech, Norzi, Athias, Clodius, Hahn, Theile). Ceterum errare mihi videntur, qui נִשְׁתָּוָה participium esse contendunt; nam Nithpa. in solo perfecto propriam formam habet, ceteroqui Hithpaël in eius locum succedit.

שְׁוָה sive **שְׁוָא** chald. i. q. hebr. Hinc forma Peïl שְׁוִי (ut גְּלִי, Winer. gramm. chald. §. 13, 2) *par* s. *similis factus est* Dan. V, 21 Kethib. Cf. Pa.

Pa. 1) i. q. hebr. Pi. no. 1. *posuit, fecit, reddidit*, sic saepe in Targg. (vid. Ithpa.). — 2) *composuit, parem* s. *similem fecit* rem rei, sq. acc. et עִם Dan. V, 21 Keri. Nempe et mss. codd. et editt. bonae notae (vid. J. H. Michaëlis bibl. et de Rossi ad h. l.) habent Keri שַׁוִּיו iuxta Kethib שְׁוִי (v. Peal); all. in textu שַׁוִּי sine Keri.

*) R. Jona (Abulwalid) in libro MS. المستلحق confert הִתְפָּקְדוּ Num. I. 47 al.

Ithpa. factus, redditus est Dan. III, 29.

שָׁוֵה (planities) n. pr. planitiei in regione transjordanensi, quae etiam *planities regia* (עֵמֶק הַמֶּלֶךְ) appellabatur Gen. XIV, 17. cf. 2 Sam. XVIII, 18. Non diversa est שָׁוֵה קִרְיָתַיִם Gen. XIV, 5 planities prope urbem Kirjathaim, v. קִרְיָה litt. g. (*Schava* regio commemoratur in papyro Sallier., v. Kitto Journal of Sacred Litterature 1852. Januar. p. 378. 382.)

יִשְׁוָה (aequus) n. pr. filii Ascheri Gen. XLVI, 17. 1 Par. VII, 30.

יִשְׁוִי (id.) n. pr. 1) filii Ascheri et eius quidem diversi a יִשְׁוָה Gen. XLVI, 17. 1 Par. VII, 30, praeterea Num. XXVI, 44, ubi etiam patron. הַיִּשְׁוִי legitur, alter autem Ascheri filius paene cognominis יִשְׁוָה tacetur (in cod. Samar. יִשְׁוָה scriptum extat pro יִשְׁוִי). — 2) filii Sauli regis 1 Sam. XIV, 49. Cf. Ewald. Gesch. des Volkes Israel II, 568.

שָׁו et **שָׁוְא** vid. supra s. rad. שׁוא.

שׁוּחַ 1) *sidere, desidere, demergi, inclinari deorsum*, ut שָׁחַח, שָׁחָה (arab. سَاخَ med. و et med. ى immersus fuit pes in lutum, subsedit res in aqua, تَاخَ et تَاخَ id., de quibus v. rad. תוח, سَخَاخ terra mollis, chald. שְׁחַח, שַׁח et שְׁחָא i. q. hebr., adiectiv. שׁוּחַ vel potius שִׁיחַ et שַׁח depressus, שׁוּחָא fovea, in Targg. pro hebr. שַׁחַת et בּוֹר, cogn. שָׁחַת q. v., nec non שָׁחַם et שָׁכַךְ). Prov. II, 18: שָׁחָה אֶל־מָוֶת בֵּיתָהּ וְאֶל־רְפָאִים מַעְגְּלֹתֶיהָ *subsidit ad mortem* i. e. in orcum se inclinat *domus eius* (mulieris impudicae) *et ad inferos orbitae* sive viae *eius* (declinant). Sic Vulg. Rosenm. Umbreit. Ewald. al. Ad quem locum Maurerus haec annotavit: „Quum בַּיִת constanter sit masc. generis, שָׁחָה vero accentum habeat in paenultima, ut sit 3. f. a שׁוּחַ, interpretes haud pauci [Chald., Ibn Esra, Geier] ad mulierem referentes locum vel sic sunt interpretati: *sidit ad mortem* (orcum), *domum suam*, domum eius futuram, בֵּיתָהּ appositionem habentes מָוֶת vocis [cf. Iob. XVII, 13: שְׁאוֹל בֵּיתִי], vel sic [Ch. B. Michaëlis]: *sidit ad mortem cum domo sua et ad manes cum orbitis suis*, בֵּיתָהּ et מַעְגְּלֹתֶיהָ putantes acc. esse, propr. *quoad domum* cet. Quarum interpretationum prior pugnat cum parallelismo, posterior durior videtur. Aut de ipsa muliere cogitavit scriptor initio hemistichii prioris, tum vero in fine ad complendam sententiam loco mulieris subiectum fecit בֵּיתָהּ [Boettcher. de inferis I. §. 292], aut neutraliter positum est שָׁחָה, quum praeter בֵּיתָהּ sequantur מַעְגְּלֹתֶיהָ, cf. Gesen. gramm. §. 143, 3, aut pro שָׁחָה Milel efferendum est שָׁחָה Milra, ita ut sit 3. masc. verbi שָׁחָה eiusdem potestatis." Ac Maurerus quidem eo quem secundo loco posuit modo rem expediendam putat; equidem in Boettcheri sententiam concedere malo.

2) Metaph. *deprimi*, de animo. Psalm. XLIV, 26: שָׁחָה לֶעָפָר נַפְשֵׁנוּ *depressus ad pulverem est animus noster.* Thren. III, 20 Keri: תָשׁוּחַ עָלַי נַפְשִׁי *depressus est in me animus meus.* Cf. Psalm. XLII, 6. 7 et similia supra pag. 1027 s. עַל no. 3, e. Non opus est cum J. D. Michaëli supplemm. no. 2431 confugere ad arab. سَاحَ fluxit et syr. ܣܘܚ liquefactus est.

Hiph. i. q. Kal no. 2. Thren. III, 20 Kethib.

שׁוּחַ (depressio, fovea) n. pr. filii Abrahami et Keturae, gentisque arabicae ab eo oriundae Gen. XXV, 2, unde patron. et gent. שׁוּחִי Suchita Iob. II, 11. VIII, 1. XVIII, 1. XXV, 1. *Suchitarum* autem provincia plerisque, ut J. H. Michaëli in uber. annot. ad Iob. II, 11, Gesenio al., eadem fuisse videtur atque *Σακκαία* Ptolemaei V, 15 ab oriente Batanaeae. Minus convenit *Soaca* oppidum, quod in Darrorum regione in tabulis Ptolemaei pingitur non procul a Madianitide (Cleric.); nec *Ssyhan* cum Raumero (Palaest. ed. 2. p. 273) contulerim, quum hoc sit صيحان Burckhardt. itin. Syr. p. 692 ed. germ., nec denique nunc placet سيحة vallis nomen prope Medinam, in quod ipse nuper incideram Jacuti Muschtarik perlustrans a Wuestenfeldio editum p. 221. Sauchitas autem, quos apud Stephanum Byzantinum commemorari perhibent Rosenmueller. (bibl. Alterthumsk. III. p. 33), Bohlen. et Tuch. ad Gen. l. c., equidem frustra in eius opere quaesivi. Nominantur a Stephano *Σάκχηνοι ἔθνος Ἀράβιον*, sed sedes eorum propria non indicatur.

שׁוּחָה f. 1) *vorago, fovea* Jer. II, 6 de deserto Sinaitico: אֶרֶץ עֲרָבָה וְשׁוּחָה *terra deserti et voraginis*, ubi sunt loca vasta et voragines. Metaph. de re perniciosa et exitiali Prov. XXII, 14. XXIII, 27. *Fodere foveam* h. e. insidias struere Jer. XVIII, 20. 22 Keri, vid. rad. כָּרָה pag. 711. —

2) n. pr. m. 1 Par. IV, 11, pro quo vs. 4 חוּשָׁה.

שׁוּחָם form. אִילָם, חוּשִׁם (fort. fossor) n. pr. filii Danis Num. XXVI, 42, qui Gen. XLVI, 23 חֻשִׁים vocatur. Sed alterutrum ex vero corruptum videtur.

שִׁיחָה f. plur. שִׁיחוֹת i. q. שַׁחַת *fovea* Psalm. LVII, 7. CXIX, 85. Jer. XVIII, 22 Kethib.

שַׁחַת (Mileel) f. (Prov. XXVI, 27) cum pron. suff. שַׁחְתָּם Ezech. XIX, 4. 8 (a rad. שׁוּחַ derivatum sicut נַחַת a נוּחַ, רַחַת a רוּחַ) propr. demersio, hinc *vorago, fovea* a) qua insidiae struuntur feris, et metaph. de ipsis insidiis vel summo periculo Ezech. l. c.: בְּשַׁחְתָּם נִתְפָּשׂ *in fovea eorum captus est* (leo). Prov. XXVI, 27: כֹּרֶה שַׁחַת בָּהּ יִפֹּל *qui fodit foveam, ipse in eam incidit.* Ps. VII, 16. IX, 16. XCIV, 13. CIII, 4. Jon. II, 7. Ps. XXXV, 7: טָמְנוּ לִי שַׁחַת רִשְׁתָּם *in occulto fecerunt mihi foveam sui retis* i. e. foveam in qua rete suum posuerunt. Jes. XXXVIII, 17: *benigne me eripuisti* מִשַּׁחַת בְּלִי *ex fovea exstinctionis* i. e. a morte, ab interitu. — b) fovea lutosa, lacuna Iob. IX, 31, cf. Psalm. XL, 3. LXIX, 15. — c) fovea exitialis in nonnullis locis nil aliud significare videtur quam *sepulcrum*, certe in locutione יָרַד שַׁחַת descendit in sepulcrum Iob. XXXIII, 24. Psalm. XXX, 10. LV, 24: תּוֹרִדֵם לִבְאֵר שַׁחַת *facies ut descendant in foveam sepulcri,*

ubi בְּאֵר non tam puteum quam foveam designat, cf. בּוֹר fovea et sepulcrum, Ezech. XXVIII, 8. Jes. LI, 14 de enecto ac paene mortuo: לֹא יָמוּת לַשַּׁחַת *non morietur ad sepulcrum* i. e. non eo res deducetur, ut revera moriatur et sepulcro tradatur (sec. al.: non morietur *in carcere*), sic porro in phrasi רָאָה שַׁחַת sive ר׳ הַשַּׁחַת sepulcrum vidit s. sensit, expertus est Psalm. XVI, 10. XLIX, 10 i. q. רָאָה מָוֶת Ps. LXXXIX, 49, *ἰδεῖν θάνατον* Hebr. XI, 5, et sic etiam Iob. XVII, 14: לַשַּׁחַת קָרָאתִי אָבִי אַתָּה אִמִּי וַאֲחֹתִי לָרִמָּה si *sepulcro dico, tu pater mihi es, et mater sororque putredini*, quae verba egregie illustrantur proverbio arabico (Burckhardt. provv. no. 623): من يكون امّه الحمّى وابوه الباردة من اين تجيه العافية si quis febrem ardentem habet tanquam matrem et frigidam tanquam patrem, unde ei veniet bona valetudo? cf. Iob. XXX, 29. Prov. VII, 4. 4 Esr. XIII, 59 (text. aethiop.). — d) *exitium*, *interitus* (hoc etiam ex foveae vel ipsius sepulcri imagine ductum) Iob. XXXIII, 18. 22. 30. עָבַר בַּשָּׁחַת ruit ad interitum, exitio sublatus est ib. vs. 28.

Annot. Sunt qui שַׁחַת duplex statuant, unum *foveae* significatione ductum a rad. שׁוּחַ, alterum a verbo שָׁחַת *corruptionem* significans et in uno saltem loco Iob. XVII, 14 *putredinem*, quia ibi in hemistichio proximo sit רִמָּה (vermes) et שַׁחַת „pater" appelletur, id quod soli masculino nomini videatur convenire. Nuperrime hoc defendere studuit doctus Boettcher. libro de Inferis I. §. 179. Sed *sepulcrum* vix minus aptum vermibus est; et sexum vocabulorum in tali appellatione non respici, vel arabico illo proverbio probatur quod supra illustrando loco Iobi adhibui, in eo enim febris frigida الباردة (gen. fem.) pater appellatur. LXX quidem interpretes שַׁחַת non solum illo Iobi loco sed etiam Ps. XVI, 10 al., ubi foveam vel sepulcrum notat, *διαφθοράν* reddunt, quasi sit a שָׁחַת *διαφθείρω*; sed *διαφθορά exitii* et *perniciei* sensu posuerunt, et ne hoc quidem certum est, Lucam Act. II, 27. XIII, 35 sqq. id proprio putredinis sensu accepisse. Vid. intpp. ad Act. ll. cc. et Hengstenberg. comm. in Ps. XVI. 10.

יְשׁוֹחָיָה (quem Deus deprimit) n. pr. viri ex tribu Simeon 1 Par. IV, 36.

I. **שׁוּט** propr. i. q. שָׁבַט (q. v.) stabilis, firmus, rigidus fuit. Ab hoc est שׁוֹט i. q. שֵׁבֶט baculus, virga, ein Stecken, dein *flagellum*, et שַׁיִט *remus*. Hinc verbum denominativum שׁוּט 1) *flagellare, scuticâ percutere*, ut arab. سَاطَ.

2) *remigare* (q. d. remis percutere mare, v. שַׁיִט no. 2 et מָשׁוֹט remus). Part. plur. subst. שָׁטִים *remiges* Ez. XXVII, 8: יֹשְׁבֵי צִידוֹן וְאַרְוַד הָיוּ שָׁטִים לָךְ *incolae Sidonis et Aradi erant remiges tibi* (in navibus tuis); sq. acc. p. (remorum pulsu vehere aliquem in nave) ib. vs. 26. (In lingua chald. est: natare, שַׁיָּט natator, at שָׁיוֹט remex.)

3) *cito currere, discurrere, cursitare* (quod a plerisque hominibus ita fit, ut aërem brachiis ceu remis percutiant, cf. lat. *remi* de brachiis pedibusque humanis Ovid. Heroid. 18 fin., et saepius etiam de alis avium, quae et pennis remigare dicuntur, v. Quinctil. VIII, 6, 16, cf. arab. شَوْط cursus qui uno impetu fit ad scopum, شَوَّطَ iter longum fecit, تَشَوَّطَ propulit equum ad lassitudinem usque, chald. שׁוּט spatiari, vagari, peragrare, unde duci quoque possit aeth. ሠየጠ: vendidit, ተሠየጠ: mercatus fuit) Num. XI, 8. שׁוּט בָּאָרֶץ *obire terram*, max. lustrandi causa Iob. I, 7. II, 2. 2 Sam. XXIV, 2. 8. Vid. etiam rad. שָׁעַט.

Pil. שׁוֹטֵט i. q. Kal no. 3 (significatione tamen aucta et intensa) *discursitare, vagari*, impr. quaerendi lustrandive causa Jer. V, 1. Am. VIII, 12. Zach. IV, 10: *oculi Dei* מְשׁוֹטְטִים בְּכָל־הָאָרֶץ *in universa terra discurrentes*, 2 Par. XVI, 9. Cf. Targ. Hieros. Gen. XXII, 10. Metaph. *percurrere* librum i. e. perscrutari Dan. XII, 4. — Praeterea vide שׁוֹטֵט subst. deriv.

Hithpal. הִתְשׁוֹטֵט (non dixere הִשְׁתּוֹטֵט, ne tres litterae similes concurrerent) i. q. Pil. Jer. XLIX, 3.

שׁוֹט m. (pr. i. q. שֵׁבֶט, vid. rad., aram. שׁוֹטָא, ܫܘܛܐ baculus, virga, flagellum, Ephraemus ad Jes. X, 26 et XXVIII, 15 [Ephr. opp. II, 39, B. 68, B] hoc ܫܘܛܐ interpretatur ܫܒܛܐ baculum, chald. שׁוֹטִיתָא et syr. ܫܘܛܝܬܐ ramus myrti sec. Buxt. et Cast., syr. etiam ܡܫܘܛܐ flagellans, verberans, ܐܫܬܘܛ flagellatus est, Bar Ali MS.: جلد ضرب تشوّط, Lex. Adler. = انضرب بالقرع =, arab. سَوْط scutica, flagellum, spec. nervus taurinus, aeth. ሰውጥ: scutica, mastix) *flagellum, scutica*, Prov. XXVI, 3: שׁוֹט לַסּוּס *scutica equo* convenit. Nah. III, 2: קוֹל שׁוֹט *sonus scuticae* agitatae. 1 Reg. XII, 11. 14. שׁוֹט לָשׁוֹן flagellum linguae (calumniatricis) Iob. V, 21, v. לָשׁוֹן p. 763. Impr. de flagello Dei i. e. de calamitatibus plagisque, quas Deus hominibus immittit. Jes. X, 26. Iob. IX, 23. Cf. *Διὸς μάστιξ* Hom. Il. XII, 37. XIII, 812. שׁוֹט שׁוֹטֵף flagellum inundans Jes. XXVIII, 15 (Keri). 18, de calamitate (spec. exercitu hostili) irruente. Imago quidem haec non omnino concinna videtur, sed habent Arabes simillimam Cor. Sur. LXXXIX, 12: صَبَّ عَلَيْهِم رَبُّكَ سَوْطَ عَذَابٍ effudit Deus in eos flagellum poenae. Alio quoque modo ad inundationem refertur سَوْط significans piscinae partem redundantem (quae quasi scutica super terram extensa est), locum ubi aqua restagnat. Denique سَوْط et ipsam plagam et calamitatem designat, ut gr. *μάστιξ*.

שַׁיִט m. 1) *remus* i. q. מָשׁוֹט, uno loco Jes. XXXIII, 21: אֳנִי שַׁיִט *navis actuaria*, quae remis agitur, itaque

minor (iuxta est צִי אַדִּיר navis magna). — 2) i. q. שׁוֹט *flagellum* Jes. XXVIII, 15 Kethib, sed praestat Keri שׁוֹט quod eodem contextu verborum legitur vs. 18.

שֹׁטֵט probab. subst. m. (a Pilel ductum) *flagellum* i. q. שׁוֹט, semel Jos. XXIII, 13. Cf. Num. XXXIII, 55. Secundum aliorum sententiam שֹׁטֵט est inf. Pil. *flagellatio*.

מָשׁוֹט Ez. XXVII, 29, et **מִשּׁוֹט** ibid. vs. 6 *remus*. (Chald. et hebr. recent. מְשׁוֹט id.) De Dagesch in מִשּׁוֹט vide ad מַשְּׁאוֹת s. rad. שׁוֹא pag. 1371.

II. שׁוּט, aram. שׁוּט, ܫܳܛ, i. q. hebr. שָׁאַט (q. v.) *fastidire, contemnere*. Part. שָׁאט (pro שָׁט, gramm. hebr. §. 23, 4, annot. 1) Ez. XVI, 57. XXVIII, 24. 26.

שׁוּל rad. inusit., arab. سَوِلَ (med. Waw consona) laxum et pendulum habuit ventrem, أَسْوَل qui talem ventrem habet, سَالَ med. ى fluxit, vicin. שָׁבַל pag. 1354, דָּלַל pag. 340 et quae illic attulit Gesenius, praeterea ذَالَ, unde ذَيْل lacinia vestis, syrma, שִׁלְיָה, שֹׁבֶל al. Inde

שׁוּל m. plur. constr. שׁוּלֵי, c. suff. שׁוּלַיִךְ 1) *lacinia vestis, syrma* (i. q. שֹׁבֶל et arab. سَبَلَة et ذَيْل) Jes. VI, 1. Thren. I, 9. חָשַׂף שׁ' פ' s. גִּלָּה שׁוּלֵי פ' retexit lacinias alicuius (mulieris) i. e. summae ignominiae exposuit Nah. III, 5. Jer. XIII, 22. 26, cf. Jes. XLVII, 2. (In Targ. Jes. VI, 9 שׁוּלֵי גֶפֶן metaph. de radicibus vitis.) — 2) *ora vestis* Exod. XXV, 26. XXVIII, 33. 34. XXXIX, 24. (De ora vasis i. e. ima parte vel pede eius legitur in Mischna Pesach. V, 5, alibi de fundo scutellae et ollae.)

שׁוּם rad. inusit. eiusdem significationis atque arab. شَمَّ olfacere (vic. hebr. נָשַׁם spiravit, syr. ܢܫܰܡ odoratus est), unde v. c. ducitur شَمَّام melonis genus odoratum, مَشْمُوم muscus. Sic ab acri odore dictum est

שׁוּם m. tantum in plur. שׁוּמִים *allium* (allium sativum Linn., v. Celsii Hierobot. P. II, p. 52 sqq.) solo in loco Num. XI, 5. LXX σκόρδον s. σκόροδον, Vulg. allium. Memoratur ibi inter cibos quibus in Aegypto usi erant Israëlitae quosque desiderabant in deserto. Alliorum autem magnam copiam olim aluisse Aegyptum, veteres scriptores testantur (vid. Cels. l. c.); inprimis id ex loco Herodoti II, 125 apparet, ubi pyramidi magnae inscriptum esse dicit, quantum sit in operarios erogatum pro raphano, cepis et alliis. Cf. Forskål. Flora Aegypt.-Arab. p. LXV. Errare igitur videtur Hasselquist. itiner. p. 562, qui Aegyptum hanc plantam non producere contendit. (Chald. תּוּמָא et syr. ܬܽܘܡܳܐ id., talm. שׁוּמְנִית allium sylvestre. Mischna tr. Kilaim c. 1, aeth. Num. l. c. ጸዓዱ: allium, arab. ثُوم et dial. syriaco, ut perhibent, فُوم [Cor. Sur. II, 58, ubi فُوم allium est, non triticum, nec panis, Ibn Mas'ûd adeo ثُوم legebat], ث et ف litteris permutatis [ut in عاثور = عافور, مغثور = مغفور, ثرغ = فرغ, ثم = فم al., Sacy Anthol. gramm. p. 42, sicut ϑ graecum apud Ruthenos fit f in Feodor = Theodorus, Afin = Athenae etc.], arab. vulg. *tum*, *tom*, melit. *tewm* id. Simile est aegypt. ϣⲭⲏⲛ, ϣϭⲏⲛ allium.)

שֻׁמָתִי patron. vel gentil. a n. pr. שֻׁמָה (i. e. allium) 1 Par. II, 53.

שׁוּן rad. inusit., fort. i. q. שָׁאַן quievit. Inde

שׁוּנִי (quietus) n. pr. filii Gadi Gen. XLVI, 16. — It. patronym. eius (pro שׁוּנִיִּי) Num. XXVI, 15.

שׁוּנֵם (quod ad hanc radicem Gesenius retulit, „duo habitacula" reddens s. loca quietis, contractumque dixit ex שׁוּנַיִם, ut עֵנָם ex עֵינַיִם, aram. תְּרֵין ex תְּרַיִן, cf. Lehrg. p. 536) *Sunem* n. pr. oppidi in agro Issacharitarum Jos. XIX, 18. 1 Sam. XXVIII, 4. 2 Reg. IV, 8. Quibus ex locis apparet, hoc oppidum situm fuisse non procul a Jezre'el, quod hodie Zer'în vocatur. Itaque sine dubio Sunem idem vicus est qui nunc *Sôlam* سولم appellatur in occidentali montis Dahi declivitate situs ex adverso Zer'în, a quo septentrionem versus ¾ mill. germ. distat. Vid. Ed. Robinson. Palaestin. T. III. p. 401 sqq. Berggren itin. II. p. 265 ed. germ. Exempla litterarum n et l permutatarum, ut شَنَم i. q. شَلَم scintilla, plurima collecta sunt supra pag. 727. Iam Eusebii et Hieronymi tempore *Sulem* pronuntiabatur nomen vici, quem in Onom. voc. Σουβήμ (leg. Σουλήμ, Hier. Sulem) in quinto milliario Thabor montis contra australem plagam ponunt, id quod ad amussim congruit loco Solam a Robinsone descripto. (Contra s. v. Σωνάμ Eusebius ad 2 Reg. l. c. falso refert vicum Σανίμ in finibus Sebastae in regione Acrabitena.) — Hinc

שׁוּנַמִּי n. gent. *Sunammita*, oppido Sunem oriundus, fem. **שׁוּנַמִּית** *Sunammitis* 1 Reg. I, 3. II, 17. 21. 22. 2 Reg. IV, 12. 25. 36, et probabiliter etiam

הַשּׁוּלַמִּית *Sulammitis*, puella quae in Cantico Canticorum celebratur Cant. VII, 1, i. q. הַשּׁוּנַמִּית, quo posito atque concesso consequitur, iam diu ante Eusebii aetatem *Sulem* aeque ac *Sunem* oppidi illius nomen pronuntiatum esse. Multo magis hoc formae nominis eiusque articulo muniti consentaneum est, quam aliorum opiniones, qui explicant „Salomonaea" vel „pacifica". Ac si forte poëta hoc nomen finxisse dicatur, nescio an puellam illam Sunammitin respexerit pulchritudine insignem, quam ex patris gynaeceo acceperat Salomo rex, 1 Reg. I, 3. II, 17 sqq.,

cf. 2 Sam. XII, 8. Michaël. ius Mos. I. §. 54. p. 277 ed. 3.

I. **שָׁוַע** in Kal inusit., i. q. צָוַח, chald. צוַח clamavit, Pa. id., aeth. ጸውዐ: vel ጸወዐ: vocavit, invocavit.

Pi. שִׁוַּע 1 pers. sing. perf. שִׁוַּעְתִּי, fut. אֲשַׁוַּע in paus. אֲשַׁוֵּעַ, part. מְשַׁוֵּעַ, inf. c. suff. שַׁוְּעִי *vociferatus est, clamavit, eiulavit*, spec. *auxilium imploravit* (LXX *κράζειν, βοᾶν, δέεσθαι*) Psalm. XVIII, 42. LXXII, 12. Iob. XIX, 7. XXIX, 12. XXXV, 9. XXXVI, 13. Hab. I, 2. Thren. III, 8. Jes. LVIII, 9. Jon. II, 3, sq. אֶל pers. Psalm. XVIII, 7 (in loco gemino 2 Sam. XXII, 7 קָרָא). XXII, 25. XXVIII, 2. XXX, 3. LXXXVIII, 14. Iob. XXX, 20. XXXVIII, 41.

שֶׁוַע m. *clamor*, semel c. suff. שַׁוְעִי Psalm. V, 3. LXX *δέησις*. Sed שַׁוְעִי potius est infin. Pi. pro שַׁוְּעִי.

שׁוֹעַ m. *clamor, eiulatio* Jes. XXII, 5.

שׁוּעַ m. id. Iob. XXX, 24.

שַׁוְעָה f. id. Exod. II, 23. Psalm. XVIII, 7. XXXIV, 16. XXXIX, 13. XL, 2. CII, 2. 1 Sam. V, 12. Jer. VIII, 19.

II. **שָׁוַע** rad. inusit. i. q. יָשַׁע et arab. وَسِعَ 1) *amplus fuit*, inde 2) *dives fuit, opibus polluit*, 3) *liberatus est* ex periculis et angustiis. Vid. יָשַׁע pag. 639 sqq. Ab hac ipsa radice יָשַׁע non inepte duci possint quae sequuntur nomina שׁוּעַ et שׁוֹעַ (pro יְשׁוּעַ, יְשׁוֹעַ), sed תְּשׁוּעָה melius refertur ad rad. יָשַׁע.

שׁוֹעַ m. 1) *opulentus, dives* Iob. XXXIV, 19. Ez. XXIII, 23 (de quo loco v. קוֹעַ pag. 1207). — 2) *liberalis, nobilis* Jes. XXXII, 5.

שׁוּעַ m. 1) *opes, divitiae* Iob. XXXVI, 19. — 2) n. pr. viri Canaanaei Gen. XXXVIII, 2. 12.

שׁוּעָא (ampla) n. pr. fem. 1 Par. VII, 32.

תְּשׁוּעָה f. *liberatio, auxilium, salus* Jes. XLV, 17: יִשְׂרָאֵל נוֹשַׁע בַּיהוָה תְּשׁוּעַת עוֹלָמִים *Israël liberatur per Deum liberatione sempiterna.* 1 Sam. I, 9. 13 (de liberatione urbis obsidione cinctae auxilioque eidem praestito). Ps. LX, 13: שָׁוְא תְּשׁוּעַת אָדָם *vanum est auxilium ab hominibus exspectatum.* CXLVI, 3. Prov. XI, 14. XXIV, 6. Saepius de auxilio divino et de salute a Deo exorata vel impetrata Ps. XXXVII, 39. XL, 11. 17. LXXI, 15. CXIX, 41. 81. Jes. XLVI, 13. Jer. III, 23. Thren. III, 26. Ps. XXXVIII, 23: אֲדֹנָי תְּשׁוּעָתִי *Dominus est salus mea.* LI, 16. Spec. salus in bello impetrata, *victoria* 2 Sam. XIX, 3. Prov. XXI, 31: סוּס מוּכָן לְיוֹם מִלְחָמָה וְלַיהוָה הַתְּשׁוּעָה *equus bellator paratur ad pugnam, sed penes Deum est victoria,* cf. Ps. XXXIII, 17: שֶׁקֶר הַסּוּס לִתְשׁוּעָה. 2 Reg. XIII, 17. עָשָׂה יי׳ תְּשׁוּעָה גְדוֹלָה vel נָתַן יי׳ ת׳ג׳ perfecit vel dedit Deus magnam victoriam Iud. XV, 18. 1 Sam. XIX, 5. 2 Sam. XXIII, 10. 12. 2 Reg. V, 1. Ps. CXLIV, 10: הַנּוֹתֵן תְּשׁוּעָה לַמְּלָכִים.

שׁוּף propr. *scabere, terere*, dein *conterere, terendo conficere, comminuere, contundere* (chald. שׁוּף, שְׁפָא et שְׁפַף id., v. c. אוֹרְחָא שְׁפִיָא via trita Targ. Prov. XV, 19, שְׁפָא et שְׁפַף pro hebr. כָּתַת contundere Deut. IX, 21. Psalm. LXXXIX, 24, לֵב שְׁפִי pro hebr. נִדְכֶּה animus contritus Ps. LI, 13, it. pro hebr. שָׁחַק Iob. XIV, 19; et sic in loco Talm. a R. Jona citato: לא ישוף ברגלו את הרוק על הקרקע non conterit pede suo sputum in solo; est etiam radere, limare, et inungere, sc. a frictu, ut syr. ܫܳܦ fricuit, reptavit, cf. rad. שְׁפַף, Pa. limavit, inunxit, ܫܰܘܦܳܐ limavit, ܫܳܦ scabit, arab. شَافَ polivit, nitentem reddidit e. c. nummum, sc. terendo vel scabendo, inunxit, cogn. et שָׁפָה q. v. et סָפָה سَفَا rasit, abripuit). Tribus V. T. locis legitur, quorum primum propono Iob. IX, 17: בִּשְׂעָרָה יְשׁוּפֵנִי *in turbine* Deus *me conterit*, contundit, in altero hemistichio: *multa vulnera mihi infligit.* (LXX *ἐκτρίβειν*, Vulg. conterere, Syr. ܢܫܘܦܢܝ, Chald. דַּקְדֵּק.) Alter locus Ps. CXXXIX, 11 hanc verbi שׁוּף significationem non admittit, vix enim verba חֹשֶׁךְ יְשׁוּפֵנִי cum LXX vertes *σκότος καταπατήσει με*, Vulg. tenebrae conculcabunt me; caligandi autem et obscurandi vim, quam plurimi statuunt (coll. נֶשֶׁף crepusculum), non magis habet quam obtegendi significationem, quam alii extricarunt. Itaque Ewaldo auctore, cui Gesenius quoque adstipulatur in annotat. ms., scribendum יְשׁוּכֵּנִי *obtegant me* tenebrae, Symm. *σκότος ἐπισκεπάσει με*, al. imp. *καλύψει με*, a verbo שָׂכַךְ vel סָכַךְ texit (cf. עוּזָה imp. verbi עָזַז Ps. LXVIII, 29). Tertius denique locus multum vexatus ab interpretibus est Gen. III, 15: הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב *hic* (muliere natus) *te conteret* s. *contundet*, nempe *caput* tuum, *tu vero contundes* s. *πλήξεις illum*, nempe *calcem* eius, i. e. homo tibi caput pede obteret, conculcabit, tu calcem eius dentibus comminues, morsu appetes. Iunctum est verbum שׁוּף h. l. duobus accusativis, quorum alter alterum definit accuratius, ut Ps. III, 8: הִכִּיתָ אֶת־כָּל־אֹיְבַי לֶחִי, v. gramm. hebr. §. 136 ex. Ac hominem quidem caput serpentis pede premere et conterere, planissime dictum est; quod autem serpens calcem hominis conterere vel contundere, dentibus videlicet, perhibetur, id noli mirari in tali rerum contentione, praesertim quum similia inveniantur tum in hebraea lingua, tum in aliis, v. c. הִכָּה de verme plantam morsu vexante Jon. IV, 7, arab. ضَرَبَ de scorpio pungente, cf. gr. *πλήσσω*, lat. ictus serpentis. Inter vett. intpp. huic sententiae favent Syrus: ܗܘ ܢܫܘܦ ܪܫܟ ܘܐܢܬ ܬܡܚܝܘܗܝ ܒܥܩܒܗ, Samar. utrobique ponens ࠒࠒࠒ i. q. نَقَفَ percutere, ferire (nisi ࠄࠅࠒࠒ et ࠀࠅࠒࠒ forte sunt a נָקַף percutere), Saad. شَدَخ frangere et لَدَغ mordere, ut etiam Persa بکوبد et بگزی, Targ. Hieros. et Pseudojon. (לְמֶעְבַּד

שְׁפִיוּתָא בְּעִקְבָא facere contritionem in calce), Ar. Erp. فشم frangere et لسع mordere, Gr. Venet.: ἐκεῖνο πλήξει σου κεφαλήν, σὺ δὲ πλήξεις αὐτοῦ πτέρναν, Hieron.: conteret tibi caput et tu insidiaberis (v. infra), Luther.: derselbe wird dir den Kopf zertreten und du wirst ihn in die Ferse stechen. —

Quae veterum testimonia etymologicaeque rationes si cui non satisfaciant, confugiat ad aliorum coniecturas, qui (ut A. Schultens. ad Iob. l. l.) arab ساف (odorari, odoratu investigare feram) vel (ut J. D. Michaëlis supplemm.) شاف (videre, V prospicere ex alto) adhibent indeque insidiandi significatum ducunt, vel (ut suasit Umbreit. ad Iob. l. c. et ipse iam Gesenius indicavit in Lexici maioris editione prima) שׁוּף interpretantur *insidiari, petere, invadere, adoriri,* coll. hebr. שָׁאַף quod proprie est spirare (=נָשַׁף), anhelare, inhiare. Et habet sane haec postrema sententia aliquam veri speciem tum quia etymo haud improbabili nititur tum quod omnibus locis adhiberi potest, Gen. l. c.: hic tuo capiti insidiabitur et tu eius calci insidiabere s. inhiabis, Iob. l. c.: in turbine me adoritur, denique etiam Ps. CXXXIX, 11 verti possit: tenebrae me invadant, occupent. E veteribus talem sententiam secuti esse videntur LXX Gen. l. c.: αὐτός σου τηρήσει κεφαλὴν καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν, observare enim (τηρεῖν) in his nil aliud est nisi insidiari, nec scriptura edit. Complut. τειρήσει, τειρήσεις (conteres) fide digna est, nec Grabii Vossiique coniectura probanda, quorum prior vult τερήσει, τερήσεις, alter τρήσει, τρήσεις, perfodiendi sensu dictum; vetus iam latina Versio dat „servare." Praeterea Onk. נָטַר servans et דְּכִיר memor ponit, et Abu Sa'îd (ed. Kuenen. p. 16 cf. Paulus specc. verss. Pent. p. 12) تعقب invadere a tergo. Hieron. certe de serpente: insidiaberis. Utcunque res est, plus ponderis apud me prior sententia habet.

שׁוּק i. q. שָׁקַק 1) *findere* (arab. شق id., syr. ܫܘܩܐ fissura, alia v. supra s. rad. שָׁגַג pag. 1361). — 2) *discurrere, discursitare* (vid. שָׁקַק et similia s. rad. שָׁגַג, nisi forte denom. est simile vulgari nostro „Beine machen" et graeco σκελίζειν, arab. ساق causat. ad cursum adegit, propulit, et saepe metaph. persequi v. c. orationem, narrationem). — 3) *sectari* aliquid, *desiderare, concupiscere,* ut שָׁקַק (vel a cursu ducta significatio vel pertinens ad شك adhaesit, inclinavit se, vel ad חָשַׁק, עָשַׁק q. v., talm. הִשְׁתּוֹקֵק appetivit, arab. شاق desiderio affecit res aliquem, VIII desideravit, concupivit, شوق desiderium, cf. vic. تاق cupidus fuit, desideravit), unde nomen subst. תְּשׁוּקָה q. v.

Hiph. causat. Kal no. 2. *fecit ut excederet* res fluida (ueberlaufen lassen), *effudit, redundavit,* sq. acc. rei Joel. II, 24: הֵשִׁיקוּ הַיְקָבִים תִּירוֹשׁ וְיִצְהָר *cupae redundant musto et oleo.* IV, 13. R. David Kimchi in lexico et in commentar. ad Joel. l. c. interpretatur הֵצִיף (Deut. XI, 4) eodemque sensu accipit הֵשִׁיק in Mischna Beza c. 2, 3, quod alii a נָשַׁק ducunt. Jehuda ben K.: نَشَّت المَوَاجِلُ الأَغْبَابُ نَشِيشًا لأَنَّ الخَمْرَ يَنِشُّ فِي حِينِ غَلَيَانِهِ i. e. „effervescunt cupae aestuantes cum strepitu, quia vinum edit strepitum quum fervet." Affert deinde verba כְּמַשַּׁק גֵּבִים Jes. XXXIII, 4, quae de strepitu locustarum in pera collectarum accipit, كنشيش الجراد في الوعاء. Ceterum הֵשִׁיק et sono et significatione prope accedit ad יָצַק et צוּק fundere. Cf. etiam שָׁקָה.

Pil. שׁוֹקֵק causat. *affluentem* vel *redundantem fecit* Deus terram, sq. acc. Psalm. LXV, 10: h. e. rigavit eam copiosis aquis et ubertatis affluentia beavit. LXX ἐμέθυσας αὐτήν, Symm. ποτίσεις αὐτήν, Hieron. irrigas eam, nec aliter Chald. et Saad.

שׁוֹק f. (1 Sam. IX, 24) 1) *crus* in corpore humano, i. e. pars pedis a genu ad talum, κνήμη (quo verbo plerumque usi sunt LXX, chald. שָׁק v. infra, in Targg. etiam שׁוֹק, rabb. בָּתֵּי שׁוֹקַיִין caligae, syr. et nasor. ܫܩܐ, ܫܳܩܳܐ i. q. hebr., in Ephraemi opp. ed. Rom. constanter scriptum ܫܘܩܐ, samar. ࠔࠅࠒ omissum a Morino et Castello pro hebr. שׁוֹק in Pent., bis terve ࠔࠒ id. Ex. XXIX, 22. Num. VI, 20, arab. ساق raro صاق id.), dual. שׁוֹקַיִם *crura* (fort. a fissione dicta quia sunt duo quasi fissa ex uno, v. rad. no. 1, cf. شق latus corporis, it. lateris unius sarcina quando duae sunt; sec. al. ut lat. crus a cursu, germ. Laeufe de cruribus leporis, v. rad. no. 2, sec. Dietrich. Abhandl. p. 89 propr. fistula, cf. קָנֶה et lat. tibia; aeth. ሰዋቀ: fulcire domum fulcris, verbum denom. est a שׁוֹק crus pro fulcro, ut gall. jambe, cf. arab. ساق truncus, caulis plantae) Jes. XLVII, 2. Prov. XXVI, 7. Deut. XXVIII, 35. Cant. V, 15. — Poët. שׁוֹקֵי הָאִישׁ crura viri (Mannes Schenkel) de peditibus Psalm. CXLVII, 10 (in altero hemistichio de equitatu agitur). Proverbialis locutio est Iud. XV, 8: וַיַּךְ אוֹתָם שׁוֹק עַל־יָרֵךְ *et* (Simson) *percussit eos* (Philistaeos) *crus super femur,* crura una cum femoribus (vid. עַל no. 3, d, p. 1027) i. e. vehementissime cecidit et ad internecionem, ut nos dicimus: „Arme und Beine zerschlagen", gall. rompre bras et jambes. Alia ratione Gesenius haec exposuit supra s. עַל l. c., nempe: in frusta eos concidit ita ut membra eorum, crura et femora, alia super aliis disiecta iacerent. Chaldaeus intp., Tanchum Hieros. (Haarbruecker. spec. p. 9), Raschi, Jos. Kimchi, Levi b. Gerson שׁוֹק pedites volunt intelligi (cf. Ps. CXLVII, 10) et יָרֵךְ equites. Sed et hoc improbandum et aliorum conata, qui locutionem illam ad luctatorum technam, ὑποσκελισμόν sive supplantatio-

nem, referunt (Castell., Cler.), vel סְפֹק עַל־יָרֵךְ corrigentes planctum immiscent (Studer.). Arabica denique يوم يكشف عن ساق et قامت الحرب على ساق a nonnullis Iud. l. c. adhibita prorsus diversi generis sunt. —

2) *armus* in corpore animalium, i. e. eae pedum anteriorum partes quae humeris in corpore humano respondent Exod. XXIX, 22. 27. Lev. VII, 32. 33. 34. VIII, 25. 26. IX, 21. X, 14. 15. Num. VI, 20. XVIII, 18. 1 Sam. IX, 24. LXX in Pent. recte *βραχίων*, Vulg. armus, intpp. orientales iisdem vcc. utuntur quae supra attuli s. no. 1, Saad. ساق cet.

שָׁק chald. i. q. hebr. שׁוֹק *crus*, plur. c. suff. שָׁקוֹהִי Dan. II, 33. Theodot. bene *κνῆμαι*.

שׁוּק m. *platea*, *vicus*, *forum* (quasi fissura inter duas aedium series, v. rad. no. 1, cf. زُقاق platea angustior, et tale spatium inter series palmarum, sec. al. locus ubi cursitant homines a rad. no. 2) Prov. VII, 8. Eccles. XII, 4. 5. Plur. שְׁוָקִים (cf. שְׁוָרִים a שׁוֹר, דְּוָדִים a דּוּד, gramm. §. 91, b. annot. 5) Cant. III, 2. — Chald. שׁוּקָא id. Zach. IX, 3. Jes. XXIV, 11. Prov. XXVI, 13, syr. ܫܘܩܐ platea, vicus, forum Ephr. I, p. 542, in Pesch. pro hebr. שׁוּק, חוּץ et רְחוֹב Prov. VII, 8. 12. Hos. VII, 1. Jes. X, 6. Iud. XIX, 15, it. pro *ἀγορά* Marc. VII, 4 all., v. exx. apud Bernstein. lex. Chrestom., nasor. ܫܘܩܐ id., arab. سُوق raro صُوق platea, vicus, forum. In lingua Punica extitisse hoc vocabulum, ex quibusdam locorum nominibus apparet, ut *Succabar* vel *Sugabar* i. e. שׁוּק חֲבַר forum frumenti. Vide plura ap. Gesen. monumm. phoenic. p. 418, 427. A. C. Judas, étude démonstrative de la langue phénicienne, Par. 1847, p. 139. Apud Arabes tam multa oppidorum nomina sunt cum سوق composita ut Jacutus (Muschtarik p. 259 ed. Wuestenf.) consulto memoret pauca eaque minus nota.

תְּשׁוּקָה f. *desiderium*, *cupido*, *appetentia* (v. rad. no. 3), sq. אֶל desiderati Gen. III, 16. IV, 7, vel עַל Cant. VII, 11.

I. שׁוּר rad. inusit. Arab. ثَارَ excitatus est, de pulvere, tumultu, irâ, II excitavit pulverem, tumultum, bellum, metaph. scrutatus est eruitque Coranum, IV excitavit pulverem (den Staub *aufwühlen*) Cor. C, 4. Amrulkais. Muall. vs. 54, it. submovit *aravit*que terram Cor. II, 66 cf. XXX, 8, مُثِيرَة arans bos. Hinc Arabes *bovem* s. *taurum* ثَوْر dictum putant, لانه يثير الارض (Damiri), nescio an recte, vid. שׁוֹר. — Porro ثَارَ assilivit, impetum fecit, irruit, سَارَ med. و id. Harir. p. 90, سَوَّار insiliens i. e. leo, chald. שְׁוַר saliit, subsiliit, syr. ܫܘܪ id. et prosiluit (v. c. torrens Iob. XL, 24), insiluit, adortus est (exx. v. ap. Bernstein. in lex. Chrestom.), Pa. id. Act. Mart. I, 196. Huc pertinet syr. ܐܫܬܘܪ prosiluit 2 Sam. XX, 1 (Ar. وثب), audax fuit, superbivit, Bar Ali = وثب, تعظّم, استعلى, Lex. Adler. = تجاسر, تكبّر. Ab insiliendo duci posset insidiandi notio, sed praestat eam ponere infra sub no. II.

שׁוֹר m. epicoen. plur. שְׁוָרִים (Hos. XII, 12) *bos* (germ. Rind), spec. *taurus*, aut ab aratione dictus ut בָּקָר et lat. armentum, aut ab audacia et ferocia. Vid. rad. (Arab. ثَوْر taurus, melit. *tavr* et *tavru* id. auct. Vassallio, ثَوْرَة vacca; aeth. ሰር፡ taurus, cf. ተሐሪ፡ *βούβαλος* Deut. XIV, 5, non *τραγέλαφος*, ut putabat Ludolfus lex. aeth. p. 259; syr. ܬܘܪܐ id., pl. ܬܘܪܐ et ܬܘܪܬܐ, etiam fem. ܬܘܪܬܐ pro hebr. פָּרָה Hos. IV, 16, chald. תּוֹר q. v. infra suo loco, indeque olim assumtum a Graecis et Romanis *ταῦρος*, *taurus*, goth. *stiurs*, nostrum *Stier*, dan. *tyr* cet. v. Grimm gramm. germ. III. p. 325, in vet. lingua pers. Pehlewi تورا *tora*. Apud Phoenices etiam hanc vocem extitisse testatur Plutarchus Syll. c. 17: *Θὼρ οἱ Φοίνικες τὴν βοῦν καλοῦσι*, frequentioris tamen usus fuisse videtur אלף Inscr. Massil. lin. 3, unde nomen primae litterae Aleph, v. supra pag. 1). Generale est vocabulum et *unum e genere bovino caput* (ein Stück Rindvieh) designat, nullo sexus aetatisve discrimine. Nam Lev. XXII, 27 et Exod. XXII, 29 vitulum significat, in פֶּטֶר שׁוֹר (foetus primus bovis) Exod. XXXIV, 19 potissimum vaccam, cf. בְּכוֹר שׁוֹר infra (at Iob. XXI, 10 est taurus de mea quidem sententia, vid. de h. l. Gesenium disputantem s. עָבַר Pi. pag. 984). Plerumque autem singula eius generis animalia significat (collectivum est בָּקָר *boves*, *grex boum* et ab hoc differt ut שֶׂה a צֹאן) Exod. XXI, 28. 29. 35. 36. 37. XXII, 8. 9. Lev. VII, 23. IX, 4. 18. XVII, 3. XXII, 23. 28. XXVII, 26. Num. XXII, 4. Deut. XIV, 4. XVII, 1. XXV, 4. XXVIII, 31. Jos. VI, 21. 1 Sam. XIV, 34. 2 Sam. VI, 13. Jes. I, 3. Iob. VI, 5. Prov. XIV, 4. XV, 17. Dici igitur potest שׁוֹר אֶחָד *bos unus* Neh. V, 18. Num. XV, 11, et pro plurali poni solet בָּקָר (q. vid.) Num. VII, 3: obtulerunt שְׁנֵי עָשָׂר בָּקָר *duodecim boves* . . . שׁוֹר לְאֶחָד *bovem* (unum) *pro uno* duodecim principum. Rarius שׁוֹר collective ponitur, nimirum in rerum variarum enumeratione Gen. XXXII, 6. 1 Sam. XXII, 19. 2 Sam. XV, 3. בְּכוֹר שׁוֹר primogenitum ex boum genere (collect.) vel vaccae (v. supra) Num. XVIII, 17. Deut. XV, 19 (iuxta בְּכוֹר צֹאן). פַּר הַשּׁוֹר iuvencus boum Iud. VI, 25 i. q. פַּר בֶּן־בָּקָר in Pentateucho frequentatum. Sed שׁוֹר פָּר Ps. LXIX, 32 *ἀσυνδέτως* sibi apposita sunt. תַּבְנִית שׁוֹר simulacrum bovis Ps. CVI, 20 i. q. עֵגֶל מַסֵּכָה vitulus ab Aharone fusus Exod. XXXII, 4. — Illud בְּכוֹר הַשּׁוֹר metaph. de duce ac principe legitur Deut. XXXIII, 17 (ut פַּר Jer. L, 27, arab. ثور Harir. p. 350,

Ibn Arabschah vit. Timur. T. I. p. 418. 578, sanscr. *vriša* al.); fortassis etiam simplex שׁוּר Gen. XLIX, 6 de viris fortibus ac nobilibus.

II. שׁוּר fut. יָשׁוּר 1) i. q. דּוּר, תּוּר, טוּר circuire, *obire, proficisci, facere iter*, max. negotiandi causa, unde שָׁרָה no. 1. (Arab. سار med. ى profectus est.) — Sq. מִן loci Cant. IV, 8: אִתִּי מִלְּבָנוֹן תָּבוֹאִי תָּשׁוּרִי מֵרֹאשׁ אֲמָנָה *mecum a Libano venies, proficiscere,* descendes, *de vertice Amanae* montis. Al. prospectabis, v. no. 3. — Semel sq. בְּ proficisci *cum* aliqua re i. e. adducere, offerre rem Jes. LVII, 9: וַתָּשֻׁרִי לַמֶּלֶךְ בַּשֶּׁמֶן *et oleum offerebas regi* vel sec. al. Molocho i. e. dona offerebas regibus exteris vel diis peregrinis. De temporibus praeteritis loquitur propheta, ut cap. LXV, 2 sqq. Vid. בְּ no. 18, d, p. 174. Arab. سار به duxit eum, attulit id (ad aliquem). Inde תְּשׁוּרָה donum. Contradicit quidem huic sententiae Boettcherus specc. p. 211, sed res ipsi non prospere cedit. Vix enim ac ne vix quidem שׁוּר significare potest: „es reichlich halten, viel aufgehn lassen".

2) *circumdare, cingere*, unde שׁוּר no. 1 et שָׁרָה no. 2 murus.

3) *circumspicere, circumspectare, speculari, observare* (a circumeundo, cf. תּוּר circumire, chald. etiam speculari, vigilare, nasor. תאר observavit, cod. Nasor. ed. Norberg. T. I. p. 250. lin. 9) sq. acc. Iob. XXXV, 5: שׁוּר שְׁחָקִים *circumspice nubes*. Spec. a) de eo qui prospectat ex alto sq. מִן Num. XXIII, 9; b) de eo qui insidias facit, *insidiari* Jer. V, 26: יָשׁוּר כְּשַׁךְ יְקוּשִׁים *insidiantur sicuti subsidunt aucupes*. Hos. XIII, 7: כְּנָמֵר עַל־דֶּרֶךְ אָשׁוּר *veluti pardus ad viam insidias facio*; c) de eo qui rem respicit et curat, sq. acc., ut lat. *circumspicere* aliquid (sich nach etwas umsehn) Iob. XXIV, 15: לֹא תְשׁוּרֵנִי עָיִן *non respiciet me oculus* cuiuspiam, nemo me nunc curabit. XXV, 13: שַׁדַּי לֹא יְשׁוּרֶנָּה *Omnipotens id non respicit*. XXXIII, 14. XXXV, 13. Hos. XIV, 9; denique d) simpl. *contemplari, spectare* sq. acc. Iob. VII, 8. XVII, 15. XX, 9. XXXIV, 29. XXXV, 14, et de prophetica visione Num. XXIV, 17 (parall. רָאָה).

Pil. שׁוֹרֵר *spectare* sec. nonnullos intpp. Iob. XXXVI, 24, sed vid. rad. שִׁיר.

שׁוּר m. 1) *murus* Psalm. XVIII, 30 (2 Sam. XXII, 30). Gen. XLIX, 22 (ubi al.: insidiae, v. no. 2). Plur. שׁוּרוֹת, Iob. XXIV, 11: בֵּין שׁוּרֹתָם *intra muros eorum* (opulentorum) i. e. in domibus et villis eorum. Apud R. Parchon. lex. rad. צהר et in uno alterove codice (vid. de Rossi var. lect.) scriptum est בֵּין שׁוּרֹתַיִם inter binas murorum lineas, cf. חֹמֹתַיִם. Ad hunc locum Gesenius adnotavit Nawabigh ed. Schult. no. 161: قعود بين الحيطان sedere intra muros i. e. domi. (Aram. שׁוּר, ܫܘܪܐ, arab. سور id.) A cingendo murus dictus, v. rad. no. 2, ut arab. حائط murus a حاط obiit, cinxit, custodivit. Cf. שָׁרָה no. 2. Alii malunt a שָׁרַר firmus fuit, alii a serendo et struendo coll. שׁוּרָה series, ordo, et impr. arab. سورة linea struesve una in muro, sed hoc nil aliud est nisi nomen unitatis quod dicitur, pertinens ad illud سور.)

2) *insidiae*, vel potius *insidiator, inimicus* Psalm. XCII, 12. Non improbabilis tamen est coniectura Just. Olshauseni observatt. critt. p. 12 בְּשֹׁרְרַי pro בְּשׁוּרָי. LXX ἐχθρός. Vid. rad. שָׁרַר.

3) „N. propr. loci ab oriente Aegypti siti, in finibus ingentis deserti, quod Palaestinam versus porrigitur Gen. XVI, 7. XX, 1. XXV, 18. 1 Sam. XV, 7. XXVII, 8. Josephus (Archaeol. VI, 7 §. 3) pro his, quae 1 Sam. XV, 7 leguntur: בּוֹאֲךָ שׁוּר אֲשֶׁר עַל פְּנֵי מִצְרַיִם וגו׳ habet ἀπὸ Πηλουσίου τῆς Αἰγύπτου κ. τ. λ. unde multi, ut J. D. Michaëlis in Suppl., שׁוּר *Pelusium* esse censent, quanquam Josephi in his rebus non satis certa est fides, et Pelusium potius vocatur סִין, q. v. Fortasse *Schur* ibi fuit, ubi nunc est Suez, in fine sinus heroopolitani. Hieron.: extenditur autem desertum Sur (v. infra) usque ad mare rubrum quod ad Aegypti confinia pervenit. Onk. ubique vertit חַגְרָא, Saad. Gen. XVI, 7 حجر الحجاز, de qua urbe, ab Aegypto vero remotissima, vide Schult. v. Errakimum et Abulf. Arabia ed. Gagn. p. 45. Rectius Saad. in reliquis Pentateuchi locis الجفار *al-Dschifâr* i. e. regio maritima arenosa Rafiam [رفح ap. Ptolem. V, 16 Ῥάφεια] inter et lacum Tennis in Aegypto, in qua Rhinocorura. Vid. Abulf. Aegypt. ed. Michaëlis p. 14. 15 [ed. Par. p. 109]. Targ. Hieros. חלוצה i. e. Elusa Ἐλοῦσα, huius deserti locus ap. Ptolemaeum, et in d'Anvillii mappis [cf. Robinson. Palaest. I, 333 sqq.]. Cum deserto Dschifâr Arabum fere congruit מִדְבַּר שׁוּר *desertum Schur* Exod. XV, 22, ita tamen, ut hoc nomen hebraeum latius pateat, et desertum Israëlitarum (*et-Tih*) vel certe eius partem includat, quandoquidem Israëlitae e mari rubro egressi in hoc deserto escendisse dicuntur. Accuratius ea deserti pars, in qua fretum transgressi Israëlitae pedem figebant, Num. XXXIII, 8 vocatur desertum אֵתָם." — Haec Gesenius in adversarr. mss. Adde de الجفار (quod Saad. etiam Gen. XVI, 7 habet secundum cod. ms. ab Ed. Pocockio collatum, v. Polyglott. Anglic. T. VI.) Istakhrii opus geographicum ed. Moeller. p. 28, lin. 18—20, Kazwinii et Makrizii locos ap. Hamaker. de expugnat. Memph. p. 183, Jakuti Muschtarik ed. Wuestenfeld. p. 154. 305. 431, Abulfed. Syr. ed. Koehler. p. 3, 4 (ed. Par. p. 225), Tuch. ad Gen. XVI, 7 et in Zeitschrift der D. Morgenl. Gesellschaft I, p. 174 sqq.

שׁוּר chald. m. pl. שׁוּרַיָּא *murus, moenia* (ut hebr. שׁוּר no. 1) Esr. IV, 12. 13. 16.

שָׁרָה f. part. Kal, dein subst. 1) proficiscens, a rad. no. 1, collect. ut אֹרְחָה *agmen una proficiscentium* max. *mercatorum*, Karawane Ezech. XXVII, 25 (Tyrum alloquitur propheta): אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ שָׁרוֹתַיִךְ *naves Tartessicae* quasi *mercantium agmina tibi sunt* i. e. grandium tuarum navium multitudo pro mercantium turba tibi est, ut mercatorum agmina per deserta, sic naves tuae per maria

transeunt mercatus faciendi causa, deine Flotte dient dir statt der Handelskarawanen. (Arab. سَافِرَةٌ et سَيَّارَةٌ agmen una commeantium Cor. XII, 10. Harir. p. 40, ut سَافِرَةٌ et سَابِلَةٌ, chald. שְׁיָרָא Targ. Gen. XXXVII, 25. Ez. XXVII, 19. Jes. LX, 6 Mischle Sindbad ed. Venet. fol. 49, et syr. ܫܝܪܬܐ id. Pesch. Gen. XXXVII, 25. Barhebr. p. 421 lin. 5 a fin., idemque voc. שירתא bis legitur in inscriptione Palmyrena anni Seleuc. 569, Chr. 258, ubi in graecis exstat συνοδία, v. Swinton in Philos. Transact. vol. XLVIII, tab. 24 no. VII, graec. 13, p. 707, cf. Eichhorn marmora Palmyrena explicita in Comm. soc. reg. Gotting. recent. T. VI p. 113. Tychsen element. syr. p. 76. l. 6.) Male alii שָׁרוֹת Ez. l. c. interpretantur principes coll. שַׂר, vel dona v. תְּשׁוּרָה, vel adeo cantatrices, nec probare ego possum muros a F. Boettchero specc. p. 211 strenue defensos, ad quos Haevernickius quoque confugerat in commentar. ad Ezech. p. 476 (quamquam hanc significationem agnosco Jer. V, 10), nec magis plantationes, quasidem Boettcherus in spicileg. p. 35 muris substituit.

2) cingens, a rad. no. 2, pl. שָׁרוֹת i. q. שׁוּרוֹת *moenia* Jer. V, 10: עֲלוּ בְשָׁרוֹתֶיהָ *adscendite muros eius*. Ita LXX. Aqu. Vulg. Syr. Chald., satis apte ad contextum verborum. Al. al. Novam interpretationem Ewaldus protulit, qui vertit flores („fahrt in ihre Blüthen") coll. syr. ܫܘܪܝܐ ܕܩܪܐ palmes cucurbitae, et arab. سُرُورٌ et سَرَّةٌ herbarum odoratarum extremitates [v. Nuwairi ap. Reisk. ad Tarafae Muallak. p. 113], quia in altera versus parte palmites נְטִישׁוֹת appellantur. Hitzigius vult palmas a rad. שָׂרַר, F. Boettcher. in spicil. series arborum.

שֵׁרָה *catena, armilla*, v. sub rad. שָׁרַר.

שֹׁרֵר *inimicus, hostis*, v. s. rad. שָׁרַר.

תְּשׁוּרָה f. *oblatio, donum* 1 Sam. IX, 7 et apud interpretem hebraeum Dan. II, 6. V, 17, pro chald. נְבִזְבָּה). Eodem modo hoc nomen ad rad. שׁוּר obire (vid. imprimis Jes. LVII, 9) et Hiph. הֵשִׁיר (si forte extitit) referendum est ut תְּרוּמָה elevatio, oblatio, munus ad רוּם, הֵרִים, vel תְּנוּפָה ad נוּף, הֵנִיף, vel תְּמוּרָה ad מוּר, הֵמִיר, תְּשׁוּבָה responsum ad שׁוּב, הֵשִׁיב. Ceterum cf. arab. هَدِيَّةٌ donum a rad. هدى duxit. Haec a me dicta puta contra Boettcherum specc. p. 210. — Syr. ܙܘܕܐ commeatus, cui adstipulatur J. D. Michaëlis in supplemm. no. 2442.

III. שׁוּר i. q. שִׁיר *canere*, Pil. שׁוֹרֵר id., vid. rad. שִׁיר.

שׁוּשׁ rad. inusit., quae *albedinis* vel potius *splendoris* potestatem habuisse videtur, id quod ex derivatis concludi potest. Vicinum non solum יָשַׁשׁ albus, canus fuit, sed etiam צוּץ micare, splendere.

שַׁיִשׁ ἅπ. λεγ. i. q. שֵׁשׁ no. I *marmor candidum* 1 Par. XXIX, 2: אַבְנֵי שַׁיִשׁ. LXX Πάριος, Vulg. marmor Parium, Targ. מַרְמְרַיָּא i. e. marmora.

שֵׁשׁ I) i. q. שַׁיִשׁ, ܫܝܫܐ *marmor candidum* Esth. I, 6. Cant. V, 15: עַמּוּדֵי שֵׁשׁ Vulg.: columnae marmoreae, LXX στύλοι μαρμάρινοι, arab. عُمُدُ رُخَامٍ.

שֵׁשׁ II) vocabulum aegypt. ϣⲉⲛⲥ (in vet. Aegyptiorum lingua *χenti* linum, Bunsen Aeg. I, 606, ab Hebraeis ita mutatum, ut ad שׁוּשׁ et *candoris* significatum accederet, ut בּוּץ byssus derivatur a בוּץ album esse, cf. similes vocum aegyptiacarum mutationes s. v. מֹשֶׁה, בְּהֵמוֹת, al.) *byssus* et *pannus byssinus* i. e. bombycinus s. xylinus, isque candidus, subtilis et pretiosus. Cf. syr. ܫܫܐ vilius gossipii genus, auctore Castello. LXX ubique βύσσος. Ut aegyptium vocabulum maxime *byssum aegyptiam* videtur designasse, quae ex Aegypto v. c. Tyrum advehebatur Ezech. XXVII, 7, contra syriaca ibid. vs. 16 בּוּץ vocatur, quanquam hoc voc. in recentioribus libris paene solum usurpatur. Vid. de hac re בּוּץ pag. 190. In Exodi libro שֵׁשׁ bis et tricies legitur de bysso, ex qua sponte ad hoc congesta (Exod. XXV, 4. XXXV, 6. 23) et a textoribus affabre texta (Exod. XXXV, 25. 35. XXXVIII, 23, cf. מָשְׁזָר s. rad. שָׁזַר) tum tabernaculi sacri aulaea et velamina (Exod. XXVI, 1. 31. 36. XXVII, 9. 16. 18. XXXVI, 8. 35. 37. XXXVIII, 9. 16. 18), tum sacerdotum vestimenta, inpr. ephodum s. humerale sacerdotis summi conficiebantur (Exod. XXVIII, 5. 6. 8. 15. 39. XXXIX, 2. 5. 8. 27. 28. 29). Vestes byssinas (בִּגְדֵי שֵׁשׁ) praeter sacerdotes viri nobiles gestasse feruntur, ut Joseph Aegypto praefectus Gen. XLI, 42, et lautae mulieres Prov. XXXI, 22. Ceterum שֵׁשׁ etiam de *linteis* dictum esse, e loco Exod. XXXIX, 28 apparet, ubi מִכְנְסֵי הַבַּד feminalia lintea ex שֵׁשׁ מָשְׁזָר facta fuisse dicuntur; accedit quod פִּשְׁתִּים linum a Chaldaeo interprete nonnunquam (Jes. XLIII, 17. Ez. XLIV, 18) redditur בּוּץ byssus. Vid. Celsii Hierobot. II, p. 259, J. R. Forsteri liber singularis de bysso antiquorum, Lond. 1776, J. E. Faber observatt. II, p. 282 sqq., Hartmann. mulier hebr. III, p. 34 sqq., Rosenm. antiquit. bibl. IV, 1. p. 175 sqq.

שֵׁשׁ III) *sex* v. s. rad. שָׁדַשׁ pag. 1368 sq.

שָׁשַׁי (subalbus?) n. pr. m. Esr. X, 40.

שֵׁשַׁי (id.) n. vr. viri Enacitae Num. XIII, 22. Jos. XV, 14. Jud. I, 10.

שֶׁשִׁי Ez. XVI, 13 Kethib pro שֵׁשׁ *byssus*. Formam hanc insolitam, modo vera est scriptura, arcessivisse videtur scriptor, ut oriretur paronomasia cum voce quae sequitur מֶשִׁי.

שַׁוְשָׁא n. pr. m. 1 Par. XVIII, 16, corruptum ex שְׂרָיָה q. v. pag. 1338.

שִׁישָׁא n. pr. m. 1 Reg. IV, 3, itidem corruptum ex eodem שְׂרָיָה q. v.

שֵׁשָׁן (fort. i. q. שׁוֹשָׁן lilium, arab. vulg. سيسان id.) n. pr. viri ex tribu Judae 1 Par. II, 31. 34. 35.

שׁוּשַׁן m. plur. שׁוֹשַׁנִּים *lilium*, *κρίνον*, in Palaestina et contiguis orientis regionibus sponte crescens in campis et pascuis Cant. II, 16. IV, 5. VI, 2. 3. VII, 3, cf. Sirac. L, 8. Matth. VI, 28. Luc. XII, 27. Varii coloris sunt lilia orientis, inprimis alba (*λείριον*) et caerulea reperiuntur, et ll. cc. quidem alba ubique apta, vel certe non inepta sunt; sed rubra potius poeta cogitasse videtur Cant. V, 13, ubi labia comparantur liliis. Vix enim hoc cum Ibn Esra ad suavem halitus odorem retuleris. Audi Plinium Nat. Hist. XXI, 5: „Est et *rubens lilium*, quod Graeci crinon (al. crinon agrion) vocant, alii florem eius cynorrhodon (al. crinorrhodon); laudatissimum in Antiochia et Laodicea Syriae. . . Sunt et purpurea lilia." Rosenmueller bibl. Alterthumsk. IV, 1. p. 138 vult Fritillariam imperialem (nostr. Kaiserkrone), sed hic flos luteus est, non ruber. Lutherus et Judaei hodierni שׁוֹשָׁן *rosam* interpretantur, Dav. Kimchi in lex. violam, sine idonea causa. Vid. Celsii Hierob. I, 383 sqq. Proprie lilium *album* putant vocari, a rad. שׁוּשׁ, sed haec radix splendorem cuiusvis coloris admittit. (Arab. سَوْسَن *sausan, sôsan* lilium, vulg. سُوسان (et melit. *sûsân*) MI Noct. I, 148. 298. V, 94. Humbert anthol. p. 74., Tanchum Hieros. ad 1Reg. VII, 19, etiam شوشان *schûschân* et سيسان *sîsân* Marcel vocab. s. v. Lys, maxime l. caeruleum vel violaceum, v. Bocthor diction. s. v. Lis, Humbert guide de la conversation arabe p. 50, album autem زنبق pers. زنبه solent vocare, quanquam usus sibi non constat, cf. Forskål Flora p. CIX, 12; apud Persas سوسن *sôsan, sûsen* lilium album, caeruleum, flavum et versicolor, v. Burhâni Kâti p. 536, armen. շուշան, afghan. سوسن *sûsan* et corrupt. نوشن *nûschan* Dorn chrestom. of the Pushtu or Afghan lang Petrop. 1847. p. 601, curd. *schûsen* iris Garzoni gramm. e vocab. della lingua Kurda p. 173, Turcae etiam dicunt سوسام *susâm*, v. Meninski et Bianchi lexx.; porro שׁוּשָׁן legitur in Mischna tr. Kilaïm c. 5, chald. שׁוֹשַׁנָּא lilium et gener. flos, syr. ܫܘܫܢܐ lilium, copt. ϣⲱϣⲉⲛ id. 2 Par. IV, 5, ap. Phoenices Phrygesque id. teste Etymol. magn.: *τὰ γὰρ λείρια ὑπὸ τῶν Φοινίκων σοῦσα λέγεται, σοῦσον δὲ τὸ κρίνον ὑπὸ Φρυγῶν λέγεται*, a Graecis receptum Athen. XII, 1. p. 513: *σοῦσον εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τὸ κρίνον*, unde *χρίσμα σούσινον* h. e. *λείρινον* Dioscor. III, 116, Du Cange: *σουσσὲ, ἡ ἶρις*.)

De liliis artefactis quoque dicitur שׁוֹשַׁן et rebus adhibetur, quae liliorum formam imitantur. Nempe

a) ornamenta eius generis architectonica columnarum capitulis aptata vocantur מַעֲשֵׂה שׁוֹשַׁן opus liliaceum 1 Reg. VII, 22 et ib. vs. 26, ubi פֶּרַח שׁוֹשָׁן flos lilii, scil. arte factus. Cf. שׁוֹשַׁן et שׁוֹשַׁנָּה.

b) secundum plurimorum interpretum sententiam instrumentum musicum quoddam, fortasse cymbalum vel tibiae genus, a forma lilii et ipsum שׁוֹשַׁן dictum, cf. שׁוֹשַׁן. Plur. שׁוֹשַׁנִּים Psalm. XLV, 1. LXIX, 1. LXXX, 1. Mihi autem שׁוֹשַׁנִּים nil aliud nisi *lilia* significare et vetus carmen indicare videtur, ad cuius modos et numeros illi psalmi canerentur. שׁוּשַׁן Ps. LX, 1 fortasse ad idem carmen referendum est modo brevius indicatum.

שׁוֹשַׁנָּה f. nomen unitatis (generale nomen est שׁוֹשָׁן, cf. Gramm. hebr. ed. 16. §. 105, 3, e) *lilium* Cant. II, 1. 2. Hos. XIV, 6, arte factum 2 Par. IV, 5.— Hinc n. pr. *Σωσάννα* vel *Σουσάννα Susanna* LXX Dan. c. XIII. (al. c. I). Diod. Sic. II, 6, ubi Nini filia sic vocatur.

שׁוֹשַׁן (sic 1 Reg. VII, 19 vocali ַ brevi scriptum et quidem nullo subiuncto genitivo, secundum Masoram, cf. Dav. Kimchi lex., Norzi ad h. l. in bibliis Mantuanis et Chr. B. Michaelis lumina syr. §. 33) m. 1) *lilium* (v. שׁוּשַׁן). מַעֲשֵׂה שׁוּשַׁן opus liliaceum s. ornamentum in columnarum capitulis lilii figuram imitans 1 Reg. l. c. Ibid. vs. 22 eodem sensu legitur מַעֲשֵׂה שׁוֹשָׁן.

Instrumentum musicum lilii quodammodo figuram referens שׁוּשַׁן esse volunt Ps. LX, 1, et adeo totum eius nomen שׁוּשַׁן עֵדוּת appellant vertuntque „tibia carminum, quasi lyrica". Mihi שׁוּשַׁן eodem sensu hic dictum videtur atque in aliis psalmorum titulis שׁוֹשַׁנִּים, quode v. שׁוּשַׁן litt. b. Illud autem עֵדוּת cum שׁוּשַׁן non est iungendum, nam Ps. LXXX, 1 שׁוֹשַׁנִּים עֵדוּת interposito Athnach accentu, et alibi alterutrum seorsim legitur.

2) שׁוּשַׁן c. accentu graviore שׁוּשָׁן (Esth. IV, 8. 16. VIII, 15 al.) n. pr. *Susa, τὰ Σοῦσα*, urbs (הָעִיר שׁוּשָׁן Esth. III, 15. VIII, 15) cum arce regia (שׁוּשַׁן הַבִּירָה Neh. I, 1. Dan. VIII, 2. Esth. I, 2. 5. II, 3. 5. 8. III, 15. VIII, 14. IX, 6. 11. 12), in Elymaide (עֵילָם Dan. VIII, 2) sita, ubi Persarum reges, velut Xerxes (אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ Esth. I, 2. II, 3, 8) aliique ex Achaemenidis (Neh. I, 1. Xenoph. Cyrop. VIII, 6, 22. Polyb. V, 48) tempore verno per aliquot menses solebant habitare. Sita erat in Susiane provincia ad Eulaeum (אוּלַי Dan. l. c.) fluvium sive Choaspem (Herodot. I, 188. V, 49. 52. Strab. I, 47), qui hodie Kerkhah (Kerrah), ubi nunc pagus *Sus* s. *Schusch* (السوس, الشوش) Jakut Muschtar. ed. Wuestenfeld. p. 259. Abulfed. geogr. ed. Paris. p. 314. Idrisi vert. Jaubert. Tom. I. p. 383) in provincia Khûzistan s. Khûz (خوزستان, خوز, etiam هوز et أهواز, أحواز, cf. Wahlii Asia I. p. 601 sq., in inscrr. cuneiform. *Uwaja*, v. Lassen in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenlandes vol. VI. p. 46 sq. Rawlinsoni vocab. in Journ. of the R. Asiat. Soc. Vol. XI. p. 87). Ruinarum tumulos descripserunt Kinneir Memoir p. 99, Ker Porter Travels T. II. p. 411 sqq., cf. Hoeck vet. Mediae et Persiae monumm. p. 93, Layard in Journal of the Royal Geograph. Society of London. Vol. XVI, 1. Adde Journal asiatique 3. série T. XIII. p. 334 sq. Ritter Erdkunde vol. IX. p. 293 sqq. Hoc autem ipso tempore, quo haec scribimus, tumulos istos perscrutatur Loftus Anglus, speramusque fore ut eius urbis et regionis antiquitas mox monumentis repertis illustretur. — Sunt qui Susam ad fluvium Karûn sitam fuisse putent ad pagum Tustar sive ut vulgus loquitur Schuschtar (تستر, ششتر) Jakut Muschtar. p. 81. Idrisi

l. c. p. 382), quam sententiam defensum ibat Joseph. de Hammer in Scriptis soc. geogr. Paris. Vol. II. p. 320—28. 333—41, et cl. Rawlinson duas eius nominis urbes statuit, sed v. Hoeck et Layard ll. cc. — Nomen, modo est semiticum, nil aliud nisi lilium significat, ut proditum est ab Athenaeo XII, 1. p. 513 et in Etymolog. magno s. v., cf. Lassen. l. c.

שׁוּשַׁנְכָיֵא nomen gent. chald. plur. *Susaei*, cives urbis Susorum (v. שׁוּשַׁן no. 2) Esr. IV, 9.

שׁוּשַׁק 1 Reg. XV, 25 Kethib, ubi Keri שִׁישַׁק q. v.

שׁוּת ponere, v. שִׁית.

שׁוּתֶלַח (incert. signif., Gesen. i. q. שְׁאוּתֶלַח fragor discerptionis, compos. ex radd. שָׁאָה et תָּלַח, Hiller. i. q. שְׁתוּל שֶׁלַח plantatio propaginis) in pausa שׁוּתָלַח n. pr. m. 1) filii Ephraïmi Num. XXVI, 35. 37. 1 Par. VII, 20. — 2) filii Zabadi, Ephraïmi nepotis 1 Par. VII, 21. — A priore est patron. שֻׁתַלְחִי Num. XXVI, 35.

שֵׁיזַב chald. Ab hac radice spuria, ut puto, ducere solent verbum *Peïl* s. *Peïl* שֵׁיזִב, שֵׁיזֵב, שַׁזִּיב *eripuit, liberavit.* Fut. יְשֵׁיזִב, inf. שֵׁיזָבָה, part. מְשֵׁיזִב Dan. III, 15. 17. 28. VI, 15. 17. 21. 28. In Targg. frequentatur pro hebr. פִּלֵּט, הִצִּיל. Syr. et nasor. ܫܘܙܒ id. — Equidem שֵׁיזִב ut et syr. ܫܘܙܒ formam Schaphel esse arbitror a rad. יְזַב = وَزَبَ fluxit, propr. delapsus est, hinc elapsus est, evasit, ut cognatum زَابَ fluxit i. q. hebr. זוּב, dein etiam se subduxit, cf. hebr. מָלַט et פָּלַט. Simillimum est chald. Schaph. שֵׁיצֵא quod Gesenius recte posuit sub rad. יָצָא pag. 616. Haec iam docui in glossar. Chrestom. syr. p. 95. Hinc subst. syr. ܫܘܙܒܐ duplici Waw scriptum, ut ܫܘܕܥܐ a rad. יָדַע.

מְשֵׁיזַבְאֵל (quem Deus liberat) n. pr. m. Neh. III, 4. X, 21. XI, 24.

שָׁזַף pr. i. q. שָׁדַף (q. v.) et chald. שְׁדַף *ussit, adussit*, impr. sol. Cant. I, 6: שֶׁשְּׁזָפַתְנִי הַשָּׁמֶשׁ *sol enim me adussit.* Aqu. συνέκαυσέ με, Theodot. περιέφρυξέ με, Syr. ܐܘܟܡܬܢܝ denigravit me, Vulg. decoloravit me. Rabb. ap. Buxt. lex.: מִפְּנֵי שְׁזִיפַת הַשֶּׁמֶשׁ propter aspectum [s. potius adustionem solis. — Poët. transfertur ad oculum (qui saepe soli comparatur et vicissim, v. עַפְעַפַּיִם), qui luce sua aliquid collustrat h. e. intuetur Iob. XX, 9. XXVIII, 7. Simili modo transfertur arab. لَاحَ med. و splenduit, coloris mutatione affecit sol, dein etiam intuitus est, vidit. Male hanc intuendi significationem etiam loco Cant. citato adhibuerunt, ut LXX περιέβλεψέ με ὁ ἥλιος, Graec. Venet. κατεῖδέ με.

שָׁזַר i. q. arab. شَزَرَ filum a dextra ad sinistram vel ab externa ad internam *torsit, retorsit* (zwirnen), plura fila contorsit, حَبْلٌ مَشْزُورٌ funis ita contortus. Oppos. سَحَلَ. Vid. Gauhar. ap. Lette ad Amralkaisi Muallak. p. 194. Harir. p. 116. Chald. שְׁזַר id., חוּטִין שְׁזוּרִין fila contorta Erubin fol. 96, b. Praeterea cf. rad. שָׁשַׁר.

Hoph. part. שֵׁשׁ מָשְׁזָר byssus (e pluribus filis) contorta Ex. XXVI, 1. 31. 36. XXVII, 9. 18. XXVIII, 6. 8. 15. XXXVI, 8. 35. 37. XXXVIII, 9. 16. 18. XXXIX, 2. 5. 8. 24. 28. 29. Targ. ubique בּוּץ שְׁזִיר, Saad. عَشْرٌ مَشْزُورٌ, Sam. [Samaritan], Syr. ܒܘܨܐ ܥܙܝܠܐ byssus neta, LXX βύσσος κεκλωσμένη, Vulg. byssus retorta. Abulwalid. MS.: شش مشزر مشزور اى مفتول الّا انّ الحبل المشزور فى اكثر كلام العرب انما هو المشزور شزرًا مما ولى اليسار وقد يكون عندهم الشزر الفتل بالاطلاق كما هو عند العبرانيين i. e. שׁ׳ מָשְׁזָר *ut arab.* مشزور *contortum, attamen funis* مشزور *in lingua Arabum plerumque is dicitur qui sinistrorsum contortus est, interdum autem* شزر *apud eos est i. q.* فتل *contorquere in universum, ut apud Hebraeos.*

שָׁחַד *donavit, munus dedit,* quo poenam redimeret Iob. VI, 22: שִׁחֲדוּ בַּעֲדִי (imper. pr. שַׁחֲדוּ) *munera date pro me,* vel alliciendi et corrumpendi causa, sq. acc. pers. Ez. XVI, 33. (Chald. שְׁחַד i. q. hebr. iisdem binis locis, syr. ܫܚܕ donavit, Pa. multum et saepe donavit, in bonam et in malam partem Assem. bibl. or. II, 231, cf. arab. شَكَدَ donavit.

שֹׁחַד m. *munus, donum* (chald. שׁוֹחֲדָא, syr. ܫܘܚܕܐ et nasor. contr. ܫܘܕܐ id.) 1 Reg. XV, 19, impr. quo poena redimitur 2 Reg. XVI, 8. Prov. VI, 35 (cf. verbum שָׁחַד Iob. VI, 22), vel quo aliquis, iudex maxime, corrumpitur Ex. XXIII, 8. Deut. X, 17. XVI, 19. XXVII, 25. Ps. XXVI, 10. Prov. XVII, 23. Jes. I, 23. V, 23. XXXIII, 15. Mich. III, 11. אָהֳלֵי שֹׁחַד tentoria eorum qui se muneribus corrumpi patiuntur Iob. XV, 34. לָקַח שֹׁחַד pretium accepit Ps. XV, 5. 1 Sam. VIII, 3. Ezech. XXII, 12. — Prov. XVII, 8: אֶבֶן חֵן הַשֹּׁחַד בְּעֵינֵי בְעָלָיו *lapis pretiosus est donum domino suo* h. e. ei, qui accipit (cf. בַּעַל no. 4).

שָׁחָה *sidit, subsidit, demersus fuit* (v. שְׁחוּת, שְׁחִית

fovea), et *inclinavit se,* ut שָׁחַח et שׁוּחַ q. v. Jes. LI, 23. (Chald. שְׁחָא id., vicc. v. s. rad. שׁוּחַ pag. 1377.)

Hiph. הִשְׁחָה *depressit*, metaph. animum Prov. XII, 25.

Hithpal. הִשְׁתַּחֲוָה (tertia radicali geminata, ut נַאֲוָה, נָאוָה a rad. נָאָה, Gramm. hebr. §. 74, annot. 18) fut. apoc. יִשְׁתַּחוּ, in pausa יִשְׁתָּחוּ 1) *se inclinavit, se prostravit* coram aliquo honoris testificandi causa, *προςκυνεῖν,* Gen. XXII, 5. 1 Sam. XXIV, 9. XXVIII, 14. 2 Sam. I, 2. IX, 6. Ruth. II, 10. Jes. LX, 14, sq. לְ pers. Gen. XXIII, 7. 1 Sam. II, 36, rarius לִפְנֵי Gen. XXIII, 12, אֶל Jes. XLV, 14, עַל Lev. XXVI, 1 (*ad* statuas deorum). Solebant, qui aliquem hoc modo salutabant, in genua procumbere et fronte humum tangere (unde saepe additur לְאַפָּיו אַרְצָה, אַפַּיִם אַרְצָה vel simile quid Gen. XIX, 1. XLII, 6. XLVIII, 12. 1 Sam. XXV, 41. 2 Sam. XIV, 33. XVIII, 28. XXIV, 20. 1 Reg. I, 23), eoque honore non solum homines afficiebant dignitate superiores, ut reges et principes 2 Sam. IX, 8. XIV, 22. 33. XVI, 4. XVIII, 21. 1 Reg. I, 23. 53. Esther. III, 2, sed etiam aequales Gen. XXIII, 7. 12. Exod. XVIII, 7. 1 Reg. II, 19, interdum septies repetita prostratione Gen. XXXIII, 3 (cf. 1 Sam. XX, 41), max. autem 2) numen colendum, inde *adoravit, precibus veneratus est* deum (tam de veri dei quam de falsorum cultu) vel absol. Gen. XXII, 5. Exod. XXIV, 1. XXXIII, 10. Jud. VII, 15. 2 Reg. XIX, 37. Zeph. I, 5. Iob. I, 20, vel sq. לְ Gen. XXIV, 48. Exod. XX, 5. XXXIV, 14. Deut. IV, 19. V, 9. VIII, 19. XI, 16. XXX, 17. Jud. II, 12. 17. 19. 1 Sam. I, 28. XV, 25. 30. 31. 2 Reg. XXI, 3. Jes. XXVII, 13. Jer. VII, 2. XXII, 9. Psalm. XXIX, 2. LXXXI, 10. Neh. IX, 3, rarius לִפְנֵי Deut. XXVI, 10. 1 Sam. I, 19. Ps. XXII, 28. LXXXVI, 9. 2 Par. XXV, 14. Jes. LXVI, 23 (aliquoties vero לְ locum indicat quo se vertit adorans, v. c. ad montem sacrum Ps. XCIX, 9. CXXXII, 7, ut אֶל Ps. V, 8. CXXXVIII, 2), etiam sine corporis prostratione, in lecto Gen. XLVII, 31. 1 Reg. I, 47. — 3) *obsequium praestitit, se submisit.* Ps. XLV, 12: (rex) *est dominus tuus* הִשְׁתַּחֲוִי לוֹ *obsequium ei praesta.* Inf. chald. הִשְׁתַּחֲוָיָה 2 Reg. V, 18. מִשְׁתַּחֲוִיתֶם Ezech. VIII, 16 v. ind. analyt.

שְׁחוּת *ἅπ. λεγ.* f. *fovea* Prov. XXVIII, 10. Vid. שׁוּחָה et שַׁחַת s. rad. שׁוּחַ.

שְׁחִית f. id., bis legitur in pl. שְׁחִיתוֹת (cf. Gesen. Lehrgeb. p. 527) Ps. CVII, 20. Thren. IV, 20.

שָׁחַח i. q. שָׁחָה et שׁוּחַ q. v. (cf. שָׁכַךְ) perf. שַׁח, שַׁחוֹתִי, plur. שַׁחוּ et שָׁחֲחוּ, fut. יָשֹׁחַ 1) *subsidit* Hab. III, 6, de animalibus rapacibus in lustro subsidentibus et insidiantibus Iob. XXXVIII, 40 (XXXIX, 2). — 2) *depressus est* Ps. X, 10. CVII, 39, de superbia Jes. II, 11. 17, spec. aegritudine Ps. XXXV, 14. XXXVIII, 7. Thren. III, 20 Keri; it. *submisit se* Jes. LX, 14: וְהָלְכוּ אֵלַיִךְ שְׁחוֹחַ *submissi te adibunt.* Iob. IX, 13. Prov. XIV, 19.

Niph. depressus est Jes. II, 9. V, 15. De voce depressa et attenuata Eccl. XII, 4 in descriptione senectutis: וְיִשַּׁחוּ כָּל־בְּנוֹת הַשִּׁיר, *deprimuntur* i. e. tacere iubentur *omnes filiae cantionis.* Ad quem locum intellectu difficilem haec adnotavit Gesenius: ,,Intellige *cantatrices,* quae tacere iubentur, ne senex, cui somnus difficilis est et rarus, expergefiat, praesertim quum cantum fastidiant senes (2 Sam. XIX, 36). Alii *oscines* intelligunt propter צִפּוֹר contiguum, non apte ad contextum; alii omnes partes corporis quae cantui inserviant, ut pectus, guttur.'' Praegn. Jes. XXIX, 4: וּמֵעָפָר תִּשַּׁח אִמְרָתֵךְ *et ex pulvere audietur vox tua depressa,* exilis.

Hiph. הֵשַׁח *depressit, humiliavit* Jes. XXV, 12. XXVI, 5.

Hithpo. הִשְׁתּוֹחֵחַ *depressus est* (animus) Ps. XLII, 6. 7. 12. XLIII, 5.

שַׁח m. adj. *depressus.* Iob. XXII, 29: שַׁח עֵינַיִם *depressus oculis,* demissus.

שָׁחַט fut. יִשְׁחַט, inf. שְׁחֹט (שַׁחֲטָה Hos. V, 2 vid. Pi.), c. suff. שָׁחֳטָם Ezech. XXIII, 39, inf. abs. שָׁחוֹט propr. pronum deiecit, prostravit, cogn. radd. שָׁחָה, שָׁחַח, שׁוּחַ et שַׁחַת, vel, ut Maurerus vult, i. q. שָׁחַט compressit. (Syr. ܚܒܛ Pa. corrupit, vitiavit, aeth. ሰሐጠ: laesit, corrupit). Hinc

1) *mactavit, iugulavit* pecudem (ut arab. سَحَطَ, rarius etiam شَحَطَ), sq. acc. Gen. XXXVII, 31. Jes. XXII, 13. 1 Sam. XIV, 32. 34, impr. mactavit victimam, *immolavit* Lev. I, 5. 11. III, 2. 8. 13. IV, 4. 15. 24 et saepe in hoc libro, Exod. XII, 6. 21. XXIX, 11. 16. 20. Num. XIX, 3. Ezech. XL, 39. 41. 42. Esr. VI, 20, adeoque victimam humanam Gen. XXII, 10. Jes. LVII, 5. Ezech. XVI, 21. XXIII, 39. Hos. V, 2: שַׁחֲטָה שֵׂטִים הֶעְמִיקוּ *mactando* (victimas) *graviter deliquerunt.* Sed de hoc loco v. Pi.

2) *trucidavit* homines, eo fere modo quo pecudes mactantur Jud. XII, 6. 1 Reg. XVIII, 40. 2 Reg. X, 7. XXV, 7, Jerem. XXXIX, 6. XLI, 7: וַיִּשְׁחָטֵם .. אֶל־תּוֹךְ הַבּוֹר *et mactabat eos* ita ut sanguis efflueret et cadavera proiicerentur *in puteum,* cf. 1 Macc. VII, 19: *ἔθυσεν αὐτοὺς εἰς τὸ φρέαρ.* Jerem. IX, 7 (Kethib): חֵץ שׁוֹחֵט לְשׁוֹנָם *sagitta iugulans,* mortifera, *est lingua eorum* calumniatrix. LXX *βολὶς τιτρώσκουσα ἡ γλῶσσα αὐτῶν,* Vulg. sagitta vulnerans. Cf. aeth. ሰሐጠ: laesit. In Keri est שָׁחוּט, quod, quum mactata sagitta cogitari non possit, Ewaldus cum Syro (ܡܚܕܐ) interpretatur *acutam,* coll. chald. שְׁחִיז acutus, Mischn. הִשְׁחִיז acuit, arab. شحذ id. — Num. XIV, 16: וַיִּשְׁחָטֵם בַּמִּדְבָּר *et in deserto* Deus Israëlitas *trucidavit* i. e. perire sivit.

3) זָהָב שָׁחוּט 1 Reg. X, 16. 17. 2 Par. IX, 15. 16 auctore Gesenio *aurum mixtum,* alio metallo temperatum, legirtes Gold, cf. arab. سحط aqua diluit vinum et eiusmodi plura vide supra s. rad. מָהַל pag. 7?2, (adde

exemplorum vim largam in Haririo Sacyano exhibitam p. 391). Eandem sententiam iam Eichhorn. protulit ad Simonis lex. hebr. ed. 3. Sed illa omnia ad vinum pertinent temperatum aquâ, non ad metalla. Satius igitur videtur, שָׁחוּט ad priorum interpretum exemplum exponere *ductile* aurum i. q. שָׁטוּחַ expansum, malleo diductum (Goldblech). Ita iam LXX ἐλατόν, auctor libri Siphra ap. Kimch. lex. et recentiores Iudaei, Cocceius, Clericus all. Pauciores *pretiosissimum* aurum vertunt, id quod ab etymo abhorret. Maurer. in lex.: gepresstes Gold, coll. שָׂחַט pressit.

Pi. prob. i. q. syr. ܫܚܛ et hebr. שָׁחַת *corrupit*, tum *perdite egit*. Inf. שַׁחֲטָה (ad formam סָרָה Lev. XXVI, 18) Hos. V, 2: שַׁחֲטָה שֵׂטִים הֶעְמִיקוּ *perditis moribus peccatores alte immerguntur*. Haec Ewaldi interpretatio nititur loco parall. IX, 9: הֶעְמִיקוּ שִׁחֵתוּ, ac iam R. Jona infinitivum Pi. agnovit (v. Kimchii lex.). LXX et Syr. prorsus absurda habent. Solitum immolandi significatum retinet Vulg.: victimas declinastis in profundum, Targ. דִּבְחִין לְטַעֲוָן נַסְגוּן, similique modo interpretatur Dav. Kimchius, qui שַׁחֲטָה inf. Kal esse contendit ad form. אַהֲבָה. Ita Gesenius quoque locum accipit de sacrificiis illegitimis, simulque שֵׂטִים habet pro nomine abstracto: „mactando (victimas) graviter deliquerunt," vid. sub Kal. no. 1. Maurer: mactare delicta i. e. victimas illicitas cumulant, vid. eius comm. in l. Hos.

Niph. pass. Kal no. 1. Levit. VI, 25. Num. XI, 22.

שְׁחִיטָה f. *mactatio* victimarum 2 Par. XXX, 17.

I. שָׁחַל rad. inusit. *rugiit*, cf. arab. سَحَلَ rudit asinus, سَحِيلٌ et سُحَالٌ ruditus, مِسْحَلٌ asinus, cogn. شَخَرَ rudit (propr., nisi fallor, *erupit* in rugitum, i. q. שָׁחַר, cf. פִּצְחוּ רִנָּה). Apud Hebraeos ad leonem (שַׁחַל) refertur, apud Arabes de ruditu asini dicitur. Sic arab. نَهَقَ rugiit leo et rudit asinus, it. وَهُوَة de utroque, نَخِيرٌ de asini ruditu et de hinnitu equi, hebr. נָעַר de rugitu leonis Jer. LI, 38, talm. autem et syr. ܢܥܪ etiam de ruditu asini atque cameli. Inde

שַׁחַל m. *leo*, a rugitu dictus, voc. poët. Iob. IV, 10. X, 16. XXVIII, 8. Psalm. XCI, 13. Prov. XXVI, 13. Hos. V, 14. XIII, 7, (Targ. שַׁחְלָא id. pro hebr. שַׁחַל et pro כְּפִיר). LXX in ll. Iob. et Prov. λέων, λέαινα, ap. Hos. πάνθηρ (Aqu. Symm. λέαινα, Theod. λῖς), Ps. XCI ἀσπίς (quia iuxta est פֶּתֶן, sed שַׁחַל potius verbo כְּפִיר respondet). Syr. quoque et Vulg. ubique reddunt leonem vel leaenam praeter Ps. XCI, ubi ambo cum LXX faciunt. Bochartus in Hieroz. I, 717 vult leonem nigricantem, quem in Syria vivere dicit Plinius Nat. Hist. VIII, 17, vicinum enim esse statuit שָׁחֹר niger. Sed hoc tenue argumentum est. Nec magis placet Maurerus, qui in comm. ad Ps. XCI, 13 leonem a decorticando dictum putabat (v. rad. שָׁחַל no. II), quod tamen ipse retractavit in lexico.

II. שָׁחַל rad. inusit., arab. سَحَلَ decorticavit, derasit, مِسْحَلٌ lima, dolabra, سُحَالَةٌ quod decidit de auro, argento, ferrove limato, it. gluma vel cortices tritici, hordei, oryzae, dactylorum, et transpositis litteris (cf. כָּחַשׂ et חָשַׂף) حُسَالَةٌ et حُثَالَةٌ id. Hinc

שְׁחֵלֶת f. ἅπ. λεγ. Exod. XXX, 34 ex veterum intpp. auctoritate ὄνυξ, *onyx marinus* (Seenagel), *unguis odoratus*, nempe tegumen s. *testa conchylii* tum in Indiae lacubus nardiferis tum in mari rubro et ad litora totius Arabiae reperti, quae si comburitur, suavem odorem eumque castoreo similem spargit (Murex inflatus Lam., M. ramosus Linn.). Olim in officinis nostris vocabatur *blatta byzantia*, germ. Teufelsklaue, Raeucherklaue, Riechschale. Ab Indis, Arabibus et Persis in suffitu adhibetur. Apud veteres autem Hebraeos, ut ex illo Exodi loco apparet, haec aromatis species thymiamati sacro admiscebatur, quod quotidie incendebatur in altari minore. LXX et Venet. ὄνυξ, Vulg. onyx, Onk. טוּפְרָא i. e. unguis, onyx, Syr. ܛܘܦܪܐ id. Pers. ناخن id. (alioqui ناخن ديو پريان unguis geniorum vel ناخن ديو unguis daemonis vel ناخن خوش unguis pulcher, quae arabice explicantur اظفار الطيب Burhâni Kâti ed. Calc. p. 886), Ar. ined. ap. Bochartum loco mox citando اظفار ungues, Saad. in ed. Constant. quidem et bibliis polygl. لاذن ladanum, sed in MS. Pocock. (vid. Bibl. Polygl. Lond. T. VI) اظفار. Cf. Siracid. XXIV, 15. Abulwalid. MS.: اظفار الطيب. Dissentiunt Targ. Hieros. שׁוּבְלָא מוֹרְיָא et Pseudojon. כַּשָּׁה, quod quid sit, nescimus. — Dioscor. II, 10: Ὄνυξ ἐστὶ πῶμα κογχυλίου ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας, εὑρισκόμενον ἐν τῇ Ἰνδίᾳ ἐν ταῖς ναρδοφόραις λίμναις· διὸ καὶ ἀρωματίζει νεμομένων τῶν κογχυλίων τὴν νάρδον· συλλέγεται δὲ, ἐπειδὰν ὑπὸ τῶν αὐχμῶν ἀναξηρανθῶσιν αἱ λίμναι· διαφέρει δὲ ὁ ἀπὸ τῆς ἐρυθρᾶς κομιζόμενος, ὑπόλευκος ὢν καὶ λιπαρός· μέλας δὲ ὁ Βαβυλώνιος καὶ μικρότερος· ἀμφότεροι δὲ εὐώδεις θυμιώμενοι, καστορίζοντες ποσῶς τῇ ὀσμῇ. Cf. Plin. Nat. Hist. XXXII, 10. Arabes scriptores, quos Bochartus excussit (Hieroz. III, 796 sqq. ed. Lips.), partim ea repetunt, quae Dioscorides disputavit, partim nova addunt. Vid. Avic. I, 128 s. tit. اظفار الطيب et quae citant Castellus et Bochartus. — Caeterum ὄνυξ nominatur propter similitudinem unguis humani, eandemque ob causam in Gemara tr. Kerith. fol. 6, a. vocatur צִפֹּרֶן, quod nomen in vulgus notum fuisse testatur R. Parchon lex. h. v. Nomen שְׁחֵלֶת autem aptissime *testam* et quasi *corticem* conchylii (Muschel*schale*) designat, a rad. שָׁחַל no. II. Neque est, cur deseras hanc interpretationem tali etymo consenta-

neam veterumque testimoniis confirmatam. Noli igitur cum R. Salomone cogitare radicem aromaticam, neve bdellium cum Bocharto. Licet enim Plinius (Nat. Hist. XII, 19) bdellio ,,candidos ungues" tribuat, et a Galeno βδέλλα ὄνυξ commemoretur, Dioscoridesque bdellium Arabicum ἐοικὸς ὄνυχι dixerit, tamen obstat quod G. E. Rumphius huic opinioni opponit (Amboinische Raritätenkammer cap. 17), quod bdellium a veteribus unguentis non est adhibitum, onyx autem marinus a multis Orientis populis. Adde Forskâlii notam (Descript. animalium p. 143): ,,Unguis odoratus (opercula cochl.), ظفر العفريت i. e. unguis daemonis . . . Nigritis fumigatorium est." Aptum quidem bdellio ut gummi speciei etymon ex lingua syriaca peti posset, ubi ܫܚܠ est stillare, exsudare, sec. Bar Ali = رشح, cf. ar. شخل percolavit; sed praestat sine dubio onyx, praesertim quum חֲבַלָּה etiam conchylii speciem notet atque cum שְׁחֵלֶת quandam vicinitatem videatur habere.

שׁוֹחַם n. pr. vid. s. rad. שׁוּחַ pag. 1377.

שָׁחַן rad. inusit., arab. سَخِنَ, سَخُنَ et سَخَنَ incaluit, calidus fuit, inpr. de oculis inflammatis, de inflammatione cutis ex ictu et de aestu febrili, سُخُونَة febris, تَسَخَّنَ ardenti febre laboravit Germ. de Siles. p. 130, aeth. ሰሐነ: incaluit, chald. שְׁחַן incaluit, calefactus est, שְׁחִין calor, aestus, it. ulcus, syr. ܫܚܢ incaluit, ܫܘܚܢܐ ulcus. Hinc

שְׁחִין m. *ulcus inflammatum*, vel potius locus cutis inflammatus in quo pustulae (אֲבַעְבֻּעֹת) maculaeve leprosae exoriuntur Ex. IX, 9. 10. 11. Lev. XIII, 18. 19. 20. 23, spec. de carbunculis in cute hominis peste correpti 2 Reg. XX, 7 (Jes. XXXVIII, 21). — שְׁחִין מִצְרַיִם ulcus Aegypti Deut. XXVIII, 27 et שְׁחִין רָע ulcus malignum ibid. vs. 35 et (de Iobi morbo) Iob. II 7 h. e. leprae nigrae genus in Aegypto serpens, quod *elephantiasin* appellant medici a cute squamis nigricantibus obducta et pedibus tumescentibus. Lucret. VI, 112 sq.: ,,Est elephas morbus, qui circum flumina Nili Nascitur Aegypto in media, nec praeterea usquam." Plinius quoque Nat. Hist. XXVI, 1, §. 5 elephantiasin ,,Aegypti peculiare malum" vocat. Cf. Schilling de lepra, Lugd. Bat. 1778, p. 184. Winer bibl. Realwörterb. s. v. Aussatz. Syr. l. Iob. ܫܘܚܢܐ ܒܝܫܐ quod a Castello quidem exponitur cancer morbus, a Barhebraeo autem (in Bernstein. chrestom. syr. p. 188) ܐܠܦܢܛܝܐ i. e. elephas morbus, arab. داء الفيل. Falso Arabes Iobi morbum variolas جُدَرِى fuisse tradunt. LXX in l. Iobi ut et Deut. ἕλκος πονηρόν. Ἀλλ. ἐλέφας. Interpr. Aethiop. ms Iob. II, 7 ሐበጽ: de quo morbi genere Gregorius Habessinus ap. Ludolf. lex. p. 471: ,,morbi foedi genus, quo adeo omnia corporis membra putrescunt, ut unum post aliud demendum sit." Non est luis venereae species, ut Ludolfus suspicatur, sed ipse elephas morbus. Illud eius nomen inveni quoque in nomocanone aeth. Fetcha Nagast (cod. Rueppell. Francofurti ad Moen. asservat.) p. 155. 248.

שָׁחַס rad. inusit., de cuius significatione vide deriv.

סָחִישׁ m. Jes. XXXVII, 30 idem verbum quod 2 Reg. XIX, 29 scribitur שָׁחִיס (sic duo codd. etiam Jes. l. c.) *frumentum vile et rarum, quod in agro sponte crescit e granis, quae deciderunt, secundo post sementem factam anno.* (Cf. סָפִיחַ quod tale frumentum primi post sementem anni significat.) Haec certa est significatio. LXX in l. Reg. τὰ ἀνατέλλοντα (הַסָּפִיחַ αὐτόματα), in Jes. τὸ κατάλειμμα, Aqu. et Theodot. αὐτοφυῆ, Syr. ܟܦ ܟܦܐ (sive ut ab aliis scribitur ܟܦ ܟܦܐ cf. Ephr. II, 251, F. et Pesch. Iob. XIV, 19), Saad. نثور الخلف sparsa grana frumenti quod succedit messi (nempe סָפִיחַ vocat خلف succedens frumentum). Abulwalid.: هو الذى تقول العرب له الواشجة وهو ما توالد من اصل الزرع h. e. *idem est quod Arabes vocant* الواشجة *nempe quod succrescit ex radice segetis.* (Vocab. الواشجة aliunde non cognitum mihi corruptum esse videtur ex الواصلة quod aliquid continua serie succrescens significare posse dixerim.) Dav. Kimchi: הצומח משרשי הזרע. Parchon: פרח יוצא מעיקר השיבולת ועושה שבולת קטנה. — Radici שָׁחַס eundem significatum solent tribuere quem habet שָׁחַץ arab. شَخَصَ sustulit se, apparuit, unde ducunt *crescendi* et *germinandi* notionem, coll. יַחַשׂ genus, familia, pr. proles, soboles. Sane probabile est hoc etymon, quum escendendi et prodeundi notio non raro ad plantas transferatur (v. עָלָה, יָצָא); neque tamen respuenda est eorum sententia, qui שָׁחִיס interpretantur *dispersam* vel sparsim succrescentem segetem, coll. arab. شَخِيس ,,dispersus, dissipatus," quanquam شخس potius est hiscere, fatiscere et findi, quam spargi, e. c. de dentibus senis, de fisso capite, ita ut hebr. שָׁחִיס sobolem vel propaginem a segetis radice quasi *scissam* et *separatam* dixeris.

שָׁחַף rad. inusit. 1) i. q. חָשַׂף et transp. חָשַׁף *decorticavit, abrasit, dolavit* (cf. arab. سَحَفَ rasit caput, abrasit crines, transp. حَسَّفَ II id., شَحَفَ dialecto Jeman. detraxit cutem; talm. שחפין cortices ramorum, v. Buxtorf. lex. col. 2368; cogn. aram. שְׁחַף, ܫܚܦ

repsit, serpsit, sc. a radendo et trahendo, nec non hebr. שָׁפַף, כָּפַה, חָפַף II.), v. שְׁחִיף.

2) *attenuatus est, macer factus est.* (Arab. سَحَفَ tenuis fuit, سَحَافَةٌ tenuitas, macies, it. سُحَافٌ tabes, phthisis, مَسْحُوفٌ phthisi laborans, et transp. خَسَفَ macer fuit, خَاسِفٌ macilentus; talm. שחף tabuit, v. Buxtorf. lex. col. 2369.)

שַׁחַף m. et quidem c. art. הַשַּׁחַף avis inter immundas numerata Lev. XI, 16. Deut. XIV, 15, auctoribus LXX et Vulg. λάρος, *larus* (See-Mewe, gall. mouette, angl. sea-gull), avis aquatica probabiliter ab insigni corporis macie ita dicta (v. rad. no. 2 et שַׁחֶפֶת infra). Nam nulla est avis molis ratione tam levis; quum enim sit gallinâ crassior, non habet tantum carnis quantum coturnix, ut ait Belon in hist. nat. av. lib. III. c. 13. Larum vel potius *cepphum*, κέπφον, laro similem, vult Bochartus Hieroz. P. II. l. II. c. 18, T. III. p. 1—4 ed. Lips., in quam avem illud a levitate sumtum nomen apprime quadrat. Suidas: *Κέπφος· εἶδος ὀρνέου ὀξύτατον* [ὁ λεγόμενος λάρος]· *ἔστι δὲ κοῦφον, καὶ ἐπιπλέον τοῖς κύμασιν.* Hesych.: *Κέπφος· εἶδος ὀρνέου κουφοτάτου, περὶ τὴν θάλασσαν διατρίβοντος. Κέπφος* vertit Graec. Venet. Lev. l. c. (Deut. l. c. omnia turbata sunt). Facile haec avis allicitur et capitur, unde homo stolidus, qui facile decipitur, *κέπφος* vocatur, cf. *κεπφωθεὶς* LXX Prov. VII, 22, ut arab. سُحَافٌ maxime de ingenii exiguitate et de stolida simplicitate dicitur. Onk. et Pseudojon. nomen ipsum retinent שַׁחְפָא, et sic etiam Samar. intp. [samaritan] Deut. l. c., [samaritan] Lev. l. c. (in ipso textu samar. Biblia Polygl. utroque loco habent [samaritan], sed in novem codd. legitur [samaritan]). Saad., Ar. Erp. et Abulwalid. MS.: سَاف, Arabs samaritana vertens (ap. Vloten spec. p. 47): شَاف, quod verbum apud Arabes indigenas vix invenitur*).

שַׁחֶפֶת f. pr. emaciatio (v. rad. no. 2), hinc ut arab. سُحَافٌ *tabes, phthisis* Lev. XXVI, 16. Deut. XXVIII, 22. Saad. et Ar. Samar. حُمَّى السِّلّ febris phthisica, R. Parchon: חולי שישים את האדם דק. LXX ἀπορία (ψώρα in l. Lev. huc non pertinet, verba turbata sunt), Vulg. egestas (nempe a macie ducta significatione: quare non opus est coniectura ἀτροφία, quam Bochartus proposuit in Hieroz. II, 2, 18, Tom. III. p. 2 ed. Lips.). Chaldaei intpp. ipsum שַׁחַפְתָּא retinent, cui eadem significatio tribuenda est. Abulwalid. MS.: שַׁחֶפֶת السُّحَاف وهو السِّلّ ورجل مسحوف مسلول. — Al. psora, al. tumor, al. hydropsis, male.

שְׂחִיף vel **שְׁחִיף** m. *assis* vel *tabula* (lignea), a radendo et dolando dicta (v. rad. no. 1), semel legitur in statu constr. Ez. XLI, 16: שְׂחִיף עֵץ (sec. Masor. ad Hos. II, 6 et codd. nonnullos שְׁחִיף) *tabulatum ligneum* i. e. assibus ligneis obducta (erant interiora templi etc.).

שַׁחַץ rad. inusit. Arab. شَخَصَ elatus fuit, extulit se (= اِرْتَفَعَ Gauhar.), extulit visum suum apertis et fixis oculis, eminus apparuit homo vel res, profectus est ex una regione in aliam, it. شَخُصَ corpulentus et crassus fuit, et passiv. شُخِصَ territus et perculsus fuit aliqua re, IV terruit aliquem, شَخْصٌ corpus hominis vel nigra rei species eminus apparens. Talm. שַׁחַץ ferocia, superbia, אַנְשֵׁי שַׁחַץ viri insolentes Schabb. fol. 62, b, שַׁחֲצָן homines superbi, arrogantes, שַׁחֲצָן elatus, superbus, vid. Buxt. lex. talm. Cf. rad. שָׁחַס.

שַׁחַץ m. pr. elatio, dein *superbia, ferocia.* Bis tantum legitur, nempe בְּנֵי שַׁחַץ *filii elationis*, probabiliter i. q. *bestiae feroces, ferae generosiores* Iob. XXVIII, 8, ubi homo puteos metallicos perreptans vias patefacere dicitur, quas nec alitum acerrimus visus nec pes *ferarum* attingat (parall. שַׁחַל leo), et ibid. XLI, 26 (al. 25), ubi crocodilus (לִוְיָתָן) vocatur מֶלֶךְ עַל־כָּל־בְּנֵי שַׁחַץ *rex super omnes bestias* scil. *grandes et superbe incedentes.* Nonnulli *leones* reddunt, sed alter locus ampliorem significationem flagitat. Chald. intp. cap. XXVIII בְּנֵי אַרְיְוָן catuli leonum, Saad. بنو السباع id., Syr. ܚܝܘ̈ܬܐ (Ar. الحيوان) bestiae, Theodot. et LXX *υἱοὶ ἀλαζόνων* (sec. usum talmudicum), Hieron. filii institorum (quae mira interpretatio e graecis quomodocunque fluxisse videtur); in altero loco cap. XLI Hieron.: filii superbiae, Syr. ܪ̈ܚܫܐ reptilia (Ar. دَوَابّ), Chald. בְּנֵי נוּנַיָּא filii piscium (?), LXX *τὰ ἐν τοῖς ὕδασιν.* — Bochartus hieroz. I, 3, 1. Tom. II. p. 10 ed. Lips.: filii proceritatis i. e. ferae procerae quae hominem superant mole ac vastitate corporis: quod in Arabum quidem usu habet quo nitatur, sed longius discedit ab usu talmudico. Contra J. D. Michaëlem,

---

*) Lari nomina arabica nunc sunt نورس, نُلَيط, بو عميرة, v. Bocthor et Marcel s. v. Mouette. Habet quidem Isenbergius in lexico Amharico p. 62: „ሰፍ፡ arab. سَاف *aesalon*, a kind of hawk, merlin or hobby, hebr. שַׁחַף,“ sed hoc ipsum Saadianum verbum videtur esse cum Golii et Castelli interpretatione in biblia amharica receptum. Intp. Aethiop. graecum vocabulum retinuit ለርን፡, v. Ludolf lex. aeth. p. 16, quod in cod. MS. quodam male explicatur amharico ይባሬ፡ anser.

qui Iob. cap. XXVIII spectra interpretatus est, pugnat Rosenmuellerus in Scholiis. Novam viam ingressus Maurerus in lex. בְּנֵי שַׁחַץ exponit filios laniatus, „Soehne des Wuergens,“ i. e. feras, a שָׁחַץ = שָׁחַט mactavit, dilaniavit, sed שָׁחַט certe nusquam ad ferarum laniatum refertur, hoc potius est טָרַף.

שַׁחֲצִים (loci editi) n. pr. oppidi in tribu Issachar, add. ־ָה locali שַׁחֲצִימָה Jos. XIX, 22 Keri, Keth. שַׁחֲצוּמָה, in quo nisi forte priscam aliquam pluralis terminationem ום = ים— coll. ון in verbis et arab. ـُونَ agnoscere velis, facile ו mendosum ex י ortum putabis.

שָׁחַק fut. יִשְׁחַק 1) *fricuit, attrivit, contrivit, comminuit* in pulverem Exod. XXX, 36. Translate *comminuit* hostes 2 Sam. XXII, 43 (Ps. XVIII, 43): וְאֶשְׁחָקֵם כַּעֲפַר־אָרֶץ *et comminuam eos sicut pulverem terrae.* — Item de aqua lapides atterente, excavante, diluente Iob. XIV, 19: אֲבָנִים שָׁחֲקוּ מַיִם *lapides atterit* vel conterit *aqua.* Hinc שַׁחַק no. 1. — 2) *dilatavit* propr. terendo in latum *expandit, extendit*, unde שַׁחַק no. 2. (Arab. سَحَقَ contrivit, comminuit in pulverem, verrit ventus terram in eaque vestigia delevit, usu detrivit vestem, mollem terendo reddidit rem duram, VII amplus, largus fuit, it. سَحُقَ remotus fuit, et procera fuit palma, quod est ab expansione. Chald. שְׁחַק contrivit, comminuit, syr. et nasor. ܫܚܩ id. Vicina sunt arab. سَهَكَ fricuit, سَهَجَ comminuit trivitque, fort. etiam hebr. דָּחַק.)

שַׁחַק m. voc. poët. 1) *pulvis*, a conterendo dictus (v. rad. no. 1) Jes. XL, 15: כְּשַׁחַק מֹאזְנַיִם נֶחְשָׁבוּ *ut pulvisculus staterae* i. e. nihili *aestimantur.*

2) raro sing. שַׁחַק (Ps. LXXXIX, 7. 38), saepius plur. שְׁחָקִים *coelum*, ab expansione et extensione dictum, ut רָקִיעַ, v. rad. no. 2 (Pluralis pr. spatia expansa designat, ut שָׁמַיִם spatia alta, v. gramm. hebr. §. 106, 2, *a*. Targ. שְׁחָקָא plur. שְׁחָקֵי, שְׁחָקַיָּא et sam. ࠔࠇࠒࠉࠌ passim pro ipso hebr. ponitur, arab. rar. سَحْقٌ nubes tenuis) Prov. VIII, 28, Dei angelorumque sedes Ps. LXXXIX, 7. 38. LXVIII, 35. Saepe ita ponitur, ut in altero hemistichio sit שָׁמַיִם Deut. XXXIII, 26. Iob. XXXV, 5. Ps. XXXVI, 6. LVII, 11. CVIII, 5. Jer. LI, 9. Est autem שַׁחַק et שְׁחָקִים coelum tam serenum quam nubibus tectum; ac serenum potius quam nubilum laudatur Iob. XXXVII, 18: *tune expandis sicut ille* (Deus) שְׁחָקִים חֲזָקִים כִּרְאִי מוּצָק *coelum quod firmum est instar speculi* e metallo *fusi*, contra alibi nubibus obductum introducitur (ibid. vs. 21), unde pluvia et ros decidunt Iob. XXXVI, 28. Prov. III, 20, nec non manna Ps. LXXVIII, 23, cf. Jes. XLV, 8 (parall. שָׁמַיִם), et ubi tonitru auditur Ps. LXXVII, 18. עָבֵי שְׁחָקִים *nubes coeli* Ps. XVIII, 12 (2 Sam. XXII, 12). Ipsae quoque *nubes* vocantur שְׁחָקִים Iob. XXXVIII, 37 (parall. נִבְלֵי שָׁמַיִם utres coeli i. e. nubes). — Hanc nubis significationem plerique anteponunt ab eaque demum coeli notionem ductam putant, utramque autem a pulveris nube originem habere. Mihi quidem singulos quosque locos consideranti haec ratio minus probatur, quam altera supra a me proposita, quamquam scio veteres intpp. plerumque nubes reddidisse.

I. שָׁחַר pr. fidit, rupit, vic. שָׁעַר et arab. ثَغَرَ, fort. etiam שָׁגַר, arab. شَغَرَ et شَجَرَ aperuit os, cf. similia s. rad. שָׁגַג, hinc 1) *prorupit, erupit*, ut lux, aurora, unde שַׁחַר et מִשְׁחָר aurora, cf. בָּקַע Niph. no. 3, supra pag. 231 sq. — 2) irrupit, rimatus est, inde *quaesivit*, cf. בִּקֵּר no. 3. (sec. al. verbum denomin. a שַׁחַר aurora, propr. mane vel mature fecit aliquid, rabb. הִשְׁחִיר, hinc festinavit, studiose quaesivit). In Kal semel tantum legitur part. שֹׁחֵר *quaerens* Prov. XI, 27.

Pi. שִׁחֵר *studiose quaesivit, sectatus est*, voc. mere poëticum. (Chald. in Targg. Pa. שַׁחַר id.). Sq. acc. Iob. VII, 21. Prov. I, 28. VII, 15. VIII, 17, et לְ c. inf. Iob. XXIV, 5. Prov. XIII, 24: אֹהֲבוֹ שִׁחֲרוֹ מוּסָר *qui eum* (filium suum) *amat, quaerit* (i. e. studiose quasi parat) ipsam *castigationem.* LXX ἐπιμελῶς παιδεύει. (Pronomen suffixum per anticipationem quandam monstrat obiectum. Vid. gramm. hebr. §. 119, annot. 3). *Deum quaerere* est a) eum desiderare Ps. LXIII, 2. Jes. XXVI, 9. b) ad eum se convertere Hos. V, 15. Ps. LXXVIII, 34. Sq. אֶל Iob. VIII, 5.

שַׁחַר m. *prima lux, aurora,* a findendo et prorumpendo dicta, v. rad. no. 1 (arab. سَحَرٌ et سُحْرَةٌ tempus paullum ante auroram, primum diluculum, chald. raro שַׁחֲרָא aurora) Amos. IV, 13. Iob. XXXVIII, 12. Dicitur עָלָה הַשַּׁחַר *orta est aurora* Gen. XIX, 15. XXXII, 25. 27. Jos. VI, 15. Jud. XIX, 25. 1 Sam. IX, 26. Neh. IV, 15. Jon. IV, 7. Poëtae aurorae tribuunt palpebras Iob. III, 9. XLI, 10 (v. עַפְעַפִּים), alas Ps. CXXXIX, 9, ad significandam eius celeritatem, qua semel exorta ad nos quasi advolat et per totum coelum sese expandit. בֶּן־שַׁחַר *filius aurorae*, de lucifero (v. הֵילֵל s. rad. הָלַל p. 381) Jes. XIV, 12. Hos. VI, 3: כְּשַׁחַר נָכוֹן מֹצָאוֹ (Deus est) *instar aurorae cuius certus* est *ortus* i. e. Dei adventus tam fixus et certus est quam ortus aurorae. Ps. LVII, 9: אָעִירָה שָּׁחַר *excitabo auroram* scil. cantu meo i. e. multo mane canam (male alii: expergiscar tempore matutino), CVIII, 3.— בַּשַּׁחַר *ad auroram*, bene mane i. e. iamiam, mox, cito Hos. X, 15, cf. בַּבֹּקֶר Ps. XC, 14. XLIX, 15. — Cant. VI, 10 puella pulchra in medium procedens, et Joël. II, 2 locustarum agmen in coelo apparens comparatur *aurorae* orienti; et illa quidem comparatio Arabibus quoque poëtis solita est (v. Sacyi chrestom. arab. T. III, p. 54. lin. 15. Jones poes. asiat. commentar. p. 130), haec autem subflavum vel luteum splendorem spectat qui adventante locustarum agmine in coelo con-

spici solet (v. Creduer. in Joël. p. 274). — Metaph. denique *aurora* dicitur de *felicitate* post miseriam denuo affulgente Jes. VIII, 20: אֲשֶׁר אֵין לוֹ שָׁחַר (populus) *cui non est* oritura *aurora* i. e. cui tenebris miseriae quasi obruto nulla salutis et felicitatis spes affulget, LVIII, 8: אָז יִבָּקַע כַּשַּׁחַר אוֹרֶךָ *tunc lux tua* (prospera fortuna) *prorumpet* (elucebit) *instar aurorae.* Eadem translatio est in usu vocum בֹּקֶר de prosperitate Iob. XI, 17, נֶשֶׁף de calamitate ingruente Jerem. XIII, 16, et arab. صُبْحٌ, v. Alb. Schultens. ad Iob. l. c. — Quid sit אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר Ps. XXII, 1, abunde docuit Gesenius supra p. 45 sq. — De loco Jes. XLVII, 11 infra agam sub rad. שָׁחַר no. III.

Sunt qui auroram שַׁחַר dictam censeant non a prorumpendo, sed a colore pullo et obscuro (v. rad. no. II), praesertim quum arab. سَحَرٌ tempus antelucanum potius quam lucidam auroram (صُبْحٌ, صَبَاحٌ) designet. E recentioribus huic sententiae adstipulantur Winer in Lex., E. Meier in Wurzelwoerterb. p. 171 sq., alii. Afferre potuissent arab. صُبْحٌ aurora, et صُبْحَةٌ color niger ad rubrum vergens, quem ipsum colorem coeli matutini denotat radix שָׁחַר no. II. Malo tamen in sententia supra proposita perstare iccirco quia illa dicendi ratio de lucis auroraeque *eruptione* et tenebrarum per eam facta *fissione* Hebraeis ut ceteris populis Semiticis familiaris videtur fuisse. Modo considera locum Jes. LVIII, 8 iam supra allatum: אָז יִבָּקַע כַּשַּׁחַר אוֹרֶךָ, it. בֹּקֶר mane a בָּקַר fidit, aeth. ጎሕ: diluculum, a rad. גּוּחַ prorumpere, et arabica vocc. auroram significantia شَقٌّ, فَتْقٌ, فَجْرٌ, فَلَقٌ, quae omnia a fissionis notione procedunt. Non nego, iam primam lucem nocti proximam vocari potuisse שַׁחַר, sed errare mihi videntur, qui in quibusdam locis, ut Joël. II, 2. Jes. VIII, 20, adeo obscuritatis crepusculive vespertini significatum ei tribuunt, velut Dav. Michaëlis in supplem. p. 2313.

שַׁחֲרַיִם (duae aurorae, fort. circa primam diei lucem natus, cf. de hac dualis numeri significatione quae supra s. v. עַרְבַּיִם dicta sunt p. 1025 not.) n. pr. viri e posteris Benjaminis 1 Par. VIII, 8.

שַׁחֲרוּת f. ἅπαξ λεγόμ., pr. tempus aurorae, tempus matutinum, hinc metaph. *iuvenilis aetas*, *adolescentia* Eccl. XI, 10: הַיַּלְדוּת וְהַשַּׁחֲרוּת הָבֶל *iuventus et adolescentia* sunt *halitus*, cito evanescunt. Est igitur hoc recentioris aetatis vocabulum ductum a nomine שַׁחַר, nam iuventus, ut iam Ibn Esra et D. Kimchi monent, vitae humanae quasi aurora est. Cf. locum Ps. CX, 3 infra s. מִשְׁחָר, nec non arab. بُكْرَةٌ i. q. בֹּקֶר mane et בְּכוֹר primogenitus. Alii iuventutem sic dictam putant a capillorum nigredine (vid. rad. no. II), oppos. canae senectuti. Targ. יוֹמֵי אוּכָמוּת שְׂעַר dies nigredinis crinium, cf. rabb. תִּשְׁחֹרֶת nigredo, iuventus.

שְׁחַרְיָה (quem Jehova quaerit, v. rad. no. 2) n. pr. m. 1 Par. VIII, 26.

מִשְׁחָר m. i. q. שַׁחַר *aurora* vel potius ea coeli plaga unde aurora exoritur, cui a poëta Ps. CX, 3 per metaph. tribuitur uterus, ex quo ros proveniat. Vid. s. v. טַל supra p. 550.

II. שָׁחַר *niger* vel *nigricans fuit* et *factus est.* Semel legitur hoc verbum in praegnante quae vocatur structura Iob. XXX, 30, ubi Iobus elephantiasi affectus de se ipso: עוֹרִי שָׁחַר מֵעָלַי *cutis mea nigruit* dehiscens et labascens *a me.* Targ. שְׁחַם nigruit, LXX ἐσκότωται, Saad.: وَٱسْوَدَّ جِلْدِي مِنْ فَوْقِ لَحْمِي. Audi Plinium de elephantiasi disserentem Nat. Hist. lib. XXVI, c. 1, §. 5: ,,.. mox inarescente per totum corpus, maculosa, variis coloribus et inaequali *cute*, alibi crassa, alibi tenui, dura alibi, ceu scabie aspera, ad postremum vero *nigrescente*“. (Chald. et nasor. שְׁחַר id., syr. ܫܚܪ denigravit, ܫܘܚܪܐ nigror, carbo, שְׁחוֹר et שִׁיחוּר targ. et talm. carbo, atramentum, rabb. שְׁחוֹרָה atror, melancholia; praeterea huc pertinet arab. شُحْرُورٌ vel شَحْرُورٌ sec. Damir. avis nigra, scil. merula, ut syr. ܫܘܚܪܘܪܐ, nec non arab. سُحَارَةٌ res quas lanio ex ove mactato trahit nempe pulmo etc. et سَحْرٌ pulmo. — Ex his autem et ceteris derivv. apparet, non utique corvinam nigredinem denotare hanc radicem, sed etiam colorem nigrum qui ad rubidum vergit, cruentum [,,nigrescunt sanguine venae“. Ovid.] et pullum, vid. שְׁחוֹר, שְׁחַרְחֹר et שִׁיחוֹר, ut arab. سَوَادٌ non solum veram nigredinem sed etiam lurorem faciei denotat. Equidem שָׁחַר originem habere dixerim a syllaba rad. חַר (v. חָרַר et חָרָה arsit) et proprie notare *adustum esse*, cf. aram. שְׁחַם niger fuit, a חַם caluit, ferbuit.)

שְׁחוֹר m. ἅπ. λεγ. *nigror*, Thren. IV, 8: חָשַׁךְ מִשְּׁחוֹר תָּאֳרָם *obscurior est eorum* (principum olim splendidorum, nunc miserorum et lugentium) *forma* (inpr. facies) *quam* ipse *nigror.* LXX ἀσβόλη (fuligo), Syr. Ar. et Vulg.: *carbones*, et sic quoque Raschi et Kimchi = פחם.

שָׁחֹר et **שָׁחוֹר** m., שְׁחוֹרָה f., adj. *niger* vel *nigricans*, de crinibus barbae et capillis Lev. XIII, 31. 37. Cant. V, 11: *cincinni eius* שְׁחֹרוֹת כָּעוֹרֵב *corvo nigriores*, de equis Zach. VI, 2. 6, denique etiam de adusto colore cutis faciei Cant. I, 5, ubi Sulammith de se ipsa: שְׁחוֹרָה אֲנִי וְנָאוָה *nigra ego*, nempe sole usta sum (cf. vs. 6 et rad.), *et* tamen *pulchra.*

שְׁחַרְחֹר f. שְׁחַרְחֹרֶת *subnigricans,* de colore cutis sole adustae, semel Cant. I, 6: אֲנִי שְׁחַרְחֹרֶת שֶׁשְּׁזָפַתְנִי הַשָּׁמֶשׁ *ego subnigra* sum, *sol enim me adussit* (cf. שָׁחֹר vs. 5 et rad.). Est שְׁחַרְחֹר adiectivum deminutivum vel

proprie iterativum eius formae, quae pingit alicuius coloris non prorsus certi sed ad alium colorem vergentis vibrationem, ut אֲדַמְדָּם rutilus, יְרַקְרַק subflavus, luridus, coll. germ. schwaerzlich, roethlich etc., v. gramm. hebr. §. 83, no. 23.

שִׁחוֹר ,שִׁחֹר ,שִׁיחוֹר et semel addito artic. הַשִּׁיחוֹר (nigricans, turbidâ aquâ fluens amnis, form. כִּידוֹר, שִׁלֹחַ) n. pr. (idque hebraeum, ut יְאֹר aegyptiacum) *Nili* fluvii, ab aquis limosis et turbidis ita dicti, quas devehere solet inundationis tempore, ubi „viridem Aegyptum nigrâ fecundat arenâ“ (Virg. Ge. IV, 291), quapropter latine interdum *Melo* vocabatur Nilus h. e. Niger, teste Festo (v. Alcedo, Alumento, Melo) et Servio (ad Virg. Georg. IV, 291 et Aen. I, 745. IV, 246), ut Melas *Μέλας* complurium fluviorum nomen est (cf. Schwarzwasser, schwarze Elster et similia). Jes. XXIII, 3: זֶרַע שִׁחֹר קְצִיר יְאוֹר *seges Schihoris, messis Jeoris*, quasi dixeris Melonis fluvii i. e. *Nili* ad ripas crescentes segetes. Vulg.: semen Nili, messis fluminis. Jer. II, 18: מַה־לָּךְ לְדֶרֶךְ מִצְרַיִם לִשְׁתּוֹת מֵי שִׁחוֹר *quid tibi rei est cum via Aegypti ad bibendum aquam Nili?* i. e. cur Aegyptum petis Nilique ripas? LXX: *Γηών* i. e. גִּיחוֹן Nilus, Vulg. apte ad etymon: aquam turbidam. Praeterea duo sunt loca, in quibus *Schihor* ponitur in ultimis Palaestinae finibus austrum versus, nempe Jos. XIII, 3, ubi Philistaei et Gesuraei habitare dicuntur מִן הַשִּׁיחוֹר אֲשֶׁר עַל פְּנֵי מִצְרַיִם וְעַד גְּבוּל עֶקְרוֹן צָפוֹנָה *a Schihore quod* flumen *est e regione Aegypti usque ad terminos Ecronis versus septentriones*, et 1 Par. XIII, 5, ubi David omnem populum Israëliticum dicitur convocasse מִן שִׁיחוֹר מִצְרַיִם וְעַד לְבוֹא חֲמָת *a Schihore* flumine *Aegypti usque ad Hamatham*. In his noli intelligere *rivum Aegypti* (נַחַל מִצְרַיִם v. נַחַל), sed ipsum potius *Nilum*, ut Gen. XV, 18. In loco Jos. cit. Arabs interpres vertit نيل مصر Nilus Aegypti, Vulg. denuo: fluvius turbidus qui irrigat Aegyptum, in altero Paralip. loco Syr. ܢܗܪܐ ܕܡܨܪܝܢ. — Aliud est

שִׁיחוֹר לִבְנָת Jos. XIX, 26 n. pr. rivi vel parvi fluvii in australi parte agri Aseritarum, haud procul a Carmel promontorio, probabiliter *fluvius vitri* (cf. לִבְנָה candor, pelluciditas) i. e. *Belus*, nunc Nahr Na'mân نهر نعمان vocatus, „lente currens et limosus“, ut ait Plinius, et iuxta Ptolemaidem in mare perfluens, ex cuius arena a Phoenicibus primum vitrum est confectum. Vid. Plin. N. H. XXXVI, 26 cf. V, 19. Joseph. bell. jud. II, 10, 2. — Primus hanc sententiam proposuit Andreas Masius, qui in Josuae imperatoris historia illustrata, Antverp. 1574, p. 293: Quod si, ait, mihi liceat ex ipsis vocabulis atque etiam loco coniecturam facere, dixerim illis nominibus . . Belum significari . . . is enim quia supra modum laxo fluit alveo, pro aquarum exigua altitudine, quippe cuius latitudinem centum circiter cubitorum esse scripsit Josephus, ut vallis potius quam fluvioli instar habere videatur, mirifice Nilum refert, qui ab Hebraeis שִׁיחוֹר nominatur. quia vero vitri fertiles arenas trahit, non potuit aptiore vocabulo nuncupari quam si לִבְנָת diceretur. fuerit igitur Sihor Libnath *Nilus crystallinus* aut *crystallifer*. Haec Masius. In eandem coniecturam postea incidit J. D. Michaëlis in Historia vitri apud Hebraeos (quae extat in Commentariis Soc. Scient. Gotting. Tom. IV ad a. 1754) p. 59 sqq. Olim non pauci interpretes Ptolemaidem s. Acconem hoc nomine significari volebant, aut certe ei urbi vicinam aliam quampiam. Imo LXX. Syr. et Vulg. duarum urbium nomina esse censentes copulâ interposita verterunt *Σειὼρ καὶ Λαβανάθ*, *Sichor et Labanath*, sed sic numerus recensitarum urbium summae vs. 30 subductae repugnat.

אַשְׁחוּר (fort. niger, cf. germ. nomen Schwarz) n. pr. filii posthumi Hesronis 1 Par. II, 24. IV, 5.

III. שָׁחַר in Kal inusit. Arab. سَحَرَ fascinavit, incantavit, II id., سِحْر incantatio, magia, praestigiae.

Pi. inf. c. Suff. שַׁחְרָהּ vel quod plures codd. habent שַׁחֲרָהּ *fascinavit, praestigiis artibusque magicis fugavit, depulit.* Ita accipiendum, ut videtur, uno in loco Jes. XLVII, 11 (ubi Babylonem alloquitur propheta): וּבָא עָלַיִךְ רָעָה לֹא תֵדְעִי שַׁחְרָהּ וְתִפֹּל עָלַיִךְ הֹוָה לֹא תוּכְלִי כַּפְּרָהּ *supervenit tibi miseria, quam praestigiis depellere nescis, et ingruit in te calamitas, quam piaculis non potes amoliri.* Praeivit hanc interpretationem J. H. Michaëlis in annot. ad Biblia a. 1720 ed., secuti sunt J. D. Michaëlis in supplemm. ad. lexx. hebr. p. 2314, Koppe, Doederl., Eichhorn, Hitzig., Ewald., De Wette, al. Cf. Num. XXIII, 23. Eaque non solum sententiae verborum apta est, sed commendatur etiam parallelismo huius commatis, in quo, ut singula verba reliqua, ita כַּפְּרָהּ et שַׁחְרָהּ sibi respondent. Accedit quod et in iis quae antecedunt vs. 9, et in versu proximo praestigiarum apud Babylonios factarum multitudo agitur (בְּעָצְמַת חֲבָרַיִךְ ,רֹב כְּשָׁפַיִךְ), earumque inanitas demonstratur. Et facile credas prophetam consulto in tali re verbo usum esse novo et peregrino, quo mores exteros describeret. Nihilominus alii, ut Gesen., Maur., Knobel., שַׁחְרָהּ referre maluerunt ad nomen שַׁחַר auroramque miseriae exponunt felicitatem post miseriam quasi surgentem: quod licet ad sententiam aeque aptum sit, ceteris tamen rationibus minus accommodatum est.

שָׁחַת in Kal inusit., pr. depressit, deiecit, prostravit (vic. radd. שָׁחַח ,שָׁחָה ,שׁוּחַ ,שִׁית, melit. *schechet* in terram coniecit, proiecit, perdite egit. Vassalli lex. p. 633, 629), inde pessumdedit, corrupit, v. Pi. et Hiph. (Arab. سَحَتَ perdidit, IV id. Cor. XX, 64, cf. syr. ܫܚܬ Pa. corrupit, stupravit, ܫܘܚܬܐ aerugo, corruptio ferri, aeth. ሰሐተ: laesit, violavit virginem).

Pi. שִׁחֵת, 2 sing. perf. שִׁחַתָּ, 2 plur. שִׁחַתֶּם, 1)

perdidit, *pessumdedit*, pr. deiecit, prostravit (quae propria significatio alicubi quasi translucet), v. c. hominem vulnere inflicto Ex. XXI, 26, vel caede facta 2 Sam. I, 14, et universos populos Gen. VI, 17. IX, 15. Hos. XIII, 9. Jes. XIV, 20. Ezech. V, 16. XX, 17. שִׁחֵת אַרְצָה *pessumdedit* rem deiiciens *in terram*, de Onano qui semen virile humi abiecit ut irritum esset et inefficax Gen. XXXVIII, 9. Porro *perdidit* aedificia, muros, urbes (i. e. deiecit, destruxit, diruit) Gen. XIII, 10. Jer. XLVIII, 18. Thren. II, 5. 6. Ezech. XXVI, 4. XLIII, 3. 2 Reg. XIX, 12 (in l. parall. Jes. XXXVII, 12 legitur Hiph.), terram, regionem, agrum, vineam (i. e. vastavit) Gen. IX, 11. XIII, 10. XIX, 13. 29. Jos. XXII, 33. Jud. VI, 5. 2 Sam. XXIV, 16. Hos. XI, 9. Nah. II, 3. Jer. XII, 10. Ezech. XXII, 30. XXX, 11. — Metaph. שִׁחֵת בְּרִית *violavit foedus* Mal. II, 8, שׁ׳ רַחֲמָיו *perdidit* i. e. oppressit vel abiecit *misericordiam suam* Am. I, 11. Ezech. XXVIII, 17: שִׁחַתָּ חָכְמָתְךָ עַל יִפְעָתֶךָ *perdis sapientiam tuam propter pulchritudinem tuam*, hac ita captus es, ut illam negligas, abiicias. Prov. XXIII, 8: שִׁחַתָּ דְּבָרֶיךָ הַנְּעִימִים *perdidisti verba tua suavia* i. e. abiecisti ea, irrita fient.

2) intrans. *perniciose egit*, *perniciem molitus est*, *perniciem intulit*, tum absol. 2 Sam. XIV, 11. Jer. V, 10, tum sq. לְ Num. XXXII, 15. 1 Sam. XXIII, 10; it. *perdite egit* (ethico sensu) Exod. XXXII, 7. Deut. IX, 12. Hos. IX, 9, erga aliquem sq. לְ p. Deut. XXXII, 5. Cf. Hiph., aeth. **ስሕተ:** erravit, pro gr. *πλανᾶσθαι* Ps. LVIII, 3. Tit. III, 3, amhar. **ሳተ:** id.

Hiph. 1) i. q. Pi. no. 1 *perdidit*, *pessumdedit* vel vastando et destruendo, ut muros Thren. II, 8, domum Jer. VI, 5. 2 Par. XXXIV, 11, urbem Gen. XIX, 13. 14. 2 Sam. XX, 15. 2 Reg. XVIII, 25. Jer. LI, 11, terram, regnum 1 Sam. VI, 5. 2 Reg. VIII, 19. Jer. XIII, 9. XXXVI, 29. LI, 20, caedendo, ut arbores Deut. XX, 19. 20. Mal. III, 11, vel occidendo, ut homines Gen. VI, 13. Deut. IX, 26. Jud. XX, 35. 1 Sam. XXVI, 9. 15. Ezech. IX, 8. Dan. VIII, 24, etiam addito אַרְצָה *humi prostravit* Jud. XX, 21. 25 (cf. שִׁחֵת אַרְצָה Pi. no. 1 et rad.), hostes 2 Sam. XI, 1. 2 Par. XXIV, 23, vel quocunque modo nocendo Jud. VI, 11. Prov. XI, 9. Ps. LXXVIII, 45. Jes. LXV, 8. Jer. XLIX, 9 (de furibus, cf. Obad. 5). 2 Par. XXXVI, 19 all. Lev. XIX, 27: לֹא תַשְׁחִית אֵת פְּאַת זְקָנֶךָ *non perdes* i. e. non rades *barbae tuae extremitatem*. הִשְׁחִית נַפְשׁוֹ se ipsum perdere vel exitio dare Prov. VI, 32. אַרְיֵה מַשְׁחִית leo perniciosus Jer. II, 30 cf. IV, 7. — הַמַּלְאָךְ הַמַּשְׁחִית angelus perditor 2 Sam. XXIV, 16. 1 Par. XXI, 15, et simpl. הַמַּשְׁחִית Exod. XII, 23 est: angelus Dei, qui calamitates et mortem hominibus infligit, coll. 1 Par. XXI, 12, et רוּחַ מַשְׁחִית spiritus perditor Jer. LI, 1. — אַל תַּשְׁחֵת (ne perdas) in titulis Ps. LVII. LVIII. LIX. LXXV sine dubio est initium carminis, ad cuius modos illi Psalmi canendi erant. — 2) הִשְׁחִית דַּרְכּוֹ Gen. VI, 12, ה׳ עֲלִילוֹתָיו Zeph. III, 7 (cf. Ps. XIV, 1) *perdite egit*, et omisso accus. id. Deut. IV, 16. 25. XXXI, 29. Jud. II, 19. Jes. I, 4. XI, 9. LXV, 25. Jerem. VI, 28. 2 Par. XXVII, 2. Ezech. XVI, 14: וַתַּשְׁחִתִי מֵהֵן בְּכָל־דְּרָכָיִךְ *et tu magis perdite egisti, quam illae, in omnibus viis tuis*. Cf. Pi. no. 2 et הֵרַע pag. 1299. Aeth. **ስሕቱ፡ ለፍኖት፡ ጽድቅ፡** perdiderunt viam rectam 2 Petr. II, 15, **አስሐተ፡** in errorem induxit, seduxit. — Ceterum מַשְׁחִית substantivum vide infra inter derivv.

Not. In cod. Samar. aliquoties Hiph. legitur, ubi in Hebr. est Pi. Gen. VI, 17. IX, 15. XIX, 13. 19.

Hoph. הָשְׁחַת *corruptus est*. Part. מָשְׁחָת Prov. XXV, 26: מָקוֹר מָשְׁחָת *fons corruptus*, turbatus. Fem. מָשְׁחַת (contractum ex מָשְׁחַתַת, ut מְשָׁרַת ex מְשָׁרֶתֶת) Mal. I, 14: זֹבֵחַ מָשְׁחָת לַאדֹנָי *qui offert* sacrificium *corruptum Deo* i. e. non tale quod lege praescriptum est, masculum et sanum, sed femineum vel morbidum, cf. Lev. XXII, 25.

Niph. 1) *corruptus est*, v. c. putredine Jer. XIII, 7 (de zona e corio facta), XVIII, 4 (de vase sub manibus figuli corrupto); ethice Gen. VI, 11. 12. Ezech. XX, 44. — 2) *vastatus est* Exod. VIII, 20.

שְׁחַת chald. *perdidit*. Part. pass. Dan. II, 9: מִלָּה כִדְבָה וּשְׁחִיתָה *verbum mendax et corruptum*. — Hinc subst. שְׁחִיתָה *perdite factum*, *delictum* Dan. VI, 5.

שַׁחַת *fovea*, v. s. rad. שׁוּחַ p. 1377.

מַשְׁחִית pr. part. Hiph. *perdens*, *is qui perdit*, *id quod perdit* (v. Hiph.), inde subst. 1) *perditor*, *vastator* Jer. XXII, 7, spec. in re militari הַמַּשְׁחִית collect. turba militum subito ex insidiis in solum hostile incurrentium atque rapinâ, captivitate et populatione grassantium 1 Sam. XIII, 17. XIV, 15. Optime Tanchum Hieros. ed. Haarbruecker. p. 16: المغير المفسد incursor vastator, et p. 17: المغيرات turbae incursitantes (cf. Coran. C, 3. Harir. p. 173. 290). — 2) *pernicies* Exod. XII, 13: נֶגֶף לְמַשְׁחִית *plaga* vel clades *perniciosa*, 2 Par. XX, 23. XXII, 4. Dan. X, 8. Ezech. V, 16. XXV, 15. XXI, 36: חָרָשֵׁי מַשְׁחִית *fabri perniciei* i. e. qui perniciem inferunt armis, ut Jes. LIV, 16 מַשְׁחִית pernicies ad arma, instrumenta belli refertur, nec non ad laqueos et insidias exitiosas Jer. V, 26: הִצִּיבוּ מַשְׁחִית אֲנָשִׁים יִלְכֹּדוּ *ponunt perniciem* h. e. insidias, laqueos, *ut homines capiant*, ubi plerique interpretes *laqueos* s. decipulas vertunt. אִישׁ מַשְׁחִית vir perniciei i. e. perditor, vastator Prov. XXVIII, 24, at בַּעַל מַשְׁחִית Prov. XVIII, 9 is potius est qui perniciem sibi parat, qui sua perdit, *prodigus*. — הַר הַמַּשְׁחִית (mons perniciei) dicitur a) mons oliveti vel australis eius montis pars, propter idolorum cultum ibi a Salomone rege institutum (cf. 1 Reg. XI, 7) populoque perniciosum 2 Reg. XXIII, 13 (Vulg.: mons offensionis, quod nomen inde a seculo XIII usque ad nostra tempora denuo receptum est, v. Ed. Robinsonis Palaest. T. II. p. 41. 740), et b) propter similem causam Babylon Jer. LI, 25, cf. Delitzsch. ad Hab. p. 72.

מַשְׁחֵת m. *ἅπ. λεγόμ.* i. q. מַשְׁחִית no. 2 *pernicies*, *vastatio* Ezech. IX, 1.

מִשְׁחָת m. ἅπ. λεγ. *corruptio, deformitas,* pro concret. *corruptum, deforme* Jes. LII, 14.

מָשְׁחָת m. pr. part. Hoph., dein subst. *corruptum aliquid, corruptio* Lev. XXII, 25.

שִׁטָּה *acacia* v. sub rad. שנט.

שָׁטַח fut. יִשְׁטַח *expandit.* (Chald. syr. et nasor. שְׁטַח, ܫܛܚ id., Ithp. se prostravit, arab. سطح expandit, aequaliter disposuit panem in paropside ut iusculum affunderet, humi prostravit, سَطْح planities, tectum domus, aeth. ሰጠሐ: expandit.) Iob. XII, 23: שֹׁטֵחַ לַגּוֹיִם (Deus) *expansionem* i. e. amplas sedes *concedit populis,* max. *aliquid humi expandit* v. c. grana contusa s. polentam 2 Sam. XVII, 19, ossa mortuorum e sepulcris eruta et disiecta Jer. VIII, 2, coturnicum collectos acervos Num. XI, 32.

Pi. expandit manus, brachia, de eo qui preces facit Ps. LXXXVIII, 10.

מִשְׁטוֹחַ m., st. constr. מִשְׁטַח *expansio, locus ubi aliquid expanditur* Ezech. XLVII, 10: מִשְׁטוֹחַ לַחֲרָמִים *locus ubi retia expanduntur* post piscationem siccanda XXVI, 5. 14: מִשְׁטַח חֲרָמִים id. LXX ψυγμὸς σαγηνῶν, quod Arabs vertit مَسْطَح شِبَاك, Vulg. siccatio sagenarum, Syr. et Chald. מִשְׁטַח, ܡܫܛܚܐ. Cf. arab. مِسْطَح locus in planitiem patens in quo dactyli siccantur.

שׁוֹטֵט v. s. rad. שוט p. 1379.

שָׁטַף fut. יִשְׁטֹף 1) *se effudit, largiter fluxit* (vic. radd. צוף et זוב fluere, inundare, aram. טְפַף, ܛܦ id., טופן et arab. طوفان diluvium, cf. נָטַף stillavit). Ps. LXXVIII, 20: הֵן הִכָּה צוּר וַיָּזוּבוּ מַיִם וּנְחָלִים יִשְׁטֹפוּ *en percutiebat rupem, profluebat aqua et rivi sese effundebant.* גֶּשֶׁם שֹׁטֵף imber largiter fluens Ez. XIII, 11. 13. XXXVIII, 22. — 2) *inundavit, redundavit* fluvius. נַחַל שׁוֹטֵף torrens inundans Jes. XXX, 28. LXVI, 12. 2 Par. XXXII, 4. Metaph. de exercitu qui terram fluvii instar inundat Dan. XI, 10. 26. 40. Jes. VIII, 8. Eandem metaphoram habent Arabes, v. c. Vit. Tim. I, p. 488: وانصب بذلك الطوفان et effudit se cum hoc diluvio i. e. egressus est cum hoc magno exercitu. — Sq. acc. a) *inundavit* aliquid Jer. XLVII, 2, et maiorem in modum *aquâ obruit* et *hausit,* idque maxime metaphorico sensu. Psalm. LXIX, 3: שִׁבֹּלֶת שְׁטָפָתְנִי *fluctus* i. e. calamitas *me obruit.* Vs. 16. CXXIV, 4. Jes. XLIII, 2. Cant. VIII, 7: *multae aquae non possunt exstinguere amorem* וּנְהָרוֹת לֹא יִשְׁטְפוּהָ *et flumina non obruunt eum.* שׁוֹט שׁוֹטֵף *flagellum inundans,* plaga irruens Jes. XXVIII, 18, v. שׁוֹט pag. 1378. b) *alluendo abstulit.* Jes. XXVIII, 17. Iob. XIV, 19: *fluctus pulverem terrae auferunt.* Ez. XVI, 9, et contra c) *inundando attulit.* Jes. X, 22: כִּלָּיוֹן חָרוּץ שׁוֹטֵף צְדָקָה *interitus decretus est, affert inundando* i. e. fluminis inundantis instar *iustitiam* i. e. poenam ab impiis promeritam. צְדָקָה est accus. pendens ex verbo שׁוֹטֵף. d) *abluit* aliquid, ut manus Levit. XV, 11, currum sanguine contaminatum 1 Reg. XXII, 38. (Arab. شَطَف lavit, II id.) — 3) metaph. *concitato cursu ruit* (equus) Jer. VIII, 6. Cf. no. 1.

Niph. 1) *inundatione obrutus est* (de agmine hostili) Dan. XI, 22. — 2) *ablutus est* Lev. XV, 12.

Pu. i. q. Niph. no. 2. Lev. VI, 21.

שֶׁטֶף et **שֵׁטֶף** (hoc quidem Prov. XXVII, 4 et in nonnullis codd. mss. et edd. Ps. XXXII, 6) m. 1) *effusio,* v. c. pluviae Iob. XXXVIII, 25, metaph. Prov. XXVII, 4: שֵׁטֶף אַף *effusio irae* (torrenti rapido similis, cf. עֶבְרָה Hos. V, 11).

2) *inundatio.* שֵׁטֶף מַיִם inundatio aquae, metaph. de calamitate magna quae torrentis instar grassatur Ps. XXXII, 6, de poenis a Deo immissis Nah. I, 8. Dan. IX, 26: קִצּוֹ בַשֶּׁטֶף *finis eius* ingruet *cum inundatione* i. e. subito et praeter exspectationem finietur eius imperium, exitium ei superveniet in communi impiorum clade a Deo immissa. Item de exercitu inundante Dan. XI, 22: זְרֹעוֹת הַשֶּׁטֶף יִשָּׁטְפוּ מִלְּפָנָיו וְיִשָּׁבֵרוּ *copiae inundationis* i. e. copiae militum per terram diffusae *coram ipso* (adventante cum suis copiis Antiocho) quasi nova inundatione *obruentur ac perfringentur.* — (A שֶׁטֶף auctore Gesenio monn. phoen. p. 427 nomen accepit *Sitifis* urbs Mauritaniae (hodie *Setif* سطيف Istakhri ed. Moeller p. 21. Abulf. geogr. p. 140 ed. Par.) eiusque terrae provincia *Sitifensis,* v. Itin. Antonini 24. 29. Ammian. Marcell. XXVIII, 6, 23. XXIX, 5, 5, nec non *Satafis* urbs illi vicina, Itin. Ant. 40).

שָׁטַר pr. cecīdit, incīdit, ut arab. سَطَرَ (= قَطَعَ بِالسَّيْف ense cecīdit, Kam., unde سَاطِر lanio, et سَاطُور magnus lanionis culter, it. سَطْر linea propr. incisa, series, ordo, مِسْطَرَة canon ad quem rectae lineae ducuntur, cf. شَرَطَ hebr. שָׂרַט incidit, شَتَرَ dissecuit, شَطَرَ dimidiavit, bipartitus est, unde شَطْر dimidium, pars rei, latus, tractus, v. chald. שְׁטַר), dein *scripsit* (ab incidendo, ut כָּתַב p. 722, gr. γράφειν, lat. scribere), arab. سَطَرَ id. Cor. LXVIII, 1. II et VIII id. Harir. p. 540.

Cor. LIV, 53, مُسْطُور scriptus Cor. XVII, 60. XXXIII, 6. LII, 2, himjar. סטר id. (inscript. Hisn-Ghurab. I lin. 6, III lin. 3, ubi partic. *sâter* scriba = שֹׁטֵר, IV lin. 2, inscr. Arnaud LVI lin. 4, v. Roediger, Versuch ueber die Himjar. Schriftmonumente p. 24. 31. 34), chald. שְׁטָר scriptum instrumentum obligationis s. contractus Targ. Jer. XXXII, 10, 11. 14, et saepe apud Rabbinos שטר חוב scheda debiti, chirographum, ש' צואה scheda mandati i. e. testamentum, v. Buxtorf. lex. c. 2381, מִנְיַן שְׁטָרוֹת numeratio contractuum i. e. aera Seleucidica, syr. ܫܛܪܐ et ܐܫܛܪܐ scriptum, chirographum, syngrapha, epistola; exstat etiam, si cel. Rawlinsonis ingenio fides habenda, in inscrr. babylonicis cuneif., is enim in inscr. prope Van reperta effecit verba *sadari* et *yasdur* scribendi significatione, v. Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XIV. p. LXXIX. Hinc

Part. **שֹׁטֵר** pr. *scriba* (LXX paene ubique γραμματεύς vel γραμματοεισαγωγεύς, et Syr. plerumque ܣܳܦܪܳܐ), dein, quoniam ars scribendi antiquissimo tempore maxime actionibus publicis et forensibus adhibebatur (cf. כָּתַב Kal no. 4 et Pi., gr. γραφή, γράφεσθαι), *magistratus, praefectus populi, tribunus* (arab. مُسَطِّر et مُسَيْطِر, مُصَيْطِر praefectus, inspector rei, commentariensis, qui annotat quaecunque ad rem curandam s. gerendam spectant, Cor. LII, 36. LXXXVIII, 22. Harir. p. 84, سَيْطَرَ et سَوْطَرَ praefectus fuit rei). Targg. סַרְכָא praefectus, Graec. Venet. κελευστής vel πράκτωρ (cf. Luc. XII, 58), Vulg.: praepositus, magister, exactor, Saad. عَرِيف tribunus, dux populi, Ar. Erpen. رَئِيس princeps, Josephus antiq. jud. IV, 18, 14 ὑπηρέτης. — Speciatim שֹׁטְרִים appellantur a) praefecti populi Israëlitici in Aegypto, ex ipsis Israëlitis selecti Exod. V, 6—19, ubi populares suos ad opus urgebant et exactoribus Aegyptiis a Pharaone constitutis (נֹגְשִׂים) rationem reddebant, qua in re sine dubio perscriptione rerum actarum vel certe aliqua consignatione utebantur (v. impr. l. c. vs. 14), et in deserto Sinaïtico Num. XI, 16, ubi septuaginta Seniores populi et הַשֹּׁטְרִים iuncti commemorantur, Deut. XX, 5. 8. 9. XXIX, 9. XXXI, 28. Jos. I, 10. III, 2, ubi ambulantes per castra Josuae iussum proclamant, VIII, 33, ubi ut saepe a Senioribus זְקֵנִים et iudicibus שֹׁפְטִים distinguuntur, XXIII, 2. XXIV, 1. Sic etiam a decurionibus, pentecontarchis, centurionibus, chiliarchis secernuntur Deut. I, 15, cf. 1 Par. XXVII, 1. — b) magistratus in oppidis Palaestinae, coniuncti quodammodo cum iudicibus Deut. XVI, 18, selecti ex Levitis, ut ait Chronista 1 Par. XXIII, 4. XXVI, 29. 2 Par. XIX, 11. XXXIV, 13. Adde Prov. VI, 7, ubi formicae nec principem מוֹשֵׁל, nec magistratum שֹׁטֵר, nec iudicem קָצִין habere, nihilosecius tamen gnavae esse et certum ordinem sequi dicuntur. LXX hoc uno loco ἀναγκάζων, Aqu. et Theodot. ἐκβιάζων, Venet. ἐπιστάτης, at Symm. γραμματεύς. — c) Peculiaris dignitas *censoris* vel *moderatoris rei militaris* videtur notari 2 Par. XXVI, 11, ubi duo viri, unus שׁוֹטֵר et alter סוֹפֵר in exercitu Usiae regis censores constituuntur sub regio inspectore. LXX κριτής (et γραμματεύς pro סוֹפֵר). — Semel praeterea in Samar. codice Deut. XXI, 2 שׁטר legitur, ubi in Masor. est שֹׁפְטִים. Ceterum vid. Fuller. miscell. III, 19. Hengstenberg Beiträge z. Einl. ins A. T. II, p. 450 sq.

שְׁטַר chald. Dan. VII, 5 in plerisque codd. mss. et edd. legitur, rectius est in 26 codd. mss. et nonnullis edd. **שְׂטַר** i. q. syr. ܣܛܪ et targumicum סְטַר (quod in loco Dan. undecim codd. habent) *latus*. Ipsa verba sunt: וְלִשְׂטַר חַד הֳקִמַת *et ad unum latus* i. e. seorsum *constituta erat* ursa, Medorum regni imago: quibus mihi hoc videtur siginificari, quod Medi vi et potentia iam dudum insignes seorsum ad latus et quasi in insidiis manserunt, donec surgere et expugnare Babyloniam a Deo iuberentur (verbotenus: donec eis acclamarent, surge, devora carnem multam). In paucis quibusdam codd. legitur סְתַר latibulum, quod non admittendum quidem est, sed non ineptum tamen ad sensum auctoris. Veteres intpp. omnes *latus* vel *partem* reddunt, LXX ἐπὶ τοῦ ἑνὸς πλευροῦ ἐστάθη, Theodot. εἰς μέρος ἓν ἐστάθη, Syr. ܠܣܛܪ ܚܕ ܩܳܡܰܬ, Graec. Ven. ἔς τε μέρος ἓν ἠγέρθη. Syriace dicitur ܣܳܡ ܠܣܛܪ ad latus posuit i. e. seorsum, ܠܣܛܪ ܚܕ pro una parte i. e. seorsum, vid. Bernstein. lex. Chrestom. s. v., ܣܛܪ ܡܢ seorsum ab al., praeter. Nasor. Aph. אַסְטַר ad latus posuit, removit. Bertholdus, Haevernick. al. latus putant dictum esse pro anteriore vel posteriore corporis parte et sic vel sedentem ursam vel etiam posteriora sua erigentem fingunt: quod praeposterum est.

שִׁטְרַי (praefectus Deo gratus, Gesen.: γραμματικός, Simon.: dominium Jehovae) n. pr. viri qui a Davide pastoribus regiis in planitie Saron pascentibus erat praepositus 1 Par. XXVII, 29 Kethib. In Keri est שִׁרְטַי, sed illud expresserunt LXX: Σιτραΐ, et Vulg.: Setrai.

מִשְׁטָר m. *dominium, imperium* (cf. שֹׁטֵר supra, et arab. تَسْيِطْر i. q. تَسَلَّطَ dominium habuit Harir. p. 549). Iob. XXXVIII, 33: הֲיָדַעְתָּ חֻקּוֹת שָׁמָיִם אִם־תָּשִׂים מִשְׁטָרוֹ בָאָרֶץ *num tu nosti leges coeli, an definis eius dominium in terra?* i. e. vim quam habet coelum in tempestatem, fertilitatem et omnem conditionem terrae, rerum terrestrium ductum et gubernationem.

שָׁיָא sive **שָׁיָא** rad. inusit., arab. شاء pro شَيِئَ desideravit, voluit, unde شَيْءٌ res (pr. id quod vult aliquis vel intendit, cf. חֵפֶץ no. 2. p. 507), شاء med. و

admiratione affecit, cogn. شَهَا et شَهِىَ appetivit, cupivit, VIII id., IV dedit alicui id quod cupivit c. acc. p. Hinc est

שַׁי (pro שַׁיא, ut גַּי vallis pro גַּיְא) m. collect. *res pretiosae* (חֲמוּדוֹת, מַחֲמַדִּים res pretiosae a חָמַד desideravit, cupivit), spec. quae dono dantur, *donum, munus.* Aliter non legitur nisi in hac solemni locutione: הֹבִיל שַׁי *dona s. munera obtulit* Deo Jes. XVIII, 7. Ps. LXVIII, 30. LXXVI, 12.— (Jo. Simonis שַׁי ducebat a rad. שָׁוָה et munus sic appellatum aiebat ab exaequatione et retributione; Eichhorn. affert arab. سَىٌّ lac sponte fluens ex ubere, unde שַׁי proprie affluentiam explicaveris. Nullo modo autem ab *afferendo* dictum est, ut b. Gesenius scribit in Lex. man.; non enim adducere sive afferre aliquid significat arab. شاء conj. II., sed adducere aliquem ad aliquid, propr. propensum facere. Nec Boettcheri coniectura, de inferis I, p. 141, afferendi significationem mihi probavit.)

שְׁיָא n. pr. m., v. שְׂרָיָה.

שִׁיאוֹן v. s. r. שׂוא supra p. 1370.

שִׁיבָה v. s. r. שׁוּב et s. יָשַׁב.

שִׁיָה rad. incerta, ad quam referri posse videtur fut. apoc. תֶּשִׁי (ad formam cf. וַיְחִי) in verbis Deut. XXXII, 18: צוּר יְלָדְךָ תֶּשִׁי *rupem* i. e. Deum patrem tuum, *qui te genuit, deserebas.* LXX ἐγκατέλιπες. Vulg. *dereliquisti,* in altero hemistichio וַתִּשְׁכַּח (oblitus es). Videtur autem שָׁיָה idem notasse quod שָׁתָה, سَهَا oblitus est, neglexit, unde سَهْوٌ incuria, ה inter duas vocales interiecto mutato in י, quod saepe fit, cf. צָהָה et צָיָה, פָּהָה et פָּיָה, זָהָה et زَهَى ornavit, نَهِئَ et نَيِئَ cruda fuit (caro), adde eandem litterae א mutationem in דָּאָה, דַּיָּה (vultur), عَقَا, عَقَأ: nisi תֶּשִׁי ab ipso verbo שָׁחָה repetere malis, ut contractum sit ex תֶּשְׁחִי (pro תִּשְׁחֶה, cf. תִּמְחִי Jer. XVIII, 23 pro תִּמְחֶה) coll. זר pro זהיר. Minus probandum, quod alii conferunt arab. سوى IV neglexit, omisit, certe rad. سوى respondet hebr. שָׁוָה, שָׁוֶה. — Restat autem alia sententia, haud spernenda illa quidem, ex qua תֶּשִׁי pronuntiationis quodam languore ortum sit ex תַּשִּׁי idque positum pro תַּשִּׁיא *decipiebas*, scil. Hiph. verbi נָשָׁא, ut יַשִּׁי pro יַשִּׁיא Ps. LV, 16 Keri (v. rad. נָשָׁא Hiph. p. 919). Eodem collineat scriptura codicis Samar. תשא i. e. תִּשָּׁא. Onk. Saad. Syr. verterunt: oblitus es, forte in mente habentes נָשָׁה. Novam, sed vix probabilem sententiam protulit F. Böttcher. de inferis I. p. 141, notionem repellendi tribuens verbo שָׁיָה.

שִׁיז rad. inusit., arab. شِيزٌ, شِيزَى ligni nigri genus, prob. ebenum, مُشَيَّزٌ rubris lineis notatus (pannus); أَشْوَزُ superbiens, شِيزَ بِهِ amore eius captus est. Inde aliquo modo duci possit

שִׁיזָא n. pr. m. 1 Par. XI, 42.

שֵׁיזִב chald. v. שׁוּב.

שִׁיחָה v. s. rad. שׁוּחַ.

שַׁיִט v. s. r. שׁוּט.

שִׁילֹנִי, שִׁלֹה, שִׁילוֹ, שִׁילֹה v. s. rad. שָׁלַם.

שִׁימוֹן n. pr. v. s. rad. יָשַׁם p. 639.

שִׁין rad. in Kal inusit. i. q. aeth. ሸነ: pro ሸየነ: *minxit*, v. c. Fatha Nagast ms. p. 197, b: ዘይሸይን: ላዕለ: መንጸፉ: qui mingit in stragulum suum. ሽንት: urina 2 Reg. XVIII, 27. It. amhar. ሸና: minxit, ሽንት: urina. Syr. ܫܢ minxit pro hebr. הִשְׁתִּין in Peschit. (praeter locos 1 Sam. XXV, 22 et 34, ubi pro ܕܡܫܬܢ, quod Arabs quoque expressit, forte scribendum est ܕܡܫܝܢ part. Pa. rad. ܫܢ, quanquam Pa. alibi non legi) et in Syr. Hexapl. 2 Reg. IX, 8 (ubi pro ܫܝܢܐ scribe ܫܢܐ), ܫܝܢܐ et ܫܝܢܬܐ urina nasor. תינא id. Ex arabicis huc pertinet مَثَانَةٌ vesica urinaria, quod voc. Lexx. perperam ponunt sub verbo denom. مَثِنَ laboravit e vesica. Rabbinica vid. infra. Ex hac radice non solum שִׁין urina prodiit, sed de mea quidem sententia etiam

Hiph. הִשְׁתִּין contr., ut videtur, ex Hithpa. הִשְׁתַּיֵּן *minxit.* In V. T. tantum part. מַשְׁתִּין legitur in hac una formula proverbiali: מַשְׁתִּין בְּקִיר *mingens ad parietem,* qua *quemcunque masculi generis hominem* designant, nempe ubi totius gentis vel familiae exstirpandae mentio est. Cf. formulam nostram: bis auf den letzten Mann. 1 Reg. XIV, 10: וְהִכְרַתִּי לְיָרָבְעָם מַשְׁתִּין בְּקִיר עָצוּר וְעָזוּב בְּיִשְׂרָאֵל *et exstirpabo Jarobeamo* quemcunque *mingentem ad parietem, clausum et dimissum in Israële* i. e. omnes et singulos (cf. עָזַב p. 1008). XXI, 21. 2 Reg. IX, 8. 1 Sam. XXV, 22. 34. 1 Reg. XVI, 11: *trucidavit Simrius omnem domum Baësae,* לֹא־הִשְׁאִיר לוֹ מַשְׁתִּין בְּקִיר וְגֹאֲלָיו וְרֵעֵהוּ *non reliquit ei ullum masculum, et consanguineos eius* trucidavit *et socios eius.* Imitatus hanc formam biblicam Barbebraeus in Chronico ap. Assem. bibl. orient. T. II. p. 260, *An,* inquit, *desiderium me teneat dioeceseos Gumae,* ܕܠܐ ܐܫܬܒܩ ܒܗ ܡܫܬܝܢ ܒܣܘܪܐ *in qua non relictus est unus qui mingat ad parietem?*

i. e. quae tota desolata est. Opponunt quidem huic interpretationi, quod Herodotus II, 35 de Aegyptiis, Xenophon cyrop. I, 2, 16 et Ammianus Marcellinus XXIII, 6 de Persis, nec non itineratores recentiores (ap. Jahn. Archaeol. bibl. I, 2. p. 77) testantur, homines bene moratos in Oriente nonnisi sedentes, neque facile in aliorum conspectu mingere solere, adde Hesiod. ἔργ. κ. ἡμ. vs. 729, et quod Arabes dicunt: اذا بال قائمًا فكانما بال على الكعبة ,,si quis stans mingit, aeque est ac si mingat in Caabam" (Fleischer. in Catalog. biblioth. senat. Lips. p. 394), ideoque vel *infimae sortis homines* intelligunt (ut Jahn. l. l. et in hermeneut. sacra p. 31), vel *parvulum* sive *puerum* (Schindler. lex pentagl., Lud. de Dieu ad 1 Sam. XXV, 22. Gesen. lex. man.), vel *canem*, id quod olim multis placuit; ita enim interpretati sunt Ephr. Syr. opp. T. I. p. 542. F., Juda ben K. MS.: משתין בקיר تفسيره بايل يبول على الحايط يعنى به الكلب الذى يرفع رجله ويبول على الحايط i. e. מ' בק' *vertendum: mingens qui mingit in parietem, vult canem, qui tollit pedem suum et mingit in parietem*, Abulwalid. MS.: משתין בקיר هذه اللغة مشهورة فى كلام الاوايل ר א ע فى اراقة الماء بالبول ومن ذلك قولهم לא ישתין אדם מים אצל כתלו של חבירו אלא אם כן הרחיק ממנו ג׳ טפחים واللفظ اعنى لفظ משתין בקיר كناية عن الكلب والمعنى ان لا ابقى لهم شيا حتى الكلاب التى تبول على الحايط وفى نحو هذا المعنى تقول العرب ما له [illegible] ولا نابح i. e. מ' בק' *haec locutio trita est apud maiores nostros b. m. de mictu, velut quum dicunt:* לא ישתין וכו' [Baba bathra f. 19, cf. Kimchi lex. s. v.]; *notant autem verba* מ' בק' *canem, et sententia haec est: non relinquam iis quicquam, ne canes quidem, qui mingunt in parietem. Simile est dictum arabicum: non habet latrantem nec latratorem* (addit denique aliud dictum talmudicum: (בשלמא ינתין משתין כדי הילך ד' אמות), porro Tanchum Hieros. (cf. librum meum de interpret. arab. libror. Jud. cet. p. 31), Raschi, Dav. Kimchi, J. Dav. Michaëlis, Dathius, alii, qui non aliter haec accipiunt, quam Aureliani minas, quas Vopiscus refert his verbis: ,,Quum Thyanam venisset eamque occlusam repperisset, iratus dixisse fertur: Canem in hoc oppido non relinquam." Strenue hos canum patronos impugnavit Bochartus in Hieroz. I, 776 sqq. ed. Lips., recteque perstitit in ea sententia, quam supra sumus secuti.

(Verbo הִשְׁתִּין Talmudici ceterique Rabbini Vetus Test. imitati utuntur, ex eoque novum nomen finxerunt שֶׁתֶן *urina*, quod Juda b. K. ex vetere libro medico, ספר רפואות, citat. De radice שָׁתַן alioqui nulla exstant vestigia, quapropter suspicor, הִשְׁתִּין ad שִׁין pertinere et ex Hithpa. הִשְׁתַּיֵּן factum esse, quam contractionem, licet insolentem, in tali verbo obscoeno (v. שַׁיִן) et fere plebeiis trito vix mirabere.)

שַׁיִן m. pl. שֵׁינִים c. Suff. שֵׁינֵיהֶם *urina* (rabb. שֵׁינָא id.) 2 Reg. XVIII, 27 et l. gemino Jes. XXXVI, 12 utrobique in Kethib, ubi Keri est מֵימֵי רַגְלֵיהֶם aqua pedum, in quo honesti sermonis quoddam studium cernitur, quum illud שֵׁינַיִם temporum decursu obscoenitatis saporem cepisset. V. sub rad. שָׁגַל dicta p. 1363.

שֵׁיצִא chald. v. s. rad. יְצָא p. 616.

שִׁיר perf. שָׁר, fut. יָשִׁיר, c. Waw consec. וַתָּשַׁר Jud. V, 1, imper. שִׁיר, inf. שִׁיר 1 Sam. XVIII, 6 Keri (in Kethib est שׁוּר fortasse mendosum, vid. tamen fut. יָשֹׁר infra ad locum Iob. XXXIII, 27) *canere* (in reliquis linguis semiticis non usitatum, nisi quod Targumistae utuntur nomine שִׁיר, שִׁירָא pro hebr. שִׁיר, שִׁירָה canticum) Jud. V, 1. Ps. LXV, 14. Constr. a) sq. acc. cantici Exod. XV, 1. Num. XXI, 17. Ps. VII, 1. XCVI, 1. XCVIII, 1. CXXXVII, 4. CXLIX, 1. Jes. XLII, 10, it. eius qui vel quod canitur i. e. carmine celebratur Ps. LIX, 17. LXXXIX, 2. CI, 1. CVI, 12. — b) sq. לְ est tum *canere alicui* carmen i. e. coram aliquo Ps. CXXXVII, 3, tum multo saepius *canere in honorem alicuius, cantu celebrare aliquem* Ex. XV, 1. 21. Jud. V, 3. Ps. XIII, 6. XXVII, 6. XXXIII, 3. LXVIII, 5. 33. Jer. XX, 13. 1 Par. XVI, 9. 23, et semel *canere de* aliq. Jes. V, 1. — c) sq. בְּ *canere de* aliq. Ps. CXXXVIII, 5 (ut דִּבֶּר בְּ loqui de aliq.). — d) sq. עַל eius quem quis canendo quasi alloquitur, coram quo cantat (einem zusingen, auf einen los singen) Iob. XXXIII, 27: יָשֹׁר עַל אֲנָשִׁים וַיֹּאמֶר *cantat coram hominibus et dicit* i. e. laete clamat inter homines, scil. Dei clementiam tanquam carmine celebrans. (Cf. עָנָה cecinit, et clamavit p. 1047.) Prov. XXV, 20: שָׁר בַּשִּׁרִים עַל לֶב־רָע *cantans carminibus ad cor afflictum* i. e. laeta carmina decantando se convertens ad hominem afflictum.

Part. שָׁר subst., pl. שָׁרִים *cantores* Ps. LXVIII, 26. LXXXVII, 7. Ezech. XL, 49. 2 Par. IX, 11. Fem. pl. שָׁרוֹת *cantrices* 2 Sam. XIX, 36. Eccl. II, 8. 2 Par. XXXV, 25.

Pil. שׁוֹרֵר *cecinit*, etiam de voce animalium Zeph. II, 14, et de ipso cantu dicitur 2 Par. XXIX, 28: וְהַשִּׁיר מְשׁוֹרֵר *et cantus canebat* i. e. sonabat. Vid. nomen subst. שִׁיר no. 1. Sq. acc. Iob. XXXVI, 24: אֲשֶׁר שֹׁרְרוּ אֲנָשִׁים *quod homines canunt* i. e. celebrant. (Male alii: quod homines contemplantur, a rad. שׁוּר II, 3, d). — Part. מְשׁוֹרֵר pl. מְשֹׁרְרִים *cantor* (nonnisi in Esr. Nehem. et Paralip. libris legitur) 1 Par. VI, 18. IX, 33. XV, 16. 27. 2 Par. V, 12. Esr. II, 41. VII, 7. X, 24. Neh. VII, 1. XI, 22. 23. XII, 28 sq. XIII, 5. 10. Fem. pl. מְשֹׁרְרוֹת *cantrices* Esr. II, 65. Neh. VII, 67.

Hoph. הוּשַׁר pass. Jes. XXVI, 1.

שִׁיר m. 1) *cantus, cantatio*, i. e. canendi actus, germ. Gesang = das Singen 1 Par. VI, 16: אֵלֶּה אֲשֶׁר הֶעֱמִיד דָּוִיד עַל־יְדֵי־שִׁיר בֵּית יְהוָֹה *hi sunt, quos Davides constituit apud cantum in templo Dei*, ibid. vs. 17: וַיִּהְיוּ מְשָׁרְתִים . . . בַּשִּׁיר *et erant administri in cantu*, XXV, 6. 7: מְלֻמְּדֵי שִׁיר לַיהוָֹה LXX δεδιδαγμένοι ᾄδειν Κυρίῳ, 2 Par. XXIII, 18. Neh. XII, 27. 2 Par. XXIX, 27 et 28:


וּבְעֵת הֵחֵל הָעֹלָה הֵחֵל שִׁיר־יְהוָה וְהַחֲצֹצְרוֹת . . . וְכָל־הַקָּהָל מִשְׁתַּחֲוִים וְהַשִּׁיר מְשׁוֹרֵר וְהַחֲצֹצְרוֹת מַחְצְרִים הַכֹּל עַד לִכְלוֹת הָעֹלָה *et tempore quo incipiebat sacrificium incipiebat etiam cantus* in honorem *Dei et tubae* sonantes *. . . et omnis coetus adorabant, et cantus canebat* (i. e. sonabat) *et tubae clangebant, donec sacrificium consummatum esset.* Male D. Kimchi שִׁיר alterum exponit בַּעַל שִׁיר cantor, alii chorum interpretantur. Ceterum plerumque cantus ad instrumenta musica aptus videtur indicari. Hinc כְּלֵי שִׁיר instrumenta musica 2 Par. V, 13. VII, 6. XXIX, 27. XXXIV, 12. 1 Par. XVI, 42. Amos. VI, 5. Neh. XII, 36. בְּנוֹת הַשִּׁיר filiae canticnis Eccles. XII, 4, de quo loco v. rad. שָׁחַח pag. 1387. — 2) *id quod canitur vel cani potest,* sive a) collectiv. *cantica, carmina* 1 Reg. V, 12 de Salomone rege: וַיְהִי שִׁירוֹ חֲמִשָּׁה וָאָלֶף *et erat* numerus *carminum eius mille et quinque.* שִׁיר יְהוָה *carmina* in *Dei* honorem canenda Ps. CXXXVII, 4 i. q. שִׁיר צִיּוֹן *carmina Sionitica* ib. vs. 3. Ps. XLII, 9. cf. nomen speciale שִׁירָה, sive b) *canticum, cantilena, carmen,* tam sacrum Ps. XXXIII, 3. XL, 4. LXIX, 3. XCVI, 1. XCVIII, 1. CXLIX, 1. Jes XLII, 10, quam profanum Jes. XXIII, 16. XXIV, 9. Eccl. VII, 5 (ubi est carmen laudativum, opp. גְּעָרָה obiurgatio), spec. laetum Am. VIII, 3. 10 (opp. קִינָה). Plur. שִׁירִים *carmina, cantica* Gen. XXXI, 27. Prov. XXV, 20. Am. V, 23. Ezech. XXVI, 13. 1 Par. XIII, 8. — שָׁר שִׁיר cecinit carmen, vid. rad. litt. a. דִּבֶּר שִׁיר dixit carmen Jud. V, 12. שִׁיר חֲנֻכַּת הַבַּיִת carmen in dedicatione domus s. templi cantandum Ps. XXX, 1. שִׁיר לְיוֹם הַשַּׁבָּת *c. die sabbati cantandum* Ps. XCII, 1. שִׁיר הַמַּעֲלוֹת in inscriptione Psalmorum CXX — CXXXIV, v. quae b. Gesenius disputavit s. rad. עָלָה p. 1031 sq. In aliorum Psalmorum inscriptt. שִׁיר iuxta מִזְמוֹר positum est, id quod plerumque ex inscriptione dupliciter facta explicari posse videtur Ps. XLVIII, 1. LXV, 1. LXVI, 1. LXVII, 1. LXVIII, 1. LXXV, 1. LXXVI, 1 all. שִׁיר עֲגָבִים *carmen deliciarum* i. e. suave Ezech. XXXIII, 32. שׁ' יְדִידֹת Ps. XLV, 1 vid. s. rad. יָדַד p. 565. שִׁיר הַשִּׁירִים titulus libri Cant. (I, 1), Vulg. *canticum canticorum* i. e. carmen praestantissimum, germ. das Lied unter den Liedern, collatis formulis קֹדֶשׁ קָדָשִׁים sanctissimum, עֲדִי עֲדָיִים ornatus pulcherrimus Ezech. XVI, 7, שְׁמֵי הַשָּׁמַיִם coelum altissimum 1 Reg. VIII, 27 et similibus (Gesen. Lehrgeb. p. 692 sq.). Non est cum certis quibusdam interpretibus sic explicandum ut sit carmen e numero carminum illorum quae Salomo condidit 1 Reg. V, 12, carmenve e pluribus carminibus compositum, multo minus denique catena carminum, coll. שַׁרְשְׁרָה catena, quod nonnullis placuit. Vid. intpp. ad Cant. I, 1.

שִׁירָה f. *carmen* (est nomen unitatis, contra שִׁיר nomen generale, v. gramm. hebr. ed. 14—16. §. 105, 3, e), semper de uno et certo carmine dicitur, plerumque pronomini demonstr. iunctum הַשִּׁירָה הַזֹּאת hoc carmen Ex. XV, 1. Num. XXI, 17. Deut. XXXI, 19. 21. 22. 23. Ps. XVIII, 1 (2 Sam. XXII, 1). Jes. XXIII, 15. etiam de parabola (rhythmice scripta) Jes. V, 1. Plur. שִׁירוֹת Am. VIII, 3.


שַׁיִשׁ *marmor,* v. rad. שׁוּשׁ.

שִׁישָׁא n. pr. m. 1 Reg. IV, 3 corruptum ex שְׂרָיָה q. v. pag. 1338.

שִׁישַׁק, semel שׁוּשַׁק 2 Reg. XIV, 25 Kethib, n. pr. regis Aegypti, qui Jarobeamum a Salomone rege expulsum hospitio excepit (1 Reg. XI, 40), et postea (c. ann. 970 a. Ch. n.) Rehabeamo regnante, et quinto quidem anno huius regis, in Judaeam cum exercitu venit, urbes munitas (inter quas secundum Aegyptia monumenta erant Megiddo, Beth-Horon, Mahanaim) et ipsa Hierosolyma cepit ibique templum Jehovae palatiumque regis despoliavit 1 Reg. XIV, 25. 2 Par. XII, 2—9. LXX Σουσακίμ, Joseph. (Arch. VIII, 7, 8. X, 2—4) Σούσακος, Vulg. Sesac, Syr. ܫܘܫܩ. Est *Sesonchis I.*, rex primus in secunda et vicesima Manethonis dynastia (ap. Jul. Afric. Σεσόγχις, ap. Euseb. Σεσόγχωσις), cuius nomen in monumentis hieroglyphicis sic scriptum est:



ϣϣⲛⲕ, nonnunquam abbreviatum ϣϣ vel ϣⲛⲕ vel ϣϣⲕ, quae postrema scriptura (Leemans, lettre à M. Fr. Salvolini sur les monumens égypt. portant des légendes royales, Lugd. Bat. 1838. 8. p. 110, tab. XXII, no. 220) cum biblica שִׁישַׁק prorsus congrua est. Hoc nomen cum in aliis monumentis, tum cum ipsa regis imagine conspicitur in cavaedio palatii magni Thebani, cuius ruinae hodie in oppido Karnak supersunt, ubi inter alia multa anaglypha, quae ad reges illius dynastiae Bubastitae pertinent, unum repraesentat Sesonchem regem multorum populorum victorem. Inter figuras autem hominum devictorum est vir barbatus, brachiis post tergum colligatis, qui in ventre gerit hoc nomen



ⲒⲞⲨⲆϨⲀⲘⲀⲖⲔ adiecto signo terrae vel regni, quo nomine regnum Judaicum significatur. Vix autem dubitari

potest, quin haec imago ad bellum illud contra Rehabeamum gestum referenda sit. Male enim Josephus l. c., Marshamus can. chron. p. 376 sqq. aliique Sesonchem eundem cum Sesostri fuisse opinati sunt huiusque expeditionem bellicam ab Herodoto II, 11 memoratam ad Rehabeami tempora retulerunt; nam Sesostrem Sesonche antiquiorem esse, nunc nemo ignorat. De Sesonche vid. Rosellini monumenti dell'Egitto e della Nubia, P. I. monum. storici, tom. II, p. 78—82, regis nomen ibid. tab. VII, no. 134, eiusque imago in Tab. XI, fig. 44., Champollion lettres écrites d'Égypte p. 99 et tab. V., précis du système hiéroglyph. ed. 2. p. 255 et tab. gener. 6, no. 116, eiusd. gramm. aegypt. p. 141 s., de Paravey études sur l'archéologie et sur un monument biblique très important. Par. 1834. 8., Leemans lettres à M. Fr. Salvolini l. c., Bunsen Aegyptens Stelle in der Weltgeschichte III, p. 133.

שִׁית praet. שָׁת, 1 pers. שַׁתִּי, fut. יָשִׁית, apoc. יָשֶׁת, וַיָּשֶׁת, inf. et imp. שִׁית, inf. absol. שֹׁת Jes. XXII, 7 *ponere, statuere, collocare* i. q. שׂוּם, eius synonymum, sed minus frequens. (Ex radd. hebraeis finitimae sunt שָׁפַת et שָׁתַת et שָׁתָה no. III, quae vide, cf. שָׁתַל. In linguis cognatis huius radicis parva tantum vestigia exstant. In usu erat apud Phoenices, vid. inscript. Massiliensem [ap. Judas étude démonstrative de la langue Phénicienne, Par. 1847. 4. tab. 27 et 27a] lin. 17. 18. 20, Movers phoenic. Texte. II: das Opferwesen der Karthager, Bresl. 1847. 8. p. 116. 121. Munk l'inscr. phénic. de Marseille, Paris 1848, p. 47. 49. 50. Cf. Gesen. monumm. phoenic. p. 451. In Talmude habes שִׁית pl. שִׁיתִין fundamenta, et quod ab hac radice esse duco, שׁוּתָא lignum quod pedibus supponitur Buxtorf. lex. p. 2356 sq. Etiam syr. ܫܬܐ fundamentum notare, auctor est Bar Bahlul ap. Bernstein. lex. Chrestom. p. 553, frequens autem est compositum ܫܬܐܣܐ ut chald. שְׁתָאֵסָא fundamentum, ex ܫܬܐ fundamentum et ܐܣܐ paries.)

1) *ponere* i. q. *statuere, collocare*, gr. ἵστημι, germ. *stellen*, aufstellen, hinstellen, nec non τιθέναι, *setzen*, ubi refertur ad personas et res, quae erectae stant (certe sedent Ps. CXXXII, 11) vel stare potius quam cubare videntur, v. c. ponere custodiam, metaph. Ps. CXLI, 3, collocare aliquem in solio (לְכִסֵּא) Ps. CXXXII, 11, capiti imponere coronam (שִׁית עֲטֶרֶת לְרֹאשׁ) Ps. XXI, 4, et metaph. Gen. III, 15: אֵיבָה אָשִׁית בֵּינְךָ וּבֵין הָאִשָּׁה *inimicitiam ponam inter te et mulierem.* Ps. LXXIII, 28: שַׁתִּי בַּאדֹנָי מַחְסִי *in Domino collocavi refugium meum.* Spec. a) *disponere, struere* aciem, sed ubique omisso acc. מִלְחָמָה vel מַחֲנֶה (tale enim obiectum verbi exspectaveris; similiter dicitur עָרַךְ מִלְחָמָה instruxit aciem, שָׂם מַחֲנֶה castra posuit, et eodem sensu שָׂם, עָרַךְ omisso acc., v. supra p. 1069 et 1323), germ. *sich stellen*, de equitatu Jes. XXII, 7. Ps. III, 7: אֲשֶׁר סָבִיב שָׁתוּ עָלָי *qui undique* aciem *struunt contra me.* — b) *constituere*, τιθέναι, v. c. aliquem principem, sq. dupl. acc. 1 Reg. XI, 34, sq. acc. pers. et לְ Ps. XLV, 17, sq. acc. pers. et עַל rei: *praeponere, praeficere* aliquem alicui rei, v. c. terrae administrandae Gen. XLI, 33, sq. acc. pers. et עִם: *locum dare* apud rem, *praeponere* rei Iob. XXX, 1: אֲשֶׁר מָאַסְתִּי אֲבוֹתָם לָשִׁית עִם־כַּלְבֵי צֹאנִי (inferiores aetate) *quorum patres ego vix dignos iudicabam, quibus locum darem apud canes gregis mei* s. *quos canibus gregis mei praeponerem* (sec. all.: quos aequipararem canibus). — c) i. q. *fundare* (cf. שׂוּם 2, d) 1 Sam. II, 8: *et posuit super illis* (columnis terrae) *orbem.* — d) שִׁית מוֹקְשִׁים laqueos ponere (Schlingen legen, Sprenkel aufstellen) i. e. insidias struere Ps. CXL, 6. — e) *ponere* s. *constituere* terminum Ex. XXIII, 31, de termino temporis (חֹק) Iob. XIV, 13. Ellipt. et impers. Iob. XXXVIII, 11 (mare alloquitur Deus): פֹּא יָשִׁית בִּגְאוֹן גַּלֶּיךָ *hic ponant* i. e. *ponatur* (sc. terminus, vs. 10) *superbiae fluctuum tuorum.* — f) sq. acc. pers. et בְּ loci: *ponere* aliquem in aliquo loco (wohin versetzen). Ps. LXXXVIII, 7: שַׁתַּנִי בְּבוֹר תַּחְתִּיּוֹת *posuisti* (coniecisti) *me in foveam profundissimam.* Semel sq. לְ pers. et בְּ loci Ps. LXXIII, 18: בַּחֲלָקוֹת תָּשִׁית לָמוֹ *in locis lubricis posuisti eos*, locum dedisti eis, cf. Ps. XII, 6: אָשִׁית בְּיֵשַׁע *ponam in salute* (ich versetze in Sicherheit) i. e. securum praesto. Paulo aliter שִׁית פ׳ בְּ est: *ponere aliquem* in aliquo numero i. e. *annumerare* aliquem alicui numero. 2 Sam. XIX, 29: וַתָּשֶׁת עַבְדְּךָ בְּאֹכְלֵי שֻׁלְחָנֶךָ *et posuisti* (me) *servum tuum in convictoribus tuis*, et Jer. III, 19: אֵיךְ אֲשִׁיתֵךְ בַּבָּנִים *quomodo* (i. e. quam honorifico loco) *ponam te inter filios meos!* — g) sq. עַל *aggregare, addere* Gen. XXX, 40: וַיָּשֶׁת לוֹ עֲדָרִים לְבַדּוֹ וְלֹא שָׁתָם עַל־צֹאן לָבָן *et constituit sibi greges seorsum eosque non aggregavit gregi Labanis.*

2) *ponere* aliquem, aliquid (rem, membra corporis), ut iaceat, recumbat, gr. τιθέναι, germ. *legen*. Ps. VIII, 7: כֹּל שַׁתָּה תַחַת רַגְלָיו *omnia posuisti sub pedibus eius*, ei subiecisti. Ruth. IV, 16: *et cepit Noomi puerum*, וַתְּשִׁתֵהוּ בְחֵיקָהּ *et posuit eum in sinu suo.* Ps. LXXXIV, 4: *nidum, ubi ponat* (passer) *pullos suos* (ubi vix licebit שִׁית cum Winero lex. p. 962 de partu interpretari). Spec. a) שִׁית יָד עַל פ׳ manum imponere alicui Gen. XLVIII, 17, quod protegentis est Ps. CXXXIX, 5, et arbitri, qui disceptantibus manum imponit Iob. IX, 33; oculis mortui (quod pietatis est erga parentes) Gen. XLVI, 4. Contra: שִׁית יָד עִם פ׳ *manum admovere cum* aliquo (Hand anlegen mit einem) i. e. alicui se adiungere in re agenda Ex. XXIII, 1. — Ellipt. Iob. X, 20: שִׁית מִמֶּנִּי sc. יָדְךָ *amove a me* sc. manum tuam i. e. plagam qua me afflixisti. — b) sq. בְּ ponere in aliquo loco. Iob. XXXVIII, 36: *quis posuit sapientiam in nubibus* (sec. al. *in renibus* tuis)? Ps. XIII, 3: עַד־אָנָה אָשִׁית עֵצוֹת בְּנַפְשִׁי *quamdiu ponam* (posita habeam) *consilia* (molimina, curas) *in animo meo?* Prov. XXVI, 24: בְּקִרְבּוֹ יָשִׁית מִרְמָה *in pectore suo ponit* (habet, fovet) *fraudem.* — c) שִׁית עָלָיו עֲדִיו ornamenta sibi induere (den Schmuck *anlegen*) Ex. XXXIII, 4. Cf. nomen שִׁית. — d) sq. acc. rei et עַל pers. *imponere* alicui aliquid, vel portandum Ruth.

III, 15, vel perpetiendum Jes. XV, 9 (sq. לְ pers. Ps. IX, 21, de quo loco vid. מוֹרָא s. rad. ירא p. 623), vel praestandum Exod. XXI, 22; it. *tribuere, imputare* alicui culpam Num. XII, 11. Cf. שׂוּם no. 3, e. — e) שִׁית לְנֶגְדּוֹ sibi ante oculos ponere aliquid, quod sc. curae cordique est Ps. XC, 8. CI, 3. Cf. שׂוּם no. 3, g. — f) *proiicere* Iob. XXII, 24: שִׁית עַל עָפָר בָּצֶר *proiice in terram aera* (thesauros aereos). Cf. שׂוּם Ezech. XXVI, 12.

3) *ponere* i. q. *dirigere, convertere* aliquo, ut a) שִׁית פָּנִים אֶל vultum convertere aliquo Num. XXIV, 1. b) שׁ׳ עֵינַיִם sq. gerundio: oculos convertere ad aliquid agendum, moliri aliquid Ps. XVII, 11. c) שִׁית לֵב animum advertere 1 Sam. IV, 20. Ps. LXII, 11. Prov. XXIV, 32, sq. אֶל ad aliquid, rationem habere rei Iob. VII, 17. XXVII, 23, לְ Exod. VII, 23. 2 Sam. XIII, 20. Ps. XLVIII, 14. Prov. XXII, 17. XXVII. 23. Jer. XXXI, 21. — A *constituendi* significatu (no. 1, b) proficiscitur

4) *facere* s. *reddere* aliquem vel rem aliquam talem vel talem (in einen Zustand versetzen = wozu machen, vid. שׂוּם no. 5, pag. 1325), sq. dupl. acc. Jes. V, 6. XXVI, 1. Jer. XXII, 6. Ps. XVIII, 12 (2 Sam. XXII, 12). Ps. XXI, 7. LXXXIV, 7. LXXXVIII, 9. CX, 1, sq. acc. et לְ Jer. II, 15. XIII, 16. L, 3, sq. acc. et כְּ (facere aliquem instar alic.) Jes. XVI, 3. Hos. II, 5. Ps. XXI, 10. LXXXIII, 12. 14. Rarius absol. *facere* i. q. עָשָׂה, ut שִׁית אֹתוֹת miracula facere, edere Ex. X, 1. Frequentius est שׂוּם אֹתוֹת. Inde

5) sq. acc. et לְ pers. *constituere, sistere* i. e. *parare* vel *dare* alicui aliquid Gen. IV, 25: *et appellabat nomen eius Seth* (שֵׁת), כִּי שָׁת לִי אֱלֹהִים זֶרַע אַחֵר תַּחַת הֶבֶל *nam* (sic aiebat) *constituit* i. e. dedit *mihi* vel substituit *Deus filium alium in locum Abelis* occisi. (LXX ἐξανέστησε, Onk. יְהַב dedit, cf. שׂוּם זֶרַע 1 Sam. II, 20.) Jer. LI, 39. — Impers. Hos. VI, 11: גַּם יְהוּדָה שָׁת קָצִיר לָךְ *etiam tibi, Juda, messis* malorum *constituta* s. parata *est*. Al. al., vid. intpp. ad h. l.

Hoph. הוּשַׁת pass. sq. עַל pers. *impositum est* aliquid praestandum alicui Exod. XXI, 30 bis.

שָׁת pl. שָׁתוֹת m. *columnae* (a ponendo s. statuendo dictae), et metaph. *principes, nobiles* civitatis. Ps. XI, 3: כִּי הַשָּׁתוֹת יֵהָרֵסוּן *ubi columina evertuntur*, i. e. ubi nobilissimi quique, recti bonique vindices perierint. Jes. XIX, 10: וְהָיוּ שָׁתֹתֶיהָ מְדֻכָּאִים *et columnae eius* (Aegypti) *confractae erunt* i. e. proceres civitatis afflicti erunt. Opp. עֹשֵׂי שֶׂכֶר mercenarii i. e. vulgus. Saepe in aliis quoque linguis *columina* vocantur homines, qui super alios virtute vel dignitate eminent, quibus ceteri nituntur, in quibus spem suam et praesidium ponunt, ut proceres defensoresve civitatis. Sic ap. Silium Ital. XV, 385 Marcello interfecto exclamat Hannibal: „iacet Ausonii columen regni". „Reipublicae columen" dixit Cic. pro Sext. c. 8 §. 19; „mearum grande decus columenque rerum" Horat. carm. II, 17, 4, cf. Donat. ad Terent. Phorm. II, 1, 57; „columnae apostolatus" Tertull. adv. Marc. I, 20; στῦλοι de apostolis Gal. II, 9, de martyribus Euseb. hist. eccl. V, 1; saepe apud Arabes عمود vel عميد columna i. e. princeps populi A'scha vs. 59 in Sacy chrest. II, p. 107. Hamas. p. 457. Harir. p. 424, apud Syros ܥܡܘܕܐ Assem. bibl. or. II, 266 ubi Barbebraeus vocatur columna Jacobitarum, Barhebr. chron. p. 418 ubi Saladinus columen (ܣܡܟܐ) Arabum; apud Persas استام columen, princeps. Hanc explicationem certe loco Jes. primus adhibuit b. Gesenius, quem Hitzig. Knobel. al. secuti sunt. Alii שָׁתוֹת *fundamenta* interpretantur (cf. rad. 1, c et Prov. X, 25), sed sic etiam proceres maluerim intelligere utroque loco, quam agricolas cum Hendewerk., vel inferioris ordinis homines quoscunque, quos Ewaldus Jes. l. c. civitatis fundamenta putat vocari, sibi ipse contradicens, vid. eius annotata ad Jes. III, 1. Alii, ut Roorda (Orientalia T. II, Amstelod. 1846, p. 58) *stamina* interpretantur et Jes. quidem loco textrinas intelligi, Ps. XI. autem stamina metaph. incepta, conamina vel consilia dici contendunt, alii vero, ut Koppius, Rosenmueller, שֹׁתֶיהָ pronunciantes vertunt: textores eius, coll. שָׁתָה no. II; falsi denique sunt etiam Hieron., Saadias vertentes: irrigua, prata, coll. שָׁתָה bibit.

שֵׁת n. pr. filii Adami natu tertii Gen. IV, 25. 26. V, 3. 6. 1 Par. I, 1. Ac priore quidem Gen. loco hoc nomen ducitur a *ponendo* et *sufficiendo* in locum alterius, nempe Abelis interfecti (q. d. *Ersatz*). Ab hac ipsius scriptoris explicatione aliquantulum differt Ewaldi sententia (Gesch. d. Volkes Israël I, 353. ed. 2), qui שֵׁת hominem iuniorem esse ait et quasi recens positum sive plantatum (*Setzling*), et Boettcheri (de inferis I, §. 245), qui ad sedium collocationem hoc nomen refert.

שֵׁת *nates* v. s. rad. שָׁתָה no. III.

שֵׁת *tumultus* v. s. rad. שָׁאָה pag. 1346.

שֵׁת chald. *sex*, et שִׁתִּין *sexaginta* v. post hebr. שֵׁשׁ s. rad. שָׁדַשׁ pag. 1369.

שִׁית m. *ornatus, habitus* (vid. rad. no. 2, c). שִׁית זוֹנָה habitus (i. e. vestes, fucus et lenocinia) meretricis Prov. VII, 10. Ps. LXXIII, 6: יַעֲטָף־שִׁית חָמָס לָמוֹ *violentiâ sese induunt* tanquam *ornatu* quodam suo.

שַׁיִת m., semel c. Suff. שַׁיתוֹ (prob. pro שִׁיתוֹ, ut עִירֹה ductum ab עַיִר) Jes. X, 17 *spina* vel potius collect. *spinae, spinetum, dumetum*, ubique coniunctum cum synon. שָׁמִיר legitur et in solo quidem libro Jesaiae V, 6. VII, 23. 24. 25. IX, 17. X, 17. XXVII, 4. De etymo adhuc ambigua quaestio est. Itaque sub rad. שִׁית hoc vc. posui, ut fieri solet, quanquam non probo veterem illam opinionem, dumeta ita appellata esse, quod circa hortos et vineas *poni* solerent, praesertim quum non sepem e spinis factam hoc vc. notet, sed vepres in agris et vastis locis sponte provenientes. Gesenio שַׁיִת dictum esse videbatur pro שֶׁנֶת media Nun emollita, ut בַּיִת pro בֶּנֶת, εἷς pro ἕνς, εἰς pro ἐνς, a rad. שָׁנַן acuit, unde שֵׁן dens,

fem. שַׁיִת spina acuta, coll. דֶּלֶת a דָּלַל, רֶפֶת a רָפַף. Ingeniose Dietrichius (Abhandlung für Semit. Wortforschung p. 73) שַׁיִת ducit a שָׁאָה vastatus fuit, ut זַיִת a זָאָה (זָהָה), et veprem in vastis locis crescentem interpretatur, coll. سِيٌّ desertum: quanquam hoc ad سوى pertinet et proprie planitiem designat.

שָׁכַב fut. יִשְׁכַּב, inf. שְׁכַב c. Suff. שִׁכְבָהּ Gen. XIX, 33 et שָׁכְבְּךָ, שָׁכְבּוֹ (a שְׁכֹב) Deut. VI, 7. Ruth. III, 4, imp. שְׁכַב, c. He emphat. שִׁכְבָה *cubuit*, *recubuit.* (Syr. et nasor. ܫܟܒ, chald. שְׁכַב et aethiop. ሰከበ: id, sed arab. سكب effudit, quod fit situlae inclinatione, cf. Hiph. Stirps primaria esse videtur כב, כף, quae curvandi, inclinandi se potestatem habet, cf. ad כָּפַף p. 705, gr. lat. κύπτω, *cubo*, *cumbo*. De sibilo stirpi bilitterae ad formanda trilittera praemisso v. sub litt. שׂ pag. 1318). Ps. LXVIII, 14: *recumbitis inter caulas* (pastores, ad quietem captandam). Amos. VI, 4: *recumbentes in lectis eburneis* (otiosi). 2 Sam. XII, 3: בְּחֵיקוֹ תִשְׁכָּב (agnus) *in sinu eius cubabat.* Lev. XXVI, 6. Jes. L, 11: *in dolore cubabitis.* 1 Reg. III, 19: *cubuerat* (mulier) *super illo* (puero) eumque suffocaverat; it. *procubuit, decubuit* (sich legen) Num. XXIV, 9: כָּרַע שָׁכַב כַּאֲרִי *incurvat se, decumbit instar leonis* (cf. Gen. XLIX, 9, ubi in eodem verborum contextu est כָּרַע רָבַץ). Ezech. IV, 4: שְׁכַב עַל־צִדְּךָ הַשְּׂמָאלִי *procumbe in latere tuo sinistro*, lege dich auf deine linke Seite, vs. 6. 9. 2 Reg. IV, 34. — Spec. dicitur

a) de dormituris: *discubuit, cubitum ivit* Gen. XIX, 4. XXVIII, 11. Deut. XXIV, 12. 13. Ruth. III, 7. Jos. II, 8. 1 Sam. III, 5. 6. 9. Ps. III, 6. IV, 9. 1 Reg. XIX, 5. Iob. VII, 4. Prov. III, 24, et dormientibus Gen. XXVIII, 13. Lev. XIV, 47. Iud. XVI, 3. 1 Sam. III, 2. 15. XXVI, 7. 2 Sam. XI, 9. 13. 1 Reg. I, 2. XXI, 27. Ruth. III, 4. Prov. XXIII, 34; etiam de quietem captantibus Ps. LXVIII, 14. 2 Sam. IV, 5: וְהוּא שֹׁכֵב אֵת מִשְׁכַּב הַצָּהֳרָיִם *ille autem somnum meridianum captabat*, inde *quievit* Eccl. II, 23: *etiam noctu non quiescit cor eius.* Iob. XXX, 17: *rodentes me* (dolores) *non quiescunt.*

b) de aegrotantibus 2 Sam. XIII, 6. 2 Reg. IX, 16.

c) de morosis et lugentibus 2 Sam. XII, 16. XIII, 31. 1 Reg. XXI, 4.

d) de morientibus (*occubuit*) Gen. XLVII, 30. Deut. XXXI, 16. Jes. LI, 20. 1 Reg. I, 21. 2 Reg. XIV, 22, saepissime de morte regum in formula: וַיִּשְׁכַּב עִם אֲבֹתָיו 1 Reg. II, 10. XI, 43. XIV, 20. 31. XV, 8. 24. XVI, 6. 28. XXII, 40. 51. 2 Reg. VIII, 24. X, 35 etc., etiam שׁ׳ אֶת־אֲבֹתָיו 2 Sam. VII, 12, et de mortuis Jes. XIV, 8: מֵאָז שָׁכַבְתָּ *ex quo tu occubuisti*, mortuus iaces, vs. 18. XLIII, 17. Iob. III, 13. VII, 21. XX, 11. XXI, 26. Thren. II, 21. Ezech. XXXII, 21. (Cf. chald. et syr. שְׁכִיב, ܫܟܝܒܐ mortuus). שֹׁכְבֵי קֶבֶר qui in sepulcro cubant Ps. LXXXVIII, 6. Cf. quae F. Boettcher disputat libro de Inferis I. §. 119—123.

e) de *concumbentibus* cum muliere. Plerumque dicitur de illicito viri cum femina concubitu, sive ea nupta sit viro sive innupta (nonnunquam iunctum synonymo verbo עָנָה q. v. supra p. 1049) שׁ׳ עִם־נַעֲרָה, שָׁכַב עִם־אִשָּׁה Gen. XXX, 15. 16. XXXIX, 7. 12. 14. Deut. XXII, 22. 23. 25. 28. 29. XXVII, 20. 22. 23. 2 Sam. XI, 4. XII, 11, vel שָׁכַב אֶת־אִשָּׁה Lev. XIX, 20. XX, 11. 12. 18. 20. Gen. XXVI, 10. XXXV, 22. 1 Sam. II, 22, vel sq. acc. fem. Deut. XXVIII, 30 Keri: יִשְׁכָּבֶנָּה (ubi Kethib est ישגלנה, v. שָׁגַל pag. 1363), nec aliter in his locis Gen. XXXIV, 2. Lev. XV, 18. 24. Num. V, 19. 2 Sam. XIII, 14. Ezech. XXIII, 8, in quibus אֹתָהּ, אֹתִי casus accusat. est, non mendose positum pro אִתָּהּ, אִתִּי (cf. רָבַע c. acc. de animalium coitu); raro de femina dicitur שִׁכְבָה עִם־אִישׁ 2 Sam. XIII, 11. Gen. XIX, 32—35. Eodem verbo שָׁכַב utuntur de maris cum mare (Lev. XVIII, 22. XX, 13) et de hominis cum bestia congressione (Exod. XXII, 18. Deut. XXVII, 21). Rarissime autem legitur de licito mariti cum coniuge concubitu (cui adhibent potius verba יָדַע, נָגַשׁ, קָרַב) 2 Sam. XI, 11. Mich. VII, 5: שֹׁכֶבֶת חֵיקֶךָ *quae in sinu tuo cubat* i. e. uxor tua.

Niph. compressa est (mulier), bis legitur in Keri pro Niph. verbi שָׁגַל (q. v.) Jes. XIII, 16. Zach. XIV, 2.

Pu. id. Jer. III, 2 Keri.

Hiph. causat. *fecit ut cubaret* vel *iaceret*, *reposuit*, *collocavit* 1 Reg. III, 20. XVII, 19. 2 Reg. IV, 21. 2 Par. XVI, 14. Hos. II, 20, sq. אַרְצָה *prostravit in terram* 2 Sam. VIII, 2. — Spec. *deposuit* vas, *inclinavit*, *invertit* vas, *ita ut effunderetur*, germ. *umlegen*, *umstürzen* Iob. XXXVIII, 37: נִבְלֵי שָׁמַיִם מִי יַשְׁכִּיב *hydrias* (vel culeos) *coeli* i. e. nubes *quis inclinat* sc. ut pluviam demittant. Hinc effundendi significatio, quae valet in lingua arabica conj. I. سَكَبَ effudit aquam c. acc., et effluxit aqua, VII effusa est aqua, سَكْبٌ pluvia continua, سَاكِبُ المَاء aquarii sidus. Ex usu arabico illud interpretati sunt Juda ben K: יַשְׁכִּיב يسكب, Kimchi in lex. ענין ירידה ושפיכה, Alb. Schultens opp. min. p. 82 et comm. in Iob. l. c., J. H. Michaëlis annot. uber., Gesenius, all. Sic arab. تَكَبَ inclinavit, invertit et effudit vas, et melit. *schaqleb* pr. subvertere (ut arab. vulg. شقلب et samar. ࠔࠒࠋࠁ, causat. a قلب), deiu effundere, Vassalli lex. melit. p. 627, cf. ital. *versare*, gall. *verser*. Praeterea vid. derivv. שְׁכָבָה et שְׁכֹבֶת.

Hoph. הָשְׁכַּב (codd. הֻשְׁכַּב, auctore Dav. Kimchio) Ezech. XXXII, 32. Imper. הָשְׁכְּבָה *prosterni te patere* ib. comm. 19, part. מֻשְׁכָּב prostratus 2 Reg. IV, 32.

שְׁכָבָה f., tantum in st. constr. שִׁכְבַת (et in solo quidem Pentateucho legitur) pr. *cubatio* (aeth. ስክበት: id.) a) שִׁכְבַת הַטַּל cubatio vel demissio roris i. e. eius

effusio (cf. Hiph.), quasi stratum in terra (germ. Thaufall) Exod. XVI, 13. 14. Saad. سقط الطل i. e. larga effusio roris. b) שִׁכְבַת זֶרַע cubatio vel concubitus cum effusione seminis virilis Lev. XV, 16. 17. 32. XXII, 4: שָׁכַב אֶת־אִשָּׁה שִׁכְבַת זֶרַע concubuit cum femina ita ut effusio seminis fieret Lev. XV, 18. XIX, 20. Num. V, 13. Juda ben K.: שִׁכְבַת זֶרַע سكبة نسل نطفة. Onk. שְׁכִיבַת זַרְעָא.

שְׁכֹבֶת f. *concubitus*, unde נָתַן אֶת־שְׁכָבְתּוֹ בְאִשָּׁה concubuit cum muliere Num. V, 20, et de coitu hominis cum bestia c. בְּ bestiae Lev. XVIII, 23. XX, 15; it. נָתַן אֶת־שְׁכָבְתּוֹ אֶל־אֵשֶׁת לְזֶרַע Lev. XVIII, 20. Saad. مضاجعة.

מִשְׁכָּב m. plur. מִשְׁכָּבִים constr. מִשְׁכְּבֵי Gen. XLIX, 4. Lev. XVIII, 22, et וֹת— Ps. CXLIX, 5 1) nom. verbale *cubatio* et dormientis 2 Sam. IV, 5: מִשְׁכַּב הַצָּהֳרָיִם *somnus meridianus*, ib. vs. 7: חֲדַר מִשְׁכָּבוֹ *cubiculum eius dormitorium*, 2 Reg. VI, 12. Eccl. X, 20, et aegroti Ps. XLI, 4. Spec. *concubitus*. Lev. XVIII, 22: אֶת־זָכָר לֹא תִשְׁכַּב מִשְׁכְּבֵי אִשָּׁה *cum mare ne concumbas concubitu feminae* i. e. sicut cum femina (מִשְׁכְּבֵי est acc., plur. numerus plures vices et consuetudinem indicat). XX, 13. Dicitur אִשָּׁה (לֹא) יָדְעָה מִשְׁכַּב זָכָר *femina (nondum experta concubitum cum mare* Num. XXXI, 18. 35. Iud. XXI, 11, et eodem sensu אִשָּׁה (לֹא) יֹדַעַת אִישׁ לְמִשְׁכַּב זָכָר Num. XXXI, 17. Iud. XXI, 12, cf. Ezech. XXIII, 17.

2) *cubile*, *lectus* (chald. מִשְׁכַּב id. v. postea, syr. ܡܫܟܒܐ, ܡܫܟܒܢܐ id., aeth. ምስካብ: id. Ex. X, 23. 4 Esr. I, 1. Hen. XXXIX, 4) et dormientis Exod. VII, 28. Lev. XV, 4. 5. 6. Iob. XXXIII, 15. Prov. XXII, 27. Cant. III, 1. 2 Sam. XVII, 28 (quo loco Juda ben K. male vasis genus interpretatur, gutturnium; haec sunt eius verba: מִשְׁכָּב וְסַפּוֹת مسكب وعني ابريق وطسوس scil. מִשְׁכָּב ducit a fusione, vid. rad. Hiph., cf. Kimchi lex.), et quietem captantis 2 Sam. XI, 2, et aegrotantis 1 Reg. I, 47. Iob. XXXIII, 19. נָפַל לְמִשְׁכָּב incidit in lectum i. e. in morbum Exod. XXI, 18. Hinc est etiam *lectus feralis*, *feretrum* 2 Par. XVI, 14. Jes. LVII, 2. Ezech. XXXII, 25.

מִשְׁכַּב m. chald. *cubile*, *lectus* i. q. hebr. מִשְׁכָּב no. 2. Dan. II, 28. 29. IV, 2. 7. 10. VII, 1.

I. שָׁכָה rad. inusit. Arab. شكا questus est (aliquid ad aliquem), accusavit, V id., aeth. ሰከየ: accusavit, detulit, indicavit Hen. IX, 3. 11. XXII, 5. 6. 7. 13. Fatcha Nagast cod. Francof. p. 257. 258, ሰካዪ: index, accusator Fatcha Nag. p. 180. 257. Inde

אֶשֶׁךְ m. *testiculus*, q. v. supra p. 158, et

שָׁכְיָה (i. q. aeth. ስክየት: indicium, accusatio, Fatcha Nagast cod. Francof. p. 257) n. pr. m. 1 Par. VIII, 10. Sed non pauci codd. mss. et edd. habent שָׁבְיָה. Illud expressit Vulg. *Sechia*, hoc codd. LXX *Σεβιά*, al. *Ζαβιά*. Vid. De Rossi var. lect. ad Paral. l. c. et J. H. Michaëlis not. in bibl. hebr.

II. שָׁכָה rad. dubia, prob. i. q. שָׁגָה, שָׁגַג, aeth. ሰከወ: *erravit*, *oberravit*, *vagatus est*. Vid. similia s. rad. שָׁגַג p. 1362, impr. melit. *schekk* vagari, *schekkyk* vagabundus, et hebr. שָׁגָה de grege oberrante dictum Ezech. XXXIV, 6. Inde

Hiph. part. Jer. V, 8: *velut equi bene pasti* (libidinosi) מַשְׁכִּים הָיוּ *oberrantes sunt* s. vagantur (alterum hemist. est: *alter alterius uxori adhinniunt*). Cf. Jer. II, 23. Prov. VII, 10 sqq. Ad Hiph. intrans. cf. הִתְעָה Hiph. erravit, arab. أخطأ errorem commisit. Optime autem, ut J. Simonis ait (in lex. s. rad. שכם), oberrandi significatio quadrat tum in equos indomitos oestroque venereo percitos, tum in homines libidine aestuantes. — Nihilominus tamen in illius loci explicatione interpretes veteres et recentiores diversas rationes secuti sunt. Legunt nonnulli מֹשְׁכִים *trahentes* idque vario modo exponunt. Aquila et Theodot. ἕλκοντες (Symm. ἑλκόμενοι). Hieron.: *emissarii*, idemque in commentario, „pro emissariis, inquit, in Hebraico scriptum est *Mosechim*, quod omnes voce consona ἕλκοντες, i. e. trahentes, transtulerunt, ut ostendatur magnitudo genitalium.“ Sic J. D. Michaëlis (observatt. in Jerem. ed. Schleusner. p. 51): extrahentes genitalia. Bochartus (hieroz. p. I. l. 2. c. 9. T. I. p. 130 ed. Lips.) trahentes equos refractarios interpretatur, coll. فرس جرور equus refractarius, a جر traxit, Schultensius in animadvv. philol. (opp. min. p. 295) veloces, coll. جلب velox a جلب traxit, vel robustos ex arab. stirpe مسك, Targ. מְאַחֲרִין moram trahentes, Hitzigius denique trahentes currum. Ewaldus coniicit מַשְׁכִּים i. q. מַשְׁקִים idque vertit: Veneris appetentes, coll. arab. شبق desiderio flagrans, Veneris appetens, v. rad. שׁוּק no. 3, Syr. ܫܘܩܐ libidinosi. Prorsus singularem interpretationem Dav. Kimchi suppeditat in lex. s. rad. מֶשֶׁךְ: equi Moschici, quasi מַשְׁכֵּי sit gentil. a מֶשֶׁךְ: מיוחסים אל משך כי משם יבאו הסוסים האבירים הזמנים המתאוים אל הנקבה: sub rad. שָׁכַם autem cum plerisque Judaeis statuit, מַשְׁכִּים contractum esse ex מַשְׁכִּימִים mane surgentes i. e. summo studio agentes. Cf. Jes. V, 11. Sed talis contractio prorsus inaudita est, et plenum מַשְׁכִּימִים in uno tantum codice Regiomontano apparet, scilicet scribae alicuius sollertia effictum. Itaque Gesenius in Lex. man. et Rosenmuellerus in scholiis מַשְׁכִּים in singulari adverbialiter positum putant in hanc sententiam: iam multo mane equis libidine inflammatis similes sunt. Sed hoc insolentius dictum esset. Fuerstius denique in Concordantiis מַשְׁכִּים contractum dicit ex מַאַשְׁכִּים quod vertit: bene vasati, ducitque ab Hiph. הֶאֱשִׁיךְ verb. denom. ab אֶשֶׁךְ testiculus, ut פְּרָסָה a הִפְרִיס, קֶרֶן a הִקְרִין. In Talmude est (Bechor. fol. 44, b) מַאַשְׁכָן magnos testiculos habens.

I. שָׁכַח (Ps. IX, 13. X, 11) et **שָׁכֵחַ** (perf. in pausa שָׁכֵחָה Prov. II, 17, et c. suff. שְׁכֵחוּנִי, שְׁכֵחַנִי, שְׁכֵחַתִּיךְ Jes. XLIX, 14. Jer. II, 32. XXX, 14, v. שָׁלֵחַ adj. verb.) fut. יִשְׁכַּח *oblitus est* (sam. id., propr. vagatus est mente, vicin. שָׁכָה no. II., שָׁגָה, שָׁגַג q. v.) Deut. XXV, 19. XXVI, 13. Iob. XXXIX, 15, sq. acc. rei vel pers. Gen. XXVII, 45. XL, 23. Deut. IX, 7. Am. VIII, 7. Ps. IX, 13. XLV, 11. Iob. IX, 27. XI, 16. XIX, 14. Jes. XLIX, 15. LIV, 4. Jer. XXX, 14. XLIV, 9. L, 6. Ps. CXXXVII, 5: אִם־אֶשְׁכָּחֵךְ יְרוּשָׁלָם תִּשְׁכַּח יְמִינִי *si unquam obliviscar tui, Jerusalem, dextra mea obliviscatur* sc. mei i. e. dextra mihi deneget usum s. dextrae meae usu volo carere: quibus verbis vates maxime citharae studium indigetare videtur. D. Kimchi in lex.: חסר הפעול והוא הנגון כי הימין מניעה יהיה הכנור. Similem exsecrationem habes ibid. vs. 6, ubi eiurat usum linguae i. e. cantum, Iob. XXXI, 22 et in Nabighae carmine (Sacy chrestom. arab. T. II. p. 147) vs. 39 sec. cod. Gothan. 547:

مَا قُلْتُ مِنْ سَيِّئٍ مِمَّا أُتِيتَ بِهِ
إِذًا فَلَا رَفَعَتْ سَوْطِي إِلَيَّ يَدِي

i. e. „si quid mali dixi in te quo afflictus fueris, ne unquam posthac manus mea attollat flagellum": quibus verbis et hic poëta eiurat usum manus sibi ut equiti consuetum. Praeterea simile est, quod legitur Ps. LXXVI, 6: לֹא מָצְאוּ כָל־אַנְשֵׁי חַיִל יְדֵיהֶם. Raro sq. מִן cum infin. Ps. CII, 5: שָׁכַחְתִּי מֵאֲכֹל לַחְמִי *obliviscor cibi capiendi*, cf. Prov. IV, 5: אַל־תִּשְׁכַּח וְאַל־תֵּט מֵאִמְרֵי־פִי *ne obliviscare neu defugias verba oris mei.* — Est etiam *reliquit* alicubi rem *oblitam*, ut mergitem demessam in agro (qualis merges s. manipulus frumenti Rabbinis appellatur שִׁכְחָה, v. Talm. tract. Peah passim) Deut. XXIV, 19, cf. germ. vulg. „ich habe es dort vergessen" i. e. aus Vergessenheit dort zurückgelassen.

Saepe homines Dei dicuntur oblivisci (i. e. non curare, negligere Deum) Deut. VI, 12. VIII, 11. 14. 19. XXXII, 18. Iud. III, 7. 1 Sam. XII, 9. Hos. II, 15. XIII, 6. Jes. XVII, 10. Jer. II, 32. III, 21. XVIII, 15. XXIII, 27: שָׁכְחוּ אֲבוֹתָם אֶת־שְׁמִי בַּבָּעַל *patres eorum nominis mei obliti sunt Baalis causa.* Ezech. XXII, 12. XXIII, 35. Ps. CVI, 21, vel divinae legis Hos. IV, 6. Prov. II, 17. III, 1. Ps. XLIV, 18. CXIX, 83. 93. 109. 141. 153. 176, et contra Deus dicitur oblivisci hominis i. e. negligere, non curare eum Psalm. X, 12. XIII, 2. XLII, 10. LXXIV, 19. Jes. XLIX, 14. Thren. V, 20, et gratiae suae oblivisci dicitur Deus, si immemor eius est quodammodo eaque destituuntur homines Ps. LXXVII, 10. — Part. שֹׁכְחֵי אֵל Dei immemores, impii Iob. VIII, 13. Ps. L, 22.

Niph. perf. נִשְׁכַּח fem. נִשְׁכַּחַת (Jes. XXIII, 15), *oblivioni datus est, oblivione exstinctus est* Gen. XLI, 30. Iob. XXVIII, 4 (de metallicis qui in fodinam se demittunt): *pendent* נִשְׁכָּחִים מִנִּי רָגֶל *oblivioni dati a pede* i. e. pedum ope destituti. Eccl. II, 16. IX, 5: נִשְׁכַּח זִכְרָם *oblivione exstincta est eorum memoria.* Jes. LXV, 16. Jer. XX, 11. XXIII, 40. L, 5. Ps. XXXI, 13: נִשְׁכַּחְתִּי כְּמֵת מִלֵּב *oblivione exstinctus sum ex animo instar mortui.* Deut. XXXI, 21: לֹא תִשָּׁכַח מִפִּי זַרְעוֹ (carmen) *oblivione non delebitur ex ore posterorum eius.* Part. fem. נִשְׁכָּחָה oblivioni data Jes. XXIII, 16.

Pi. שִׁכַּח *oblivioni dedit* aliquam rem c. acc. rei Thren. II, 6.

Hiph. fecit ut oblivisceretur aliquis aliquid c. acc. p. et rei Jer. XXIII, 27.

Hithpa. הִשְׁתַּכַּח i. q. Niph. et pass. Pi. *oblivioni datus est* Eccles. VIII, 10. (LXX ἐπῃνέθησαν, Vulg.: laudabantur, sc. legentes וְיִשְׁתַּבְּחוּ, quod nunc est in viginti tribus codd. et sine idonea ratione praefertur alteri scripturae יִשְׁתַּכְּחוּ a Grotio, Dav. Michaëli, Spohnio all.)

שָׁכֵחַ part. intrans. s. adj. verbale *oblitus* pl. שְׁכֵחִים c. acc. obiecti Jes. LXV, 11, constr. שִׁכְחֵי אֱלֹהִים obliti Dei Ps. IX, 18 (ut שְׂמֵחֵי cett., v. gramm. hebr. §. 91, 5).

II. שְׁכַח chald. *invenit.* (Rariores sunt in Targg. formae ex Peal, ut inf. מִשְׁכַּח, fut. יִשְׁכַּח, plerumque utuntur forma אַשְׁכַּח, quae eandem habet significationem, שְׁכִיחַ quod invenitur, existens, Ithpe. אִשְׁתְּכַח pass., syr. ܐܫܟܚ id., form. Pe., ut videtur, pro ܫܟܚ cum ܐ prosthet., sed ad Aph. inclinans, fut. ܢܫܟܚ, sed part. ܡܫܟܚ et inf. ܡܫܟܚܘ ad analogiam form. Aph., ܫܟܝܚ inventus, Ethpe. ܐܫܬܟܚ pass., sam. et invenit.)

Ithpe. הִשְׁתְּכַח *inventus est* Esr. VI, 2. Dan. II, 35. V, 11. 12. 14. 27. VI, 5. 23. 24.

Aph. הַשְׁכַּח 1) *invenit* Esr. IV, 15. 19. VII, 16. Dan. II, 25. VI, 5. 6. 12.

שָׁכַךְ (vic. radici שָׁכַח et שׁוּחַ q. v. cf. et. שָׁכַב, שָׁכַם, שָׁכַן, שָׁקַע) 3 perf. f. in pausa שָׁכָכָה Esth. VII, 10, fut. יָשֹׁךְ, inf. שֹׁךְ Esth. II, 1 et שֹׁךְ Jer. V, 26, 1) *desedit* aqua Gen. VIII, 1, *sedata est* ira Esth. II, 1. VII, 10. — 2) *demisit se, incurvavit se* auceps Jer. V, 26. (Ex ceteris linguis semiticis nescio an huc pertineat arab. سَكَّ VII ex alto se demisit avis, V تَسَكَّكَ vel sec. al. تَشَكْشَكَ humiliavit se. De rabbinica phrasi נִשְׁכַּךְ אֶת־הָאֹזֶן v. Buxtorf. lex. col. 2389.)

Hiph. 1 pf. הֲשִׁכֹּתִי *sedavit* seditionem Num. XVII, 20.

שָׁכֹל (unde 1 perf. שָׁכֹלְתִּי Gen. XLIII, 14) et **שָׁכֵל** (arab. ثَكِلَ cf. chald. infra, unde שָׁכָלְתִּי ibid.) fut. יִשְׁכַּל (ductum vel a שָׁכֵל, vel a שָׁכֹל, ut קָטֹן a יִקְטַן) *orbus*

fuit. 1 Sam. XV, 33: תִּשְׁכַּל אִמֶּךָ *orba erit mater tua* (te occiso). Gen. XLIII, 14: וַאֲנִי כַּאֲשֶׁר שָׁכֹלְתִּי שָׁכָלְתִּי *ego vero, ubi orbus fuero* liberis, *fuero orbus!* sunt verba Jacobi senis ad desperationem eo adducti, quod Josepho filio amisso et Simeone in Aegypto detento, nunc Benjamin quoque in Aegyptum deducendus esset; hoc sibi volunt verba: si semel me orbari liberis necesse est, hanc iacturam, quam patientissime potero, feram. Hoc autem sensu verba illa scripta esse docet locus Gen. XLII, 36, ubi Jacobus, אֹתִי שִׁכַּלְתֶּם, inquit, i. e. me orbum facitis, Josephus periit et Simeon periit, et nunc Benjaminum quoque aufertis. Similem dicendi formulam habes Esth. IV, 16: כַּאֲשֶׁר אָבַדְתִּי אָבָדְתִּי ubi periero, periero. Aliorum sententias v. ap. Rosenm. scholl. ad. h. l. Varietas autem formarum שָׁכֹלְתִּי et שָׁכָלְתִּי iuxta se positarum euphonica est. — Sq. acc. Gen. XXVII, 45: לָמָה אֶשְׁכַּל גַּם שְׁנֵיכֶם *cur utroque vestrum orba fiam?* — Part. pass. שְׁכוּלָה liberis orbata Jes. XLIX, 21. — (Arab. ثَكِلَ id. sq. acc., IV orbavit, orbus fuit, ثُكْلٌ orbitas, et mors, interitus, ثَكِلٌ, ثَاكِلٌ, ثَكُولٌ, مُثْكِلٌ, ثَكْلَانُ orbus, chald. תְּכוֹל et תְּכַל i. q. hebr., v. c. Targ. Onk. Gen. XLIII, 14 habet תְּכוֹלִית, Targ. Hieros. תְּכַלִּית, Pa. et Aph. i. q. hebr. Pi., תַּכֵּל et תַּכִּיל orbus, תַּכֵּל et תִּכְלָא orbitas, talm. etiam abortus, syr. raro ܬܟܠܐ orbitas Jes. XLVII, 8. 9.)

Pi. שִׁכֵּל 1) *orbavit, orbum fecit, liberis privavit* aliquem, gr. *ἀτεκνοῦν*, sq. acc. Gen. XLII, 36. Hos. IX, 12. Jer. XV, 7. Ezech. XXXVI, 12. 13. 14 Keri. Dicuntur ferae a Deo poenam sumente immissae orbare terram vel eius inhabitatores, quorum scilicet liberos devorant. Lev. XXVI, 22: *immittam vobis feras* וְשִׁכְּלָה אֶתְכֶם *eaeque vos orbos reddent.* Ezech. V, 17. XIV, 15: לוּ חַיָּה רָעָה אַעֲבִיר בָּאָרֶץ וְשִׁכְּלָתָּה *si bestias feras immitterem terrae eamque orbam redderent.* Et poëtico more gladius dicitur *orbare* sc. matres filiis et uxores maritis i. e. absumere iuvenes et viros in bello. Deut. XXXII, 25: מִחוּץ תְּשַׁכֶּל חֶרֶב *foris* (in proelio) *orbat gladius* i. e. iuvenes consumuntur gladio. Thren. I, 20. 1 Sam. XV, 33. Cf. Jer. XVIII, 21. Arabes de forti bellatore dicunt: رُمْحُهُ لِلْوَالِدَاتِ مُثْكِلَةٌ hasta eius matribus orbitatem inferens (funesta) est. — 2) *abortum passa est* vel *fecit* mulier Exod. XXIII, 26, vacca Iob. XXI, 10 (cf. supra rad. עָבַר Pi. no. 2 p. 984), ovis et capra Gen. XXXI, 38; nec non vitis abortare dicitur, ubi infecunda est et exspectatum fructum non fert Mal. III, 11 (ubi voc. אֶשְׁכֹּל tecte significatur). Sic de arborum abortu loquitur Plinius hist. nat. XII, 2, 6 cf. XVIII, 17, 44. — Metaph. etiam terra ipsa vel regio, in qua abortus (mulierum, puta, et gregum) propter aquam insalubrem frequenter accidit, vocatur אֶרֶץ מְשַׁכָּלֶת terra abortus faciens 2 Reg. II, 19. Plerique vertunt: terra abortum efficiens; sed haec significatio causativa nullo certe alio loco confirmatur. Ibid. vs. 21 מְשַׁכָּלֶת videtur esse subst. abstr. *abortatio.*

Hiph. 1) ut Pi. no. 1 et chald. Aph. *orbavit* i. e. iuvenes trucidavit in bello Jer. L, 9: גִּבּוֹר מַשְׁכִּיל heros trucidans iuvenes in proelio. Vulg.: interfector. Hanc scripturam probabat b. Gesenius. Alii autem, ut Hitzigius, Ewaldus, praeferunt מַשְׂכִּיל (prospere rem suam gerens, successum habens, v. rad. שָׂכַל Hiph. no. 4, p. 1330), quod expresserunt LXX et Symm. (*συνετός*), Syr. ܡܣܬܟܠܢܐ quodque exhibent codd. nonnulli mss. et edd., quos enumerat De Rossi var. lect. in h. l. — 2) *abortavit.* Part. Hos. IX, 14: רֶחֶם מַשְׁכִּיל uterus abortans. Vid. Pi. no. 2.

שְׁכוֹל m. *orbitas, ἀτεκνία,* metaph. de civitatis Babylonicae eversae conditione Jes. XLVII, 8. 9 (cf. שִׁכֻּלִים), et de conditione hominis ab omnibus relicti Ps. XXXV, 12.

שַׁכּוּל m., fem. שַׁכֻּלָה, pl. שַׁכֻּלוֹת 1) *orbatus prole, liberis,* de mulieribus Jer. XVIII, 21, et de animalibus, ut דֹּב שַׁכּוּל ursa pullis orbata Prov. XVII, 12. 2 Sam. XVII, 8. Hos. XIII, 8. — 2) *prole carens,* de ovibus Cant. IV, 2. VI, 6.

שִׁכֻּלִים m. pl. *orbitas,* tempus vel status et conditio orbitatis (cf. pluralia אַלְמְנוּתִים, נְעוּרִים, זְקֻנִים al.), metaph. de Israëlis in exilio degentis conditione Jes. XLIX, 20, ut אַלְמְנוּתִים viduitas de eadem LIV, 1, cf. שְׁכוֹל.

מְשַׁכֶּלֶת f. 1) part. Pi., quod v. supra. — 2) subst. *abortatio* 2 Reg. II, 21. Vid. Pi.

* * *

אֶשְׁכֹּל et **אֶשְׁכּוֹל** m. (Num. XIII, 23), plur. אֶשְׁכֹּלוֹת Cant. VII, 8, constr. אַשְׁכְּלוֹת Deut. XXXII, 32 et אַשְׁכְּלֹת Cant. VII, 9 (ut אַרְמְנוֹת ab אַרְמוֹן) 1) *racemus,* germ. *Traubenkamm,* gall. *rafle, grappe,* angl. *stalk,* ex quo acini floresve in uvae speciem dependent: de dactylorum botrye Cant. VII, 8 (ubi puellae statura palmae, uberaque dactylorum botryi comparantur), de florum cypri corymbo (Cypertraube, Alhennablüthenbüschel, v. כֹּפֶר no. 3, p. 708) Cant. I, 14, maxime autem de *uva,* vel adiectis vocc. הַגֶּפֶן Cant. VII, 9, עֲנָבִים Num. XIII, 23, vel absol. ibid. vs. 24. Jes. LXV, 8. Mich. VII, 1. Deut. XXXII, 32. Semel Gen. XL, 10 אֶשְׁכֹּל distinguitur ab עֵנָב uva et *racemum* pr. dictum notat. Verba enim הִבְשִׁילוּ אַשְׁכְּלֹתֶיהָ עֲנָבִים vertenda sunt: *et racemi eius* (vitis) *maturabant uvas* s. baccas uvarum, germ.: die Traubenkämme trieben reife Trauben oder reife Beeren.

Respondet arab. إِثْكَالٌ et أُثْكُولٌ pro quo tamen vulgatius est عِثْكَالٌ et عُثْكُولٌ quod dactylorum botryem notat vel potius racemum (Zauzan. ad Imralkaisi Muallak. vs. 33), qui in vite vocari solet عُنْقُودٌ (quanquam hoc voc. etiam de pistaciorum corymbis, de Salvadorae per-

sicae baccis, de pipere aliisque fructibus in usu est, vid. Kamus. et Kazwini ap. Gildemeister de rebus indicis I. p. 71, Gauhari lex. ms.: العثكول والعثكال الشمراخ وما عليه من البسر . وهو في النخل بمنزلة العنقود في الكرم; aeth. አስከል፡ uva vitis Hen. XXXI, 4. Matth. VII, 16. unde verbum ሰከለ፡ uvas tulit vitis, Ludolph. lex. p. 173; chald. סִגּוֹל, sam. [Samaritan], syr. ܣܓܠܐ i. q. hebr. אֶשְׁכֹּל. — Etymon in tanta scripturae varietate incertum est, id vero certo certius, cum radice שָׁכֹל praecedente hoc voc. nihil commune habere. Absurdum est enim, quod J. Simonis racemum sic dictum esse arbitratur, quia deficiente succo semper acinis sive baccis aliquot veluti totidem fetibus orbetur, quanquam Mal. III, 11 lusum verborum agnoscimus. Itaque aut a שָׁכַל arab. شكل ligavit, plexuit, ducendum est אֶשְׁכֹּל quasi acinorum complexus, quod iam Cocceio placuit, cf. אֶשְׁכָּר donum a שָׂכַר, aut comparandum cum שָׁקַל (q. v.) et pr. rem pendulam significare statuendum est, coll. תַּלְתַּלִּים spathae palmarum pendulae a תָּלַל pendulus nutavit, et זַלְזַלִּים palmites a זָלַל. Cf. etiam עֵנָב.

2) n. pr. a) viri Gen. XIV, 13. 24.

b) נַחַל אֶשְׁכֹּל nomen vallis vitibus feracis in meridionali terrae sanctae parte, ab Hebrone urbe aquilonem versus, in vicinia oppidorum Halhul (חַלְחוּל) et Bethsur (בֵּית צוּר cf. بيت صور ap. Wolcott in Biblioth. sacra 1843. p. 56) Num. XIII, 23. 24. XXXII, 9. Deut. I, 24. Hieronymus epitaph. Paulae 700: „A Bethsur venit Escol. Nec post longum spatium intravit Sarae (צָרְעָה, صرعة) cellulas, videns vestigia quercus Abraham. Atque inde ascendit Hebron.“ Brocardus descript. terrae s. in Sansonis geogr. sacra p. 185: „Ab Hebron tres numerantur leucae contra aquilonem, declinando paululum ad occidentem, ad Nehel Escol.“ Felix Faber evagator. ed. Hassler. vol. III. p. 355: „ad locum venimus, ubi ab aquilone alia vallis contra occidentem tendit, quod est vallis Neel Escol fertilissima.“ Cf. Ed. Robinson Palaest. I, 356.

שַׁכְלֵל chald. *perfecit*, v. כָּלַל.

שָׁכַם in Kal inusit., pr. fort. *inclinavit se, flexus fuit* (vic. שָׁכַן et שָׁקַע q. v.), hinc aeth. ሰከመ፡ *portavit onus*, baiulavit, መሰከሚያ፡ instrumentum portandi, pertica Exod. XXV, 14 (de vectibus, ἀναφορεῖς, בַּדִּים, quibus arca foederis portabatur), amhar. መሸከሚያ፡ id. (Isenberg. lex. amh. p. 28: „hand-barrow, any instrument for carrying things“), ሸክም፡ onus, cf. arab. سكم brevibus passibus propter corporis infirmitatem incessit, pr., ut videtur, inclinato corpore incessit, eodemque redit سقم aegrotavit, languidus fuit, dum تكم substitit, commoratus est, cum hebr. שָׁכַן magis convenit. Ab inclinatione vel a portatione, ut coniecit Gesenius s. צַוָּאר pag. 1161, appellari potuit שְׁכֶם dorsi pars quae est inter humeros, quanquam portandi significatio facile a nomine שְׁכֶם ducta esse possit, ut chald. כַּתֵּף humeris portavit, a כְּתַף humerus. Cumulationis altitudinisve significatio, quam E. Meier statuit in lex. radd. p. 448, eumque secutus Maurerus, minus etiam probabilis est.

Hiph. הִשְׁכִּים 1) *mane surrexit*, graec. ὀρθρεύειν vel, quo LXX uti solent, ὀρθρίζειν, plerumque adiecto verbo בַּבֹּקֶר *tempore matutino* Gen. XIX, 27. XX, 8. XXI, 14. XXII, 3. XXVI, 31. XXVIII, 18. XXXII, 1. Exod. VIII, 16. XXIV, 4. XXXIV, 4. Jos. III, 1. VII, 16. VIII, 10. Iud. XIX, 5. 8. 1 Sam. I, 19. V, 4. XV, 12. XVII, 20. XXIX, 10. 11. Iob. I, 5, vel simili additamento, ut Jos. VI, 15: וַיַּשְׁכִּמוּ כַּעֲלוֹת הַשַּׁחַר *et mane surgebant exoriente aurora*, 1 Sam. IX, 26. Jud. IX, 33, vel denique, quod rarius est, non addito tali verbo Gen. XIX, 2. Jos. VIII, 14. Iud. VI, 28. VII, 1. 2 Sam. XV, 2. 2 Par. XXIX, 20. (Proprie autem esse videtur *onus imposuit* camelis aliisve iumentis, quod multo mane fit a nomadibus, hinc mane se dedit in viam, profectus est, cf. צָעַן et ظعن migravit a טָעַן oneravit, ظعون onus gestans camelus, oppos. chald. שְׁרָא et arab. حلّ solvit sarcinas i. e. devertit, habitavit, καταλύειν, sive הִשְׁכִּים est causat. verbi שָׁכַם = ሰከመ፡ portavit, sive Hiph. denom. ductum a שְׁכֶם q. v., cf. aeth. አሰከመ፡ *imposuit* onus in humeros Matth. XXIII, 4, ተሰከመ፡ in humeros suscepit.) — Sq. לְ loci est *mane se contulit* aliquo Cant. VII, 13: נַשְׁכִּימָה לַכְּרָמִים *mane eamus ad vineas*. Cf. arab. بكر mane surrexit, sq. الى mane ivit aliquo Sacy chrest. I. p. 21, sq. من ex loco, Labidi Muallak. vs. 11 schol. — Interdum alii verbo iunctum circumscribit adv. *mane, mature*, et illud quidem ponitur vel in infin. 2 Reg. VI, 15: וַיַּשְׁכֵּם לָקוּם *et mane surrexit*. CXXVII, 2: מַשְׁכִּימֵי קוּם *vos qui bene mane surgitis*, vel in fut. Jes. V, 11: מַשְׁכִּימֵי בַבֹּקֶר שֵׁכָר יִרְדֹּפוּ *qui multo mane sectantur vinum*; aliam denique constructionem habes Hos. VI, 4: כַּטַּל מַשְׁכִּים הֹלֵךְ *sicut ros mature discedens*, evanescens. XIII, 3. Simili modo Arabes utuntur verbis أصبح ,أسفر al., de quibus disputat Ewaldus gramm. arab. §. 658. Hinc inf. absol. הַשְׁכֵּים adverb. *mane* Prov. XXVII, 14: *qui salutat socium* בַּבֹּקֶר הַשְׁכִּים *tempore matutino bene mane*. 1 Sam. XVII, 16: *accedebat Philistaeus* Goliath *singulis diebus* הַשְׁכֵּם וְהַעֲרֵב *mane et vespere*.

2) translate: *mature* i. e. *tempestive et summo studio fecit* aliquid, subiuncto altero verbo Zeph. III, 7: הִשְׁכִּימוּ הִשְׁחִיתוּ עֲלִילוֹתָם *summo studio perverse agebant* i. e. proclives semper erant et propensi ad vitia. Inprimis Jere-

miae prophetae peculiare est, inf. absol. הַשְׁכֵּם iungere alteri infinitivo in hunc modum: שָׁלַחְתִּי אֲלֵיהֶם אֶת־עֲבָדַי הַנְּבִיאִים הַשְׁכֵּם וְשָׁלוֹחַ *misi ad eos prophetas ministros meos idque diligenter et tempestive feci* Jerem. XXIX, 19. VII, 25. XXV, 4. XXVI, 5. XXXV, 15. XLIV, 4, et in simili verborum structura VII, 13: *fabar ad vos* הַשְׁכֵּם וְדַבֵּר *fando acriter et studiose.* XXV, 3. XXXV, 14, הַשְׁכֵּם וְהָעֵד *graviter declarando* XI, 7, הַשְׁכֵּם וְלַמֵּד *studiose docendo* XXXII, 33. Semel hoc imitatur Chronista 2 Par. XXXVI, 15. — Infin. אַשְׁכִּים pro הַשְׁכֵּם uno loco Jer. XXV, 3. — De diffilici denique loco Jer. V, 8 egimus s. rad. שָׁכָה pag. 1403.

שְׁכֶם m. (fem. semel in cod. Samar. Gen. XLVIII, 22, male enim ibi שכם אחת legitur pro ש׳ אחד) in pausa שָׁכֶם Ps. XXI, 13, c. Suff. שִׁכְמוֹ 1) *humerus* vel potius (ut ait Jo. Simonis in lex.) *utriusque humeri posterior compages, s. dorsi pars superior, quae sub cervicibus est,* vc. propterea in solo singulari usitatum, diversum a כָּתֵף, ut videre est in loco Iob. XXXI, 22: כְּתֵפִי מִשִּׁכְמָה תִפּוֹל *humerus meus de dorso eius* i. e. de dorso cui nexus est *decidat.* ה־ enim h. l., quanquam in plerisque libris mss. et edd. sine Mappik scribitur (in nonnullis tamen הּ־), c. Masora impressa pro suffixo habendum est coll. Num. XV, 28, nec nova forma fem. שִׁכְמָה = שְׁכֶם statuenda. (Putem hanc corporis humani partem ab inclinatione nomen accepisse ut arab. مَنْكِبٌ humerus a نَكَبَ flexit, inclinavit, v. rad.; Gesenius a portatione duxit s. v. צַוָּאר pag. 1161. sic arab. رَقَبٌ cervix, prob. a رَكِبَ = רָכַב vectus est; aliis primitivum esse videtur vc.). Est autem in corpore humano (non bestiarum) a) id membrum, cui onus gestandum imponitur. Gen. XLIX, 15: וַיֵּט שִׁכְמוֹ לִסְבֹּל *et flectit dorsum suum ad portandum.* Jos. IV, 5. Iud. IX, 48. Jes. X, 27. Ps. LXXXI, 7, adde Gen. IX, 23. Metaph. dorso inesse principatus dicitur Jes. IX, 5: וַתְּהִי הַמִּשְׂרָה עַל־שִׁכְמוֹ *et principatus erit in dorso eius,* a principalis dignitatis insignibus vel potius ab ipsa purpura quae in humeris gestatur petita imagine. Alii principatum tanquam onus principi impositum his verbis declarari putant: quod Veziri quidem officio (الوزير pr. onustus) et praefecto muneri publico (Geschaeftstraeger, chargé d'affaires, baillif, ital. bailo=baiulus), sed non item principis dignitati convenit. Propius ad hanc rationem accedit Jes. XXII, 22: *clavem domus Davidis eius dorso imponam,* h. e. ei portandam dabo, ei committam, cf. formulam עַל יְדֵי, s. v. יָד. — Zeph. III, 9: *ut Deum colant* שְׁכֶם אֶחָד *uno dorso,* h. e. uno animo, ὁμοθυμαδόν, metaphora a baiulis petita qui commune onus vel iugum ferunt humeris suis. LXX ὑπὸ ζυγὸν ἕνα, Targ. כְּתַף חַד, quod eodem sensu legitur in Targ. Jes. XI, 14 pro בְּכָתֵף et Hos. VI, 9. Abulwalides: على جَنْبَةٍ وَاحِدَةٍ وَمَنْكِبٍ وَاحِدٍ. Dav. Kimchi in lex.: בלב אחד ובדעת אחת. Cf. syr. ܢܗܘܘܢ ܟܬܦܐ ܚܕܐ ut essent unus humerus i. e. ut iunctim agerent Assem. bibl. or. IV, 116. De שִׁכְמָה Hos. VI, 9 vid. infra no. 3, a. — b) membrum, cui verbera infliguntur. Jes. IX, 3: מַטֵּה שִׁכְמוֹ *baculus, qui dorso imminet.* Eo utuntur etiam c) in formula: הִפְנָה שְׁכֶם *tergum vertit,* de abeunte 1 Sam. X, 9: כְּהַפְנֹתוֹ שִׁכְמוֹ לָלֶכֶת *quum tergum suum verteret ad abeundum* (cf. הִפְנָה עֹרֶף Jer. XLVIII, 39), unde illustratur locus Ps. XXI, 13: תְּשִׁיתֵמוֹ שֶׁכֶם *constitues eos ad tergum* s. aversos h. e. facies ut terga dent (cf. נָתַן עֹרֶף 2 Par. XXIX, 6). Illud autem שכם est accus. adverbialis, ut in פנה ערף *vertit se* ita ut *tergum* daret.

2) metaph. *tractus terrae* (pr. elatior, quasi dorsum) Gen. XLVIII, 22 (ubi urbis Sichem ditio tecte significatur, quapropter LXX verterunt Σίκιμα). Sic כָּתֵף humerus et tractus terrae, v. p. 725, similiterque graec. νῶτον, lat. dorsum montis, terga agri Colum. X, 7, germ. Landruecken, arab. مَنْكِبٌ humerus, tractus terrae et montis, ظَهْرٌ dorsum et tractus terrae, ut dici possit نَزَلُوا فِي ظَهْرٍ مِنَ الأَرْضِ „consederunt in terrae tractu aliquo" auctore Zamakhschario in Esâs MS., Abulwalides de Gen. l. c.: שכם אחד ناحية وجانبا وكذلك تقول العرب لجوانب الارض مناكبها. Cf. Cor. LXVII, 15 et Hoffmann. comm. in Mosis benedict. P. III, p. 37. — Vulg. partem unam, Syr. ܡܢܬܐ ܚܕܐ, Saad. قِسْمًا, Ar. Erp. سَهْمًا وَاحِدًا, Graec. Venet. μερίδα μίαν.

3) n. pr. a) urbis *Sichem* (LXX modo Συχέμ, ut Actor. VII, 16, modo Σίκιμα, ut Josephus, Eusebius al., et hoc quidem plurale et sine art., v. c. ἐν Σικίμοις, cf. Sirac. L, 28, semel tantum τὴν Σίκιμα τὴν ἐν ὄρει Ἐφραίμ sc. πόλιν 1 Reg. XII, 25 ut apud Josephum passim, Vulg. Sichem, Syr. ܫܟܝܡ, Saad. Ar. Erp. in Pent. et Ar. libri Jos. intp. نابلس v. infra) in montanis Ephraimi sitae Jos. XX, 7. XXI, 21. 1 Reg. XII, 25. 1 Par. VI, 52, in valle fontibus irrigua, inter montes Ebal qui est ab aquilone, et Garizim qui ab austro est et in cuius ima declivitate quasi in dorso montis (unde nomen urbis) posita erat (cf. Iud. IX, 7. Joseph. antt. IV, 8, 44. XI, 8, 6 et urbis descriptio quam ex Theodoto affert Eusebius praep. evang. IX, 22). Antiquissimo tempore Sichem urbs in potestate principis Hivvaei (s. Hevitae) fuisse perhibetur, a quo Jacobus patriarcha agrum urbi vicinum emerat Gen. XXXIII, 18. 19. cf. XII, 6. XXXV, 4. XXXVII, 12. 13. Jos. XXIV, 32. Iud. IX, 28. Asylum et Levitarum domicilium ab Israëlitis facta Jos. XX, 7. XXI, 21. 1 Par. VI, 52, comitiis habendis inserviebat Jos. XXIV, 1 cf. 1 Reg. XII, 1. Abimelech per tres annos regni sui sedem habuit, deinde vero diruit urbem Iud. IX, 1 sqq. 45. Jarobeamus eam instauravit ibique habitavit donec Thirzam migraret 1 Reg. XII, 25 cf. XIV, 17. Porro Sichem memoratur a Jeremia XLI, 5 et Ps. LX, 8. De loco Hos. VI, 9 v. infra. Postea

sedes Samaritanorum facta est (Joseph. antt. XI, 8, 6 cf. Joh. IV, 20), eiusque in locum nova urbs successit *Neapolis* (Joseph. bell. jud. IV, 8, 1. Plin. hist. nat. V, 14. Ptolem. geogr. V, 16) vel, ut in numis vocatur (Reland. Palaest. p. 1005 sq. Eckhel doctr. numor. III. 433 sqq. Mionnet descript. T. V. p. 499 sqq.), *Flavia Neapolis*, apud geographos Arabes نَابُلُس et nostris quoque temporibus *Nablus* appellata. Vid. Relandi dissertatt. miscell. I. p. 136 sqq., eiusd. Palaest. p. 1004 sqq. Lightfooti disquisitio chorogr. Joanni praemissa cap. IV, Raumer Palaest. ed. 2. p. 158 sqq. Robinson. Palaest. III, 1. p. 315 sq. 336 sqq. Abulfed. geogr. ed. Paris. p. 240. Edrisi ed. Jaubert I, 339. Schultens. ind. geogr. v. Neapolis. Kazwini cosmograph. ed. Wuestenfeld II. p. 184. — Accusativus localis c. terminat. ־ָה est שְׁכֶמָה Gen. XXXVII, 14. Jos. XXIV, 1. Iud. IX, 31, semel שְׁכְמָה Hos. VI, 9, ubi verba דֶּרֶךְ יְרַצְּחוּ שֶׁכְמָה (*sacerdotes scelesti*) *in via caedes committunt Sichemum versus*, ius asyli (Num. XXXV, 9 sqq.) spectant, quo illo tempore sacerdotes abusi esse videntur, ut vel ipsi caedes patrarent vel ab aliis commissas occultarent. Alii שְׁכְמָה appellative vertunt: humero sc. uno i. e. unanimi consensu = שְׁכֶם אֶחָד no. 1, a, ut Chald. כְּתַף חַד, Arabs intp. ap. Pocock. ad Hos. l. c. كتف بجنب كتف, Dav. Kimchi: כלם שכם אחד, et talem sententiam, quanquam ego veram non existimo, ii mihi secuti esse videntur, qui שְׁכְמָה pronunciabant ut discerneretur a שְׁכֶמָה.

b) nomen viri Canaanitae filii Chamori principis in urbe Sichem Gen. XXXIII, 19. XXXIV, 2 sqq. Hinc Iud. IX, 28: אַנְשֵׁי חֲמוֹר אֲבִי שְׁכֶם i. e. posteri illius priscae gentis Hamori patris Sichemi, qui in urbe Sichem tum habitabant. Cf. H. Ewald Gesch. des Volkes Israël I p. 488 ed. 2.

שֶׁכֶם (dorsum) n. pr. 1) filii Gileadi Num. XXVI, 31. Jos. XVII, 2. Hinc patronym. שִׁכְמִי Num. l. c. — 2) filii Semidai 1 Par. VII, 19.

שִׁכְמָה sec. nonnullos i. q. שְׁכֶם dorsum Iob. XXXI, 22, sed vide supra v. שְׁכֶם no. 1.

שָׁכֵן et **שָׁכַן** (his tribus locis Deut. XXXIII, 12. 20. Iud. V, 17) fut. יִשְׁכֹּן, inf. שְׁכֹן, c. Suff. שָׁכְנִי 1) *subsedit*, *se demisit*, et *substitit* v. c. nubes in qua Gloria Dei Exod. XXIV, 16. Num. IX, 17. 18. 22. X, 12. (Talm. שכן id., de faecibus fluidorum v. Buxtorf. lex. p. 2398, syr. ܫܟܸܢ se demisit ex alto Assem. bibl. or. II, p. 243. — Vicinae radd. sunt שָׁכַךְ q. v., שָׁכַב, שָׁכַם, סָכַן, nec non שָׁעַן et שָׁאַן).

2) *cubuit*, max. ad quietem captandam, de leone Deut. XXXIII, 20, de gente, quae castris positis consedit Num. XXIV, 2, de nubibus diei alicui incubantibus sq. עַל Iob. III, 5. Inde *quievit*, *quietem habuit*, *quietus fuit* (arab. سَكَنَ quievit, et sq. إلى recepit se aliquo quietis ergo) Prov. VII, 11: בְּבֵיתָהּ לֹא יִשְׁכְּנוּ רַגְלֶיהָ *in domo eius non quiescunt pedes eius*. Ps. LV, 7: (si columbae alas haberem) אָעוּפָה וְאֶשְׁכֹּנָה *avolarem et* tum *conquiescerem*. De otioso et inerte, qui deses est Iud. V, 17 (bis). Nah. III, 18 (parall. נוּם), cf. rad. יָשַׁב 1, e. p. 634.

3) *consedit*, *sedem et domicilium habuit*, *habitavit* (arab. سَكَنَ et syr. ܫܟܸܢ id., rabb. שְׁכוּנָה vicus urbis, platea, שְׁכוּנִין tabernacula) sq. בְּ loci Gen. IX, 27. XIV, 13. XXVI, 2. XXXV, 22. Jer. XLVIII, 28. 1 Par. XXIII, 25, sq. acc. loci Deut. XXII, 5. Jes. XXXIII, 16. Ps. LXVIII, 7. Jer. XVII, 6. Iob. XV, 28. XVIII, 15. Frequens est formula שָׁכַן אֶרֶץ terram incoluit, secure possedit eam, et in genere tuto vixit Prov. II, 21. X, 30. Ps. XXXVII, 3. 29, et omisso אֶרֶץ eodem sensu dicitur שָׁכַן Ps. CII, 29, nonnunquam addito לְעוֹלָם vel לָעַד Ps. XXXVII, 27. 29, etiam plenius שָׁכַן בֶּטַח vel ש' לָבֶטַח Ps. XVI, 9. Prov. I, 33. Deut. XXXIII, 12. 28. XXIII, 6. Similem ellipsin habes Jes. LVII, 15: *Deus* שֹׁכֵן עַד *habitans* coelos *in aeternum*, alibi enim diserte Deus habitare dicitur in coelis Jes. XXXIII, 5. 16, et saepius etiam in medio populo suo, in Zione, in loco sacro, quem sibi elegit ut sedem ibi haberet Num. V, 3. XXXV, 34. Exod. XXIX, 46. Joël. IV, 17. 21. Deut. XII, 11 al. Hinc apud Judaeos recentiores שְׁכִינָה *Schechina* i. e. praesens Dei maiestas, v. Buxtorf. lex. talm. p. 2394. 2 Sam. VII, 10: וְשָׁכַן תַּחְתָּיו *et habitat* (populus) *loco suo*. Deut. XXXIII, 16: שֹׁכְנִי סְנֶה *habitator rubi* i. e. Jehova, qui in rubo ardente Mosi apparuit, coll. Ex. III, 2. Addito dativo pleon. Ps. CXX, 6: שָׁכְנָה לָּהּ *habitavit sibi*. — Part. pass. שָׁכוּן act. *habitans*, ut gall. logé Iud. VIII, 11: הַשְּׁכוּנֵי בָאֳהָלִים habitantes in tentoriis, scenitae. — Non hominibus solum שָׁכַן adhibetur, sed animalibus quoque. Sic ferae habitare dicuntur in lustris suis Iob. XXXVII, 8, pisces in maribus Iob. XXVI, 5, aves in frondibus Jes. XXXIV, 11. Ezech. XVII, 23. XXXI, 13. Adeo de rebus inanimatis Iob. XXXVIII, 19: אֵי־זֶה הַדֶּרֶךְ יִשְׁכָּן־אוֹר *ubi via est* ad locum quo *sedem suam lux habet?* Jos. XXII, 19: אֲשֶׁר שָׁכַן שָׁם מִשְׁכַּן יְהוָה *ubi tabernaculum Dei habitat* s. *sedem suam habet* i. e. ubi fixum et collocatum est. Translate *habitare* aliquo loco s. sedem et domicilium habere dicitur iustitia Jes. XXXII, 16, gloria Ps. LXXXV, 10. — Habitare locum sacrum interdum dicuntur qui eum frequentant et multum in eo versantur Ps. LXV, 5, cf. XV, 1. Simile est arab. عمر incoluit, VIII frequentavit, spec. frequentavit sacra Meccana. Semel metaph. *habitare* rem s. *habitare in aliqua re* dicitur pro *familiarem esse cum* ea (v. סָכַן no. 2 et arab. سَكَنٌ amicus, familiaris) Prov. VIII, 12: *ego sapientia* שָׁכַנְתִּי עָרְמָה *habito in prudentia*, tota ego in ea versor, peculiaris mihi est.

4) *habitabilis* vel potius *habitatus*, *incolis frequens fuit*, *viguit incolis* locus, i. q. יָשַׁב no. 4 (q. v.), de urbe Jer. XXXIII, 16: ירוּשָׁלַם תִּשְׁכּוֹן לָבֶטַח *Hierosolyma habitata erit in tuto*, לא ש' de urbe vastata et de-

serta Jes. XIII, 20. Jer. L, 39 (parall. לֹא תֵשֵׁב), de terra Jer. XLVI, 26: וְאַחֲרֵי־כֵן תִּשְׁכֹּן כִּימֵי קֶדֶם *et posthac* rursus *incolis florebit* (Aegyptus) *sicut pristino tempore.*

Pi. fecit ut habitaret aliquis in loco, *sedem ac domicilium praebuit* c. acc. pers. et בְּ loci Jer. VII, 3. 7. Num. XIV, 30. Passim de Iehova dicitur שַׁכֵּן שְׁמוֹ nomini suo domicilium constituit h. e. sedem suam fixit alicubi Jer. VII, 12. Deut. XII, 11. XIV, 23. XVI, 6. 11. XXVI, 2. Neh. I, 9, i. q. שׂוּם שְׁמוֹ s. v. שׂוּם no. 1, f. — Item *locum et sedem constituit* tentorio h. e. fixit, collocavit illud c. acc. Ps. LXXVIII, 60: אֹהֶל שִׁכֵּן בָּאָדָם *tentorium,* quod *collocavit inter homines*, coll. Hiph. Jos. XVIII, 1 et Kal XXII, 19.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1 vel 2: *depressit* vel *proiecit* Ps. VII, 6: כְּבוֹדִי לֶעָפָר יַשְׁכֵּן *honorem meum in pulverem deprimat* vel *proiiciat* i. e. me cum ignominia opprimat et prosternat.

2) causat. Kal no. 3: *domicilium* alicubi *dedit* alicui c. acc. pers. Ps. LXXVIII, 55: וַיַּשְׁכֵּן בְּאָהֳלֵיהֶם שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *et domicilium dedit* (Deus) *tribubus Israeliticis in tentoriis eorum* (Canaanitarum). Metaph. Iob. XI, 14: אַל־תַּשְׁכֵּן בְּאֹהָלֶיךָ עַוְלָה *ne pravitati locum concedas in tentoriis tuis.* Item *collocavit*, ut Cherubos ante paradisum Gen. III, 24, tentorium Jos. XVIII, 1. Cf. Pi.

שְׁכַן chald. *habitavit* avis in frondibus arboris Dan. IV, 18. Vid. rad. hebr. no. 3.

Pa. שַׁכִּן *domicilium constituit* Deus nomini suo c. acc. Esr. VI, 12.

שָׁכֵן (Deut. I, 7 text. Samar. שכין) cstr. שְׁכַן Hos. X, 5, c. Suff. שְׁכֵנוֹ Exod. XII, 4, pl. c. Suff. שְׁכֵנַי 1) *incola* Jes. XXXIII, 24. Hos. l. c. — 2) *accola*, de populis Deut I, 7. Ps. XLIV, 14. LXXIX, 4. 12. LXXX, 7. Jer. XII, 14. XLIX, 10. 18. Ezech. XVI, 26, *vicinus* Prov. 27, 10: טוֹב שָׁכֵן קָרוֹב מֵאָח רָחוֹק *praestat vicinus propinquus fratri remoto.* Exod. XII, 4. Ps. XXXI, 12. 2 Reg. IV, 3. — Fem. שְׁכֵנָה *vicina* c. Suff. שְׁכֶנְתָּהּ Ex. III, 22, plur. שְׁכֵנוֹת Ruth. IV, 17. — (Chald. שְׁכַן id., arab. سَاكِن incola.)

שֶׁכֶן c. Suff. שִׁכְנוֹ m. *habitaculum, domicilium, sedes*, semel legitur Deut. XII, 5: לְשִׁכְנוֹ תִדְרְשׁוּ *ad hanc eius* (Dei) *sedem contendite.* Syr. ܒܝܬ ܡܫܟܢܗ domus habitationis eius. Alii לְשִׁכְנוֹ pro inf. habent et verbis praecedentibus iungunt: ut habitaret ibi.

שְׁכַנְיָה (Iehovae vicinus vel familiaris et qs. contubernalis, cf. שָׁכֵן et rad. no. 3 fin.) n. pr. m. 1 Par. III, 21. 2) Neh. III, 29. 3) VI, 18. 4) Esr. X, 2. 5) VIII, 3. 6) VIII, 5. 7) Neh. XII, 3, v. שְׁבַנְיָה.

שְׁכַנְיָהוּ (id.) n. pr. m. 2 Par. XXXI, 15.

מִשְׁכָּן m. pl. cstr. מִשְׁכְּנֵי Ps. XLVI, 5 et Ezech. XXV, 4, alibi semper מִשְׁכָּנוֹת cstr. מִשְׁכְּנוֹת (semel fem. Ps. LXXXIV, 2) 1) *locus quietis, habitatio, habitaculum, domicilium* (arab. مَسْكَن et مَسْكِن id.), ut hominum Num. XVI, 24. 27. Hab. I, 6. Jes. XXXII, 18. Jer. IX, 18. Iob. XVIII, 21. XXI, 28. Ps. LXXXVII, 2, semel de quietorio i. e. sepulcro Jes. XXII, 16 (cf. quae s. v. בַּיִת no. 6 pag. 192 dicta sunt), animalium i. e. *lustrum* Iob. XXXIX 6. Poët. in plur. domicilia Dei i. e. *templum* cum atriis suis, sic מִשְׁכְּנֵי עֶלְיוֹן Ps. XLVI, 5. מִשְׁכְּנוֹת יי XLIII, 3. LXXXIV, 2. CXXXII, 5, cf. XXVI, 8. LXXIV, 7. 2) spec. *tentorium, tabernaculum* (ut syr. ܡܫܟܢܐ, et chald. quod v. infra) 2 Sam. VII, 6 (ubi מִשְׁכָּן opponitur domui בַּיִת). Jes. LIV, 2, de tentoriis vel casis pastorum et nomadum Cant. I, 8. Num. XXIV, 5 (parall. אֹהֶל), max. tabernaculum sacrum Israëlitarum (vulgo tabernaculum foederis, Stiftshuette), scil. c. art. הַמִּשְׁכָּן Ex. XXV, 9. XXVI, 1 sqq. XXXV, 18, XXXVIII, 31. XL, 9 sqq. Num. I, 50. III, 23 sqq. IX, 15 al., plene מִשְׁכַּן הָעֵדוּת tabernaculum legis Exod. XXXVIII, 21. Num. I, 50. 53. X, 11, vel מִשְׁכַּן יי Lev. XVII, 4. Num. XVI, 9. XVII, 28. XIX, 13. Jos. XXII, 19. 1 Par. XVI, 39. XXI, 29, semel מִשְׁכַּן בֵּית הָאֱלֹהִים 1 Par. VI, 33. In huius tentorii descriptione quomodo מִשְׁכָּן differat ab אֹהֶל v. supra h. v. p. 32, inde הַמִּשְׁכָּן distinctum ab אֹהֶל Exod. XXXV, 11. XXXVI, 14. XL, 19. Num. III, 25 et מִשְׁכַּן אֹהֶל מוֹעֵד de tabulatione tentorii sacri, cui cortinae superstratae erant Ex. XXXIX, 32. XL, 2. 6. 29. 1 Par. VI, 17.

מִשְׁכַּן m. chald. i. q. hebr. no. 1. Esr. VII, 15. (Targ. מַשְׁכְּנָא tabernaculum.)

I. שָׁכַר fut. יִשְׁכַּר, inf. שִׁכְרָה Hagg. I, 6 (v. gramm. §. 45, 2, b) *inebriavit se.* Gen. IX, 21: וַיֵּשְׁתְּ מִן־הַיַּיִן וַיִּשְׁכָּר *et bibit de vino et inebriavit se*, sq. accus. potus Jes. XXIX, 9. XLIX, 26: כֶּעָסִיס דָּמָם יִשְׁכָּרוּן *velut musto, sic suo sanguine inebriantur* sc. se invicem interficientes, sq. מִן LI, 21. Non ubique de turpi ebrietate legitur, sed est etiam *bibere ad satietatem* (i. q. רָוָה) vel *ad hilaritatem usque* Gen. XLIII, 34. Hagg. I, 6: אָכוֹל וְאֵין לְשָׂבְעָה שָׁתוֹ וְאֵין לְשָׁכְרָה *editis, sed non est ad satietatem, bibitis, sed non ad ebrietatem* i. e. nec cibus qui suppetit ad explendam famen sufficit, nec potus ad sitim levandam. Cant. V, 1. — Metaph. apud prophetas *inebriati esse* dicuntur impii, qui insania quadam abrepti et quasi temulentia acti ebriorum instar aberrant a recta via inque perniciem suam ipsi ruunt Jes. XXIX, 9: שָׁכְרוּ וְלֹא־יַיִן נָעוּ וְלֹא שֵׁכָר *ebrii sunt, at non vino, titubant, at non temeto*, LI, 21. Jer. XXV, 27. Nah. III, 11. Scilicet Deus fingitur poculum temeti perniciosi plenum propinare impiis Thren. IV, 21: גַּם עָלַיִךְ תַּעֲבָר־כּוֹס תִּשְׁכְּרִי *ad te quoque perveniet poculum, inebriabere* tu quoque, cf. Jes. LI, 17. 22. Jer. XXV, 15 sqq. et v. כּוֹס s. rad. כָּסַס p. 695. Arabice dicitur سَكْرَةُ الْمَوْت crapula mortis pro angustia mortis Cor. L, 18, et prope

ad hebraeum usum accedit quod legitur apud Ibn Habîb (v. Orientalia ed. Juynboll, Roorda, Weijers, vol. II. p. 228): وتركوا اهل الشام سكارى وما هم بسكارى et (Aegyptii victores) incolas Syriae reliquerunt ebrios (i. e. mentis impotes propter calamitatem ipsis inflictam), quamvis ebrii (scil. vino) non essent. — Part. pass. fem. שְׁכוּרָה inebriata, ebria Jes. LI, 21. (Arab. سكر ebrius fuit, melit. *syker*, syr. ܫܟܪ, aeth. ሰከረ: amhar. ሰከረ: id., syr. etiam latiore signif. insolens, turpis, foedus fuit Ephr. opp. II, 438. C., ܫܟܝܪܐ turpis Ephr. I, 337. A. 348. E. II, 244. A. Ad propriam signif. pertinet ܫܒܪܢܐ hyoscyamus scil. inebrians. Alia vide infra in derivv. Primaria autem radicis vis mihi in fodicando et compungendo posita eaque ad potum acrem et stimulantem animumve crapula percitum et quasi punctum translata esse videtur, ut vicina sit rad. דָּקַר perfodit, cf. זָכַר p. 415, b, nec non שָׁגַג, שָׁגַע, שָׁגָה quae vide.)

Pi. inebriavit, potum alicui propinando *fecit ut ebrius fieret*, sq. acc. pers. 2 Sam. XI, 13, metaph. (vid. Kal) de Deo iram suam populis propinante Jes. LXIII, 6, de victore qui populos pessumdat Hab. II, 15, de ipso poculo pernicioso Jer. LI, 7.

Hiph. inebriavit a) sagittas sanguine, sq. acc. et מִן Deut. XXXII, 42. b) populos (v. Kal et Pi.) Jer. XLVIII, 26. LI, 39. 57.

Hithpa. ebrium se gessit 1 Sam. I, 14.

שֵׁכָר m. *temetum*, *potus inebrians*, (voc. generale, ebriamen ficto novo vocabulo appellat Tertull. de ieiun. c. IX), sive vinum Num. XXVIII, 7 (Vulg. vinum, Targ. Syr. et Saad.: vinum vetus, ut infra dicetur, cf. vs. 14 et Exod. XXIX, 40, ubi in eadem re יַיִן), sive potus vini instar inebrians ex hordeo (*ζῦθος*, *οἶνος κρίθινος*, ut apud Aegyptios teste Herodoto lib. II. cap. 77: *οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται*, Diodor. Sic. I, 34: *κατασκευάζουσι δὲ καὶ ἐκ τῶν κριθῶν Αἰγύπτιοι πόμα, λειπόμενον οὐ πολὺ τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας*, cf. c. 20 et II, 4. Xen. anab. IV, 5, 26), vel ex melle (*οἰνομέλι*) dactylisve coctus destillatusve. Arab. سكر est potus inebrians in genere, spec. autem potus ex uvis passis aut ex dactylis paratus (Cor. XVI, 69), qui نبيذ quoque vocatur (Fraehn. ad Ibn Fosslan p. 97 sq.). Hieronymus in ep. ad Nepotianum (opp. ed. Martianay T. IV. p. 364): „Sicera (שֵׁכָר) hebraeo sermone omnis potio, quae inebriare potest, sive illa quae frumento conficitur, sive pomorum succo, aut quum favi decoquuntur in dulcem et barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisque frugibus aqua pinguior coloratur.“ Varia facticii vini genera enumerant Plinius hist. nat. l. XIV, c. 16, §. 5. 19 et Dioscorides de mater. med. l. V, c. 27 sqq. T. I. p. 712 sqq. ed. Sprengel. Cf. Schneider lex. graec. s. v. *κοῦρμι*. Vini e fructibus parati mentionem facit D. Kimchi ad 1 Sam. I, 15, et Ibn Esra ad Lev. X, 9 שֵׁכָר e tritici specie vel melle dactylisve parari dicit. Plerumque שֵׁכָר discernitur a vino, ut iuxta se ponantur יַיִן וְשֵׁכָר Lev. X, 9. Num. VI, 3. Deut. XIV, 26. XXIX, 5. Iud. XIII, 4. 7. 14. 1 Sam. I, 15. Saepe tamen apud poëtas et prophetas שֵׁכָר et יַיִן in versus partibus parallelis alternant tanquam vocabula synonyma Jes. V, 11. XXIV, 9. XXVIII, 7. XXIX, 9. LVI, 12. Prov. XX, 1. XXXI, 6. Mich. II, 11. — Ceterum ex Jes. V, 22 apparet, שֵׁכָר potum, certe per occasionem, non sine aliqua arte mixtum habuisse veteres Hebraeos, sive aqua iusto modo dilutum, sive, quod negare non debebat cl. Hitzigius, aromatibus conditum. De qua re vide quae b. Gesenius disseruit supra s. v. מָהַל p. 772, s. v. מָזַג p. 780 et maxime s. v. מָסַךְ p. 808. Adde יֵין הָרֶקַח Cant. VIII, 2, quo tota res dirimitur.

Veteres intpp. vc. שֵׁכָר vel ipsum retinent, ut Syr. ubique ܫܟܪܐ (quod Ar. 1 Sam. I, 15 vertit سكر, Iud. XIII, 4 sqq. مسكر, ceterum ܫܟܪܐ a vino ܚܡܪܐ diversum esse docet locus Barhebraei in Chron. p. 174. l. 5, cf. Assem. bibl. or. IV, 301), LXX *τὸ σίκερα* (cf. Luc. I, 14), Vulg. in nonnullis locis: *sicera*, Targ. semel Prov. XX, 1 שִׁכְרָא, Samar. Deut. XXIX, 5 ࠔࠊࠓ, vel generalem significationem ponunt, ut Vulg. Lev. X, 9 al.: omne quod ebriare potest, in Jes.: ebrietas, Aqu. *μέθυσμα*, Onk. Lev. l. c. מְרַוֵּי, Saad. in Pent. et Jes. saepe مسكر, vel magis definitam, ut idem Saad. alibi نبيذ, Targg. exceptis paucis locis חֲמַר עַתִּיק vinum vetus (contra יַיִן exponitur חֲמַר חֲדַת vinum recens), et sic semel Num. XXVIII, 7 Saad. quoque عتيقة et Syr. ܥܬܝܩܐ vetus sc. vinum, Samar. praeter unum locum ubique ࠌࠆࠓ (propr., ut videtur, concutiens, concitans potus), Graec. Venet. denique *συρμαία* (vid. intpp. ad Herodot. II, 77. 125).

שִׁכּוֹר rarius **שִׁכֹּר** m. *ebrius*, *inebriatus*, *bene potus* 1 Reg. XVI, 9. XX, 16: שֹׁתֶה שִׁכּוֹר *bibens ebrius* erat i. e. poculis indulgebat ad ebrietatem, 1 Sam. XXV, 36: שִׁכֹּר עַד־מְאֹד *valde ebrius*, Iob. XII, 25. Jer. XXIII, 9. Prov. XXVI, 9. Joël. I, 5. Ps. CVII, 27. Jes. XIX, 14: כְּהִתָּעוֹת שִׁכּוֹר בְּקִיאוֹ *sicut ebrius titubat in vomitu suo*, XXIV, 20. XXVIII, 1. 3. Fem. שִׁכֹּרָה ebria 1 Sam. I, 13.

שִׁכָּרוֹן m. 1) *ebrietas* Ez. XXIII, 33. XXXIX, 19. 2) cum termin. ־ָה locali שִׁכְּרוֹנָה n. pr. oppidi in boreali fine tribus Judae occidentem versus Jos. XV, 11. In codd. paucis male legitur לְשִׁבְּרוֹן, veteres intpp. omnes כ (Caph) exprimunt, v. c. Targ. לְשִׁכְּרוֹן, Vulg. Sechrena.

II. שָׂכַר i. q. שָׂכַר, arab. شَكَرَ mercedem, praemium dedit. Inde

אֶשְׁכָּר (pro שֶׁכָר adiuncto Aleph prosthetico quod vocant) m. *pretium quo aliquid compensatur* (cf. שָׂכָר), hinc a) *merx pro alia merce permutata* in compensationem, vel quae pro pretio datur Ezech. XXVII, 15: (mercatores peregrini) *ebur et ebenum* הֵשִׁיבוּ אֶשְׁכָּרֵךְ *referunt ut pretium tuum* i. e. ebur et ebenum tibi offerunt ut pretium pro mercibus aliis quas abs te accipiunt. b) *donum*, *munus* principi a subditis oblatum, collect. Ps. LXXII, 10 (parall. מִנְחָה). LXX δῶρα, Vulg. dona. — Mihi autem non improbabile videtur, אֶשְׁכָּר ab ipsa radice שָׁכַר ductum esse, non a שָׂכַר, ut אֶשְׁכֹּל duci potest a rad. שָׁכַל, v. supra p. 1406. Hitzigius ad Ezech. l. c. אֶשְׁכָּר corruptum putat esse ex אֶשְׁפָּר idque pecuniam interpretatur, v. rad. שָׁפַר.

שַׁל v. s. rad. שָׁלָה.

שַׁל v. supra post שֶׁ pag. 1346.

שַׁלְאֲנָן *securus*, v. s. rad. שָׁלָה.

שָׁלַב in Kal inusit. — Arab. ثلب est i. q. ثلم *fregit* (vas fictile, gladium) *in ora et margine, ut dentes orirentur et incisurae* (Scharten); chald. שְׁלַב Pa. *coniunxit, connexuit*, scil. part. pass. מְשַׁלַּב pro hebr. מְשֻׁלָּב (q. v. infra) ab Onkeloso positum vertunt *coniunctus*, aliunde enim nisi ex hoc loco non cognitum est hoc verbum, extat autem in Talmude deriv. שְׁלִיבוֹת gradus s. ligna transversa scalae, prob. a figendo vel coniungendo dicta (die Spalen, Sprossen der Leiter), praeterea etiam intp. Samaritanus et Arabs Erpen. (مسلوبات) eodem verbo utuntur, et in lingua arab. vulg. habes سُلَّبة scalae e funibus nexae, Strickleiter, gall. échelle de corde, v. Dombay gramm. ling. mauro-arab. p. 92. Marcel vocabular. s. v. Corde. Equidem huc refero arab. صَلَبَ fixit, spec. cruci affixit, unde صُلْب spina dorsi, lumbus. Phoen. שלבם prob. lumbi, inscr. Massil. lin. 4. 6. 8. 10. Apud Hebraeos hoc verbum valuisse videtur: *incisuris factis figere*, spec. *cardinibus iungere* asseres (ineinanderzapfen), cardines enim dentibus similes sunt (cf. term. architect. *Verzahnung*).

Pu. part. Ex. XXVI, 17 et XXXVI, 22: *bini cardines* (Zapfen) *asseri uni* sint מְשֻׁלָּבֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ *alter alteri infixi s. iuncti* (fort. lignis transversis infra basin insertis). Graec. Venet. ἡρμωσμένης ἑκάστης πρὸς τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς. Onk. ipso voc. retento: מְשַׁלְּבִין חַד לָקֳבֵיל חַד coniuncti sint unus e regione alterius. Samar. ࠌࠔࠋࠁࠉࠍ ࠇࠃ ࠋࠇࠃ. Saad.: مُلَسَّنَان أَحَدُهُمَا بِإِزَاءِ الآخَر in modum linguae mucronati unus e regione alterius. Abulwalides de illo talmudico שליבות monens vertit مدرجة اى مسلّمة. Cf. Tanchum Hieros. ad 1 Reg. VII, 28, p. 73 ed. Haarbruecker. Obscurius LXX: ἀντιπίπτοντας ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, *oppositos alterum alteri*. Hinc

שְׁלַבִּים m. plur. *iuncturae s. commissurae* in angulis basium illarum aenearum quae 1 Reg. VII, 27 sqq. describuntur, vel potius *limbi* s. *taeniae* (germ. Eckleisten) commissuras tegentes 1 Reg. VII, 28. 29. Targ. שְׁלִיבַיָּא. Vulg. iuncturae. LXX. ἐξεχόμενα, quo limbos prominentes videntur indicare. Joseph. antiq. iud. VIII, 3, 6: κιονίσκοι τετράγωνοι, τὰ πλευρὰ τῆς βάσεως ἐξ ἑκατέρου μέρους ἐν αὐτοῖς ἔχοντες ἐξηρμοσμένα.

שָׁלַג rad. in Kal inusit., quae vel *iaciendi* significatum habuit (vic. שָׁלַךְ, שָׁלַח, cf. שֶׁלַח missile, Maurer. ad Ps. LI, 9), unde שֶׁלֶג arab. ثَلْج, aram. תְּלַג nix, utpote de coelo deiecta, vel vicinitate quadam coniuncta est cum rad. בָּלַג *nituit*, *fulsit* (fortasse intercedente rad. פָּלַג fidit, aperuit, a qua significatione בָּלַג quoque processit, litterae autem ف et ث hebr. ש haud raro alternant, vid. שׁוּם p. 1379), ut nix appellata sit a nitore.

Hiph. הִשְׁלִיג (prob. denominat. a שֶׁלֶג nix) *canduit instar nivis*, *nivei coloris fuit* (cf. de usu conj. Hiph. in coloribus designandis radd. אָדַם et לָבַן. Arab. نَصْل ثَلَاجِيّ gladii lamina nivea i. e. candida, splendens, denom. a ثَلْج nix, ad similitudinem adiectivi غُرَابِيّ corvinus i. e. niger a غُرَاب corvus; syr. Aph. ܐܰܬܠܶܓ dealbavit, Ethp. albus factus est, denom. a ܬܰܠܓܳܐ nix). Hanc significationem multi intpp. adhibent loco difficili ex antiquo carmine assumto Psalm. LXVIII, 15: *quum Deus dispersisset reges in ea* (terra Canaanaea), תַּשְׁלֵג בְּצַלְמוֹן *niveum erat* (impers., vel nivea erat, albebat terra) *in* monte *Zalmon*. Albere campus et iugum montis dici poterat propter ossa occisorum, quae ibi facto proelio dispersa iacerent et ad solem pallescerent, exalbescerent. Cf. Virg. Aen. XII, 35 sq.: „recalent nostro Tiberina fluenta Sanguine adhuc, campique ingentes ossibus albent." V, 865: „scopulos Sirenum . . . multorumque ossibus albos." Ovid. fast. I, 558: „squallidaque humanis ossibus albet humus." Alkama poëta (MS. I, 20) de deserto:

بِهَا جِيَفُ الْحَسْرَى فَأَمَّا عِظَامُهَا فَبِيضٌ وَأَمَّا جِلْدُهَا فَصَلِيبُ

i. e. ibi cadavera enectorum (iumentorum), et ossa albata et cutes induratae. Iam vero quum mons ille Zalmon (צַלְמוֹן i. e. umbrosus) silvosus esset (Iud. IX, 47 sqq.) et vix campi ossibus albis ad instar nivis tecti speciem unquam praeberet, aut deserenda est illa verbi תַּשְׁלֵג interpretatio, aut בְּצַלְמוֹן vertendum *ad* Zalmonem sc. in campo monti vicino. — Ex aliorum sententia תַּשְׁלִיג

est *ninxit*, ut arabice dicitur أَثْلَجَتْنَا السَّمَاءُ nive nos obruit coelum, vulgo ثَلَّج vel ثَلَج ninxit, et תַּשְׁלֵג 3. fem. impers., ut arab. vulg. عم تَثْلِج ningit, أَمْطَرَتْ pluit; nivis autem demissio in Ps. l. c. tum esse poena a Deo demissa, cf. Iob. XXXVIII, 22. 23, et צַלְמוֹן (q. v.) appellative sumi possit hoc sensu: quum Deus reges dispergeret in terra, *ningebat in tenebris* i. e. poenae divinae de coelo demittebantur.

שֶׁלֶג in paus. שָׁלֶג m. *nix* (phoen. שלג inscr. Eryc. lin. 4 bis, arab. ثَلْج, melit. *sylg*, chald. תַּלְגָּא ,תְּלַג syr. ܬܰܠܓܳܐ, samar. ࠔࠋࠂ id.) Iob. VI, 16. XXIV, 19. XXXVII, 6. XXXVIII, 22. Ps. CXLVII, 16. Prov. XXVI, 1. Jes. LV, 10. יוֹם הַשֶּׁלֶג dies nivis i. e. tempus hibernum 2 Sam. XXIII, 20. Prov. XXXI, 21 de bona matre familias: לֹא תִירָא לְבֵיתָהּ מִשָּׁלֶג כִּי כָל־בֵּיתָהּ לָבֻשׁ שָׁנִים *domui suae non timet a nive* i. e. a frigore hiemis, *nam tota domus* (familia) *vestita est vestibus coccineis* i. e. vestibus iisque pretiosis non caret. — Aestivo quoque tempore olim, ut nunc faciunt in Syria, utebantur nive e Libano haud dubie advecta (שֶׁלֶג לְבָנוֹן Jerem. XVIII, 14) ad refrigerationem, imprimis ad refrigerandum potum. Prov. XXV, 13: כְּצִנַּת שֶׁלֶג בְּיוֹם קָצִיר *sicut nivis refrigeratio tempore messis.* Hinc apud Arabes ثَلَّاج venditor nivis, مَثْلَجَة locus ubi nix asservatur. Cf. Geier ad Prov. l. c., Schnurrer diss. p. 101 sqq. Passim nix albedinis (Exod. IV, 6. Num. XII, 10. 2 Reg. V, 27), splendoris (Thren. IV, 7) et candoris animi (Ps. LI, 9) imaginem praebet.

שָׁלָה et שָׁלֵו pr. laxus, laxatus fuit (ut שׁוּל p. 1379 cf. שָׁלַל), hinc 1) pf. שָׁלַוְתִּי ,שָׁלֵו, fut. יִשְׁלָיוּ *tranquillus, salvus et securus fuit*, videlicet de eo qui prospera fortuna secure utitur Iob. III, 26 (parall. שָׁקַט et נוּחַ). Jer. XII, 1. Thren. I, 5. Ps. CXXII, 6, et de eius habitatione Iob. XII, 6. (Arab. سَلَا tranquillus fuit et levatus curis, saepe sq. عَنْ rei alicuius curâ liberum habuit animum, ut eius oblivisceretur, II et IV curis rei liberavit aliquem, سَلْوَة animi tranquillitas, solatium, chald. שְׁלָא i. q. hebr. שָׁלָה partim iisdem locis partim pro שַׁאֲנַן positum in Targg., syr. ܫܠܳܐ tranquillus fuit, quievit, siluit. Cogn. quoque est שָׁלֵם).

2) remisit, cessavit, negligens fuit et socors, hinc *erravit, peccavit imprudens*, v. Niph., Hiph., et derivv. שַׁל ,שָׁלוּ no. 2, שָׁלוָה no. 2, chald. שָׁלָה ,שָׁלוּ. (Arab. سَلَا oblitus est sq. acc. rei, chald. שְׁלָא et syr. ܫܠܳܐ cessavit, neglexit, oblitus est, in Targg. pro שָׁכַח, Aph. id., it. chald. שְׁלָא erravit, peccavit imprudens, in Targg. pro hebr. שָׁגָה, vid. Buxtorf. lex. talm. col. 2404.

3) trans. *laxavit, liberavit, eripuit*, vel, ut plerique volunt, i. q. נָשַׁל ,שָׁלַל (q. v.) *extraxit, exemit*, ut aram. שְׁלָא ,ܫܠܳܐ. Cf. שִׁלְיָה. Inde ducunt fut. apoc. יֵשֶׁל (ortum ex יִשְׁלֶה ut יֵרֶא ex יִרְאֶה ,תֵּפֶן ex תִּפְנֶה) Iob. XXVII, 8: כִּי יֵשֶׁל אֱלוֹהַּ נַפְשׁוֹ *quando liberaverit* vel sec. al. *extraxerit Deus animam eius* sc. ex corpore tanquam ex carcere vel vagina (cf. Dan. VII, 15: doluit animus meus בְּגוֹ נִדְנֶה intro in vagina i. e. in corpore). Saad. ms.: اذا يسلّي الله نفسه et Mose Gekatil.: اذا اسلى الله نفسه i. e. quando liberabit Deus animam eius, Targ. יְנַתֵּר i. e. excutiet s. liberam dimittet, Syr. ܢܫܩܘܠ tollet, Hieron.: liberet. — Alii יֵשֶׁל pro יִשַּׁל dictum a rad. נָשַׁל (extraxit) ducunt, vel יָשֹׁל legendum proponunt a rad. שָׁלַל (extraxit), Schnurrer denique (diss. p. 269) illud pro יִשְׁאַל scriptum esse coniicit more Arabum, qui يَسَل nonnunquam ponunt pro يَسْأَل (Harir. p. 537 schol. lin. 8), ut vertatur: quando Deus animam eius poscet.

שְׁלָה chald. 1) i. q. hebr. שָׁלָה no. 1. *tranquillus, securus fuit.* Part. pass. שְׁלֵה tranquille et secure vivens Dan. IV, 1. — 2) i. q. hebr. שָׁלָה no. 2, unde שָׁלוּ ,שָׁלָה.

שַׁל (form. עַד a עָדָה) m. ἅπ. λεγ. *error, delictum* (a rad. no. 2) 2 Sam. VI, 7: Deus Uzzam morte punivit עַל־הַשַּׁל *propter illud delictum* sc. quod manu tetigerat arcam sacram. LXX ἐπὶ τῇ προπετείᾳ, Aqu. ἐπὶ τῇ ἀγνοίᾳ, Vulg.: super temeritate, Chald. עַל דְּאִשְׁתְּלִי, Rabbini bene interpretantur שְׁגָגָה. Chronista illam rem referens circumscriptione utitur 1 Par. XIII, 10: עַל אֲשֶׁר שָׁלַח יָדוֹ עַל הָאָרוֹן, ex quibus verbis illud עַל־הַשַּׁל corruptione ortum esse iudicat Thenius ad l. Sam., quia Syrus etiam et Arabs intp. in libro Sam. cum Chronista faciunt. At Chronista non raro hanc viam sequitur, ut verba minus usitata devitet, et Syrus idem hic fecit fortasse Paralip. locum memoria repetens, Arabs autem totus ex syriaca versione pendet.

שָׁלָה chald. *delictum, impium aliquid* Dan. III, 29 Kethib, ubi Keri est שָׁלוּ q. v.

שָׁלֵו vel שָׁלֵיו (variant enim codd. mss., edd. plerumque habent שָׁלֵו, uno loco Iob. XXI, 23 שַׁלְיו, ut semper in Targg.), semel שְׁלֵיו Jer. XLIX, 31 m., שְׁלֵוָה f., pl. constr. שַׁלְוֵי 1) *tranquillus, securus*, de terra quae quiete ac pace fruitur 1 Par. IV, 40. Zach. VII, 7, impr. tranquille, secure vivens Iob. XVI, 12. XXI, 23. Ps. LXXIII, 12. Jer. XLIX, 31. Neutr. subst. שָׁלֵו tranquillitas, securitas Iob. XX, 20. — 2) in malam partem *securus, socors, impius* Ez. XXIII, 42. Cf. rad. no. 2 et שַׁאֲנָן no. 2.

שֶׁלֶו vel potius שָׁלוּ (Mil'el, ad analogiam formae שָׂחוּ natatio, aliud est chald. שָׁלוּ q. v. infra) m. *tranquillitas, securitas*, semel legitur c. suff. שַׁלְוִי Ps. XXX, 7.

שַׁלְוָה f. 1) *tranquillitas, securitas* (targ. שַׁלְוָא id.) Pr. XVII, 1. Ps. CXXII, 7. Ez. XVI, 49: שַׁלְוַת הַשְׁקֵט securitas quietis i. e. summa securitas. בְּשַׁלְוָה in (media) securitate i. e. inopinato, repente Dan. VIII, 25. XI, 21 cf. vs. 24, ut chald. בִּשְׁלֵוָא id., מִן שְׁלֵוָא derepente, in Targg. pro hebr. פִּתְאֹם, syr. ܒܫܠܝܐ et ܡܢ ܫܠܝܐ, ܡܢ ܫܠܝ ܡܫܠܝ id. Cf. בַּשָּׁלוֹם Iob. XV, 21. (Hinc ducendum chald. שְׁלוּא subita pernicies Ps. XXXV, 8. 17. Targ.) — 2) in malam partem (cf. rad. no. 2) *socordia, impietas*. Plur. בְּשַׁלְוֹתַיִךְ inter impia facta tua Jer. XXII, 21.

שְׁלֵוָא chald. f. *securitas* Dan. IV, 24.

שָׁלוּ chald. (pr. שָׁלוּת in Targg. etiam stat. emphat. שָׁלוּתָא, constr. שָׁלוּת) f. *error, delictum* Esr. IV, 22. Dan. VI, 5. et III, 29 Keri, a rad. no. 2.

שֶׁלִי in pausa שֶׁלִי m. *tranquillitas*. 2 Sam. III, 27: לְדַבֵּר אִתּוֹ בַּשֶּׁלִי *ut loqueretur cum eo in tranquillitate* i. e. tranquille, otiose, vel seorsum, remotis arbitris. Syr. ܐܝܟ ܕܒܫܠܝܐ quasi in otio Ephr. opp. T. I. p. 369, A. Minus bene LXX. ἐνεδρεύων, et Vulg.: cum dolo.

שִׁלְיָה f. membrana qua in utero fetus involutus est, *secundae* s. *secundinae*, ex utero post partum extractae, ἅπαξ λεγ. Deut. XXVIII, 57. Arab. سَلًى id. in hominibus et brutis. Chald. שִׁלְיְתָא Pseudojon. l. c., talm. שִׁלְיָא, שִׁלְיְתָא et סִלְיָא, סִלְיְתָא id. Syr. ܫܠܝܐ id. etiam in plur. ܫܠܝ̈ܐ Ephr. opp. I, 116 (nisi forte ibi sing. ܫܠܝܐ scribendum est). Sam. ࠔࠋࠉࠄ id. LXX χόριον i. e. secundae, Saad. et intp. Samar.-Ar. (Vloten spec. p. 63) مشيمة, Juda b. K.: سلا. — Secundae שִׁלְיָה dictae videntur vel quia post partum *laxantur* de utero, ad primariam quam statuimus significationem, vel, ut vulgo sumitur, ab extractione (cf. rad. no. 3, arab. سَلِيل fetus, pr. extractus, chald. שְׁלִיל fetus, abortus), non ut Bernsteinius vult in glossar. syr. p. 520, idcirco quia quiescant sive resideant quum fetus ex utero prodeat.

שַׁלְאֲנָן m. adj. quadrilitt. ἅπ. λεγ. i. q. שַׁאֲנָן *tranquillus, tranquille vivens* Iob. XXI, 23. (Confusum esse putant e duabus radd. synonymis שָׁלָה et שָׁאַן, sec. al. ortum ex שַׁאֲנָן inserta ל littera, coll. זָעַף et זִלְעָף ferbuit; fortasse mendosum est scribendumque שַׁאֲנָן.)

שֵׁלָה I) i. q. שְׁאֵלָה *preces* 1 Sam. I, 17, a rad. שָׁאַל, v. p. 1348.

II) n. pr. filii Judae Gen. XXXVIII, 5. XLVI, 12. Num. XXVI, 20, decurtatum, ut suspicor, ex שֵׁלָן = שִׁילוֹן, שִׁלֹה (q. v. infra s. rad. שָׁלֵם), hinc patron. שֵׁלָנִי Num. l. c., pro quo שִׁילֹנִי legitur 1 Par. IX, 5.

שִׁלוֹ, שִׁלוֹ, שִׁילֹה, שִׁלֹה *Silo* urbs, et nomen gentil. שִׁילֹנִי vid. s. rad. שָׁלֵם.

שַׁלְהֶבֶת flamma, v. s. rad. לָהַב p. 743.

שָׁלַח fut. יִשְׁלַח c. Suff. יִשְׁלָחֵנִי, יִשְׁלָחֲךָ, inf. שְׁלֹחַ, semel שְׁלֹחַ Jes. LVIII, 9, inf. absol. שָׁלוֹחַ, imp. שְׁלַח, pl. שִׁלְחוּ, in paus. שְׁלָחוּ, c. Suff. שְׁלָחֵנִי 1) *misit* (LXX. plerumque ἀποστέλλω vel ἐξαποστέλλω, raro πέμπω, ἐκπέμπω, ἀπαγγέλλω, alia. Chald. שְׁלַח v. infra suo loco, syr. ܫܠܚ 1 Sam. XVI, 22. 1 Reg. V, 9, sed rarioris usus, frequentius est ܫܕܪ, usitatissimum tamen ܫܠܝܚܐ legatus, apostolus. Cf. rad. שָׁלַל no. 2. In arab. lingua huius significationis in radd. سلح et سلخ nullum certum vestigium est praeter سلاح v. שֶׁלַח, synon. est أرسل. Notio autem primaria verbi שָׁלַח sine dubio in *laxatione* posita est, ut cognatae sint radd. שׁוּל, שָׁלָה, שָׁלַל q. v.). Constr. a) absol. Gen. XXXVIII, 17. Ps. LIX, 1, ita plerumque ut alterum verbum ei subiunctum sit sive interveniente copula sive non interveniente, e. g. 1 Reg. XVIII, 19: שְׁלַח קְבֹץ וגו' *mitte, congrega* cet. 2 Reg. XI, 4: שָׁלַח . . וַיִּקָּחֶהָ וגו' *misit et adduci iussit* cet. Gen. XXXI, 4. XLI, 8. 14. Ex. IX, 19. 27. 1 Sam. XX, 31. 2 Sam. VI, 13. Iob. I, 4. 2 Par. XXXVI, 10. Vides, in hisce omitti accus. eius qui mittitur, v. c. Gen. XXXI, 4: *misit et vocavit Rahelam* i. e. misit aliquem, qui arcesseret Rahelam (germ. er schickte hin und . . .). — b) sq. acc. eius qui mittitur Gen. XLII, 4. XLIII, 8. XLV, 5. Ex. V, 22. XVI, 29. 1 Sam. XV, 20. XXV, 32. 2 Reg. I, 6. Jes. VI, 8. XLVIII, 16. Jer. XIV, 14. 15. XXVIII, 15. Ez. XIII, 6. Zach. VII, 2. Mal. III, 23, maxime legatum, nuntium Gen. XXXII, 4. Num. XX, 14. Iud. VI, 35. VII, 24. XI, 12. 14. 17. 19. 2 Sam. II, 5. III, 12. 1 Reg. XIX, 2. Jes. XVIII, 2 et sexcenties (addito dat. pleon. שְׁלַח לְךָ mitte Num. XIII, 2), raro in recentiore Hebraismo sq. בְּ pers. 2 Par. XVII, 7. Jer. XVI, 16. — c) sq. acc. loci quo quis mittit aliquem 1 Sam. IV, 4. 1 Reg. V, 28. 2 Reg. II, 4. 6, et sq. עַד loci 2 Reg. II, 2. — d) sq. acc. pers. et לְ rei (jemanden wonach schicken) Jer. XIV, 3, saepius autem לְ c. inf. misit aliquem ad faciendum peragendumque aliquid Num. XIII, 16: *hi sunt nomina virorum* אֲשֶׁר שָׁלַח מֹשֶׁה לָתוּר אֶת־הָאָרֶץ *quos misit Moses ad explorandam terram*, XIV, 36. XVI, 28. Deut. XXXIV, 11. Jos. VI, 25. 1 Sam. XV, 1. XXV, 14. 2 Sam. X, 3. 1 Reg. VI, 32. 2 Reg. I, 6. 16. XIX, 4. 16. Jes. LXI, 1. Jer. XIX, 14. XXVI, 12. XL, 14. Zach. I, 10. — e) sq. acc. pers. et אֶל eius, ad quem mittitur Gen. XXXVII, 13. XLVI, 28. Ex. III, 13. 14. 15. VII, 16. Num. XXIV, 12. Iud. XI, 17. 1 Sam. IX, 16. XXV, 40. 2 Sam. XI, 6. 2 Reg.

V, 6. VIII, 9. XVII, 4. XXII, 15. Jer. XXV, 4. 17. XLII, 9. Zach. II, 12. 15. IV, 9. VI, 15, raro more chald. עַל Neh. VI, 3. Jer. XXVI, 15. XXIX, 31. 2 Reg. XVIII, 27, it. sq. אֶל pers. et לְ rei; propter quam mittitur 1 Reg. XX, 7: שָׁלַח אֵלַי לְנָשַׁי וּלְבָנַי וּלְכַסְפִּי וְלִזְהָבִי *misit ad me propter mulieres meas, filios, argentum et aurum meum*, nempe ea rogans a me, vel לְ c. inf. Num. XXII, 37: שָׁלַחְתִּי אֵלֶיךָ לִקְרֹא לָךְ *misi ad te ut invitarem te.* — f) sq. acc. pers. et אַחֲרֵי pers. misit aliquem, qui persequeretur alium qui discesserat 2 Sam. III, 26. 2 Reg. VII, 14. XIV, 19, cf. Zach. II, 12. — g) sq. acc. rei missae Gen. XXXVIII, 23. XLV, 27. XLVI, 5. Esth. IV, 4, max. litteras Neh. VI, 9. Esth. I, 22. IX, 20, sq. acc. rei et אֶל pers. 2 Reg. XX, 12. Jer. XXIX, 1. 25, vel לְ pers. Gen. XLV, 23. Ps. LXXVIII, 25. 2 Par. XVI, 3. 1 Reg. XV, 19, sq. acc. rei et אֶל pers. misit alicui aliquid, ut litteras Jer. XXIX, 25. Esth. IX, 20. 30, sq. לְ pers. Gen. XXXII, 19. XLV, 23. — h) Nonnunquam is, qui missus est ponitur praevio בְּיַד 1 Sam. XVI, 20. 2 Sam. XI, 14. XII, 25. 1 Reg. II, 25: וַיִּשְׁלַח הַמֶּלֶךְ בְּיַד בְּנָיָהוּ *et rex misit per Benajam*, h. e. Benajam ablegavit. Ex. IV, 13: שְׁלַח־נָא בְּיַד־תִּשְׁלָח *mitte, per quem mittere vis.* — i) Singulare est 2 Sam. XV, 12: וַיִּשְׁלַח אַבְשָׁלוֹם אֶת־אֲחִיתֹפֶל מֵעִירוֹ מִגִּלֹה *et misit Absalom* (et arcessivit) *Ahitophelum ex Gilunte, urbe eius patria.*

Spec. aa) dicitur aliquis alteri *verba mittere* (שָׁלַח דְּבָרִים) i. e. *per nuncium indicare, nunciare* (sagen lassen, entbieten). Iud. XI, 28. Jes. XXXVII, 17. Prov. XXVI, 6: שֹׁלֵחַ דְּבָרִים בְּיַד כְּסִיל *qui verba mittit per stultum*, qui stulto nuncio ad mandatum perferendum utitur. Eodem sensu simplex verbum שָׁלַח ponitur sq. לֵאמֹר Gen. XXXVIII, 25: שָׁלְחָה אֶל־חָמִיהָ לֵאמֹר *misit ad socerum suum dicendo* i. e. misit aliquem qui ei nuntiaret (sie liess ihm sagen). 2 Sam. XIV, 32. XIX, 12. 1 Reg. XX, 5. 2 Reg. V, 8. XIV, 8. 9. Neh. VI, 8. Jer. XXIX, 31, et adeo omisso לֵאמֹר Num. XXII, 10. 1 Sam. XX, 21. (Saepe ita syr. ܫܠܚ legitur, v. Agrell. otiola syr. p. 23). Sq. acc. rei per nuncios indicatae 1 Reg. V, 22: שָׁמַעְתִּי אֵת אֲשֶׁר־שָׁלַחְתָּ אֵלָי *intellexi quae mihi nuntiasti*, vs. 23: עַד־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר־תִּשְׁלַח אֵלַי *usque ad locum, quem mihi indicabis.* XX, 9. XXI, 11. 2 Reg. XVI, 11. Jer. XLII, 5. 21. XLIII, 1, sq. dupl. acc. *mandavit alicui aliquid* 2 Sam. XI, 22: *et nunciavit Davidi* אֶת־כָּל־אֲשֶׁר שְׁלָחוֹ יוֹאָב *omnia, quae ei Joabus mandaverat.* Ex. IV, 28: *et nuntiavit Moses Aharoni omnia verba Dei*, אֲשֶׁר שְׁלָחוֹ *quae ipsi tradiderat.* 1 Reg. XIV, 6: אָנֹכִי שָׁלוּחַ אֵלַיִךְ קָשָׁה *ego ad te missus sum* qui nuntiem tibi *dira.* — bb) Deus dicitur mittere auxilium Ps. XX, 3, liberationem CXI, 9, gratiam suam LVII, 4, frugum ubertatem Joël. II, 19, pluviam Iob. V, 10, oracula et iussa sua Jes. IX, 7. Zach. VII, 12. Ps. CXLVII, 15, signa et miracula CXXXV, 9, maxime autem calamitates et plagas Exod. IX, 14. XXIII, 28. Jos. XXIV, 12. Jer. XXV, 16. 27. Threu. I, 13. Ps. CV, 28. CXLIV, 6 (ubi sagittae Dei sunt plagae ab eo immissae). Frequentius tamen hac in re est Pi., q. v.

2) *dimisit, missum fecit* i. q. Pi. no. 2 (quod frequentius est). Iud. XI, 38. Ps. L, 19: פִּיךָ שָׁלַחְתָּ בְרָעָה *os tuum dimittis* (quasi frenis solutis) *ad malum.* Praegn. שָׁלַח יָד מֵעַל manum missam fecit (et retraxit) ab aliqua re 1 Reg. XIII, 4. — Part. pass. אַיָּלָה שְׁלֻחָה cerva dimissa, libere vagans Gen. XLIX, 21 (sec. al. cerva gracilis, pr. extensa, v. no. 3, alii mutatis punctis legunt אֵלָה שְׁלֻחָה terebinthus patulis diffusa ramis, vel procera, coll. Pi. no. 4, v. intpp. ad istum locum).

3) *emisit* i. e. *extendit, protendit*, ut scipionem 1 Sam. XIV, 27. Ps. CX, 2, falcem (segeti immittendam) Joël. IV, 13: שִׁלְחוּ מַגָּל כִּי בָשַׁל קָצִיר *immittite falcem, quoniam maturuit messis* (imitatur hunc locum auctor Apoc. XIV, 15. 18: πέμψον τὸ δρέπανόν σου κ. τ. λ.), sarmentum (ad nares) Ez. VIII, 17: הִנָּם שֹׁלְחִים אֶת־הַזְּמוֹרָה אֶל־אַפָּם *en protendunt sarmentum ad nares suas* (agitur de solis cultu a Persis petito, v. זְמוֹרָה), digitum Jes. LVIII, 9 (de quo loco v. אֶצְבַּע), maxime autem manum (Homer. χεῖρας ἰάλλω Odyss. IX, 338. X, 376) Gen. III, 22. VIII, 9. XIX, 10. XLVIII, 14. Ex. III, 20. IV, 4. IX, 15. Deut. XXV, 11. 2 Sam. XV, 5. Cant. V, 4, v. c. ad percutiendum Iob. I, 11. II, 5. Ps. CXXXVIII, 7. a) sq. לְ c. inf. ad perpetrandum aliquid 1 Sam. XXII, 17. 2 Sam. I, 14. b) sq. עַל rei: manum extendit ad aliquid (quod tangere nefas esset 1 Reg. XIII, 4. 1 Par. XIII, 10. c) sq. אֶל pers. *manum s. vim intulit* alicui Gen. XXII, 12. Ex. XXIV, 11. 2 Sam. XVIII, 12. Iob. I, 12. d) sq. בְּ *manum admovit* rei Iob. XXVIII, 9, et *manum intulit* alicui rei i. e. surripuit eam (germ. sich an etwas vergreifen, gall. mettre la main sur quelque chose) Ex. XXII, 7. Esth. IX, 10. 15. 16: בַּבִּזָּה לֹא שָׁלְחוּ אֶת־יָדָם *in praedam manum suam non tenderunt* i. e. de praeda nihil averterunt vel surripuerunt, Dan. XI, 42, et paullum diversa sententia Ps. CXXV, 3: לְמַעַן לֹא יִשְׁלְחוּ הַצַּדִּיקִים בְּעַוְלָתָה יְדֵיהֶם *ne ipsi iusti ad iniuriam* sc. faciendam *extendant manus suas*, it. sq. בְּ pers. *manum s. vim intulit* alicui (sich an jemand vergreifen) Gen. XXXVII, 22. 1 Sam. XXIV, 7. 11. XXVI, 9. 11. 23. Ps. LV, 21. Esth. III, 6. VIII, 7. IX, 2, semel de eo qui iure suo poenam sumit de aliquo Neh. XIII, 21: אִם תִּשְׁנוּ יָד אֶשְׁלַח בָּכֶם *si iterum* hoc *feceritis, manum vobis admovebo* i. e. vos puniam. — Peculiare est שָׁלַח יָדוֹ מִן הַחוֹר protendit manum suam de fenestra i. e. intus per fenestram protendit eam (germ. durch's Fenster herein) Cant. V, 4, cf. מִן no. 3. — Passim יָד omittitur. Ps. XVIII, 17: יִשְׁלַח מִמָּרוֹם *extendit* (manum) *ex alto*, cf. CXLIV, 7, sq. אֶל rei 2 Sam. VI, 6: וַיִּשְׁלַח עֻזָּה אֶל־אֲרוֹן הָאֱלֹהִים וַיֹּאחֶז בּוֹ *et extendit Uzza* (manum) *ad arcam Dei et prehendit eam*, sq. בְּ Obad. 13. — Part. pass. שָׁלוּחַ pr. extensus, inde gracilis, de cerva Gen. XLIX, 21, sed v. supra no. 2.

Niph. missus est, semel legitur inf. absol. נִשְׁלוֹחַ Esth. III. 13.

Pi. שִׁלַּח 3 pl. perf. in paus. שִׁלֵּחוּ 1) i. q. Kal no. 1 *misit, ablegavit* Jes. XLIII, 14, sq. acc. pers. Gen. XIX, 13. XXVIII, 5. 6. XXXVII, 32. XLIII, 4. 5. Num. XXII, 40. Iud. XX, 6. Jes. X, 6. LVII, 9.

LXVI, 19. Jer. XXIV, 5. 28. XXIX, 20. Neh. VIII, 12, vel acc. rei Gen. XXXVIII, 17. Ex. XXIII, 27. 1 Sam. XI, 7. XXX, 26. Mal. II, 4, sq. עַל eius ad quem ablegatur 2 Par. XXXII, 31, sq. acc. rei et לְ pers. 2 Par. XXIV, 23, sq. acc. rei et אֶל eius ad quem mittitur insuperque בְּיַד eius per quem mittitur Jer. XXVII, 3. Ut hoc simplici significatu Kal longe crebrius est, ita in Pi. saepius est: *immisit* (Deus) alicui aliquid, ut iram suam Ex. XV, 7. Ez. VII, 3. Ps. LXXVIII, 49. Iob. XX, 23, hostem 2 Reg. XXIV, 2, et inpr. plagas calamitatesve omnis generis (v. Kal. no. 1, bb), sq. בְּ eius cui immittuntur Lev. XXVI, 25. Deut. VII, 20. XXVIII, 20. XXXII, 24. 2 Reg. XVII, 25. 26. Jes. X, 16. Joël. II, 25. Am. IV, 20. Jer. VIII, 17. XXIV, 10. XXIX, 17. Ez. V, 16. XXVIII, 23. XXXIX, 6. Mal. II, 2. Ps. LXXVIII, 45. CVI, 15. 2 Par. VII, 13, vel sq. אֶל Ez. XIV, 19. 21, עַל V, 17, לְ Jer. XLVIII, 12. LI, 2, et אַחֲרֵי IX, 15. XLIX, 37. — שִׁלַּח מָדוֹן litem vel rixam misit i. e. excitavit Prov. VI, 14. 19 (ubi additur בֵּין אַחִים inter fratres). XVI, 28.

2) i. q. Kal no. 2, sed frequentius: *dimisit*, *missum fecit* (entlassen) aliquem abiturum, et max. eum qui aliquo modo detentus erat (opp. retinuit) Gen. XXIV, 54. XXX, 25. XXXII, 27. XLIII, 14. XLV, 24. Ex. III, 20. IV, 23. V, 1. 2. VI, 1. VII, 2. 14 sqq. VIII, 17. 25. 28. IX, 1. 2. 7. X, 4. 20. XIV, 5. Jos. II, 21. XXII, 7. Iud. II, 6. VII, 8. 1 Sam. VI, 6. IX, 19. X, 25. XIII, 2. XX, 5. 2 Sam. III, 21. 22. 24. XI, 12. 1 Reg. VIII, 66. XI, 21. 22. XIX, 17. XX, 34. 2 Reg. V, 24, de arca sacra quam Philistaei diu retinuerant 1 Sam. VI, 2. 3. 8, de gregibus in pascuum libere dimissis Ex. XXII, 4 cf. Jes. XXXII, 20, de vulpibus a Simsone in segetes missis Iud. XV, 5, de hirco piaculiari in desertum emisso Lev. XVI, 10 sqq., de ave ad volatum emissa Gen. VIII, 7. 8. Lev. XIV, 7. 53. Deut. XXII, 7, de aqua ad fluxum emissa Ez. XXXI, 4. Ps. CIV, 10; it. captivum *custodiâ emisit* 1 Reg. XX, 42. Jer. XL, 1. XLV, 13. L, 33. Zach. IX, 11 cf. 1 Sam. XXIV, 20. Ez. XIII, 20; *manumisit* servum Jer. XXXIV, 9 sqq. (v. חָפְשִׁי) cf. Iud. I, 25; שִׁלַּח רֵיקָם sine munere dimisit (v. רֵיקָם supra p. 1279); שִׁלַּח בַּת׳ הַחוּצָה *locavit filiam suam* (aus dem Hause entlassen, ausstatten) Iud. XII, 9; it. abeuntem *deduxit*, *prosecutus est* (προπέμπειν) Gen. XVIII, 16. XXXI, 27. Iud. III, 18 cf. vs. 19. 1 Sam. IX, 26. 2 Sam. XIX, 32: *et* (Barsillai) *transivit cum rege Jordanem* לְשַׁלְּחוֹ אֶת־בַּיַּרְדֵּן Keri: אֶת־הַיַּרְדֵּן, quae sic commentatur Gesenius in schedis posthumis: „Illud, ni fallor, sensu caret, hoc certo: *ut comitaretur eum iuxta Jordanem*, in ulteriore eius videlicet ripa. Sed legendum forsan לְשַׁלְּחוֹ אתו בירדן ut comitaretur eum in Jordane.“ Sq. acc. pers. et בְּיַד rei *potestati* alicuius rei *committere* aliquem i. e. exponere vel relinquere aliquem periculo discriminive rei ab ipso advectae. Iob. VIII, 4: אִם־בָּנֶיךָ חָטְאוּ לוֹ וַיְשַׁלְּחֵם בְּיַד פִּשְׁעָם *quandoquidem filii tui impie fecerunt in eum* (Deum), hic iam *ipsos commisit potestati delicti sui* i. e. ipsos sub potestatem poenae dedit, quam commeruerunt, cf. Psalm. LXXXI, 13. — Porro *demisit* aliquem funibus in carcerem subterraneum Jer. XXXVIII, 6. 11; semel denique *promisit* (capillum) Ez. XLIV, 20, cf. arab. رسل promissam comam habuit, رسّل IV misit nuntium.

3) gravius: *iecit* a) iecit, proiecit rem, ut sagittas 1 Sam. XX, 20 (שִׁלַּח לְמַטָּרָה nach dem Ziele schiessen), ignem (in urbem) Am. I, 4 sqq. II, 2. 5. Hos. VIII, 14 (cf. gall. *mettre le feu à*, „incendium mittere“ in lege salica p. 53), pro quo dicitur etiam: שִׁלַּח דָּבָר בָּאֵשׁ iecit aliquid in ignem i. e. incendit (germ. etwas in Feuer setzen, gall. *mettre à feu*) Iud. I, 8. XX, 48. 2 Reg. VIII, 12. Ps. LXXIV, 7. — b) *abiecit*, *deiecit* aliquid Eccl. XI, 1. Iob. XXX, 11: *frenum ante me deiiciunt*, effrenate agunt. XXXIX, 3: חֶבְלֵיהֶם תְּשַׁלַּחְנָה *dolores suos* (cervae parturientes) *deiiciunt* i. e. fetum edunt eoque simul dolore partus liberantur, cf. ῥίψαι ὠδῖνας aliaque similia s. v. חֵבֶל p. 439. 1 Reg. IX, 7: *exstirpabo Israëlem e terra*, וְאֶת־הַבַּיִת אֲשֶׁר הִקְדַּשְׁתִּי לִשְׁמִי אֲשַׁלַּח מֵעַל פָּנָי *et templum, quod nomini meo dicavi, abiiciam, reiiciam e conspectu meo* (in loco parall. 2 Par. VII, 20 אַשְׁלִיךְ). — c) *eiecit*, *expulit* aliquem (fere i. q. גֵּרֵשׁ, a quo tamen distinguitur Exod. XI, 1) Gen. III, 23. Lev. XVIII, 24. XX, 23. 1 Reg. IX, 7. Jes. XXVII, 8. Jer. XV, 1. XXVIII, 16: הִנְנִי מְשַׁלֵּחֲךָ מֵעַל פְּנֵי הָאֲדָמָה *en expellam te ex terra*. Iob. XIV, 20, poët. Iob. XXX, 12: רַגְלַי שִׁלֵּחוּ *pedes meos deiiciunt*, protrudunt i. e. supplantant me et prosternunt. — d) spec. *repudiavit* (*dimisit*) feminam, uxorem Gen. XXI, 14. Deut. XXI, 14. XXII, 19. 29. XXIV, 1. 3. 4. 2 Sam. XIII, 16. Jer. III, 1. 8. Mal. II, 16 (ubi inf. שַׁלַּח ut subst. ponitur). 1 Par. VIII, 8, cf. Jes. L, 1 et שִׁלּוּחִים infra.

4) i. q. Kal no. 3 *extendit* aliquis manum Prov. XXXI, 19. 20, propagavit arbor radices Jer. XVII, 8 et diffudit ramos (cf. שְׁלֻחוֹת propagines) Ez. XVII, 6. 7. XXXI, 5. Ps. LXXX, 12, extendit Deus populum i. e. incrementa ei dedit et sedem dilatavit Ps. XLIV, 3: גּוֹיִם הוֹרַשְׁתָּ וַתִּטָּעֵם תָּרַע לְאֻמִּים וַתְּשַׁלְּחֵם *gentes* Canaanaeas *expulisti*, *hos* vero Israëlitas *plantabas* i. e. sedes fixas iis assignabas, *male mulctabas nationes*, *hos* autem *dilatabas*.

Pu. שֻׁלַּח 1) *missus*, *ablegatus est* Obad. 1. Jer. XVII, 8. Prov. XVII, 11. — 2) *dimissus est* Gen. XLIV, 3, *dimissa*, *repudiata est* mulier, metaph. Jes. L, 1 (cf. Pi. no. 3, d), it. נַעַר מְשֻׁלָּח puer missus factus, fere dissolutus Prov. XXIX, 15. — 3) *eiectus*, *expulsus est*, Jes. XVI, 2: קֵן מְשֻׁלָּח *nidus expulsus* i. e. aves e nido expulsae. Jes. XXVII, 10: נָוֶה מְשֻׁלָּח וְנֶעֱזָב כַּמִּדְבָּר *domicilium ex quo incolae expulsi sunt et quod derelictum est instar deserti*; it. *propulsus*, *protrusus est* in rete Iob. XXVIII, 8. Iud. V, 15: בָּעֵמֶק שֻׁלַּח *in planitiem propulsus est* vel *ruit*.

Hiph. הִשְׁלִיחַ i. q. Pi. no. 1 *immisit* (Deus) plagam, calamitatem alicui, sq. בְּ Ex. VIII, 17. Lev. XXVI, 22. Am. VIII, 11. Ez. XIV, 13, hostem 2 Reg. XV, 37.

שְׁלַח fut. יִשְׁלַח chald. 1) *misit* Esr. IV, 14. VII, 14. Dan. III, 2. 28. VI, 23., sq. acc. rei et עַל eius ad quem

mittitur Esr. IV, 11. 18. V, 6. 17. שְׁלַח פִּתְגָּמָא עַל פ׳ verbum misit ad aliquem i. e. nunciavit ei Esr. IV, 17. V, 7. (Verbum שְׁלַח in Targg. quoque antiquioribus, ut Onkelosi, Jonath. in prophetis, frequentatur, in recentioribus Hieros. Pseudojon. et Hagiogr. usitatius est שַׁדַּר misit, ut in lingua syriaca.) — 2) sq. יַד *extendit manum* Dan. V, 24, sq. לְ *aggressus est* aliquid Esr. VI, 12. (In Targg. potius אוֹשֵׁיט יַד in usu est.)

שֶׁלַח in paus. שָׁלַח m. c. Suff. שִׁלְחוֹ 1) propr. *telum, missile,* quod in hostem emittitur, et in genere *arma* quaecunque (arab. سِلَاحٌ, rarius سِلْحٌ coll. arma, spec. gladius, سَالِحٌ arma gerens, armatus, سَلَّحَ II denom. armavit, V armavit se, quanquam praeterea in lingua arabica mittendi significatus in hac radice prorsus desideratur: qua re Ewaldus se permoveri passus est ut שֶׁלַח et سلاح potius ad صلح referret et arma corpori „aptata" exponeret, ad Ps. XLV, 5.) 2 Par. XXXII, 5 de Hiskia rege: וַיַּעַשׂ שֶׁלַח לָרֹב וּמָגִנִּים *et fecit armorum magnam copiam et scuta* (LXX ὅπλα, Vulg. armatura, Syr. ܙܝܢܐ). XXIII, 10: וְאִישׁ שִׁלְחוֹ בְיָדוֹ *et quisque arma sua tenebant manu* (LXX. ὅπλα, Vulg. pugiones). Neh. IV, 11 (LXX βολίς, Vulg. gladius, Syr. ܙܝܢܐ) et ib. vs. 17 (al. 23), ubi pro אִישׁ שִׁלְחוֹ הַמָּיִם legendum אִישׁ שִׁלְחוֹ בְיָדוֹ, cf. diss. meam de interpr. arab. p. 60. Juda b. K. كل واحد سلاحه omisso verbo extremo. Joël. II, 8. עָבַר בַּשֶּׁלַח periit armis i. e. violenta morte Iob. XXXIII, 18. XXXVI, 12.

2) *surculus, propago.* Plur. c. Suff. שְׁלָחַיִךְ propagines tuae i. q. plantationes tuae Cant. IV, 3. Cf. שְׁלֻחוֹת propagines Jes. XVI, 8 et rad. Pi. no. 4. Congruit fere copt. ϣⲗⲁϩ, ϣⲗⲉϩ et ϣⲟⲗϩ propago, surculus, ramus, palmes.

3) n. pr. a) filii Arpachsadi Gen. X, 24. XI, 12. (Prolem, subolem significare hoc nomen contendit Ewald. Gesch. des Volkes Israël I, p. 354. ed. 2; coloniam missam vel sagittarios barbaros interpretatur Boettcher de inferis I, p. 124). — b) בְּרֵכַת הַשֶּׁלַח nomen lacus parvi s. piscinae prope Hierosolyma Neh. III, 15. Vid. שִׁלֹחַ.

שִׁלֹחַ (in paucis codd. שִׁילוֹחַ, sic et in Targg. Jes. VIII, 6. 1 Reg. I, 33. Eccl. II, 5, ad formam שִׁחֹר, שִׁיחוֹר, קִיטֹר, propr. *emissio* aquae i. e. fons vel aquaeductus, cf. שִׁלַּח מַעְיָנִים Psalm. CIV, 10, בֵּית הַשְּׁלָחִים ager irrigatione indigens, Mischna tr. Moëd c. 1. §. 1, aeg. ϣⲗⲉϩ aquam in rivulos derivare ap. Peyron. lex. p. 290, ἱέναι ῥόον Iliad. XII, 25) c. art. **הַשִּׁלֹחַ** *Siloah*, n. pr. fontis cum aquaeductu ab australi parte Hierosolymorum, euronotum versus. Ipse fons, hodie *puteus Sanctae Virginis* dictus, in valle Kidronis ad radices collis, cui Ophel nomen est, orientales scaturit, cuius aqua per canalem trans iugum collis subterfluit et in vallis, quae Josephi tempore *Τυροποιῶν* nomen habebat, ora australi profluit in lacum, qui hodie lacus vel piscina *Selwân* audit, et iam antiquis temporibus Siloah nomen praecipue videtur tenuisse. Commemoratur Siloah Jes. VIII, 6: מֵי הַשִּׁלֹחַ הַהֹלְכִים לְאַט *aquae Siloah, quae leniter decurrunt* (quae est imago clementiae Jehovae et dynastiae Davidicae, cf. Jes. XXXIII, 21. Ps. XLVI, 5). Eodem pertinet בְּרֵכַת הַשֶּׁלַח piscina Selah Neh. III, 15, ubi הַשֶּׁלַח nihil aliud declarat nisi הַשִּׁלֹחַ, ut recte Vulg.: piscina Siloë, et Ar. intp. بركة سلوان, Syr. autem etymon indicans ܡܦܩܢܐ ܕܡܝܐ exitus aquae. Ceterum in l. Jes. pro הַשִּׁלֹחַ Aqu. Symm. et Theodot. quidem dant *Σιλωά*, LXX autem *Σιλωάμ*, ut plerumque etiam Josephus scribit, neque aliter Joh. IX, 7: *κολυμβήθρα τοῦ Σιλωάμ (ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος)*, cf. Luc. XIII, 4, et ad hanc nominis formam propius accedit arabica, quam habet Saad. ap. Jes., nec non Jacutus in Muschtarik ed. Wuestenf. p. 320: عين سُلْوان بالبيت المقدس في ظاهر سور المدينة i. e. fons Sulwân prope Beit el-Mukaddas (Hierosolyma) extra muros urbis, cf. eundem p. 297, ubi vallem Kidronis vocat وادى سلوان. Selwân ad hunc usque diem et receptaculum fontis inferius et vicus vocatur, qui prope abest a fonte. Huius imaginem pictam exhibet opus Bartlettii „The Christian in Palestine" ad pag. 146, eiusdemque „Walks about Jerusalem" ad pag. 56. Hunc autem verum Siloah locum esse, Hieronymus ad Matth. X, 28, qui fontem Siloë ad radices montis Moria (ad quem Ophel pertinet) fluere ait, Josephus bell. iud. V, 4, 1: *ἡ δὲ τῶν Τυροποιῶν προςαγορευομένη φάραγξ . . καθήκει μέχρι Σιλωάμ*, et peregrinatores uno ore testantur, velut Cotovicus itiner. p. 292, R. Pocockius descr. of the East T. II. p. 23 sq., Ed. Robinson Palaest. T. II. p. 142 sqq., alii, et merito id defenderunt Rosenmueller bibl. Alterth. II, 2. p. 280 sq., Tholuck. Beitr. z. Erkl. d. N. T. p. 123 sqq., Thenius in Illgenii Zeitschr. f. hist. Theol. 1844 I, 17 sqq., cf. eiusd. comm. in ll. Regum append. p. 17 sq., Winer bibl. Realwoerterb. T. II. p. 460. ed. III. Errant autem, qui, falsa potissimum loci Joseph. bell. iud. V, 4, 2 vel etiam Neh. c. III. interpretatione nixi, fontem Siloah inter austrum et occidentem urbis collocant, ut Relandus Palaest. p. 858, Lighfoot. chorograph. Ioanni praemissa cap. V. §. 2. 3, Bachiene descr. Palaest. II, 1. p. 349, Hamesveld. geogr. bibl. II. p. 182, Gesenius comm. in Jes. VII, 3 et in lex., Hitzig. ad Jes. l. c., Ewald. hist. populi Isr. III, 66 sq. Ac Josephus claris verbis sententiam suam dixit loco superiore, ubi situm Siloah in exitu vallis Tyropoeon definit, et Nehemiae verba huic sententiae minime repugnant. Cf. Robins. Palaest. II, p. 48 et Winer. l. c. — Sunt denique non pauci, et inter hos ipse quoque Gesenius, qui גִּיחוֹן fontem eundem putent fuisse ac הַשִּׁלֹחַ, quoniam Chald. et Syr. cum Arabe 1 Reg. I, 33. 38 pro illo ponant שִׁילוֹחָא, ܫܝܠܘܚܐ, عين سيلوح. Hoc ego ab interpretibus illis ad arbitrium positum esse credo, atque me ab eorum sen-

tentia stare profiteor, qui Gihon in occidentali, Siloah autem in australi parte Hierosolymorum fuisse contendunt.

שְׁלָחוֹת f. pl. *propagines* (ita Vulg.), uno loco legitur Jes. XVI, 8. Vid. Pi. no. 4. et שֶׁלַח no. 2.

שִׁלְחִי (fort. armatus) n. pr. avi regis Josaphati 1 Reg. XXII, 42. 2 Par. XX, 31.

שִׁלְחִים (fort. armati) n. pr. urbis in tribu Judae sitae Jos. XV, 32,

שֻׁלְחָן (form. קָרְבָּן) constr. שֻׁלְחַן pl. שֻׁלְחָנוֹת m. *mensa* (ab extensione et expansione dicta, v. rad. no. 3, gr. *τανύειν τράπεζαν* Odyss. X, 370, et infra notanda ad Ps. LXIX, 23), spec. mensa cum cibis appositis (ut arab. مَائِدَةٌ) Iud. I, 7. 1 Sam. XX, 29. 34. 1 Reg. V, 7. X, 5. Iob. XXXVI, 16. Neh. V, 17. Dicitur עָרַךְ הַשֻּׁלְחָן stravit vel exstruxit mensam Ps. XXIII, 5. LXXVIII, 19. Prov. IX, 2. Jes. XXI, 5. יָשַׁב אֶל־הַשֻּׁלְחָן consedit ad mensam 1 Reg. XIII, 20. אָכַל עַל־שֻׁלְחַן פ׳ coenavit apud aliquem 2 Sam. IX, 11. 13 cf. vs. 7. 10. אֹכְלֵי שֻׁלְחַן פ׳ compransores, convictores alicuius 1 Reg. XVIII, 19. II, 7. 2 Sam XIX, 29. De mensa sacra in tabernaculo foederis et postea in templo collocata, in qua panes sacri apponi solebant, שֻׁלְחַן הַפָּנִים (Num. IV, 7) et שׁ׳ הַמַּעֲרֶכֶת 2 Par. XXIX, 18, plur. שֻׁלְחֲנוֹת הַמּ׳ 1 Par. XXVIII, 16) v. פָּנִים supra p. 1108 et מַעֲרֶכֶת p. 1070. Eadem appellatur הַשֻּׁלְחָן הַטָּהֹר mensa pura Lev. XXIV, 6, et passim, ubi de tabernaculo sacro vel de templo agitur, tantummodo הַשֻּׁלְחָן Exod. XXX, 27. XXXI, 8. XXXVII, 10 sqq. XL, 4. 22. Num. III, 31. 1 Reg. VII, 48. Cf. Winer bibl. Realwb. ed. 3. T. II. p. 403 sq. שֻׁלְחַן יְהוָה mensa Dei i. e. altare Mal. I, 7. 12. Ezech. XLI, 22. XLIV, 16 cf. XXIII, 41. De altari vel tabula, in qua lectisternia diis apponebantur Jes. LXV, 11: הָעֹרְכִים לַגַּד שֻׁלְחָן *qui Gado* (deo bonam fortunam praebenti) *mensam instruunt*. — Quae forma mensarum communis apud Hebraeos fuerit nescimus, ex more autem populorum orientis recentiorum hoc certe coniicimus, eas non fuisse magnae altitudinis. Quamvis enim mensae sacrae, qualis Ex. XXV, 23 describitur, longitudo duarum ulnarum, unius latitudo et unius ulnae et dimidiae altitudo fuerit, tamen mensae templi Herodiani, ut ex eius imagine in arcu Titiano apparet, altitudo dimidiae tantum ulnae fuit. Antiquissimis autem temporibus Hebraeorum vix alius mos videtur fuisse nisi qui hodienum apud Arabes obtinet, qui saepe cibos corio vel storeae e palmae foliis contextae vel linteo terrae superstrato (سُفْرَةٌ vocatur vel نِطْعٌ) imponunt, ex eoque more non tantum etymon vocis שֻׁלְחָן et dictio עָרַךְ שֻׁלְחָן, sed etiam locus Ps. LXIX, 23 melius perspicitur, ubi haec verba leguntur: יְהִי שֻׁלְחָנָם לִפְנֵיהֶם לְפָח וְלִשְׁלוֹמִים לְמוֹקֵשׁ *fiat mensa* (potius stratum in solo corium vel linteum) *eorum coram iis laqueo et securis tendiculae*, scil. ut pedibus tali supellectili impeditis cadant. Hoc eo magis aptum videtur, quum adversarii, quibus dirae a psalmista imprecantur, sint rustici et nomades (cf. vs. 26 אָהֳלֵיהֶם et טִירָתָם). Certe veram mensam vix comparaveris cum laqueo et tendicula, quocirca plurimi interpretes mensam pro cibo accipiunt; sed ne sic quidem aptior fit comparatio. Ceterum cf. Gen. XVIII, 4: הִשָּׁעֲנוּ תַּחַת הָעֵץ, et quae supra dicta sunt de voc. פַּח pag. 1099.

שִׁלּוּחִים m. pl. (form. כִּפֻּרִים) 1) *dimissio* Exod. XVIII, 2: אַחַר שִׁלּוּחֶיהָ *post dimissionem eius* i. e. postquam (Moses) eam (Zipporam uxorem) dimiserat, scil. ut cum filiis ipsa rediret in domum paternam, dum Moses eius maritus in Aegyptum contenderet Israëlitas liberaturus, cf. IV, 20. Nihil in his de repudio uxoris, quod שִׁלּוּחִים significare plurimi censent coll. rad. in Pi. no. 3, d. Neque haec significatio opus est ut adhibeatur verbis Michae I, 14, ubi potius נָתַן שִׁלּוּחִים *dedit dimissionem* est i. q. dimisit, alienavit, cessit possessione; licet multi interpretentur: dedit libellum divortii (alias סֵפֶר כְּרִיתוּת et apud Rabbinos גֵּט appellatum), Caspari (in diss. de Micha propheta, Christianiae ed. 1851. p. 39): dedit dona dimissionis. — 2) *donum dimissionis*, *collocatio* filiae, *dos* 1 Reg. IX, 16. Cf. rad. in Pi. Iud. XII, 9.

מִשְׁלָח m. ubique in st. cstr. מִשְׁלַח 1) *missio*, inde *locus, quo quis mittitur*. Jes. VII, 25: מִשְׁלַח שׁוֹר *locus, quo boves aguntur*. — 2) addito voc. יָד vel יָדַיִם *res, in quam manus immittitur*, *negotium* Deut. XII, 7. 18. XV, 10. XXIII, 21. XXVIII, 8. 20. Praeter Deut. non legitur. LXX. *ἔργον*.

מִשְׁלוֹחַ, מִשְׁלֹחַ m. 1) *missio* Esth. IX, 19. 22. — 2) addito יָד res, in quam manus immittitur, *praeda* Jes. XI, 14.

מִשְׁלַחַת f. 1) *missio*, *legatio* i. e. agmen, turma (angelorum) Ps. LXXVIII, 49. — 2) *dimissio* (ex captivitate vel militia) Eccl. VIII, 8.

שָׁלַט fut. יִשְׁלַט verbum serioris hebraismi (excepto uno loco Gen. XLII, 6, ubi legitur deriv. שַׁלִּיט), frequens in dialectis aramaeis (v. chald. שְׁלֵט infra), pr. acutus, durus fuit, hinc *dominatus est* in aliq., sq. בְּ Eccles. II, 19. VIII, 9, et עַל Neh. V, 15; it. *dominus s. superior factus est*, sq. בְּ pers. Esth. IX, 1. (Arab. سَلُطَ durus, vehemens fuit, unde שַׁלִּיט no. 1 et שֶׁלֶט; II dominum praefecit aliquem, V dominium obtinuit, exercuitque vim sq. على pers., سُلْطَانٌ potestas, et concr. princeps, Sultanus. Aeth. ሠለጠ: dominium et potestatem habuit, ተሠለጠ: id., ሥ
ልጥ: potens. Aramaea v. infra ad chald. שְׁלֵט.)

Hiph. 1) *fecit ut dominaretur* Ps. 119, 133. — 2)

potestatem dedit alicuius rei Eccles. V, 18. VI, 2. Cf. מָשַׁל Ex. XXI, 8 et syr. ܫܰܠܶܛ Pa. id. Assem. bibl. or. T. I. p. 120. Ephr. T. II. p. 440.

שְׁלֵט (Dan. III, 27) 3. pl. שְׁלִטוּ (ib. VI, 25) fut. chald. יִשְׁלַט 1) *dominatus est* Dan. II, 39. V, 7. 16, *potestatem habuit* in aliquem, sq. בְּ pers. Dan. III, 27, *potitus est* aliquo, *adortus est*, sq. בְּ pers., de leonibus in aliquem irruentibus Dan. VI, 25. (In Targg. id., passim pro hebr. מָשַׁל, et adoriendi significatu pro hebr. פָּגַע. Syr. et nasor. ܫܠܶܛ id. Arabica et aethiopica v. supra ad rad. hebr.)

Aph. dominum constituit aliquem, sq. acc. pers. et בְּ in al. Dan. II, 38. 48. (Targ. et syr. Aph. id.)

שֶׁלֶט, tantum in plur. שְׁלָטִים cstr. שִׁלְטֵי m. prob. *scutum*, fortasse a duritie dictum (v. signif. radicis arabicam et nomen שַׁלִּיט no. 1) vel quasi robur militis. Legitur in his locis: 2 Sam. VIII, 7: *et cepit Davides* אֵת שִׁלְטֵי הַזָּהָב *scuta aurea*, *quae ministri Hadadeseris*, regis Syriae Sobaeae ab eo devicti, *gestaverant*, *eaque deponi iussit Hierosolymis*. Idem iisdem verbis narratur 1 Par. XVIII, 7. 2 Reg. XI, 10: *et Jojada sacerdos centurionibus tradidit* אֶת־הַחֲנִית וְאֶת־הַשְּׁלָטִים אֲשֶׁר לַמֶּלֶךְ דָּוִד אֲשֶׁר בְּבֵית יְהוָה *hastam et scuta*, *quae Davidi regi fuerant*, *quaeque deposita erant in templo*. Idem repetit Chronista 2 Par. XXIII, 9, nisi quod חֲנִיתִים *hastas* dicit et praeter scuta שְׁלָטִים addit *clypeos* מָגִנּוֹת. Scuta שְׁלָטִים in muris et turribus ornatus causa suspensa memorantur Ezech. XXVII, 11: שִׁלְטֵיהֶם תָּלוּ עַל־חוֹמוֹתַיִךְ סָבִיב, et Cant. IV, 4, ubi מָגֵן praecedit tanquam synonymum. Restat unus locus Jer. LI, 11: *acuite tela* מִלְאוּ הַשְּׁלָטִים *implete scuta* sc. vestris corporibus, scutis obtegite corpora vestra. (Cf. מִלֵּא יָדוֹ בַקֶּשֶׁת i. q. מִלֵּא קֶשֶׁת Zach. IX, 13. 2 Reg. IX, 24). — De significatu huius vocis iam veteres interpretes haesitarunt, nec hodierni unum et idem omnes sentiunt. Fuerunt non pauci, qui *pharetras* redderent, maxime commoti Jeremiae verbis מִלְאוּ הַשְּׁלָטִים i. e., ut putant, implete pharetras sc. sagittis (sic Raschi, Jo. Jahn. archaeol. bibl. II, 2. p. 428, certe in loco Jerem. Ewald. hist. pop. Israël. II, 623), alii etiam, qui *spicula* exponerent coll. سَلْطَةٌ et شَلْطَةٌ sagitta tenuis et longa, سِلْط cuspis, شِلْط culter (ita Maurer. in lex.), alii denique, qui arma in genere explicarent (ut Ewaldus facit excepto uno loco Jeremiae). *Scutorum* vel *clypeorum* genus intellexere Abulwalîd. MS: صنف من المגנים, Dav. Kimchi, Ibn Esra ad Cant. IV, 4 et Salomo ben Melech ubique, Gr. Venet. in Cant. (σάκη), Gesen., Boettcher. et recentiores quam plurimi. Et habet sane haec sententia ceteris maiorem probabilitatem. Tum enim ad verborum nexum ubique apta est, tum aramaeae linguae usu videtur confirmari. Targumistae enim eodem verbo שִׁלְטַיָּא utuntur praeter duos locos, ubi ponunt עִגִּילַיָּא et תְּרִיסַיָּא, quae verba alibi pro hebr. מָגֵן et צִנָּה posita certum est quod scuta significant, ut iure quodam tuo concludas, שִׁלְטַיָּא eadem significare. Accedit quod pantherae maculae clypeorum figuram imitantes chaldaice vocantur שִׁלְטֵי רִקְמָתֵיהּ scuta varietatis eius Targ. Jer. XIII, 23. Et Syrus quoque idem vocabulum ܫܶܠܛܶܐ sive ܫܶܠܛܳܐ retinet vix alio significatu, quam qui in Chaldaismo habetur, quanquam lexicographis Syris et ipsi Ephraemo, seculi quarti scriptori, ut alia plura, non amplius intellectum, quoniam in desuetudinem venisset. Ephr. ad 2 Sam. l. l. explicat: ܩܘܠܒܐ ܕܕܗܒܐ ܐܘ ܩܘܠܩܐ ܕܕܗܒܐ i. e. armillae aureae vel pharetrae aureae (cf. ܫܶܠܛܶܐ ܕܕܗܒܐ torques aureus, ap. Castell.). Bar Ali et Bar Bahlul interpretantur ܩܘܠܩܐ القناديل التي فيها النشاب جعاب i. e. pharetrae, sec. al. i. e. candelae (vasculorum genus, Liv. XL, 29. Plin. hist. nat. XIII, 13, 27), in quibus reconduntur sagittae. Vid. Gesen. de Bar Alio et Bar Bahlulo comm. II. p. 28. Arabs interpres syr. ܫܠܛܐ 2 Reg. XI, 10 reddit جعاب pharetrae, nec aliter 2 Sam. VIII, 7 (ubi pro حقاب scribe جعاب), 2 Par. XXIII, 9 tamen سيوف enses. Alexandrini interpretes valde fluctuant, dant enim φαρέτρας Jer. LI, 11 et Ez. XXVII, 11, ὅπλα 2 Par. XXIII, 9, βολίδας Cant. IV, 4, σειρομάστας (i. e. iaculi genus) 2 Reg. XI, 10, χλιδῶνας (i. e. ornamenta, armillas vel torques) 2 Sam. VIII, 7, κλοιούς (i. e. torques, ut Aqu. 2 Sam. l. c.) 1 Par. XVIII, 7, Vulg. ap. Ez. Jer. et 1 Par. ll. cc. *pharetras*, 2 Par. *peltas*, 2 Sam. et 2 Reg. *arma*, in Cant. *omnem armaturam*.

שִׁלְטוֹן m. *potens* Eccles. VIII, 4, *potestatem habens* in aliquid sq. בְּ ib. comm. 8.

שִׁלְטוֹן m. chald. *dominus*, *magistratus* Dan. III, 2, ut passim in Targg., cf. שַׁלִּיט.

שָׁלְטָן cstr. שָׁלְטָן pl. שָׁלְטָנַיָּא m. chald. *dominatio*, *imperium* Dan. III, 33. IV, 19. VII, 6. 14. VI, 27: בְּכָל־שָׁלְטָן מַלְכוּתִי *in universo imperio meo*. Pl. *regna* VII, 27. Arab. سُلْطَان dominatio, et concr. dominus, rex, Sultanus.

שַׁלִּיט m., **שַׁלֶּטֶת** f. (ut אַדִּיר fem. אַדֶּרֶת, cf. גְּבִיר fem. גְּבֶרֶת) 1) *durus*, *vehemens* (arab. سَلِيط i. q. حديد acutus et شديد durus, vehemens, لِسَان سَلِيط lingua duris verbis laedens), fem. שַׁלֶּטֶת Ez. XVI, 30: אִשָּׁה זוֹנָה שַׁלָּטֶת *mulier procax et impudens*. Vulg. procax, Syr. ܡܨܥܪܢܝܬܐ impudens. (Arab. امرأة سَلِيطَة i. e. طويلة اللسان صخّابة quae longam habet linguam, clamosa Harir. 30, p. 329. 45, p. 523). — 2) *potestatem* rei *habens*, sq. בְּ Eccl. VIII, 8: אֵין אָדָם שַׁלִּיט בָּרוּחַ *non habet homo ullus potestatem spiritus vitalis* (parall שִׁלְטוֹן). —

3) subst. *potens, dominus, tyrannus* Eccl. VII, 19. X, 5. Gen. XLII, 6.

שַׁלִּיט chald. 1) *potens* Dan. II, 10. IV, 23, *potestatem habens* in aliq. sq. בְּ rei IV, 14. 22. 29. V, 21, subst. *princeps* Dan. II, 15. V, 29. Esr. IV, 20. — 2) לָא שַׁלִּיט sq. לְ c. inf. *non est potestas, non datur, non licet* aliquid facere Esr. VII, 24. (Ita saepe syr. لا ܡܫܠܛ, v. Castell. et Bernst. lexx.)

שָׁלַךְ verbum in Kal inusit. (Cogn. שָׁלַח misit, arab. سَلَقَ et quadril. سَلْقَى deiecit aliquem in tergum, resupinum prostravit.)

Pi. inf. שַׁלֵּכֶת *deiectio*, v. infra derivv.

Hiph. הִשְׁלִיךְ valde usitatum 1) *iecit, coniecit, proiecit*, sq. acc. pers. vel rei Gen. XXI, 15. Ex. VII, 10. Lev. I, 16. 2 Reg. II, 21. Jer. XLI, 9. Thren. II, 1, *deiecit* (arbor flosculos) Iob. XV, 33, *abiecit* 2 Reg. VII, 15. Ez. XX, 7. 8. Eccl. III, 6 (opp. שָׁמַר retinuit), *disiecit*, veluti lapides Eccl. III, 5 (opp. כָּנַס collegit). הִשְׁלִיךְ גּוֹרָל iecit sortes (in dividendis agris) Jos. XVIII, 8. 10, ex quo illustrandus locus Mich. II, 5: לֹא יִהְיֶה לְךָ מַשְׁלִיךְ חֶבֶל בְּגוֹרָל *non erit tibi qui iaciat funem mensorium in sorte* definienda. — Constr. sq. acc. loci, quo aliquid coniicitur (in terram, in foveam, in aquam etc.) Ex. IV, 3 (אַרְצָה), Dan. VIII, 12. Gen. XXXVII, 24: וַיַּשְׁלִכוּ אֹתוֹ הַבֹּרָה *et coniecerunt eum in foveam*, Ex. I, 22 (הַיְאֹרָה); it. sq. אֶל loci Gen. XXXVII, 22. Exod. XV, 25. Num. XIX, 6. Deut. IX, 21. 2 Reg. IV, 41. Jer. XXVI, 23. XXXVI, 23. XXXVIII, 9. Ez. V, 4. Zach. XI, 13. 1 Reg. XIX, 19: וַיַּשְׁלֵךְ אַדַּרְתּוֹ אֵלָיו *et proiecit ei* (Elisaeo) *pallium suum*; sq. בְּ loci Gen. XXXVII, 20. Ex. XXXII, 24. 2 Reg. II, 16. Ez. VII, 19. Jes. XIX, 8: מַשְׁלִיכֵי בַיְאוֹר חַכָּה *qui Nilo iniiciunt hamum*; sq. acc. rei et עַל eius, qui iactu petitur (germ. auf jem. werfen) Num. XXXV, 20. 22. Jos. X, 11. Iud. IX, 53. 2 Sam. XI, 21. Nah. III, 6. Iob. XXVII, 22: וְיַשְׁלֵךְ עָלָיו *coniicit in eum* sc. tela perniciosa, iaculatur in eum. Ezech. XLIII, 24: וְהִשְׁלִיכוּ הַכֹּהֲנִים עֲלֵיהֶם מֶלַח *et sacerdotes in ea* (sacrificia) *sal coniicient* i. e. spargent, 2 Reg. XXIII, 6: וַיַּשְׁלֵךְ עֲפָרָהּ עַל־קֶבֶר *et proiecit*, sparsit, *pulverem in sepulcrum*, 2 Sam. XX, 12: וַיַּשְׁלֵךְ עָלָיו בֶּגֶד *et coniiciebat in eum* (mortuum) *vestem* (ut tegeret cadaver); sq. לְ loci 2 Par. XXIV, 10. XXX, 14, et Ex. XXII, 30: לַכֶּלֶב תַּשְׁלִכוּן אֹתוֹ *cani eam* (carnem) *proiicietis*; sq. מִן loci: *eiecit* (aliquem, aliquid) e loco Neh. XIII, 8. Deut. XXIX, 27. Iud. XV, 17 (מִיָּדוֹ), *deiecit* (de summo scopulo) 2 Par. XXV, 12, *excussit* Iob. XXIX, 17: וּמִשִּׁנָּיו אַשְׁלִיךְ טָרֶף *e dentibus eius excutiebam praedam*; sq. מֵעַל vel מִנֶּגֶד *abiecit de se, deposuit* (germ. von sich werfen) Psalm. II, 3. Ez. XVIII, 31. Deut. IX, 27.

Translate dicuntur hae formulae: a) הִשְׁלִיךְ נַפְשׁוֹ מִנֶּגֶד proiecit animam suam ultro i. e. vitam summo periculo exposuit Iud. IX, 17. cf. gr παραβάλλεσθαι τὴν ψυχήν Iliad. IX, 322, παράβολος audax, periculis se obiiciens, unde παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ Philipp. II, 30, item παραβολάνοι aegrotorum curatores, parabolani, v. Du Cange glossar. ad scriptores med. et inf. graec. p. 1103, pers. جانباز de anima ludens, funambulus. — b) הִשְׁלִיךְ אַחֲרֵי גֵוּוֹ אַחֲרָיו Ps. L, 17 et אַחֲרֵי גֵוּוֹ coniecit aliquid) post se, post tergum suum i. e. neglexit, contemsit, oblitus est 1 Reg. XIV, 9. Neh. IX, 26. Ez. XXIII, 35, et de Deo, qui ignoscit peccata hominum Jes. XXXVIII, 17 (cf. Mich. VII, 19). Simili translatione utuntur Arabes, ut dicant نَبَذَ الحَاجَةَ وَرَاءَ ظَهْرِهِ vel جَعَلَ الحَاجَةَ بِظَهْرٍ vel جَعَلَهَا ظِهْرِيَّةً et ipsum verbum ظَهَرَ بِشَيْءٍ et II, IV, VIII sq. acc. rei, quae omnia significant: oblitus est, non curavit, neglexit rem. Exempla praebent lexica arabica, Ever. Schleidius diss. in cant. Hiskiae p. 224 sqq., Gesen. comm. in Jes. l. c., ut Cor. II, 95. III, 184. XI, 94. Harir. 40 ex. p. 383 ed. 1. Sac., Kosegart. chrest. arab. p. 47. l. 3, κατὰ νώτου βάλλειν Ioann. Philopon. περὶ κοσμοποιΐας VI, 10. — c) הִשְׁלִיךְ עַל־יְהוָה coniecit in Deum i. e. curae eius commisit Ps. LV, 23, de quo loco v. s. rad. יָהַב pag. 574. — d) יְהוָה הִשְׁלִיךְ מֵעַל פָּנָיו (vel מִפָּנָיו vel מִלְּפָנָיו) Deus reiecit s. expulit aliquem e conspectu suo i. e. eum reprobavit, repudiavit 2 Reg. XIII, 23. XVII, 20. 2 Par. VII, 20. Jer. VII, 15. Ps. LI, 13, et sic simplex הִשְׁלִיךְ Ps. LXXI, 9. CII, 11.

2) *deiecit, destruxit, evertit*, ut domum Jer. IX, 18, vitem (locusta) Joël. I, 7. Metaph. Iob. XVIII, 7: וְתַשְׁלִיכֵהוּ עֲצָתוֹ *et deiicit* i. e. perdit *eum proprium consilium*.

Hoph. הָשְׁלַךְ et הֻשְׁלַךְ 1) *iactus, coniectus, proiectus est* Jer. XXII, 28. Jes. XIV, 19: וְאַתָּה הָשְׁלַכְתָּ מִקִּבְרְךָ כְּנֵצֶר נִתְעָב *tu autem proiectus es absque sepulcro tuo* (i. e. non sepultus in sepulcro, quod tibi speraveras vel destinaveras) *ut ramus abiectus* (non, ut alii volunt, eiectus es e sepulcro tuo, id enim ad ramum abiectum vix quadrat), sq. בְּ et אֶל loci 2 Sam. XX, 21. 1 Reg. XIII, 25. Jer. XIV, 16. Ez. XVI, 5, item לָאָרֶץ ה׳ humi deiectus est Ez. XIX, 12, et Jer. XXXVI, 30: וְנִבְלָתוֹ תִּהְיֶה מֻשְׁלֶכֶת לַחֹרֶב בַּיּוֹם וְלַקֶּרַח בַּלָּיְלָה *et cadaver eius proiectus erit* expositus *ardori interdiu et frigori noctu*. Metaph. Ps. XXII, 11: עָלֶיךָ הָשְׁלַכְתִּי מֵרָחֶם *in te me conieci* inde *ab utero* i. e. tibi res meas commisi. — 2) pass. Hiph. no. 2. Dan. VIII, 11: וְהֻשְׁלַךְ מְכוֹן מִקְדָּשׁוֹ *et domicilium eius sanctum deiectum* et eversum *est*.

שָׁלָךְ m. Lev. XI, 17 et Deut. XIV, 17 *mergus*, avis aquatica, sc. pelecani species de summis scopulis ad capiendos pisces in aquam se deiiciens (unde nomen habet), Pelecanus Bassanus Linn., germ. *Sturzpelican*, gr. καταράκτης s. καταῤῥάκτης, ut habent LXX et Gr. Venet. (certe Lev. l. c.). Vulg. mergulus. Onk. שָׁלִינוּנָא, Pseudoj. שָׁלֵי נוּנָא מִן יַמָּא et in Lev. Syr. quoque ܫܳܠܶܐ ܢܽܘܢܳܐ i. e. trahens pisces. Vid. Aristot. hist. anim. lib. II. c. 12. §. 12 et lib. IX. c. 13. §. 1. Oppian. ixeutic.

lib. II. c. 2. Cf. Bocharti hieroz. P. II. lib. 2. cap. XXI. Oedmanni verm. Sammlungen aus der Naturkunde III. p. 68 sqq. eiusdemque dissert. in Michaëlis orient. Bibliothek P. III, p. 65 sqq. Rosenmuelleri bibl. Alterthumskunde IV, 2. p. 308 sqq.

שַׁלֶּכֶת f. pr. inf. Pi. deiectio, dein *caesio* arboris Jes. VI, 13. — שַׁעַר שַׁלֶּכֶת porta deiectionis vel eversionis vocabatur porta, quae ad templum ducebat ex urbe ab occidentali parte et viae ascendenti (הַמְסִלָּה הָעוֹלָה) finitima erat 1 Par. XXVI, 16. (Guilelmi Krafftii coniecturas de hac porta in Topographia Hierosol. p. 109 propositas et ex Williamsi libro The Holy City vol. II. p. 396 ed. 2. assumtas refutavit Ewaldus in hist. populi Israël. III, 1. p. 483. Cf. Ed. Robinson neue Untersuchungen ueber die Topographie Jerus., Hal. 1847., p. 75. J. Wilson the Lands of the Bible I. p. 475.

שָׁלַל 3. pl. perf. שָׁלְלוּ, 2 sing. שַׁלּוֹתָ, inf. שָׁלֹל et שֹׁל, fut. יָשֹׁל, c. Suff. יְשָׁלּוּךָ Hab. II, 8 (ubi in al. edd. scriptum extat יְשָׁלְלוּךָ) pr. laxavit (vid. radd. שׁוּל et שָׁלָה, cf. שָׁלַח, חָלַל, הָלָה, chald. שַׁלְשֵׁל demisit et talm. laxavit alvum), hinc 1) *traxit*, *extraxit*, veluti culmos ex manipulis frumenti Ruth. II, 16. (Arab. سَلَّ extraxit, spec. evaginavit ensem, v. Ev. Scheid. spec. observatt. Cant. Hiskiae annex. p. 40 sqq., cogn. aram. שְׁלָא, ܫܠܐ extraxit, hebr. נָשַׁל et שָׁלַף id., arab. سلب detraxit, v. no. 2.)

2) *spoliavit, diripuit* (ita rarius in dialectis aramaeis, chald. part. ex forma hebraea שׁוֹלֵל Targ. Mich. I, 8, nasor. ܫܠܠ spoliavit Norberg. lexid. p. 251, syr. ܡܫܠܠܐ ܘܡܫܠܠܐ spolia bellica Cast. e Bar Bahluli lex., utuntur autem verbo cogn. שְׁלַח, ܫܠܚ, samar. [illegible] detraxit v. c. vestem, pellem, ut et arab. سلخ, deinde etiam spoliavit, velut syr. Pa. pro hebr. פָּשַׁט Hos. VII, 1; vic. arab. et aeth. سلب, ሰለበ: spoliavit; consonat etiam aegypt. ϣⲉⲗ, ϣⲟⲗ, ϣⲱⲗ spoliare). Constr. sq. acc. rei Ez. XXVI, 12, et hominis spoliati XXXIX, 10. Hab. II, 8. Zach. II, 12. שָׁלֹל שָׁלָל praedam egit Jes. X, 6. Ez. XXIX, 19. XXXVIII, 12. 13.

Niph. huius radicis nonnulli, ut Ev. Scheidius l. c., agnoscunt in forma יִשַּׁל Deut. XXVIII, 40, sed v. rad. נָשַׁל.

Hithpo. אֶשְׁתּוֹלְלוּ (forma aram.) pro הִשְׁתּוֹלְלוּ *spoliatus est* armis detractis Ps. LXXVI, 6: אֶשְׁתּוֹלְלוּ אַבִּירֵי לֵב *spoliati sunt qui forti animo erant.* Chald. paraphrastes: אִשְׁלַחוּן מִיַּלֵּיהוֹן זֵינֵי קְרָבָא abiecerunt a se arma bellica. Male LXX et Vulg.: ἐταράχθησαν, turbati sunt. Alii, ut Geierus, Rosenm.: praeda facti sunt, vel praedae se ipsos exposuerunt. Ev. Scheidius l. supra c.: se subduxerunt, se surripuerunt, quam significationem habet arab. تَسَلَّلَ cf. Quatremère hist. Sult. Mamluk. II, 2. p. 11. Part. מִשְׁתּוֹלֵל spoliatus Jes. LIX, 15. Vulg.: praedae patuit. Saad.: صَارَ مَسْلُوبًا. Scheidius et Lie l. c.: se fuga subducit. Ewaldo spoliatus videtur esse i. q. deficiens, rarus. Inepte Raschi, Vitringa: pro insano habitus est.

שָׁלָל cstr. שְׁלַל m. 1) *spolium*, *exuviae* Jes. XXXIII, 23: עַד שָׁלָל *praeda exuviarum*, ex quo verborum nexu apparet, עַד esse voc. generale, שָׁלָל speciale, sed saepe hoc etiam est in genere *praeda* Gen. XLIX, 27. Num. XXXI, 11, 12. 1 Sam. XIV, 32. XXX, 16. 22. 26. Jer. L, 10. Prov. I, 13. Zach. II, 13. Dan. XI, 24, etiam de pecore abacto 1 Sam. XV, 19. 21. שְׁלַל דָּוִד praeda Davidis i. e. a Davide acta 1 Sam. XXX, 20. At שְׁלַל אֹיְבֶיךָ praeda hostibus tuis erepta Deut. XX, 14. Jos. XXII, 8. 1 Sam. XIV, 30. — *Praedam facere* s. *agere* est שָׁלֹל שָׁלָל (v. rad.), הֵבִיא שׁ׳ 2 Sam. III, 22. 2 Par. XV, 11. XXVIII, 8, בָּז שָׁלָל in ll. recentioribus Deut. III, 7. XX, 14. 2 Par. XX, 25. XXVIII, 8. Esth. III, 13. VIII, 11, semel נָשָׂא שָׁלָל 2 Par. XIV, 12. — חִלֵּק שָׁלָל praedam dispertivit Gen. XLIX, 27. Ex. XV, 9. Iud. V, 30. Jes. IX, 2. LIII, 12. Zach. XIV, 1. Ps. LXVIII, 13. Prov. XVI, 19. — Jer. XXI, 9: וְהָיְתָה־לּוֹ נַפְשׁוֹ לְשָׁלָל *et vitam suam tanquam praedam reportabit* i. e. vivus servabitur, XXXVIII, 2. XXXIX, 18. XLV, 5. — Locus vexatus est Iud. V, 30, ubi mulieres nobiles matrem Siserae de filii reditu incertam et sollicitam consolaturae, Nimirum, inquiunt, magna praeda dividenda ille occupatus est cum sodalibus, quorum suum quisque spolium referet, ancillam captam duasve, pannos tinctos et vestes versicolores, צֶבַע רִקְמָתַיִם לְצַוְּארֵי שָׁלָל *vestem tinctam duasve versicolores pro collo praedae.* Gesenius שָׁלָל loco אִישׁ שָׁלָל esse opinatus exponebat: pro collo praedatoris, sc. Siserae (cf. Hollmann. comm. in carmen Deborae p. 57) vel potius cuiusque militis (Gesen. lex. man.). Hanc interpretationem praeiverunt Syrus (ܕܒܘܙܐ) eiusque vestigia premens Arabs, Schnurrer., Dath., Rosenm., Maurer., all.: collis iumentorum bello captorum. Lettius: collis mancipiorum. Studerus post Silv. de Sacy scribi iubet לְצַוָּארָיו *collo eius*, sc. Siserae, auct. LXX., qui reddunt: τῷ τραχήλῳ αὐτοῦ σκῦλα. Boettcher in spicileg. p. 21 vult לְצַוָּארַי *collo meo*, ut cuiusque mulieris loquentis optatum sit pro suo collo habere vestem partem praedae. Ewald. libr. V. T. poët. p. 133 coniicit לְצַוְּארֵי שֵׁגָל *pro collo feminae nobilis* [cuiusque, puto] e comitibus principis, „für der Hoffrau Hals." Licet concedatur, voc. שֵׁגָל in dialecto Palaestinae septentrionali iam antiquis temporibus fuisse usitatum (cf. Ps. XLV, 10), tamen, ut videtur, de praecipua tantum principis uxore dicebatur. Quapropter ego Boettcheri coniecturam praefero. — 2) *lucrum* Prov. XXXI, 11. Sic germ. Ausbeute = *Gewinn*, *Erwerb*, arab. غُنْمٌ et غَنِيمَةٌ praeda et lucrum, اِغْتَنَمَ الرَّاحَةَ quietem nactus est, et similia, v. c. Tibrizi praef. in Hamas. p. 2.

I. 11. Hâgi Khalifa T. III. p. 113. Waeren sententiae p. 8. 10. al., cf. gr. λήϊζεσθαι sibi acquirere: quae, ut spero, Boettchero dubitationem (spicileg. p. 65) eximent.

שׁוֹלָל m. 1) *exutus* vel vestibus i. e. *nudus*, vel calceis, *discalceatus, pedibus nudis* Mich. I, 8 Keri: אֵילְכָה שׁוֹלָל וְעָרוֹם *incedam exutus et nudus*, ut lugens vel bello captus. Ad pedes nudos referunt LXX ἀνυπόδετος, Syr. ܚܦܝܐ et tantum non omnes intpp. recentiores, cf. Jes. XX, 2, ubi in pari sententia verba הָלַךְ עָרוֹם וְיָחֵף, et vic. נָשַׁל exuit calceum. Aliis est spoliatus (ut Vulg.) vel captivus (v. no. 2). — 2) *captus, captivus.* הוֹלִיךְ פ׳ שׁוֹלָל captivum abduxit aliquem Iob. XII, 17. 19. Quoniam autem his in locis plurali iungitur (מוֹלִיךְ יוֹעֲצִים שׁוֹלָל , מ׳ כֹּהֲנִים שׁוֹלָל), sunt qui nomen abstractum putent esse, ita ut illud הוֹלִיךְ שׁוֹלָל proprie sit: in spoliationem vel praedam abduxit; sed praeda est שָׁלָל, שׁוֹלָל autem distributive dictum. Prorsus vero reiicienda est eorum, maxime Rabbinorum, sententia, qui שׁוֹלָל et hic et Mich. l. c. spoliatum mente exponunt (cf. Hithpo. et arab. سليب mente captus), captati illi quidem verbis Iob. XII, 17 illud excipientibus וְשֹׁפְטִים יְהוֹלֵל.

שֵׁילָל Mich. I, 8 Kethib, vix sana scriptura, i. q. שׁוֹלָל q. v.

שָׁלֵם vel **שָׁלֹם** fut. יִשְׁלַם 1) *integer fuit*, inde a) *incolumis, sospes, salvus fuit.* (Arab. سَلِمَ et syr. ܫܠܡ id. Finitima est rad. שָׁלָה, שָׁלֵו.) Iob. IX, 4: מִי הִקְשָׁה אֵלָיו וַיִּשְׁלָם *quis ei* (Deo omnipotenti) unquam *se opposuit et sospes evasit?* XXII, 21. — b) *completus, perfectus, absolutus est*, de templi aedificatione 1 Reg. VII, 51, de moeniis urbis Neh. VI, 15, it. de temporis spatio Jes. LX, 20: וְשָׁלְמוּ יְמֵי אֶבְלֵךְ *et completi erunt dies luctus tui* (chald. שְׁלֵים, q. v. infra, et syr. ܫܠܡ id.).

2) denom. a שָׁלוֹם: *pacem et amicitiam habuit* cum aliquo (cf. Pu. no. 2, Hiph. no. 2. 3 et Hoph., it. adj. שָׁלֵם no. 3, syr. ܫܠܡ consensit, concordavit sq. ܠ pers. vel rei Ephr. II, 241. D. Barhebr. chron. p. 36. l. 8. p. 57. l. 9, sec. Bar Ali i. q. وافق, ܫܠܡܘܬܐ convenientia, assensus, arab. certe formae reciprocae III et VI pacem fecit coluitve cum aliquo, VIII pacem fecit, et aeth. አስተሳለመ፡ pacem conciliavit). Part. c. Suff. שֹׁלְמִי amicus meus (i. q. אִישׁ שְׁלֹמִי Ps. XLI, 10). Ps. VII, 5: אִם גָּמַלְתִּי שׁוֹלְמִי רָע *si unquam amico meo intuli malum.* Sine idonea causa Boettcherus in spicileg. p. 41 sq. שֹׁלֵם idem significare ait quod מְשַׁלֵּם (ut דֹּבֵר i. q. מְדַבֵּר), idque verbo רָע arctius vult iungi, ut sententia haec prodeat: si afflixi eum, qui malum in me ingerit. — Part. pass. שָׁלוּם signif. intrans. *pacatus, pacis amans, pacificus* (cf. n. pr. שְׁלֻמִיאֵל). 2 Sam. XX, 19 (ubi mulier loquitur nomine civitatis suae a Joabo pressae): אָנֹכִי שְׁלֻמֵי אֱמוּנֵי יִשְׂרָאֵל *ego* cum civitate i. e. nos cives huius urbis *pacis fideique maxime amantes* sumus *inter Israelitas.* Sine necessitate Thenius huic loco coniecturam adhibuit, pro אָנֹכִי שְׁלֻמֵי scribens אֲשֶׁר יְשַׁלְּמוּ, quod quo sensu accipiat, videbis in eius commentar. ad h. l.

Pi. שִׁלֵּם 3. pl. in pausa שִׁלֵּמוּ *integrum fecit*, nempe a) *in integritatem et salutem restituit*, sq. acc. rei Iob. VIII, 6. — b) *absolvit, perfecit* (ut syr. Pa. ܫܰܠܶܡ). Ita uno loco 1 Reg. IX, 25: וְשִׁלַּם אֶת־הַבָּיִת *et absolvit* (Salomo) *templum*, sc. aedificium ipsum et omnem eius cultum et institutionem. Cf. Kal no. 1, b. — c) *restituit, reddidit*, sq. acc. rei, ut amissum Joël. II, 25, surreptum Exod. XXI, 36. XXII, 2 sqq. Lev. V, 25 (al. VI, 5). Ez. XXXIII, 15, debitum 2 Reg. IV, 7. Ps. XXXVII, 21. Prov. XXII, 27. Iob. XLI, 3. — d) *persolvit*, sq. acc. rei, ut vota 2 Sam. XV, 7. Jes. XIX, 21. Nah. II, 1. Ps. XXII, 26. L, 14. LXI, 9. LXVI, 13. LXXVI, 12. Prov. VII, 14. Iob. XXII, 27, pia verba tanquam sacrificia Hos. XIV, 3 (de quo loco v. פַּר pag. 1131) cf. Ps. LVI, 13, et translate *praebuit* solatium Jes. LVII, 18. — e) *rependit, par pari retulit*, tam benefacta praemiis et beneficiis remuneratus est 1 Sam. XXIV, 20. Ruth. II, 12, quam malefacta malis et poenis pensavit Gen. XLIV, 4, sq. לְ pers. Deut. VII, 10. XXXII, 41. Iud. I, 7. 2 Reg. IX, 26. Ps. XLI, 11, sq. acc. rei Jes. LXV, 6. Jer. XVI, 18. XXXII, 18, sq. לְ pers. et acc. rei, velut שִׁלֵּם גְּמוּל לְ (v. גְּמוּל no. 1), שִׁלֵּם פֹּעַל לְ Iob. XXXIV, 11. Jer. LI, 24, sq. עַל pers. et acc. rei Joël. IV, 4, it. שִׁלֵּם לְפ׳ כְּפָעֳלוֹ vel שׁ׳ לְפ׳ כְּמַעֲשָׂיו rependit alicui secundum opera sua 2 Sam. III, 39. Jer. XXV, 14. L, 29. Ps. LXII, 13. Sequitur etiam (quanquam rarius) acc. eius, cui rependitur (cf. germ. jemanden bezahlen) Ps. XXXI, 24, et insuper acc. rei Ps. XXXV, 12: יְשַׁלְּמוּנִי רָעָה תַּחַת טוֹבָה *benefacta maleficiis pensant mihi*, malam gratiam mihi referunt, et similiter Prov. XIII, 21: וְאֶת־צַדִּיקִים יְשַׁלֶּם־טוֹב *et probos remuneratur* (Deus) *felicitate.*

Pu. 1) pass. Pi. litt. d *persolvi* (de voto) Ps. LXV, 2, et pass. Pi. litt. e *rependi* Jer. XVIII, 20: הַיְשֻׁלַּם תַּחַת טוֹבָה רָעָה *num malum pro bono rependetur?* Prov. XI, 31: הֵן צַדִּיק בָּאָרֶץ יְשֻׁלָּם אַף כִּי־רָשָׁע וְחוֹטֵא *en iusto in terra rependitur, nedum improbo et peccatori.* XIII, 13. — 2) *pacari* (ut Hoph., cf. Kal no. 2). Part. מְשֻׁלָּם pacatus, qui pacem et amicitiam habet (sc. cum Deo), vel qui in fidem ac tutelam (Dei) traditus et receptus est, de Israële Jes. XLII, 19 (parall. עֶבֶד יְהוָה). Cf. Hiph. no. 2 et n. pr. מְשֻׁלָּם infra positum.

Hiph. perfecit, exsecutus est aliquid, sq. acc. rei, veluti propositum consilium, voluntatem Iob. XXIII, 14. Jes. XLIV, 26. 28, *finem fecit* alicui, *confecit* Deus aliquem morte Jes. XXXVIII, 12. 13. — 2) *pacem fecit* et *coluit* cum aliquo (ut chald. Aph. אַשְׁלֵם, cf. Kal no. 2),

sq. אֶת Jos. X, 1. 4. 2 Sam. X, 19, sq. עִם Deut. XX, 12. 1 Reg. XXII, 45. 1 Par. XIX, 19, sed sq. אֶל pace facta *in fidem se tradidit* alicui Jos. XI, 19. (Cf. adj. שָׁלֵם no. 3, arab. سلم IV se dedidit submisitque imperio alicuius, spec. res suas Deo commisit, sq. إلى, unde اَلْإِسْلَام obsequium Deo eiusque legato Muhammado praestitum, inde religio muhammadana, مُسْلِم eius religionis sectator.) — 3) causat. *amicum fecit, pacavit, reconciliavit* aliquem cum altero, sq. acc. pers. et אֶת alterius Prov. XVI, 7.

Hoph. pacatum, amicum esse alicui, sq. לְ Iob. V, 23: חַיַּת הַשָּׂדֶה הָשְׁלְמָה־לָךְ *ferae tibi pacatae sunt,* tecum pacem habent i. e. tibi non nocent.

שְׁלֵם chald. i. q. rad. hebr., q. v. Ex Peal in libris V. Testamenti chaldaicis nihil exstat nisi Part. Peil שְׁלִים *perfectus, absolutus,* de aedificio Esr. V, 16: וּמִן אֱדַיִן וְעַד כְּעַן מִתְבְּנֵא וְלָא שְׁלִים *et exinde usque adhuc aedificatum est* (templum), *sed nondum absolutum.* Ut autem hoc in loco participium pro verbo finito est, ita in Targg. fere adhibetur, non raro flexione perfecti auctum, ut dicatur שְׁלִימַת, שְׁלִימוּ, plerumque pro hebr. תַּמּם positum.

Aph. הַשְׁלֵם 1) *confecit* aliquid, *finem fecit* rei, sq. acc. rei Dan. V, 26. 2) *tradidit, reddidit* Esr. VII, 19. (Hac tradendi significatione frequens est syr. Aph. ܐܫܠܡ et arab. IV أَسْلَمَ, nec non II سَلَّمَ, unde hoc etiam est: concessit in disputando, Coran. IV, 68 et saepe usitatum philosophis.)

שְׁלָם m. chald. i. q. hebr. שָׁלוֹם *salus, pax* Esr. V, 7. Dan. III, 31. VI, 26.

שָׁלֵם m. שְׁלֵמָה f. adj. 1) *integer* i. e. a) pleni iustique numeri ac moduli, velut אֶבֶן שְׁלֵמָה pondus integrum iustumque Prov. XI, 1. Deut. XXV, 15, גָּלוּת שְׁלֵמָה captivorum plenus numerus Am. I, 6. 9 (cf. הָגְלַת שְׁלוֹמִים Jer. XIII, 19), et de plena mensura peccatorum Gen. XV, 16 (cf. כְּהָתֵם הַפֹּשְׁעִים Dan. VIII, 23). b) *integer, incolumis* Gen. XXXIII, 18: וַיָּבֹא יַעֲקֹב שָׁלֵם עִיר שְׁכֶם *et venit Jacobus incolumis ad urbem Sichemi* (cf. XXVIII, 21: וְשַׁבְתִּי בְשָׁלוֹם אֶל וגו׳), ubi LXX. Vulg. Lutherus aliique intpp., etiam Robinson Palaest. III, 322 et J. Wilson Lands of the Bible II, 72 שָׁלֵם n. pr. urbis esse statuunt, quod minus probabile duco, v. infra no. 4, b. De exercitu integro et incolumi Nah. I, 12. אֲבָנִים שְׁלֵמוֹת sunt lapides ferro intacti i. e. rudes, non dolati Deut. XXVII, 6. Jos. VIII, 31 (ubi additur: אֲשֶׁר לֹא הֵנִיף עֲלֵיהֶן בַּרְזֶל), vid. etiam 1 Reg. VI, 7. — 2) *absolutus, perfectus,* de aedificio 2 Par. VIII, 16. (Chald. שְׁלִים, syr. ܫܠܡ, ܡܫܠܡܐ id.) — 3) *pacem et amicitiam colens* (v. rad. in Kal no. 2) Gen. XXXIV, 21: שְׁלֵמִים הֵם אִתָּנוּ *amice nobiscum vivunt,* spec. שָׁלֵם עִם־יְהוָה Deo deditus, ut dicatur in hunc modum הָיָה לְבָבוֹ שָׁלֵם עִם יְהוָה 1 Reg. XV, 3. 14. VIII, 61. XI, 4, vel בְּלֵב שָׁלֵם (omissis verbis עִם יְהוָה) 2 Reg. XX, 3 (= Jes. XXXVIII, 3). 1 Par. XXVIII, 9. XXIX, 9. 19. 2 Par. XV, 17. XVI, 9. XIX, 9. XXV, 2. Cf. Hiph. no. 2. — 4) שָׁלֵם n. pr. a) i. q. יְרוּשָׁלַם *Hierosolyma,* semel apud poëtam Ps. LXXVI, 3, ut apud Arabes, quanquam rarissime, شَلَم vel شَلَّم. Vid. supra pag. 628. — b) *Salem,* urbs alia, sedes prisci regis Malchisedeci Gen. XIV, 18. Josephus antiqq. iud. I, 10, 2 et Onk., quibus Bonfrerius, J. D. Michaëlis aliique et ipse Gesenius accedebant, hoc etiam שָׁלֵם pro Hierosolymis habuerunt, id quod neque geographicis rationibus illius narrationis, quae locum magis septentrionem versus situm flagitant, neque traditioni ab Hieronymo commemoratae consentaneum est. Hic enim in Epist. 73 (T. I. p. 446 ed. Vallars.), ,,Salem, inquit, non, ut Josephus et nostri omnes arbitrantur, Jerusalem, . . . sed oppidum iuxta Scythopolim, quod usque hodie appellatur *Salem,* et ostenditur ibi palatium Melchisedech, ex magnitudine ruinarum veteris operis ostendens magnitudinem.“ Situm erat, ut idem Hieronymus ait in Onomastico v. Salem et Aenon, in octavo lapide Scythopoleos ad meridiem. Probabile quoque est, idem esse oppidum, quod Joh. III, 23 commemoratur: ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλεὶμ (codd. Σαλήμ), et Iudith. IV, 4: καὶ τὴν αὐλῶνα Σαλήμ. Est quidem hodie vicus Sâlim prope Neapolim, vetus Sichem, orientem versus (v. Robinson Paelaest. III, 322. J. Wilson Lands of the Bible II, 72), sed num hoc sit Salem oppidum, quod heic agitur, dubitari potest, quanquam non video, cur hodie nonnulli praeeunte quidem Chronico paschali p. 50 vetus Salem trans Jordanem situm fuisse contendant, ut A. W. Krahmer in Illgenii Zeitschr. f. hist. Theol., Neue Folge, T. I. Heft IV. no. 2, Ewald. Gesch. d. Volkes Isr. T. I. ed. 2. p. 410. Vid. Relandi Palaest. p. 976 sq. Rosenmueller. antiqq. bibl. II, 2. p. 134 sq. Tuch. in comm. ad l. Gen. et in Zeitschr. der deutschen morgenl. Gesellschaft vol. I. p. 194. — De loco Gen. XXXIII, 18 vid. supra no. 1, b.

שֶׁלֶם m. 1) pr. *pax, concordia, amica et pacata conditio* (gutes Einvernehmen, Friedenszustand), pl. שְׁלָמִים id. (de statu per longius tempus durante, ut pluralia חַיִּים, אַלְמֻנִים, נְעוּרִים et similia), spec. status pacis et gratiae cum Deo colendae. זֶבַח שְׁלָמִים, c. art. זֶבַח הַשְּׁלָמִים pl. זִבְחֵי שְׁלָמִים Lev. XVII, 5. Jos. XXII, 23. 1 Sam. X, 8. Prov. VII, 14, rarius זְבָחִים שְׁלָמִים Exod. XXIV, 5. 1 Sam. XI, 15, c. Suff. זִבְחֵי שַׁלְמֵיהֶם Exod. XXIX, 28 *sacrificium pacificum* (Vulg.), θυσία εἰρηνική (ut LXX plerumque vertunt), hoc est, tale sacrificium quod ad pacem et amicitiam cum Deo colendam et testificandam offertur sive in usum publicum, sive privatarum rerum respectu Levit. III, 1 sqq. IV, 10. 26. 31. 35. VII, 11 sqq. X, 14. XIX, 5. XXII, 21. XXIII, 19. Num. VII, 17 sqq. זֶבַח תּוֹדַת שְׁלָמִים Lev. VII, 13. 17 i. q. זֶבַח תּוֹדָה vs. 12 sacrificium Deo laudando et gratiarum agendarum causa oblatum (Luther. *Lobopfer*), quod ex genere eodem est cum illo adeoque ipsum vo-

catur generaliore nomine זֶבַח שְׁלָמִים ibid. vs. 18 et 29. Inde 2) (sine זֶבַח) tale sacrificium, et sic quidem Sing. שֶׁלֶם semel legitur Am. V, 22, saepius Plur. שְׁלָמִים Ex. XX, 24. XXXII, 6. Lev. VI, 5. VII, 14. IX, 4. Num. XV, 8. Jos. VIII, 31. 2 Sam. VI, 17. 1 Reg. III, 15. IX, 25. LXX plerumque reddunt εἰρηνική (θυσία) vel σωτήριον, θυσία σωτηρίου, Vulg. *victima pacifica, pacificum.* Et hanc quidem significationem inter recentiores probant Movers Opferwesen der Phoenicier p. 19, Tholuck. das A. T. im N. T. Hamb. 1849. p. 90, Herm. Hupfeld. comm. de festorum apud Hebr. ratione Part. II. p. ult., eaque utpote e Kal ducta verior videtur esse. Attamen quum aliorum quoque nominum simplicium significatus cum Pi. conveniat, ut קְלָלָה maledictio cum קִלֵּל, certe a linguae legibus non abhorret altera sententia, a plurimis viris doctis hodie accepta, ex qua זֶבַח שְׁלָמִים fuerit *sacrificium eucharisticum,* ad gratias Deo referendas oblatum (Luth. *Dankopfer*), coll. Pi. Bis in libro Iudicum XX, 26 et XXI, 4 nec non 2 Sam. XXIV, 25 ampliore significatu legitur de sacrificiis in re adversa et calamitate publica oblatis, ut quibus gratiae pro periculi declinatione referendae quasi in anticipationem Deo offeruntur; et similiter 1 Sam. XIII, 9 de sacrificiis ante proelium faciendum oblatis pro salute impetranda. — Apud Phoenicios quoque שלם certi sacrificii nomen erat, v. inscr. Massil. lin. 3. 5. 7. 9., cf. Movers Opferwesen der Phoenicier p. 19. Ewald ueber die phoen. Inschrift zu Marseille Gotting. 1849. p. 22. De ritibus et universa ratione horum sacrificiorum vid. Relandi antiqq. ss. p. 317 sqq. Outram de sacrific. I. c. 2. Wineri bibl. Realwoerterb. s. v. Dankopfer. Kurtz das mosaische Opfer p. 134 sqq. Ewald Alterthuemer des Volkes Israël p. 53 sqq.

שָׁלוֹם m. A) adj. formae גָּדוֹל, et hanc quidem vim adj. in compluribus certe locis tenuit, ubi est *integer*, nempe 1) corpore, *sanus, salvus, bene valens* Gen. XLIII, 27: הֲשָׁלוֹם אֲבִיכֶם *num bene valet pater vester?* 1 Sam. XXV, 6: אַתָּה שָׁלוֹם וּבֵיתְךָ שָׁלוֹם וְכֹל־אֲשֶׁר־לְךָ שָׁלוֹם. 2 Sam. XVII, 3. XX, 9: הֲשָׁלוֹם אַתָּה אָחִי *num bene vales, mi frater?* Iob. V, 24: וְיָדַעְתָּ כִּי שָׁלוֹם אָהֳלֶךָ *scis salvum esse tentorium tuum*, salvam esse familiam tuam. Ps. XXXVIII, 4: אֵין שָׁלוֹם בַּעֲצָמַי *nihil integri* i. e. sani *est in ossibus meis.* Jes. XLI, 3. — 2) numero, *pleno numero* Jer. XIII, 19: *Judaei in exilium deducuntur* שְׁלוֹמִים *pleno numero*, cuncti, cf. adj. שָׁלֵם no. 1, *a.* — 3) *securus, tranquillus* Iob. XXI, 9. Ps. LXIX, 23. — 4) *pacem colens*, inde *amicus* Ps. LV, 21. Ut autem in nonnullis horum locorum aliquatenus accedit ad vim substantivi, ut Ps.-XXXVIII, 4 (parall. מְתֹם), fortasse etiam Iob. V, 24 et XXI, 9, ita plerumque est

B) subst. *integrum* i. e. 1) *integritas, incolumitas, salus* (arab. سَلَامٌ, سَلَامَةٌ, aram. שְׁלָם, ܫܠܡܐ, aeth. ሰላም:) Deut. XXIX, 18. 1 Reg. II, 33. Ps. XXXVII, 11. 37. LXXII, 3. 7. Jes. LII, 7. LVII, 19. 21. Jer. IV, 10. VI, 14 et saepe. 1 Reg. II, 13: הֲשָׁלוֹם בּוֹאֶךָ *num salutem affers?* (respondetur vs. 5: שָׁלוֹם), sic etiam 1 Sam. XVI, 4, et eodem sensu הֲשָׁלוֹם num salus = num salutem affers? 2 Reg. V, 21. IX, 11. 17. 22. Nota has potissimum formulas: a) הֲשָׁלוֹם לְ (semel omissa interrogandi particula שָׁלוֹם לְ 2 Sam. XVIII, 29) *num salus est* (huic vel illi)? *num bene valet* (hic vel ille)? qua formula de salute absentis interrogare solent Gen. XXIX, 6. 2 Sam. XVIII, 32. 2 Reg. IV, 26. Respondetur שָׁלוֹם Gen. et 2 Reg. ll. cc. cf. Gen. XLIII, 28. Inde b) שָׁאַל לְפ׳ לְשָׁלוֹם *interrogavit aliquem de salute* et valetudine i. e. *salutavit* aliquem (v. s. v. שָׁאַל II no. 1, b, p. 1347, cf. 2 Sam. XI, 7: וַיִּשְׁאַל דָּוִד לִשְׁלוֹם הַמִּלְחָמָה *et interrogavit Davides, quomodo res in bello gererentur*), it. רָאָה אֶת שְׁלוֹם פ׳ videre, quomodo aliquis valeat Gen. XXXVII, 14, יָדַע ׳ג׳ Esth. II, 11, פָּקַד ׳ג׳ 1 Sam. XVII, 18. Ellipt. 2 Reg. X, 13: וַנֵּרֶד לִשְׁלוֹם בְּנֵי הַמֶּלֶךְ *et descendimus* (visum) *salutem filiorum regis* h. e. ad regis filios salutandos et visendos. c) לֵךְ לְשָׁלוֹם 1 Sam. I, 17. XX, 42, et לֵךְ בְּשָׁלוֹם 2 Sam. XV, 9 est formula, qua abeuntem prosequuntur, gr. ὕπαγε εἰς εἰρήνην Marc. V, 34, et πορεύου εἰς εἰρήνην Luc. VII, 50. Contra d) verbis שָׁלוֹם לְךָ, שָׁלוֹם לָכֶם *salus est tibi (vobis)* Iud. VI, 23. XIX, 20. Dan. X, 19. Gen. XLIII, 23 timidum erigere eique salutem nunciare solent, in hanc sententiam: nihil metuendum est tibi (vobis), integrae sunt res tuae (vestrae), quare in tribus locis additur: אַל־תִּירָא, אַל־תִּירָאוּ, cf. 1 Sam. XX, 21: כִּי שָׁלוֹם לְךָ *nam bene se habent res tuae*, ibid. vs. 7, et 2 Sam. XVIII, 28, ubi laetum nuntium afferens exclamat: שָׁלוֹם *salus!* 1 Par. XII, 18: שָׁלוֹם שָׁלוֹם לְךָ *salus, salus tibi est!* (Apud Arabes السلام عليك, apud Syros ܫܠܡ pro χαῖρε Matth. XXVI, 49, ܫܠܡ ܠܟܝ Barhebr. chron. p. 221. l. 14, ܫܠܡܐ ܠܟܘܢ Joh. XX, 19. 21, et apud Rabbinos שלום לך v. Buxtorf. lex. talm. s. v. et eius institut. epistol. hebr. p. 16 sqq. sunt formulae, quibus advenientes et praetereuntes salutare solent, cf. melit. *slymæ* ,,antica formula di salutare" Vassalli lex. p. 617, arab. سَلَّمَ II salutavit, syr. ܫܠܡ Pa. id. Tob. V, 11. Assem. bibl. or. I, 46. IV, 793, ܫܐܠ ܫܠܡܐ salutavit Barhebr. chron. p. 182. l. 5, ܝܗܒ ܫܠܡܐ valedixit Assem. bibl. or. I 376, aeth. ተሳለመ: salutavit, σαλώμ salutatio Phoeniciis usitata v. Meleag. in Anthol. gr. III, 25, 70: sed in hanc sententiam illa formula in V. T. nusquam legitur.)

2) *pax* (quandoquidem pacis tempore res integrae sunt et incolumes) opp. bello. Lev. XXVI, 6. Iud. IV, 17. 1 Sam. VII, 14. 1 Reg. II, 5. V, 26. 2 Reg. XX, 19. Eccl. III, 8. קָרָא לְשָׁלוֹם לְ ad pacem invitavit aliquem i. e. pacem obtulit Deut. XX, 10. Iud. XXI, 13. עָנָה שָׁלוֹם sq. acc. pers. pacem alicui annuit, pacem oblatam accepit Deut. XX, 11. עָשָׂה שָׁלוֹם לְ pacem alicui concessit Jos. IX, 15. Jes. XXVII, 5. Jes. LVII, 1:

יָבוֹא שָׁלוֹם *intrat ad pacem* i. e. in sepulcrum (ut germ. dicitur: er geht zum Frieden ein). אִישׁ שָׁלוֹם vir pacificus Ps. XXXVII, 37. דִּבְרֵי שָׁלוֹם verba pacifica Deut. II, 26 cf. Ps. XXXV, 20. LXXXV, 9. שַׂר שָׁלוֹם princeps pacis vocatur Messias Jes. IX, 5. מַלְאֲכֵי שָׁלוֹם pacis internuntii Jes. XXXIII, 7.

3) *concordia, amicitia.* אִישׁ שְׁלוֹמִי amicus meus Ps. XLI, 10. Jer. XX, 10. XXXVIII, 22. Obad. vs. 7. דֹּבְרֵי שָׁלוֹם amice loquentes Ps. XXVIII, 3, cf. Esth. IX, 20. Jer. IX, 7.

שִׁלֹה Jos. XVI, 6. XVIII, 1. 8. 9. 10. XIX, 51. XXI, 2. XXII, 9. 12. Iud. XVIII, 31. XXI, 12. 1 Sam. I, 3. 9. II, 14. IV, 3. 4. 12. XIV, 3. 1 Reg. XIV, 2. 4. Jer. XXVI, 6, vel **שִׁלוֹ** Iud. XXI, 19. 1 Sam. I, 24. III, 21. Ps. LXXVIII, 60. Jer. VII, 14. XXVI, 9. XLI, 5. vel **שִׁילוֹ** Iud. XXI, 21. Jer. VII, 12, praeterea in codd. et edd. vetustis passim v. c. 1 Reg. II, 27 et Gen. XLIX, 10 (qui locus infra tractabitur) **שִׁילֹה** (prob. locus quietis, pacis tranquillitatisve, pro שִׁילוֹן et hoc prob. pro שִׁילוֹם, v. quae infra dicentur, cf. gentil. שִׁילֹנִי, et שְׁלֹמֹה ortum ex שַׁלְמוֹן, מִגְדּוֹ ex מְגִדּוֹן, יְרִיחוֹ et יְרִיחֹה ex יְרִיחוֹן) *Silo*, n. pr. urbis intra fines Ephraimitarum sitae, ex septentrionibus et oriente Bethelis, a meridiem Lebonae, prope viam quae a Bethele Sichemum ducebat. Sic enim legitur Iud. XXI, 19: שִׁלוֹ . . אֲשֶׁר מִצְּפוֹנָה לְבֵית־אֵל מִזְרְחָה הַשֶּׁמֶשׁ לִמְסִלָּה הָעֹלָה מִבֵּית־אֵל שְׁכֶמָה וּמִנֶּגֶב לִלְבוֹנָה. Postquam terram Canaanaeam expugnaverant Israëlitae, in hac urbe tentorium sacrum et arcam sacram collocarunt Jos. XVIII, 1 sqq., ibique cultus sacri sedes erat usque ad Samuelis tempora 1 Sam. c. 1—4. Sub Jaroboami I. imperio ibi habitabat Ahia propheta 1 Reg. XIV, 2. 4. Sed iam Jeremias (VII, 12. 14. XXVI, 6) hanc urbem a Deo relictam et pessumdatam declarat, quanquam tunc nondum diruta erat (Jer. XLI, 5). Hieronymi tempore ibi „vix altaris fundamenta" monstrabantur (comm. in Sophon I, 14. Epitaph. Paulae p. 676 ed. Martianay). Mox verus urbis situs ignotus erat, ita ut Benjaminus Tudel., Brocardus, alii eam prope Hierosolyma ponerent in eo loco, qui Sancti Samuelis (Nebi Samwîl) vocatur, aliique itineratores, uno excepto Bonifacio (ap. Quaresmium II. p. 798), alia falsa definirent vel incerti haererent, donec Ed. Robinsoni contingeret, ut locum investigaret, v. Robinson. Palaest. T. III. p. 302 sqq., cf. J. Wilson Lands of the Bible. Edinb. 1847. vol. II. p. 293 sqq., Zunz. ap. Asher. ad Benjamini itiner. T. II. p. 435, Reland. Palaest. p. 1016 sq., Woolmer Cory on the position of Shiloh in Transact. of the R. Society of Literature, 2. series, vol. I. p. 120—122. Ruinarum delineationem dedit Bartlett the Christian in Palestine ad p. 123. LXX plerumque Σηλὼ vel Σηλώμ, rarius in certis codd. et edd. Σιλὼ vel Συλώ. Joseph. Σιλὼ (antiq. VIII, 7, 7. 11, 1) et Σιλοῦν (antiq. V, 1, 19. 20. 2, 9. 12). Graec. Venet. Σιλών. Vulg. *Silo*, raro *Selo*. Apud Arabes سيلون (Kazwini cosmograph. ed. Wuestenf. T. II. p. 131. Lib. Josuae Samarit. ed. Juynboll. c. 43. 44), nec aliter nunc vocatur, v. Robins. l. c.

Idem n. pr. urbis agnosco in loco vexato Gen. XLIX, 10, ubi Jacobus patriarcha vaticinatur, insignia imperatoria non recessura a tribu Juda עַד כִּי־יָבֹא שִׁילֹה וְלוֹ יִקְּהַת עַמִּים *donec venerit* (Juda) *Siluntem eique obsequium populorum* praestetur. In quibus שִׁילֹה est acc. loci, ut 1 Sam. IV, 12: וַיָּבֹא שִׁלֹה *et venit Siluntem*, 1 Reg. XIV, 4: וַתֵּלֶךְ שִׁלֹה *et ibat Siluntem*, Iud. XXI, 12. 1 Sam. IV, 4. Hoc, puto, in mente habuit antiqui carminis auctor, quod tribus Judaea in bello adversus Canaanaeos gesto ceteras tribus praeiret et summum imperium haberet (v. Iud. I, 1 sqq. cf. XX, 18. Num. II, 1 sqq. X, 14), neque prius finitum dici posset illud bellum victoriaque parta esse, quam postquam Judaei victores Siluntem, urbem in media fere terra cisjordanica sitam, ingressi essent ibique arcam sacram collocassent; tum demum Juda, populis Canaanaeis ad obedientiam redactis, dux belli esse cessavit, terraque pacata inter tribus distributa est. Ita enim legitur Jos. XVIII, 1: וַיִּקָּהֲלוּ כָּל־עֲדַת בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל שִׁלֹה וַיַּשְׁכִּינוּ שָׁם אֶת־אֹהֶל מוֹעֵד וְהָאָרֶץ נִכְבְּשָׁה לִפְנֵיהֶם. Hanc Telleri interpretationem, quam Zirkelius quoque in singulari dissertatione ao. 1786 edita protulit (Gr. Venet. quoque Σιλών dat itemque Ar. Erpen.), in summa re ex recentioribus Eichhornius, Herderus, Bleekius, Hitzigius, Tuchius praesertim, Ewaldus hist. pop. Israël. II. p. 424. 282, et Delitzschius comm. in Gen., Lips. 1852, p. 371 defenderunt, eamque meam facio, ita tamen ut nomine שִׁילֹה ad significationem quietis et pacis poëtam spectasse credam neque ultra illum temporis terminum vaticinium tendere negem. Varias interpretum de hoc loco sententias abunde dabunt commentarii, ut Hengstenbergii Christolog. V. T. I. p. 59 sqq. et Laurentii Reinkii liber: Die Weissagung Jacobs cet. Munst. 1849. 8. Ac fuerunt a) qui scripturam defectivam praeferrent eamque, licet in codd. ubique sit שִׁילֹה, שִׁלֹה (v. de Rossi var. lect. vol. IV. append. p. 220), pronuntiarent שֶׁלֹּה vel שֶׁלּוֹ i. q. אֲשֶׁר לוֹ et redderent: *cui est* vel *ad quem pertinet* scil. sceptrum, imperium, quod vel ad regem aliquem regni Judaici, Saulum, Jarobeamum, maxime Salomonem, vel, ut plurimi faciunt, ad regem Messiam referrent, variis quidem interpretandi rationibus adhibitis. Ita Onk.: עַד דְּיֵיתֵי מְשִׁיחָא דְּדִילֵיהּ הִיא מַלְכוּתָא, Targ. Hieros.: דְּדִידֵיהּ הִיא מַלְכוּתָא, Saad.: الذى هو له, Raschi aliique Judaei (v. De Rossi var. lect. vol. IV. append. p. 217 sq.), item Pesch.: ܕܕܝܠܗ ܗܝ, Aqu. et Symm.: ᾧ ἀπόκειται (LXX. τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, all. codd. ut Symm.), nec non Samaritani qui ࠔࠋࠄ *Schalah* efferentes Schalamah i. e. Salomonem regem intelligunt (v. Gesen. de Pentat. Samar. p. 60. Cellarii diss. p. 143. Bruns. in Eichorn. Repertor. T. XIII. p. 281. et T. XVI. p. 168. Juynboll. in libro qui inscribitur Orientalia T. II. p. 128 et Lib. Josuae Samarit. ed. Juynboll. p. 128 sq., J. Wilson the Lands of the Bible. Edinb. 1847. vol. II. p. 51), inter recentiores J. Jahnius Einleit. in d. A. T. vol. I.

p. 507 sqq., Bohlen. in comm., alii. Iique talis sententiae patronum non sine veri specie appellant ipsum Ezechielem, qui de Messia adventante his utitur verbis (c. 21. vs. 32): עַד בֹּא אֲשֶׁר לוֹ הַמִּשְׁפָּט. Licet autem videatur imitatus esse Geneseos locum, tamen vix eum sic voluit interpretari; nam .שׁ inauditum in Pentateuchi libris, et ellipsin vocis הַמִּשְׁפָּט aegre feras. b) Sunt inter Judaeos, qui שִׁילֹה vel שִׁילוֹ exponunt: filius eius sc. Judae i. e. Messias e tribu Juda oriundus, coll. arab. سَلِيل fetus, filius, rabb. שִׁלְיָל embryo et שִׁלְיָה secundinae. Ita Abulwalid.: سليلة اى ولده, Dav. Kimchi in lex.: שילה פירושׁ בנו, Bechai: בְּנוֹ שִׁלְיָה מִשִּׁלְיָתָהּ אֵשֶׁת בְּדֶרֶךְ כָּל־הַיּוֹלְדִים, inter nostrates Ilgenius. c) Non pauci denique sunt interpretes recentioris temporis, ut Vaterus, Gesen., Winer, Maurer in comm. (in lex. ad sententiam Telleri rediit), Rosenm., Hengstenberg., Reinkius, Knobel., alii, qui שִׁילֹה hoc loco nomen appellativum esse et vel quietem s. pacem notare, vel (abstr. pro concr.) pacificum, pacificatorem significare contendunt, ac plurimi eorum Messiam intelligunt, utpote qui apud Jes. IX, 5 שַׂר שָׁלוֹם princeps pacis vocetur, in singulis tamen verbis enucleandis non minus quam in ipsa sententia exponenda variis usi rationibus. Laborat et hoc quadam difficultate, quum nusquam alibi tale nomen appellativum nec similis nominis forma exstet praeter גִּלֹה, quod et ipsum n. pr. loci est, et שִׁילֹה ubique illius urbis nomen sit. Ceterum scripturae varietas in hoc loco eadem est atque in ceteris, ubi nomen urbis occurrit, et שִׁילֹה quidem in plerisque codd. mss. et editt. paene omnibus, שִׁלֹה in 38 codd. judaicis et samaritanis omnibus, שִׁילוֹ, in paucis codd., שִׁלוֹ denique in quorundam codicum margine scriptum est, vid. De Rossi var. lect. vol. IV. append. p. 217 sqq. eiusdemque scholia critt. in h. l., Jahn. Biblia hebr. et Exercitatt. hermen. 11.

Quod attinet ad formam nominis שִׁילֹה, vix habet ullam plane similem nisi גִּלֹה n. pr. urbis, et ut hanc ducunt a rad. גָּלָה, ita שִׁילֹה vulgo referunt ad rad. שָׁלָה. Primum autem, qui ita faciunt, haud dubie errant, si has formas comparant formae קִימוֹשׁ, בִּישׁוֹר; hoc enim verum haberi non posset, nisi si שִׁילֹה, שִׁילוֹ curtatum esset ex שִׁילוֹר, גִּלֹה ex גִּלּוֹר, ut ex שֶׁמֶשׁ nonnunquam fit שֶׁמֶשׁ. Jam vero non dubium est, quin שִׁילֹה, שִׁילוֹ potius ortum sit ex שִׁילוֹן (v. supra dicta), גִּלֹה ex גִּלוֹן. Nomina quidem e radd. ל״ה profecta et terminatione ־וֹן aucta varie formantur, ut חֶזְיוֹן, גִּלָּיוֹן, בִּזָּיוֹן, הֶגְיוֹן, rarо ut שִׁרְיוֹן, שִׁגָּיוֹן, saepius ut חָזוֹן, עָוֹן, קָלוֹן, רָצוֹן, קִיצוֹן, rarissime autem ut הָמוֹן (si modo est a rad. קָצָה, quod valde dubium) et אִיתוֹן (si quidem recte hoc scriptum est Ez. XL, 15). Ut autem haec duo nomina, quae ultimo loco posui, a radd. קָצָה et אָתָה vix aliter duci possent, nisi si mutata essent ex קִצְיוֹן et אִתְיוֹן, ita שִׁילוֹן et גִּילוֹן facta sint e שִׁלְיוֹן et גִּלְיוֹן necesse fuerit. Vides quam incertis hoc et lubricis stet fundamentis, quapropter aliquanto certius mihi videbatur, שִׁילֹה, שִׁילוֹ pro שִׁילוֹם positum esse, ut שִׁלּוֹן est pro שִׁלּוֹם, eamque ob causam pertinere ad rad. שָׁלֵם. Cf. gr. Σηλώμ. (גִּלֹה autem a גִּיל duco, ut חִיצוֹן a חוּץ, תִּיכוֹן a תּוֹךְ).

Nomen gentil. est שִׁלֹנִי Neh. XI, 5 vel שִׁילֹנִי 1 Reg. XI, 29. XII, 15 Silunte urbe oriundus. — Aliud שִׁילֹנִי 1 Par. IX, 5 vid. supra s. שֵׁלָה no. II. pag. 1413.

שִׁלֵּם m. 1) *retributio* (Vergeltung) Deut. XXXII, 35. — 2) n. pr. filii Naphtali Gen. XLVI, 24. Num. XXVI, 49 pro quo 1 Par. VII, 13 שַׁלּוּם. Patron. שִׁלֵּמִי Num. XXVI, 49.

שִׁלֻּם et **שִׁלּוּם** m. 1) *retributio* (Vergeltung) Hos. IX, 7. plur. שִׁלֻּמִים id. Jes. XXXIV, 8. — 2) *remuneratio*, *largitio*, *munus*, quo aliquis corrumpitur (ut שַׁלְמֹנִים) Mich. VII, 13.

שַׁלֻּם et **שַׁלּוּם** (retributio) n. pr. *Schallum*, quod gesserunt 1) rex regni Israëlitici, qui successit Zachariae a se interfecto, et ipse post unum imperii mensem ao. 772 a. Chr. n. a Menahemo occisus est 2 Reg. XV, 10—15. — 2) rex Judaeorum, filius Josiae eiusque successor et Jojakimi regis frater natu minor, frater quoque Zedekiae regis, idem sine dubio, qui alias יְהוֹאָחָז (v. hoc nomen no. 2 supra p. 580 sq.) Jer. XXII, 11 cf. 1 Par. III, 15. Unum eundemque esse hunc Sallumum cum Joahaso, ex loci Jerem. cum 2 Reg. XXIII, 30—34 comparatione facile apparet, idque post Ibn-Esram plerique interpretes recentiores contendunt reiecta eorum opinione, qui, ut Raschi, ad Zedekiam, vel, ut Dav. Kimchi, ad Jechonjam nomen illud referunt. Vid. inpr. Rosenmuelleri scholl. ad Jer. l. c. et Hitzigii commentarium. — 3) maritus Huldae prophetissae 2 Reg. XXII, 14. 2 Par. XXXIV, 22. — 4) unus e maioribus Esrae Esr. VII, 2. 1 Par. V, 38. — 5) unus e praefectis Hierosolymorum Nehemiae tempore Neh. III, 12. — 6) alii viri Jer. XXXV, 4. Esr. II, 42. Neh. VII, 45; Jer. XXXII, 7; Esr. X, 24. 42; Neh. III, 12; 1 Par. II, 40; IV, 25; IX, 17. 19. 31; 2 Par. XXVIII, 12. Praeterea v. שִׁלֵּם no. 2 et שַׁלּוּן. (In scriptura sive plena sive defectiva adhibenda codd. mss. editique singulis in locis variant. LXX plerumque Σελλοὺμ, nonnunquam Σελλήμ, Σολλὼμ.

שַׁלּוּן (ortum, ut videtur, ex שַׁלּוּם) n. pr. m. Neh. III, 15.

שִׁלְמָה f. i. q. שִׁלֵּם *retributio* Ps. XCI, 8: שִׁלֻּמַת רְשָׁעִים *retributionem* i. e. poenam *improborum*.

שְׁלֹמֹה (pacificus, Irenaeus, germ. Friedrich, a שָׁלוֹם addito ה i. q. וֹ, וֹן, ut integra nominis forma fuerit שְׁלֹמוֹן, v. gramm. hebr. §. 83, no. 15, cf. graec., syr. et arab. infra, et ad significatum 1 Par. XXII, 9: הִנֵּה בֵן נוֹלָד לָךְ הוּא יִהְיֶה אִישׁ מְנוּחָה . . כִּי שְׁלֹמֹה יִהְיֶה שְׁמוֹ וְשָׁלוֹם וָשֶׁקֶט אֶתֵּן עַל־יִשְׂרָאֵל) n. pr. *Salomo*, Davidis filius natu decimus, et quartus quidem ex Bathseba susceptus (v. 1 Par. III, 5 coll. 2 Sam. III, 5), patris successor et Israëlitarum rex tertius (1005—975 ante Chr. n.), divitiarum, splendoris et sapientiae laude late per orbem florens, v. 1 Reg. c. II — XI. 1 Par. XXIII. XXVIII. XXIX.

2 Par. c. I—IX. Prov. I, 1. Cant. I, 1. Eccl. I, 1. LXX Σαλωμών praeter edit. Complut., in hac enim, ut apud Josephum et in N. T. Σολομών, Gr. Venet. Σελομών. Samaritani pronuntiant *Schalamah*. Syr. ܫܠܝܡܘܢ, arab. سُلَيْمان *Suleimân*.

שַׁלְמַי (pacificus) n. pr. m. Esr. II, 46 Keri. (In Kethib est שַׁמְלַי et apud Neh. VII, 48 שַׁלְמַי).

שְׁלֹמִי (pacificus) n. pr. m. Num. XXXIV, 27.

שְׁלֹמוֹת (salutaria) n. pr. m., v. שְׁלֹמִית no. 2, litt. c. d. e.

שְׁלֹמִית (pacifica, et neutr. subst. pacificum, pacis studium) n. pr. 1) fem. a) mulieris e gente Danitica Lev. XXIV, 11. b) sororis Serubbabeli 1 Par. III, 19. — 2) masc. a) filii Rehabeami 2 Par. XI, 20. b) Esr. VIII, 10, et trium Levitarum c) 1 Par. XXIII, 9 Keri (Kethib שְׁלֹמוֹת), d) XXVI, 25 Keri (Kethib rursus שְׁלֹמוֹת), e) XXIII, 18, pro quo שְׁלֹמוֹת XXIV, 22.

שַׁלְמֹנִים m. pl. *remunerationes, munera*, quibus aliquis corrumpitur Jes. I, 23. Cf. שֶׁלֶם.

שׁוּלַמִּית prob. i. q. שׁוּנַמִּית, v. hoc s. rad. שׁוּן pag. 1379.

שְׁלֻמִיאֵל (amicus dei, v. שָׁלֵם part. pass. Kal no. 2) n. pr. viri principis e tribu Simeon Num. I, 6. II, 12.

שֶׁלֶמְיָהוּ n. pr. m., v. מְשֶׁלֶמְיָהוּ infra.

מְשֻׁלָּם (amicus sc. Dei, v. מְשֻׁלָּם part. Pu. no. 2) n. pr. complurium virorum 2 Reg. XXII, 3. Esr. VIII, 16. X, 15. 29. Neh. III, 4. 6. 30. VI, 18. VIII, 4. X, 8. 21. XI, 7. 11. XII, 13. 16. 25. 1 Par. III, 19. V, 13. VIII, 17. IX, 7. 8. 11. 12. 2 Par. XXXIV, 12.

מְשֻׁלֶּמֶת (pacata, amica) n. pr. uxoris Manassis regis 2 Reg. XXI, 19.

מְשֶׁלֶמְיָהוּ et מְשֶׁלֶמְיָה (pro מְשַׁלְּמְיָה cui *Jehova retribuit*, l. quem *Jehova amice tractat*) n. pr. viri Levitae, Zachariae patris 1 Par. IX, 21. XXVI, 1. 29, pro quo שֶׁלֶמְיָהוּ legitur ibid. XXVI, 14.

מְשִׁלֵּמִית (retributio) n. pr. m., v. מְשִׁלֵּמוֹת no. 2.

מְשִׁלֵּמוֹת (pro מְשַׁלְּמוֹת retribuentes) n. pr. m. 1) 2 Par. XXVIII, 12. 2) Neh. XI, 13, pro quo מְשִׁלֵּמִית 1 Par. IX, 12.

* * *

שַׁלְמַן sec. plurimorum sententiam n. pr. regis Assyriae eiusdem, qui alibi vocatur שַׁלְמַנְאֶסֶר *Salmanassar* (v. exempla nominum prr. decurtatorum collecta ab Maurero ad Hos. X, 14 et ad Ps. 132, 6) in loco obscuro Hos. X, 14: *vastabuntur urbes tuae munitae* כְּשֹׁד שַׁלְמַן בֵּית אַרְבֵאל בְּיוֹם מִלְחָמָה *ut Salman vastavit Beth-Arbeam die pugnae.* Hoc alii referunt ad expugnationem Arbelae, urbis Assyriae, non longe ab Nineve remotae, Alexandri Magni victoria celebris; sed quum haec urbs in medio Assyriorum regno sita fuerit, eaque de causa vix a rege Assyrio expugnatam esse credideris, vero propiores ii videntur esse, qui Arbelam Galilaeae intelligunt (Ἀρβῆλα 1 Macc. IX, 2, v. supra s. v. בֵּית אַרְבֵאל p. 194), quanquam et haec sententia difficultatibus obstructa est, quum Salmanassar non prius quam sub initium regni Hoseae, ultimi Ephraïmitarum regis, has regiones videatur invasisse (v. 2 Reg. XVII, 3), id est, post Hoseae prophetiam. Propterea Ewaldus ad l. Hos. et in Histor. pop. Israël. Vol. III. part. I. p. 301 Salman regem Assyriae antiquiorem fuisse statuit, qui ante Phulem regnaverit, Hitzigius autem שַׁלְמַן בֵּית אַרְבֵאל merum urbis nomen esse contendit in genitivo positum, quia שֹׁד alibi semper nomen subst., non infin. sit, v. Hitzig. comm. in prophetas min. ed. 2. p. 47 sq.

שַׁלְמַנְאֶסֶר n. pr. regis Assyriae potentissimi, qui post Tiglathpilesarem regnavit circa annos 730—716 a Chr. n. et Hoseam regem et decem tribus anno a. Chr. n. 721 in exilium abduxit 2 Reg. XVII, 3. XVIII, 8. LXX Σαλμανασσάρ, Joseph. Σαλμανασάρης, Vulg. *Salmanasar*. Cf. Menander Ephes. apud Joseph. antiq. iud. IX, 14, 2. Res ab hoc rege gestas spectant oracula Jes. c. 23 et c. 28, ad easdemque pertinent certae inscriptiones assyriae nuper repertae, ut lapis anno 1847 in Cypro insula erutus, qui in museo Berolinensi asservatur, aliaque eius generis monumenta, quorum explicatio, licet his nostris diebus feliciter inchoata sit, in singulis tamen rebus etiamnunc tam dubia tamque incerta est, ut meliora potius et certiora exspectanda, quam leviter adumbrata et imperfecta patienter sint accipienda. Vide a clarissimo Rawlinsone disputata in Athenaeo Londin. 1851 mens. Aug. p. 902, et Ed. Hincks ibid. mens. Sept. p. 977. Cf. quae infra dicentur s. v. תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר. Non magis certa sunt, quae de significatione huius nominis viri docti attulerunt. Bohlenius Geseniusque id explicant pers. شرمان آتر verecundus erga ignem, Philox. Luzzattus in libro Le Sanscritisme de la langue assyrienne, Pad. 1849, p. 22 confert sanscr. *çarman* felicitas, gaudium, et *çira* princeps, ut sit princeps felix i. e. excellens vel celeber. Rawlinson denique (Outlines of Assyrian History, in The XXIX annual Report of the Roy. Asiat. Soc. p. XVIII) in inscriptionibus assyriis hoc nomen ait esse *Sallam Anu*, idque significare similitudinem Anui, dei Assyriorum.

שַׁלּוּן (ortum ex שַׁלּוּם) n. pr. m. v. supra s. rad. שָׁלֵם.

שָׁלַף imper. שְׁלֹף 1) *extraxit* (chald. שְׁלַף in Targg. nec non in Talm. et apud Rabb. id., samar. ࠔࠋࠐ et nasor. ܫܠܦ id., syr. Ethpe. ܐܫܬܠܦ evulsus, extractus est, cf. arab. et aeth. سلب, ሰለበ: extraxit, spec. eva-

ginavit gladium, vic. שָׁלַל, נָשַׁל et שָׁלַח no. 3), velut telum ex vulnere Iob. XX, 25, gladium e corpore Iud. III, 22, imprimis gladium e vagina, *strinxit* gladium, *evaginavit*. Dicitur שָׁלַף חַרְבּוֹ strinxit gladium suum Iud. VIII, 20. IX, 54. 1 Sam. XVII, 51. XXXI, 4. 1 Par. X, 4. Num. XXII, 23: חַרְבּוֹ שְׁלוּפָה בְּיָדוֹ *gladius eius evaginatus* erat *in manu eius*, vs. 31. Jos. V, 13. 1 Par. XXI, 16. שֹׁלְפֵי חֶרֶב stringentes gladium i. e. armati gladio. Iud. VIII, 10: אֶלֶף אִישׁ שֹׁלֵף חֶרֶב *mille milites gladio armati*, XX, 2. 15. 17. 35. 46. 2 Sam. XXIV, 9. 2 Reg. III, 26. 1 Par. XXI, 5; it. *exuit* calceum Ruth. IV, 7. 8; et *evellit* gramen Ps. CXXIX, 6: *erunt sicut gramen quod in tectis crescit*, שֶׁקַּדְמַת שָׁלַף יָבֵשׁ *quod, priusquam evellat* aliquis, *arescit*. Sic inter Judaeos interpretatur Raschi: שקודם שישלפוהו ויתלשוהו מִמְּקוֹמוֹ הוּא יבש. LXX in nostris codd.: ὃς πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι ἐξηράνθη. (Theodoretus quidem auctor est, multos codd. habuisse ἐξανθῆσαι, sed ἐκσπασθῆναι expressit Aethiops intp.: ዘእንበለ፡ ይምሐው፡ et Arabs: قبل قلعه), it. Theodot. et Quinta ed. ἐκσπασθῆναι, et Vulg.: priusquam evellatur. Alii: priusquam exoriatur germinetve. Ita illi Theodoreti codices, Aquila: ἀνέθαλεν et Symm.: ἐκκαυλῆσαι i. e. in caulem assurgere, nisi hoc forte est i. q. ἐκκαυλίζειν i. e. radicitus evellere. Sed gramen, antequam exoritur, non potest arescere, nec facile credo, de flore graminis hic agi, nec denique video, quomodo germinandi vel efflorescendi notio ab extractione possit duci. Chaldaeus interpres et Saadias a vero prorsus aberrarunt, קַדְמַת de euro exponentes.

שֶׁלֶף Gen. X, 26. 1 Paral. I, 20 gens Arabiae a Joctane oriunda, prob. Σαλαπηνοί Ptolemaei (VI, 7, cod. Ἀλαπηνοί) in Arabiae mediterraneis circa gradum lat. 22. long. 72 habitantes. Vid. Bocharti Phaleg lib. II, c. 16.

שָׁלַשׁ rad. incertae significationis, ex qua numerale שָׁלֹשׁ (tres) ortum habet. Et hoc quidem in tali quaestione dubitationis plena pro certo habeo, tum eius numeri appellationem originitus a re sensibus obiecta petitam esse, tum radicem שׁלשׁ vel eius derivatum numerale e radice duplicata שׁלשׁל prodiisse, cf. supra dicta s. rad. שֶׁבַע pag. 1359. Sed de ipsa origine appellationis tacere satius ducat aliquis, quam ex omni parte dubia et incertissimis incertiora proferre. Ausus quidem est doctus Dietrichius (Abhandlungen fuer semitische Wortforschung, Lips. 1844, p. 239 sq.) huius numeri nomen referre ad arab. ثَلَّ et primam *acervi* notionem ponere coll. ثَوْل, ideoque signum numeri tali etymo aptum hoc ׀'׀ vel hoc ∴ fuisse coniecit; sed nota numeri ternarii apud veteres Semitas potius ||| fuit, ut apud Aegyptios (apud Sinenses certe ☰), et ثَوْل non est acervus, sed apum examen, quamvis voc. ثَوِيلة collectus herbarum cumulus, illi sententiae aliquatenus consentaneum fuerit, adde ثُلَّة turba hominum, nummorum multitudo. Inest quoque in radice ثَلَّ et quadril. ثَلْثَلَ notio frangendi diruendique, et nescio an forte nomen inde derivatum instrumentum quoddam tricuspe significaverit frangendis diruendisque muris adhibitum (v. שלש קלשון tridens furca, cf. aegypt. ϣⲗⲁⲓⲧ tridens, ϣⲗⲁⲓϭ furca, culter tricuspis), ut ab hoc demum numerus ternarius appellatus fuerit. Meierus in lex. radd. p. 81 numerum ternarium appellatum opinatur a trigonis foliis solani herbae, quae arabice ثُلْثَان vocatur. Redslobius alicubi שָׁלשׁ revocavit ad שַׁלְשֶׁלֶת, quum tres articuli rudimentum quoddam catenae constituant. Alii denique, interque hos b. Gesenius, שָׁלשׁ aram. תְּלָת nihil aliud esse contendunt, quam sanscr. *tri*, graec. τρεῖς, lat. *tres*. Sed mittamus haec, spinosa sunt et aspera.

Pi. שִׁלֵּשׁ verbum denom. a שָׁלשׁ ductum (ut חִמֵּשׁ a חָמֵשׁ) 1) *in tres partes divisit* (terram) Deut. XIX, 3. (Aeth. et arab. ሠለሰ፡ ثَلَّثَ id., ut سَبَّعَ in septem partes divisit). — 2) aliquid *tertium fecit* (zum dritten Male thun) 1 Reg. XVIII, 34. LXX. τρισσεύω, codd. τρισσόω. (Chald. תְּלֵת id. Targ. l. c., syr. ܬܰܠܶܬ ibid. Ephr. I. p. 518. F., arab. ثَلَّثَ II et melit. *tellet* id. Cf. سَبَّعَ septem vicibus fecit aliquid). — 3) *tertio die fecit*. 1 Sam. XX, 19: וְשִׁלַּשְׁתָּ תֵּרֵד *et tertio die descendes*. LXX τρισσεύσεις, ubi Theodoretus quaest. 51 in Reg.: τὸ δὲ τρισσεύσεις ἀντὶ τοῦ τρεῖς ἡμέρας ἀναμενεῖς. Cf. הַשְּׁלִישִׁית tertio die, perendie ib. vs. 12, arab. ثِلْث rigatio palmae, quae tertio quoque die fit, مُثَلَّثَة febris tertiana, et sic etiam ثَمَّنَ octavo die aquavit camelos, رَبَعَ quarto quovis die invasit febris.

Pu. denom. Part. מְשֻׁלָּשׁ 1) *triplex*, *trilix*. חוּט מְשֻׁלָּשׁ filum triplex s. funis filo triplici contextus Eccl. IV, 12. LXX. σπαρτίον ἔντριτον, Symm. τετριπλωμένον, ἢ τριπλοῦν. Cf. arab. حَبْل مُثَلَّث vel ذو ثَلَاث quod idem notat, et hebr. מְרֻבָּע quadratus, arab. مُثَمَّن octuplex, مُخَمَّس ex quinque filis plexus (funis), ut مُرَبَّع ex quatuor, et مُسَبَّع ex septem filis plexus. — 2) *tribus tabulatis constans* aedificium Ezech. XLII, 6. Symm. τρίστεγον. Cf. שְׁלִשִׁים Gen. VI, 16. — 3) *trimus*, *triennis* Gen. XV, 9, ubi עֶגְלָה מְשֻׁלֶּשֶׁת, אַיִל מְשֻׁלָּשׁ et עֵז מְשֻׁלֶּשֶׁת de ariete, vitula et capra trium annorum

legitur, non de tribus cuiusque generis animalibus, ut praeeunte Onkeloso Raschi et Dav. Kimchi, nec partu tertio edita animalia, ut alii contendunt. Abulwalid.: עגלה משלשה بنت ג اعوام او من البطن الثالث i. e. *vitula triennis, vel tertio partu edita.* Recte LXX τριετίζων, Hier. *triennis*, Pseudojon., Ibn Esra, alii. Cf. Bocharti hieroz. T. I. p. 268 ed. Lips. In Mischna est שְׁלָשִׁי triennis tr. Para I, 1 cf. Geiger Lehrbuch zur Sprache der Mischna p. 51.

2) *vastatio, desolatio, exitium* Jes. XXIV, 12. הָיָה לְשַׁמָּה vastationi, desolationi, exitio deditus est Jes. V, 9. Jer. IV, 7. XXV, 11. 38. XLVI, 19. XLVIII, 9. XLIX, 17. L, 23. Hos. V, 9. Zeph. II, 15. Ps. LXXIII, 19. שִׁית לְשַׁמָּה et שׂוּם לְשַׁמָּה desolationi exponere Jes. XIII, 9. Jer. II, 15. XVIII, 16. L, 3. LI, 29. Joël. I, 7. נָתַן לְשַׁמָּה exitio dedit 2 Par. XXX, 7. Plur. שַׁמּוֹת desolationes Ps. XLVI, 9. Haec pluralis forma שַׁמּוֹת Ez. XXXVI, 3 parum emendate iuncta est infinitivo שְׁאֹף, quasi et ipsa infinitivi vim haberet: quae est huius prophetae scribendi ratio minus accurata. Verba sunt: יַעַן בְּיַעַן שַׁמּוֹת וְשָׁאֹף אֶתְכֶם *propter desolationes et inhiationem in vos* factas i. e. propterea quod vastant vos et inhiant vobis. Gesenius in lex., Ewaldus gramm. hebr. ed. 5. §. 238, e. ceterique grammatici et interpretes paene omnes שַׁמּוֹת infinitivi formam esse statuunt contra regulas effictam, eamque ad Kal verbi שָׁמֵם referunt, ita ut Kal hoc uno loco vim transitivam habere putent, quod certo linguae usui contrarium est. Hitzigius ad Ezech. l. c. idem fere de forma verbi sentit, sed *anhelationis* significatum ei tribuit coll. נָשַׁם Jes. XLII, 14: quae sententia profecto consideratione digna videtur. In Dissertatt. Lugdun. p. 1023 שַׁמּוֹת inf. Pi. declaratur a rad. שָׁמַה, eique ex alto imminendi significatio vindicatur, frustra, ut puto. (שִׁמְעַת n. pr. vid. no. 3, e).

3) שַׁמָּה n. pr. m. a) filii Reguelis Gen. XXXVI, 13. 17. b) filii Isai, fratris Davidis 1 Sam. XVI, 9. XVII, 13, alibi שִׁמְעָה vocati 2 Sam. XIII, 3. 32, et שִׁמְעָא 1 Par. II, 13. c) 2 Sam. XXIII, 11. d) ib. vs. 33. e) ib. vs. 25, pro quo שַׁמּוֹת 1 Par. XI, 27, et שַׁמְהוּת XXVII, 18.

שָׁמָּה *illuc*, v. שָׁם supra pag. 1431.

שַׁמַּי (vastatus) n. pr. m. 1) 1 Par. II, 28. 2) ib. vs. 44. 3) IV, 17.

שָׁמֵם m. adj. *devastatus*, *desolatus* Jer. XII, 10. Thren. V, 18. Dan. IX, 17.

שְׁמָמָה pl. cstr. שִׁמְמוֹת f. 1) *stupor* Ez. VII, 27: יִלְבַּשׁ שְׁמָמָה *induet stuporem*, cf. לָבַשׁ no. 2, b. pag. 742. — 2) *vastatio, desolatio, desertum* Jes. I, 7. LXII, 4. LXIV, 9. Jer. XXV, 12. LI, 26. 62. Ez. XXXV, 14. Dicitur הָאָרֶץ שְׁמָמָה תִהְיֶה Ez. XII, 20. XIV, 16. Exod. XXIII, 29. Lev. XXVI, 33. Jes. XVII, 9. Jer. IV, 27. L, 13. XLIX, 2: וְהָיְתָה לְתֵל שְׁמָמָה *et fiet* (Rabba urbs) *monticulus desolationis* i. e. cumulus ruderum. Jos. VIII, 28. שׂוּם שְׁמָמָה et נָתַן שְׁמָמָה exposuit (terram, urbem) desolationi, vastavit Jer. VI, 8. IX, 10. X, 22. XXXIV, 22. Ez. XV, 8. XXXII, 15. Mich. I, 7: וְכָל־עֲצַבֶּיהָ אָשִׂים שְׁמָמָה *et idola eius cuncta vastabo*, destruam. מִדְבַּר שְׁמָמָה desertum vastum Joël. II, 3. IV, 19. Jer. XII, 10. שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה vastum et vastatio Ez. VI, 14. XXXIII, 28. 29. XXXV, 3. שַׁמָּה וּשְׁמָמָה id. Ezech. XXIII, 35.

שִׁמְמָה f. (prob. pro שַׁמָּה = שְׁמָמָה) *vastatio, desolatio* Ez. XXXV, 7: וְנָתַתִּי אֶת־הַר שֵׂעִיר לְשִׁמְמָה וּשְׁמָמָה *et montana Seïr exponam vastationi et desolationi.* Pl. cstr. שִׁמְמוֹת ibid. vs. 9. (Hoc certe scribi poterat pro שְׁמָמוֹת a שְׁמָמָה, in loco priore Hitzig. scribi iubet לִשְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה).

שִׁמָּמוֹן m. *stupor, torpor* Ez. IV, 16. XII, 19.

מְשַׁמָּה f. 1) *stupor* Ez. V, 15. — 2) *vastatio*, ubique שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה, v. שְׁמָמָה no. 2. Plur. מְשַׁמּוֹת Jes. XV, 6. Jer. XLVIII, 34.

שָׁמֵן fut. יִשְׁמַן *pinguis, obesus fuit* Deut. XXXII, 15. Jer. V, 28. (Arab. سَمِنَ, melit. *symen*, aram. שְׁמַן ܫܡܶܢ id.).

Hiph. 1) *pinguefecit, pinguedine obduxit*, metaph. cor i. e. callo qs. obduxit, ne prophetae verbis pateret Jes. VI, 10. Cf. Ps. CXIX, 70 et παχὺς τὴν μνήμην, *pingui Minerva.* — 2) *pinguis factus est*, pr. adipem fecit, ex se procreavit, germ. Fett ansetzen (cf. עָשָׂה פִּימָה Iob. XV, 27, gramm. hebr. §. 52, 2) Neh. IX, 25. (Arab. أَسْمَنَ IV tum est trans. obesum reddidit Abdullatif. Aeg. p. 78, tum intrans. natura pinguis fuit.)

שָׁמֵן m. שְׁמֵנָה f. *pinguis* (arab. سَمِين, aram. שְׁמִין [vel potius שַׁמִּין] ܫܰܡܺܝܢ id.) Jes. XXX, 23. Ez. XXXIV, 16, de homine robusto Iud. III, 29 (v. מַשְׁמָן), de terra, agro Num. XIII, 20. Neh. IX. 25. 35 (arab. quoque dicitur أرض سمينة terra pinguis, ut ager pinguis, solum pingue apud Romanos), de pascuo Ez. XXXIV, 14. 1 Par. IV, 40, de pane ad alendum apto Gen. XLIX, 20, de spoliis opimis Hab. I, 16.

שֶׁמֶן m. (cum fem. construi volunt non pauci Cant. I, 3, v. rad. ריק Hoph. p. 1279) c. Suff. שַׁמְנִי pl. שְׁמָנִים 1) *pinguitudo, adeps* Ps. CIX, 24. מִשְׁמַנִּים epulae lautae Jes. XXV, 6. X, 27: וְחֻבַּל עֹל מִפְּנֵי שָׁמֶן *et iugum* (Israëlis) *frangitur prae adipe*, metaphora a tauro petita, cuius collum ita pinguescit, ita obesum et valens fit, ut iugum dirumpatur (cf. Deut. XXXII, 15. Hos. IV, 16). it. *fecunditas* terrae (cf. שָׁמֵן adj. et דֶּשֶׁן pinguitudo, et fertilitas Ps. LXV, 12). גֵּיא שְׁמָנִים vallis fertilissima Jes. XXVIII, 1. V, 1: קֶרֶן בֶּן־שָׁמֶן *collis fertilis.* (Aram. שׁוּמְנָא, ܫܽܘܡܢܳܐ pinguedo, adeps butyrum, arab. سَمْن superficies pinguior cremoris lactis, et butyrum, melit. *semen* et *semel* id. Vassalli lex. melit. p. 604.)

2) *oleum* et olivum quidem, ex oleae fructu expressum (hinc שֶׁמֶן זַיִת Ex. XXVII, 20. XXX, 24. Lev. XXIV, 2 cf. זֵית שֶׁמֶן Deut. VIII, 8 et XXVIII, 40, de שֶׁמֶן הַמֹּר Esth. II, 12 v. infra no. 3) Deut. XXXII, 13, XXXIII, 23. 2 Reg. IV, 2. 6. 7. Jer. XL, 10. XLI, 8. Ps. CIV, 15. Iob. XXIX, 6. Prov. V, 3. Esr. III, 7, ab Hebraeis mercatoribus Tyrum (Ez. XXVII, 17) et in Aegyptum (Hos. XII, 2) exportatum, adhibitum vulneribus leniendis Jes. I, 6 cf. Luc. X, 34, candelabro sacro alendo Ex. XXVII, 20. שֶׁמֶן זַיִת זָךְ כָּתִית לַמָּאוֹר, XXV, 6. XXXV, 8. 14. 28. Lev. XXIV, 2. Num. IV, 16, cibis condiendis 1 Reg. XVII, 12. Ez. XVI, 13. 19. Hagg. II, 12, cf. לְשַׁד הַשָּׁמֶן Num. XI, 8, et sacrificiis Mich. VI, 7. Lev. VIII, 26. Num. VI, 15, inprimis sacrificio incruento (מִנְחָה) Ex. XXIX, 40. Lev. II, 1 sqq. VI, 8. 14. VII, 10. 12. XIV, 10 sqq. Num. VII, 13 sqq. XV, 4. 6. XXVIII, 5. Ez. XLV, 24. XLVI, 5. 7. 14, cf. phoen. שמן inscr. Massil. lin. 12, et libationem, quae oleo in lapidem profuso fiebat Gen. XXVIII, 18. XXXV, 14. — עֵץ שֶׁמֶן *olea*, vel potius *oleaster*, nam arbor generosa est זַיִת, hinc iuxta se posita habes Neh. VIII, 15: עֲלֵי זַיִת וַעֲלֵי עֵץ שֶׁמֶן *frondes oleae et frondes oleastri.* Jes. XLI, 19. Cf. Tanchum Hieros. ad 1 Reg. VI, 33 p. 71 ed. Haarbrücker. עֲצֵי שֶׁמֶן ligna oleagina 1 Reg. VI, 23. 31. 32. 33. Cf. O. Celsii hierob. II, 331 sqq. Praeterea olei frequens usus erat in unctione, ut שֶׁמֶן sit quoque

3) *unguentum*, sc. *oleum conditum* variis aromatibus 2 Reg. IX, 6. Jes. LXI, 3. Ps. XXIII, 5. XLV, 8. CXLI, 5. Prov. XXVII, 9. Cant. I, 3. Eccl. IX, 8, שֶׁמֶן טוֹב unguentum pretiosum 1 Reg. XX, 13. Psalm. CXXXIII, 2. Eccl. VII, 1. שֶׁמֶן רוֹקֵחַ oleum unguentarii

Eccl. X, 1, asservatum in lecytho (פַּךְ הַשֶּׁמֶן 1 Sam. X, 1. 2 Reg. IX, 1. 3) vel cornu (קֶרֶן 1 Sam. XVI, 1. 13. 1 Reg. I, 39). Dicitur סוּךְ שֶׁמֶן se ungere oleo 2 Sam. XIV, 2. Mich. VI, 15. Sigillatim notandum *oleum sacrum*, quo vasa et supellectilia sacra, sacerdotes et imprimis sacerdos summus ungendi erant, olivo, myrrha, cinnamo, calamo odorato et cassia constans (v. Exod. XXX, 23—25.), appellatum שֶׁמֶן הַמִּשְׁחָה Ex. XXV, 6. XXIX, 7. XXXI, 11. XXXV, 15. 28. XXXVII, 29. XXXIX, 38. XL, 9. Lev. VIII, 2. 10. 12. 30. XXI, 10. Num. IV, 16, rarius שׁ' הַקֹּדֶשׁ Num. XXXV, 25. Ps. LXXXIX, 21, vel שׁ' מִשְׁחַת קֹדֶשׁ Ex. XXX, 25, vel שׁ' מִשְׁחַת יְהוָה Lev. X, 7 cf. XXI, 12. Plur. שְׁמָנִים unguenta Hos. VI, 6. Cant. I, 3. IV, 10. שֶׁמֶן הַמֹּר unguentum myrrhinum i. e. oleum myrrhâ conditum Esth. II, 12.

שְׁמַנִּים m. pl. *pinguedines* (terrae) i. e. terrae tractus pingues et fertiles, arva fertilia. Bis legitur in voto Isaaci pro Iocobo et Esavo filiis suscepto, et Iacobo quidem, cuius posteri Palaestinam habitaturi erant soli fecunditate et frugum ubertate insignem, praeter alia fausta hoc apprecatur Gen. XXVII, 28: יִתֶּן־לְךָ הָאֱלֹהִים מִטַּל הַשָּׁמַיִם וּמִשְׁמַנֵּי הָאָרֶץ *dabit tibi Deus de rore coeli et de pinguedine terrae* i. e. concedet tibi arva pinguia, fertilia; Esavo autem minus prospera vaticinatur, et quod attinet ad Idumaeam terram minus fertilem, in qua eius progenies sedem suam habitura erat, haec dicit comm. 39: מִשְׁמַנֵּי הָאָרֶץ יִהְיֶה מוֹשָׁבֶךָ וּמִטַּל הַשָּׁמַיִם *sine terrae fertilitate erit habitatio tua et sine rore coeli.* מִשְׁמַנֵּי utroque loco est pro מִשְּׁמַנֵּי, lusus autem verborum inest in duplici usu מִן particulae, quae comm. 28 sensu partitivo accipienda est (v. מִן no. 1, p. 800), comm. 39 sensu privativo (v. מִן no. 6, b p. 806). Simili modo locutio נָשָׂא רֹאשׁ duplici sensu legitur Gen. XL, 13 et 19. Male alii, ut Vulg. Luth., vs. 39 hoc sensu accipiunt: arva fertilia erunt habitatio tua, ita ut מִשְׁמַנֵּי ducant a nomine מִשְׁמָן, quod propter מִטַּל appositum fieri non potest.

אַשְׁמַנִּים m. plur. i. q. שְׁמַנִּים (q. v.) cum Aleph prosthetico *pinguedines* i. e. *arva pinguia*, fertilia. Jes. LIX, 10: בָּאַשְׁמַנִּים כַּמֵּתִים *in arvis pinguibus* (i. e. in rerum omnium affluentia, ut Castellus exponit in lex. heptagl. s. rad. שָׁמֵן) titubamus (כַּשַּׁלְנוּ) *instar morientium*, vel instar mortuorum in orco. Ita fere Lowthius, Dathe, Doederl., Koppe, Kocher, Gesen., Hitzig., Maurer. Alii aliter. Ewald.: inter validos, sanos, robustos, sc. gentiles, אַשְׁמָן form. אַכְזָר cf. שֶׁמֶן Iud. III, 29. Alii, ut Chald. Saad. Castell. s. rad. אָשֵׁם: in locis desolatis, quod exponunt: in locis quae cameris sepulcralibus comparanda sunt, rad. אָשֵׁם = שָׁמֵם. Hieron.: *in caliginosis*, R. Menahem et R. Parchon in lex.: במחשכים, R. Jona ms.: באשמנים כמתים تفسيره على حسب المعنى في الظلام يريد انهم في ظلم الشدايد وانهم في ظلام الموتى اى في القبور i. e. באשמ' כמת' *secundum loci sententiam explicandum est: in tenebris; vult eos versari in tenebris calamitatum et in tenebris mortuorum h. e. in sepulcris.* J. D. Michaelis ad hoc probandum in lex. syr. p. 22. accersit syr. ܐܣܛܡܢܐ vel potius ܐܣܛܡܘܢܐ ut est in Bar Ali cod. ms. et in Lex. Adler., quod significat tenebras densas; sed vix hoc cum אַשְׁמַנִּים componendum est, videtur potius ad arab. عتم pertinere. Favet quodammodo huic interpretationi tum totius commatis tenor et rhythmus, tum locus similis Thren. III, 6: בְּמַחֲשַׁכִּים הוֹשִׁיבַנִי כְּמֵתֵי עוֹלָם, et etymologicis etiam rationibus satisfacere studuit Knobel. ad Jes. l. c., qui obesitatem de densitate tenebrarum dici monet coll. arab. نَسَم obesitas et نَيْسَم nigredo, tenebrae, غلظ crassus fuit, hebr. עֲלָטָה caligo spissa.

מִשְׁמָן m. *pinguitudo*, *obesitas*. Jes. XVII, 4: מִשְׁמַן בְּשָׂרוֹ *caro eius pinguis*. — Plur. מִשְׁמַנִּים 1) *arva pinguia* i. e. fertilia (cf. שְׁמַנִּים) Dan. XI, 24. 2) concr. *milites pingues* i. e. nitidi et robusti, λιπαροί Psalm. LXXVIII, 31. Jes. X, 16. Cf. שָׁמֵן Iud. III, 29, עֶגְלֵי מַרְבֵּק Jer. XLVI, 21.

מִשְׁמַנָּה (pinguedo) n. pr. m. 1 Par. XII, 10.

מַשְׁמַנִּים m. pl. *pinguedines* (carnis), cupediae Neh. VIII, 10.

שְׁמֹנֶה, et (raro in ll. vett., saepius in Paralip.) **שְׁמוֹנֶה**, femininis iunctum, et **שְׁמֹנָה** raro **שְׁמוֹנָה** cstr. שְׁמֹנַת masculinis iunctum *octo*. (Arab. ثَمَانٍ, ثَمَانِيَةٌ, melit. *tmŷnja*, aram. תְּמָנֵי et תַּמְנֵי, ܬܡܢܐ c. fem., תַּמְנְיָא, ܬܡܢܝܐ c. masc., in numis pehlev. תומנא, aeth. ሰመን፡, obsolot. ሰመን፡, usitat. ሰመንቱ፡, et raro ሰማኒ፡ Ludolf. gramm. aeth. ed. 2. p. 99, dialect. Tigr. ሾሙንቴ፡ schomunte, amhar. ስምንት፡ id. Concinit aegypt. ϣⲙⲟⲩⲛ, ϣⲙⲏⲛ octo). De structura et syntaxi v. gramm. hebr. §. 95. et §. 118 cf. Gesen. Lehrgeb. §. 144 et 181. Exempla sunt: שְׁמֹנֶה שָׁנִים octo anni Iud. III, 8. XII, 14. 2 Par. XXXIV, 1. XXXVI, 9 et שְׁמֹנֶה שָׁנָה id. 2 Reg. XXII, 1. VIII, 17 Kethib (Keri שׁ' שָׁנִים). שְׁמֹנֶה אַמּוֹת octo ulnae 1 Reg. VII, 10. Ez. XL, 9. שְׁמֹנָה בָנִים octo filii 1 Sam. XVII, 12. שְׁמֹנָה אֲנָשִׁים octo viri Jer. XLI, 15. שְׁמֹנָה פָּרִים iuvenci octo Num. XXIX, 29. שְׁמֹנַת הַבָּקָר octo boves Num. VII, 8. בֶּן־שְׁמֹנַת יָמִים octo dies natus Gen. XVII, 12. XXI, 4. — Pro ordinali בִּשְׁנַת שְׁמֹנֶה לְמָלְכוֹ anno octavo regni eius 2 Reg. XXIV, 12. בְּיוֹם שְׁמוֹנָה לַחֹדֶשׁ die octavo mensis 2 Par. XXIX, 17.

שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה (cum fem.), **שְׁמֹנָה עָשָׂר** et uno loco Iud. XX, 25 **שְׁמֹנַת עָשָׂר** (cum masc.) *octodecim*. שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה שָׁנָה octodecim anni Iud. III, 14. נָשִׁים שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה mulieres duodeviginti 2 Par. XI, 21. — Pro numero ordinali 2 Reg. III, 1. 2 Par. XXXV, 19.

Plur. שְׁמֹנִים et שְׁמוֹנִים (Gen. V, 26. Jos. XIV, 10. Ps. XC, 10. 1 Reg. VI, 1. Jes. XXXVII, 36. Esth. I, 4 et maxime in libro Paralip.) *octoginta*. (Arab. ثَمَانُونَ, chald. תְּמָנַן vel תְּמָנֵן, syr. ܬܡܢܝܢ, aeth. ሰማንያ፡ id.). שְׁמֹנִים אִישׁ octoginta viri Jer. XLI, 5. שְׁמֹנִים שָׁנָה octoginta anni Iud. III, 30. שְׁמֹנִים פִּילַגְשִׁים octoginta pellices Cant. VI, 8. בֶּן־שְׁמֹנִים שָׁנָה octoginta annos natus Gen. XVI, 6. Ex. VII, 7. 2 Sam. XIX, 33.

שְׁמִינִי m., שְׁמִינִית f. *octavus, a*. (Chald. תְּמִינַאי, תְּמִינָאָה, syr. ܬܡܝܢܝܐ, arab. ثَامِنٌ, aeth. ሳምን፡ et ሳምናይ፡ id.). 1 Par. XII, 12. XXVI, 5. הַחֹדֶשׁ הַשְּׁמִינִי mensis octavus 1 Reg. XII, 32. Zach. I, 1. בַּיּוֹם הַשְּׁמִינִי die octavo Lev. IX, 1. XII, 3. XIV, 10. XXII, 27. Num. VI, 10. הַשָּׁנָה הַשְּׁמִינִית annus octavus Lev. XXV, 22. — Spec. הַשְּׁמִינִית *octava*, artis musicae vocabulum, cuius significatio dubia est. Ps. VI, 1. XII, 1 et 1 Par. XV, 21, ubi verbis עַל־הַשְּׁמִינִית opponi videtur עַל־עֲלָמוֹת, quod aeque obscurum est. Ac Gesenius quidem suam sententiam supra professus est s. rad. נָצַח p. 905, esse 'שׁ imam vocem, tonum gravem a viris cantatum, nostr. *Basso*. Fere idem docet F. Boettcher de inferis I. p. 192. Alii malunt instrumentum musicum sive octo fidibus instructum (quod non congruit significationi ordinalis numeri), sive gravioris soni (Basso); alii octavum aliquem canendi modum, scilicet octavum numero et ordine.

שָׁמַע in pausa שָׁמֵעַ (Ps. XXXIV, 7. Iud. II, 17. Jer. XXXVI, 13. XLVIII, 5) fut. יִשְׁמַע, imp. שְׁמַע, שִׁמְעָה Jes. XXX, 19, verbum frequentissimum 1) *audivit* (pervulgatum in linguis cognatis, phoen. שמע inscr. Melit. I. lin. 3 al., aram. שְׁמַע, ܫܡܥ, ࡔࡌࡀ et ࡔࡌࡀ id., arab. سَمِعَ vulgo سِمِعَ, aethiop. ሰምዐ፡ amhar. ሰማ፡, etiam copt. ⲥⲱⲧⲙ id.) Gen. XVIII, 10. Jes. VI, 9. Jer. XXVI, 11. Iob. XIII, 1. Ps. XLVIII, 9, sq. accus. rei Gen. III, 10. XXIV, 52. Ex. II, 15. XVI, 9. Jer. XLII, 14. Deut. V, 23. XII, 28. 2 Sam. XIII, 21. 1 Reg. V, 22. Iob. III, 18. XVI, 2 et sexcenties, sq. accus. pers. loquentis Gen. XXVII, 6. XXXVII, 17. 1 Sam. XVII, 28, sq. כִּי cum integra sententia Gen. XIV, 14. XXIX, 33. XXXIV, 5. XLII, 2. XLIII, 25. Num. XIV, 13. 14. 1 Sam. XIV, 22. XXIII, 10. 2 Sam. XI, 26. 1 Reg. V, 15. XI, 21. 2 Reg. III, 21. XIX, 8. XX, 12. Neh. III, 33. IV, 1 et saepe, sq. עַל de aliquo Gen. XLI, 15 Spec. a) *auscultavit*, *aures dedit* (anhören, zuhören), *attendit* ad aliquem (aliquid) Iob. XV, 8. 1 Sam. III, 9. 10, sq. accus. Gen. XXIII, 8. 11. 15. Eccl. VII, 5, אֶל Gen. XLIX, 2. 1 Reg. XII, 15. 16. Jes. XLVI, 3. 12, לְ Ps. LXXXI, 12. Iob. XXIX, 21. XXXI, 35. XXXIV, 34, sq. בְּ 2 Sam. XII, 18. Jes. XLII, 24. Iob. XXXVII, 2, sed בְּ שָׁמַע plerumque est: *audivit aliquid*, *testis auritus fuit* (Plaut.), etwas mit anhören Gen. XXVII, 5. 1 Sam. XIV, 27. Iob. XV, 8. XXVI, 14., etiam cum voluptate audivit 2 Sam. XIX, 36. Ps. XCII, 12. b) *exaudivit* (Deus), sq. accus. Gen. XVII, 20. 1 Reg. IX, 3. 2 Reg. XX, 5. Ps. VI, 10. X, 17. LIV, 4. LXV, 3, sq. אֶל rei vel pers. Gen. XVI, 11. XXX, 22, קוֹל פ' Deut. XXXIII, 7. Ps. V, 4. VI, 9. XVIII, 7. XXVII, 7. XXVIII, 2. 6. XXXI, 23. LXIV, 2. Thren. III, 56, בְּקוֹל פ' Gen. XXX, 6. Deut. I, 45, אֶל־קוֹל Gen. XXI, 17. Passim accedit לְ obiecti Gen. XVII, 20. c) *obedivit*, *audiens fuit*, *obtemperavit*, *morem gessit* (ut arab. سمع) Jes. I, 19. LXV, 12. Iud. XI, 17. 28. Gen. XLII, 22. Deut. I, 43, sq. accus. rei Ex. XXIV, 7: *omnia quae Deus praecepit* נַעֲשֶׂה וְנִשְׁמָע *faciemus obedientes*. Deut. XII, 18, sq. אֶל pers. Gen. XXVIII, 7. XXXIX, 10. Ex. VI, 9. VII, 13. 22. VIII, 11. 15. IX, 12. XVI, 20. Deut. XVIII, 19. Jos. I, 17. Jer. XXXVI, 25 cet., עַל 2 Reg. XX, 13 (sed in loco gemino Jes. XXXIX, 2 non legitur וַיִּשְׁמַע עֲלֵיהֶם sed וַיִּשְׂמַח עֲלֵיהֶם), לְ Nehem. IX, 29. XIII, 27: וְלָכֶם הֲנִשְׁמַע לַעֲשֹׂת וגו' *vobisne morem geramus faciendo* cet. Lev. XXVI, 21. Dan. I, 14. 2 Par. X, 16, בְּקוֹל פ' Gen. XXII, 18. XXVI. 5. XXVII, 13. XXX, 6. Ex. XVIII, 19. Deut. IV, 30. IX, 23. XXI, 18. XXVI, 14. XXVII, 10. XXVIII, 45. XXX, 2. 8. Iud. II, 2. 1 Sam. XII, 14. XV, 19. XXVIII, 18. 2 Sam. XII, 18. Jer. III, 13. XL, 3. XLII, 21. Dan. IX, 10. 14 et saepe, לְקוֹל פ' Gen. III, 17. Iud. II, 20. Psalm. LVIII, 6.

2) *audita intellexit*. Gen. XI, 1. 7. XLII, 23. Deut. XXVIII, 49. Jer. V, 15. Ez. III, 6. 2 Reg. XVIII, 26. לֵב שֹׁמֵעַ cor intelligens 1 Reg. III, 9. Sed אִישׁ שׁוֹמֵעַ Prov. XXI, 28 est: *vir qui* (rem testimonio firmandam) re vera *audivit*, testis fidus, opp. testi mendaci.

Niph. 1) *auditus est* Gen. XLV, 16. Ex. XXIII. 13. 1 Sam. I, 13. Jes. XV, 4. Jer. VIII, 16. IX, 18. XXXI, 15. L, 46. Ez. X, 5, sq. לְ (*ab* aliq.) Neh. VI, 1. 7. *Audiri* autem dicitur etiam pro *respici*, *curari* Eccl. IX, 16, *exaudiri* Dan. X, 12 cf. 2 Par. XXX, 27. — 2) *obedientem se praestitit*, *obedivit*, sq. לְ pers. Ps. XVIII, 45. (Chald. אִשְׁתְּמַע et syr. ܐܫܬܡܥ id. Philipp. II, 8 Pesch. Ephr. II, 245. D, ܡܫܬܡܥܢܐ obediens, cf. Bernst. lex. Chrestom. syr. s. v.) — 3) *intellectus est* Psalm. XIX, 4. Cf. Kal. no. 2.

Pi. fecit ut audiret i. e. *vocavit* i. q. Hiph. no. 3, sq. accus. pers. et לְ rei, ad quam quis vocatur. 1 Sam. XXIII, 8: וַיְשַׁמַּע שָׁאוּל אֶת־כָּל־הָעָם לַמִּלְחָמָה *et Saulus vocavit universum populum ad bellum*. XV, 4.

Hiph. 1) *fecit ut audiretur* aliquid (hören lassen) c. acc. rei, v. c. emisit vocem suam Jos. VI, 10. Iud. XVIII. 25. Cant. II, 14. Jes. XXX, 30. XLII, 2. Ps. LXVI, 8, sustulit clamorem Jer. XLVIII, 4, sq. dupl. acc. pers. et rei: fecit ut aliquis audiret aliquid Deut. IV, 10. 36. 1 Sam. IX, 27. 2 Reg. VII, 6. Ps. CXLIII, 8. Jer. XVIII, 2, sq. אֶל pers. et acc. rei Ez. XXXVI, 15.

Omisso קוֹל absol. *vocem*, *clamorem edidit*, inde addito בְּקוֹל Ps. XXVI, 7. Ez. XXVII, 30 (cf. נָתַן בְּקוֹל), spec. *cecinit* et voce Neh. XII, 42: וַיַּשְׁמִיעוּ הַמְשֹׁרְרִים *et canebant cantores*, et instrumentis 1 Par. XV, 28: מַשְׁמִעִים בִּנְבָלִים וְכִנֹּרוֹת *modos facientes* s. concentum edentes *nabliis et citharis*. XVI, 5 (בַּמְצִלְתַּיִם *cymbalis*, cf. XVI, 42 et צִלְצְלֵי שָׁמַע Ps. CL, 5), max. alta, acuta voce ibid. XV, 19. cf. rad. נָצַח Pi. p. 905. Arab. مُسْمِعَة cantrix, سَمَاع musica max. Derwischorum choreis adhibita Hâgi Khalîfa lex. bibliogr. ed. Flügel. T. III. p. 15. 49. 616 et saepe.

2) *nuntiavit* aliquid, sq. accus. rei Jes. XLV, 21. LII, 7. Nah. II, 1, sq. accus. pers. Jes. XLIV, 8. XLVIII, 5, sq. dupl. acc. pers. et rei Jes. XLIII, 9. XLVIII, 6. Cf. Am. III, 9. IV, 5.

3) *vocavit*, *evocavit* i. q. Pi. 1 Reg. XV, 22. Jer. L, 29. LI, 27.

שְׁמַע chald. *audivit*, c. acc. rei Dan. III, 5, sq. עַל de aliq. Dan. V, 14. 16.

Ithpa. obedientem se praebuit Dan. VII, 27. (In Targg. Ithpe. frequentatur hac significatione, cf. hebr. Niph. no. 2).

שָׁמָע (audiens, obediens) n. pr. m. 1 Par. XI, 44.

שֵׁמַע m. c. Suff. שִׁמְעִי 1) *auditus* Iob. XLII, 5: לְשֵׁמַע אֹזֶן שְׁמַעְתִּיךָ *auditu auris audiveram de te* (oppos.: nunc vero oculis te conspexi). Ps. XVIII, 45: לְשֵׁמַע אֹזֶן יִשָּׁמְעוּ לִי *mandato meo vix audito obsequium praestant*, nutui meo parent. — 2) *rumor*, *fama*. Jes. XXIII, 5: כַּאֲשֶׁר שֵׁמַע לְמִצְרָיִם *quando rumor* (ille de Tyro expugnata) pervenit *Aegyptum*. Hos. VII, 12: כְּשֵׁמַע לַעֲדָתָם *ut rumor* pervenit *ad coetum eorum*. שֵׁמַע שָׁוְא rumor falsus, fictus Ex. XXIII, 1. Sq. genit. eius, de quo rumor perfertur, שֵׁמַע שְׁלֹמֹה fama Salomonis 1 Reg. X, 1, שֵׁמַע צֹר rumor de Tyro (expugnata) Jes. XXIII, 5, שֵׁמַע יַעֲקֹב rumor (de adventu) Jacobi Gen. XXIX, 13. Num. XIV, 15: שָׁמְעוּ אֶת־שִׁמְעֲךָ *perceperunt famam tuam*, Deut. II, 25. Jes. LXVI, 19. Hab. III, 2. Nah. III, 19. Iob. XXVIII, 22. Jer. XXXVII, 5. L, 43.

שֶׁמַע m. in pausa שָׁמַע 1) *cantus*, *musica* (cf. verbum in Hiph.) Ps. CL, 5: צִלְצְלֵי שָׁמַע *cymbala canora*.

2) n. pr. m. a) 1 Par. II, 43. 44. b) V, 8. c) Neh. VIII, 4. d) 1 Par. VIII, 13.

שְׁמַע n. pr. oppidi in meridionali parte tribus Judae. Jos. XV, 26.

שֹׁמַע m. c. Suff. שָׁמְעוֹ *rumor*, *fama*. Jos. VI, 27. IX, 9. Jer. VI, 24. Esth. IX, 4.

שַׁמּוּעַ (famosus) n. pr. filii Davidis 2 Sam. V, 14. 1 Par. XIV, 4, qui et שִׁמְעָא 1 Par. III, 5.

שִׁמְעָא (rumor) n. pr. m. 1) filii Isai, fratris Davidis 1 Par. II, 13, pro quo et שִׁמְעָה scribitur 2 Sam. XIII, 3. 32, et vero etiam שַׁמָּה 1 Sam. XVI, 9. XVII, 13. — 2) filii Davidis 1 Par. III, 5, pro quo שַׁמּוּעַ legitur 2 Sam. V, 14 et 1 Par. XIV, 4. — 3) viri Levitae 1 Par. VI, 15. — 4) ib. vs. 24.

שִׁמְעָה (id.) n. pr. m. i. q. שִׁמְעָא no. 1, q. v. Patron. est שִׁמְעָתִי 1 Par. II, 55.

שְׁמָעָה et quidem praevio art. **הַשְּׁמָעָה** n. pr. m. 1 Par. XII, 3.

שִׁמְעָת (rumor) n. pr. fem. 2 Reg. XII, 22. 2 Par. XXIV, 26.

שְׁמוּעָה et **שְׁמֻעָה** f. pr. id quod auditur, inde 1) *rumor* 2 Par. IX, 6. 2) *nuncius* 1 Sam. IV, 19, sive laetus שׁ׳ טוֹבָה Prov. XV, 30. XXV, 25, sive tristis שׁ׳ רָעָה Jer. XLIX, 23. Ps. CXII, 7 cf. Jer. X, 22, max. nuncius a Deo missus per prophetas Jes. LIII, 1. Jer. XLIX, 14; hinc 3) i. q. *institutio*, *doctrina* Jes. XXVIII, 9.

שִׁמְעִי (famosus) n. pr. m. 1) filii Gersonis Levitae Ex. VI, 17. Num. III, 18. 1 Par. VI, 2. — 2) viri e familia Sauli regis, a Davide benigne tractati, a Salomone occisi 2 Sam. XVI, 5 sqq. 1 Reg. II, 8. 36 sqq. — 3) 1 Reg. I, 8. IV, 18. — 4) Esth. II, 5, et plurium aliorum hominum ignobilium. — Patron. (ad n. 1 pertinens) שִׁמְעִי (pro שִׁמְעִיִּי) Num. III, 21.

שִׁמְעוֹן (exauditio) n. pr. *Simeon* (LXX. Συμεών, in ll. apocryphis et in N. T. etiam Σίμων), quod gessit 1) filius Jacobi patriarchae ex Lea susceptus (Gen. XXIX, 33. XXXV, 23. XLIX, 7), auctor stirpis cognominis (Gen. XLVI, 10. Ex. VI, 15. Num. I, 23. XXVI, 14. Iud. I, 3. 17. 1 Par. IV, 41 sqq. Ez. XLVIII, 24), cuius urbes in territorio Judae sitae recensentur Jos. XIX, 1 —9. — 2) filius Charimi Esr. X, 31. — Idem nomen comparet in numis Simonis, principis Maccabaei, fere hoc modo scriptum [Samaritan script]. — Patron. a no. 1 est שִׁמְעֹנִי Num. XXV, 14. Jos. XXI, 4.

שְׁמַעְיָה et **שְׁמַעְיָהוּ** (quem Jehova exaudivit) n. pr. 1) prophetae, qui tempore Rehabeami vixit, 1 Reg. XII, 22. 2 Par. XI, 2. XII, 5. 7. 15. — 2) alius prophetae tempore Jeremiae Jer. XXIX, 31. 32. — 3) multorum aliorum hominum ignobilium, v. locos Jer. XXVI, 20. XXXVI, 12. 1 Par. III, 22. IV, 37. V, 4. IX, 14. 16. XV, 8. 11. XXIII, 6. XXVI, 4. 2 Par. XVII, 8. XXIX, 14. XXXI, 15. XXXV, 9. Esr. VIII, 13. 16. X, 21. 31. Neh. III, 29. VI, 10. X, 9. XI, 15. XII, 6. 18.

אֶשְׁתְּמוֹעַ (obedientia, cf. rad. chald. Ithpa., forma fere similis nomini act. arabico conj. VIII استماع), semel **אֶשְׁתְּמֹה** Jos. XV, 50 (omissa in fine littera ע) 1) n. pr. urbis in montanis Judae Jos. XV, 50 cf. vs. 48. 1 Sam. XXX, 28, Levitis traditae Jos. XXI, 14. 1 Par. XI, 42. Eusebii tempore vicus maximus erat in australi parte regionis Eleutheropolitanae, ut legitur in eius Onomastico s. v. Ἐσθεμά. Ed. Robinson (Palaest. ed. germ. T. II. p. 422. T. III. p. 191) nomen et situm urbis

agnovit in ruinis prope vicum hodiernum *es-Semû'a* السموع, verissime, ut arbitror.

2) n. pr. viri e posteris Judae, filii Jacobi patriarchae 1 Par. IV, 19 cf. vs. 17.

הַשְׁמָעוּת f. ἅπ. λεγ. nomen verbale Hiph., simile infinitivo chaldaeo Ez. XXIV, 26: לְהַשְׁמָעוּת אָזְנַיִם *ad auditionem aurium* i. e. ut audiant aures.

יִשְׁמָעֵאל (quem Deus exaudit v. Gen. XVI, 11,) *Ismaël* n. pr., quod gesserunt viri complures: 1) filius Abrahami ex Hagara pellice aegyptia, plurium Arabiae septentrionalis gentium auctor. Gen. XVI, 1—16. cf. XXI, 9—21. XVII, 18. 20. 23. 25. 26. XXV, 9. 12—18. LXX. Ἰσμαήλ, arab. اسماعيل. "Arabum de Ismaële commenta ex biblicis narrationibus nexa vid. apud Pocock. spec. hist. Arabum p. 46 ed. 2, Hottinger. hist. orient. p. 210, Herbelot. biblioth. orient. s. v., Caussin de Perceval essai sur l'histoire des Arabes Tom. I. p. 164 sqq. — Inde patron. יִשְׁמְעֵאלִי (1 Par. II, 17. XXVIII, 30 Plur. יִשְׁמְעֵאלִים ,,*Ismaëlitae,* (ait Gesenius in scheda relicta), Arabes ab Ismaële oriundi, mercaturam cum Aegypto exercentes (Gen. XXXVII, 25. 27. XXXIX, 1. 28), ab oriente Hebraeorum nomadum more oberrantes, ita quidem, ut fines eorum ab Aegypto ad sinum usque persicum Assyriamque patuisse dicantur, his verbis Gen. XXV, 18: *et habitabant ab Havila usque ad Schur, ab oriente Aegypti, et usque ad Assyriam.* Cf. sub חֲוִילָה. In Israëlis filiis praeter alios recensentur Nebajoth, Kedar, Thema (ibid. vers. 13. 14. 15), unde recte colligimus, Nabathaeos, Kedarenos, Themaïtas Ismaëlitis annumeratos esse. Ac Midianitas quoque in hunc censum venisse apparet e Iud. VIII, 22 coll. 24, vid. etiam Gen. XXXVII, 28. 36 coll. 25. 27. Magis mirum, eosdem, quos Midianitis, alibi Amalecitis tribui terminos 1 Sam. XXV, 7: *Saulus fudit Amalecitas ab Havila usque ad Sur, quae ante Aegyptum est* (coll. XXVII, 8), unde apparet, loquendi usum in his nomadum tribubus designandis aliquando fluctuasse. Secundum Arabum traditiones ab Ismaële eiusque uxore Gorhemitica originem ducunt Arabes quos vocant facti s. insititii عرب مستعربة. Vid. Hotting. hist. orient. p. 210. Pococke spec. hist. Arabum p. 46. Caeterum rarior huius nominis, quod postmodum *Arabum* (עֲרָבִים) appellationi cessisse videtur, apud Hebraeos est mentio."

2) Ismaël, Gedaljae interfector 2 Reg. XXV, 23. 25. Jer. XL, 8. 14. 15. 16. XLI, 1. 2. 3. 6—18. — 3) alii 1 Par. VIII, 38. 2 Par. XXIII, 1. Esr. X, 22.

יִשְׁמַעְיָה (quem Jehova exaudit) n. pr. unius ex heroibus Davidis 1 Par. XII, 4. — Alius est **יִשְׁמַעְיָהוּ** 1 Par. XXVII, 19.

מִשְׁמָע m. 1) *auditio, id quod auditur.* Jes. XI, 3: לֹא לְמִשְׁמַע אָזְנָיו יוֹכִיחַ *non iudicat secundum id quod auribus percipit.*

2) n. pr. a) unius ex posteris Ismaëlis i. e. gentis cuiusdam arabicae Gen. XXV, 14. b) viri Simeonitae 1 Par. IV, 25.

מִשְׁמַעַת f. *obedientia,* pro concr. *obedientes* Jes. XI, 14: בְּנֵי עַמּוֹן מִשְׁמַעְתָּם *Ammonitae obedientes* (subiecti) erunt *ipsis* (Israëlitis). Haec significatio vocis certa est, eadem vero ceteris locis, in quibus legitur (1 Sam. XXII, 14. 2 Sam. XXIII, 23. 1 Par. XI, 25), vix convenit. Itaque Gesenius statuit alteram significationem, quam his locis adhiberet: ,,*admissio, aditus ad principem*, nostr. *Audienz*, ital. *udienza*," et verba Abimelechi ad Saulum facta de Davide 1 Sam. XXII, 14: סָר אֶל־מִשְׁמַעְתֶּךָ vertit: ,,qui interioris apud te admissionis est" (de Wette: Zutritt habend zu deinem geheimen Gehör), cf. rad. סוּר no. 2. p. 944, verba autem 2 Sam. XXIII, 23 et 1 Par. XI, 25: וַיְשִׂמֵהוּ דָוִד אֶל [1 Par. עַל] מִשְׁמַעְתּוֹ sic intellexit: *et constituit eum* (Benajam) *Davides ad interiorem admissionem* (de Wette: und David that ihn zu seinem geheimen Gehör). Alii aliter hos locos exponunt, velut Maurerus 1 Sam. XXII, 14: ,,qui (a ceteris aulicis) recedit, ut tibi auscultet", Ewaldus (hist. pop. Israël. II. p. 530) pro סָר scribi iubet שַׂר i. q. שַׂר (LXX ἄρχων, Targ. רַב), אֶל dictum putat pro עַל (quod ipsum est in Targ.) et מִשְׁמַעַת obedientes esse satellites s. corporis custodes, Thenius autem locum sic corrigit: שַׂר עַל־מִשְׁמַרְתֶּךָ qui *princeps* constitutus est *super corporis tui custodiam* (,,Oberster deiner Leibwache", vid. מִשְׁמֶרֶת no. 1, b), coll. Joseph. qui habet: καὶ χιλίαρχον, similique ratione in altero loco 2 Sam. XXIII (1 Par. XI) vult: עַל־מִשְׁמַרְתּוֹ eodem sensu, ubi Josephus: Βαναίᾳ τὴν τῶν σωματοφυλάκων ἀρχὴν παραδίδωσιν, coll. 2 Sam. VIII, 18 et XX, 23.

שָׁמַץ rad. inusit., i. q. arab. شمص *feriit, trusit, cum impetu propulit,* cf. שָׁמַט, deinde intrans. *festinavit* (a propellendo), arab. شماص festinatio, شماص evasio alicuius, si quis eum fugientem vult comprehendere i. q. تفلت وانملاص Kam., max. *festinavit in loquendo, festinanter locutus fuit, susurravit*, ut arab. شمص (Kam.: الشمص تسرع الانسان بكلام), quod ad irrisionem quoque et gaudium ex alienis malis captum videtur transferri, v. שִׁמְצָה.

שֶׁמֶץ vel שֵׁמֶץ (quod extat Iob. XXVI, 14 in pluribus edd., Kimchi in lex. s. v.: שֵׁמֶץ בחמש נקודות) m. *sonus raptim prolatus, sonus festinans et fugax furtivusve et clandestinus, susurrus* (ein leises Flüstern). Bis legitur in libro Iob. IV, 12: *ad me verbum* (Dei) *clam delatum est,* וַתִּקַּח אָזְנִי שֵׁמֶץ מֶנְהוּ *et percepit auris mea susurrum ex eo.* Symm.: καὶ ἐδέξατο τὸ οὖς μου ψιθυρισμὸν παρ' αὐτοῦ. Hieron.: et quasi furtive suscepit auris mea venas susurri eius. XXVI, 14: *en haec sunt extremae lineae viarum eius* (i. e. operum Dei).

וּמַה־שֶּׁמֶץ דָּבָר נִשְׁמַע בּוֹ *et quid est* (quam tenuis est) *susurrus verbi, quod nos de eo audimus?* sequuntur haec: וְרַעַם גְּבוּרֹתָיו מִי יִתְבּוֹנָן *at tonitru facinorum eius* (i. e. plenum nuntium eorum) *quis intelliget?* (ut tonitru oppositum sit susurro). Symm.: τί δὲ ψιθύρισμα τῶν λόγων αὐτοῦ ἀκούσομεν. Ita fere Castellus in lex. heptagl.: „de sermone dicitur raptim prolato, ex usu arabico," post eumque Gesen., Ewald., alii. Cocceius שֶׁמֶץ famam, rumorem interpretabatur coll. שֵׁמַע, sed שֶׁמֶץ a שֵׁמַע deducere praeposterum est. Vetus Judaeorum interpretatio est *particula, pauxillum,* quemadmodum Talmudici hoc vocabulo utuntur, v. Buxtorfi lex. talmud. s. v. Saad. ms. Iob. IV, 12: فَقَبِلَ سَمْعِي مِنْهُ قَبْسًا i. e. *et percepit auris mea aliquid mutuo sumtum ex eo.* Abulwalid. ms.: بَعْض شي مِنْهُ i. e. *aliquid ex eo.* Dav. Kimchi in lex.: קצת דבר ממנו ואמרו כי לשון שמץ הוא מעט המעט עד שלא יוכל אדם לשערו. Sic Syrus quoque interpres: ܐܝܟ ܐܠܨܐ ܡܢܗ.

שִׁמְצָה f. ἅπ. λεγ. pr. *insusurratio,* eaque invidiosa ac maligna, hinc *gaudium ex alienis malis captum* (Schadenfreude), vel *irrisio, ludibrium, ludificatio per sibilum.* Ex. XXXII, 25: Aharon eo, quod vituli aurei cultum Israëlitis concesserat, hos ad effrenatam licentiam admiserat לְשִׁמְצָה בְּקָמֵיהֶם *ut gaudio et ludibrio essent hostibus suis.* Ita LXX: ἐπίχαρμα τοῖς ὑπεναντίοις αὐτῶν, et Theodot.: ἐπίχαρμα τοῖς ἀνθεστηκόσιν αὐτῶν, it. Alb. Schultens. Clav. dialector. p. 291 (absurda dat in Animadvv. philol. et in commentar. ad Iob. IV, 12), Rosenm. scholl. ed. 3., Ewald. ad Iob. IV, 12. Et Schultensius quidem putat e שֶׁמֶץ provenisse arab. شَمَعَ lusit, risit, iocatus est, II sq. ب pers. ludibrio exposuit aliquem, risui habuit, ut خلع ex חָלַץ et alia plura, Ewaldus l. c. apposite affert arab. شَمِتَ sq. ب gavisus est ob alterius malum. Judaei intpp. fere omnes infamiam vel ignominiam exponunt, quasi vero שִׁמְצָה contractum sit ex שֵׁם צָאָה, ut Hieron. quoque reddit: *propter ignominiam sordis.* Onk.: לְסָאֲבוּתְהוֹן שׁוּם בִּישׁ i. e. contaminando eos nomine malo, similemque in modum Pseudojon., Saad., Ibn Esra, Arabs Erpen., nec non Syr. interpres. Symm. εἰς κακωνυμίαν. Graec. alius: εἰς ὄνομα ῥύπου. Gr. Venet. εἰς δυσφημίαν. Ad notionem feriendi caedendique confugiunt et de strage accipiunt, quae proximis versibus commemoratur, Dathius, Gesenius, Maurer, coll. שָׁמַם.

שָׁמַר fut. יִשְׁמֹר c. Suff. יִשְׁמְרֵנִי, semel ante pausam תִּשְׁמוּרֵם Prov. XIV, 3 1) pr. i. q. סָמַר, שָׁמַר *riguit, horruit* (germ. starren), unde שָׁמִיר spinae, ut horridae (cf. arab. سَمُر spina aegyptiaca, arbor spinosa, מַסְמֵר clavis, pr. aculeus), itemque adamas, a rigore i. e. duritie, ut silicem rigidum dixit Ovid. met X, 242. — Tum trans. rigentibus i. e. rectis et attentis oculis intuitus est, germ. starren, anstarren. Inde mea quidem sententia ducitur arab. سَمَرَ noctem confabulando transegit somno non indulgens, pr. vigilavit, it. ferro candente occaecavit oculum, pr. rigentem fecit. Inde etiam hebr. שָׁמַר est

2) *custodivit, vigilavit, vigil fuit* (cf. synonyma נָצַר, נָטַר, quae pariter intuitum, dein custodiam designant)

a) *custodivit* angustiore sensu, velut custodivit hortum Gen. II, 15. III, 21, gregem XXX, 31 (ellipt. Hos. XII, 13), urbem 2 Reg. IX, 14. domum Eccl. XII, 3 (allegorice dictum, v. intpp. ad h. l.), portam 1 Reg. XIV, 27. Neh. XIII, 22. — Part. שֹׁמֵר subst. *custos, vigil* Gen. IV, 9. Cant. III, 3. Jer. XXXV, 4. Ps. CXXVII, 1. Esth. II, 21. VI, 2, custos pecoris i. e. pastor 1 Sam. XVII, 20. שֹׁמֵר שָׂדַי custos frugum (Feldhüter) Jer. IV, 17. שׁ' הַנָּשִׁים custos gynaecei Esth. II, 3. 8. 14. 15. שׁ' הַכֵּלִים excubitor custodiendis impedimentis 1 Sam. XVII, 22. שׁ' הַבְּגָדִים custos vestiarii 2 Reg. XXII, 14. שֹׁמְרֵי הַסַּף (sacerdotes) custodientes limen templi 2 Reg. XII, 10. XXII, 4. XXIII, 4. 2 Par. XXXIV, 9. Trop. custodes שֹׁמְרִים vocantur prophetae Jes. XXI, 11. LXII, 6 cf. צֹפִים s. rad. צָפָה pag. 1179. שֹׁמְרֵי צַלְעִי custodientes latus meum i. e. familiares mei Jer. XX, 10 (v. צֶלַע).

b) *custodivit* sensu latiore: *tuitus est, servavit, integrum servavit, tutum praestavit* (hüten, behüten, schützen, wahren), sq. acc. pers. vel rei 1 Sam. XXV, 21. XXX, 23. 1 Reg. XX, 39. Prov. XIII, 3. XIX, 16, XXI, 23: שֹׁמֵר פִּיו וּלְשׁוֹנוֹ שֹׁמֵר מִצָּרוֹת נַפְשׁוֹ *qui custodit os suum linguamque, animam suam servat* s. tutam praestat *ab aerumnis.* Deut. XXIII, 24: מוֹצָא שְׂפָתֶיךָ תִּשְׁמֹר verba *e labiis tuis exeuntia custodias,* sq. עַל pers. Prov. VI, 22, saepe de Deo, qui homines tuetur ac servat, sq. acc. Gen. XXVIII, 15. 20. Ex. XXIII, 20. Jer. XXXI, 10. Ps. XII, 8. XVI, 1. XVII, 8. XXV, 20. XXXIII, 37. XXXIV, 21. LXXXVI, 2. XCVII, 10. CXXI, 3. 4. 5. CXLV, 20. Iob. XXIX, 2. II, 6: אַךְ אֶת־נַפְשׁוֹ שְׁמֹר *modo serva vitam eius* i. e. parce vitae. Ps. CXXI, 7, sq. מִן defendit, integrum vel tutum servavit ab aliqua re Prov. III, 26. XXI, 23 (v. supra). Ps. CXXI, 7. CXL, 5. CXLI, 9. Jes. LVI, 2.

c) שֹׁמֵר נַפְשׁוֹ qui animam suam servat i. e. cautus Prov. XVI, 17. XXII, 5. שְׁמֹר נַפְשְׁךָ cave, sq. פֶּן Deut. IV, 9. Hinc ellipt. שָׁמַר (omisso נַפְשׁוֹ) *cavit, abstinuit se* ab aliqua re, sq. מִן Jos. VI, 18: שִׁמְרוּ מִן־הַחֵרֶם *abstinete a prohibito.* Cf. Niph. no. 2 et 3.

3) *servavit, reservavit, asservavit* (aufbewahren), velut fruges Gen. XLI, 35, cibum 1 Sam. IX, 24, opes Eccl. V, 12. III, 6 (opp. הִשְׁלִיךְ). Ex. XXII, 6. Esr. VIII, 29; it. *conservavit* (bewahren), v. c. fidem Jes. XXVI, 1, prudentiam Prov. XIX, 8, benignitatem 1 Reg. III, 6. Neh. IX, 30. Dan. IX, 4, iram (cf. φυλάττειν χόλον) Am. I, 11: עֶבְרָתוֹ שְׁמָרָה נֶצַח *iram suam* (quod

attinet), *servat eam perpetuo* (ubi שָׁמָרָה ante pausam est pro שְׁמָרָה, ut קָפָדָה בָא Ez. VII, 25 pro קְפָדָה בָא), et ellipt. Jer. III, 5: אִם יִשְׁמֹר לָנֶצַח *an perpetuo servabit?* sc. iram. Ps. XXXIX, 2: אֶשְׁמְרָה לְפִי מַחְסוֹם *servabo ori meo capistrum* i. e. in tempore silentium tenebo. Spec. custodivit aliquid mente atque memoria servavit (*φυλάττεσθαί τι*), sq. acc. rei Gen. XXXVII, 11: וְאָבִיו שָׁמַר אֶת־הַדָּבָר *et pater eius eam rem memoriâ retinuit*, impr. verba alicuius Prov. IV, 21. VII, 1. XXII, 18, peccata Ps. CXXX, 3. Praeterea v. שֶׁמֶר.

4) *observavit, attendit* ad aliquid, sq. acc. rei, velut admonitionem Prov. XIII, 18. XV, 5. Jer. VIII, 7 de avibus migrantibus: שָׁמְרוּ אֶת־עֵת בֹּאָנָה *observant tempus quo iis redeundum est.* 1 Sam. I, 12. Iob. XXXIX, 1. Eccl. XI, 4. Ps. CVII, 43. XXXIX, 2: אֶשְׁמְרָה דְרָכַי מֵחֲטוֹא בִלְשׁוֹנִי *attendam ad vias meas, ut ne peccem linguâ meâ.* Mich. VII, 5: שְׁמֹר פִּתְחֵי פִיךָ *custodi* (attende ad) ea *quae loqueris*. Prov. II, 20: וְאָרְחוֹת צַדִּיקִים תִּשְׁמֹר *ut vias proborum observes* i. e. teneas et sequare. Cf. נָצַר I, 1, b. (Contra alio sensu hoc dictum est Ps. XVII, 4: שָׁמַרְתִּי אָרְחוֹת פָּרִיץ *observavi vias violenti* i. e. cavi ab iis, ut eas devitarem). Jes. XLII, 20: רָאִית רַבּוֹת וְלֹא תִשְׁמֹר *vides quidem multa, sed non attendis* ad ea; it. שָׁמַר מִשְׁמֶרֶת attendit ad munus, coluit munus, v. infra sub מִשְׁמֶרֶת, unde Num. III, 10: וְשָׁמְרוּ אֶת־כְּהֻנָּתָם *et fungantur sacerdotio suo*, XVIII, 7; etiam sq. עַל rei in loco difficili Iob. XIV, 16: לֹא תִשְׁמֹר עַל־חַטָּאתִי an vero *non attendis ad peccata mea?* (sic enim statuo, rogationem inesse his verbis, quae ab aliis aliter expediuntur). Porro est: *attendit* ad aliquem, eum *intuitus est, spectavit* et *observavit*, et fere *custodivit*, sq. אֶל pers. Ps. LIX, 10. 1 Sam. XXVI, 15: לָמָּה לֹא שָׁמַרְתָּ אֶל־אֲדֹנֶיךָ הַמֶּלֶךְ *cur non attendisti ad regem dominum tuum* i. e. cur non habuisti eius curam?, sq. עַל ibid. comm. 16, sq. בְּ pers. 2 Sam. XVIII, 12: שִׁמְרוּ־מִי בַּנַּעַר בְּאַבְשָׁלוֹם *attendite quisque* vestrum *ad puerum Absalom* i. e. eius curam habete. — Passim in malam partem: *speculari* aliquem vel aliquid (belauern, ut gr. *φυλάττειν τινά* Odyss. IV, 670), *insidiari*, sq. acc. 1 Sam. XIX, 11. Iob. X, 14: וּשְׁמַרְתָּנִי *et tu me speculabare*, XIII, 27. XXXIII, 11. Ps. LVI, 7: הֵמָּה עֲקֵבַי יִשְׁמֹרוּ *illi calcibus meis insidiantur*, vestigiis meis instant, LXXI, 10. Iob. XXIV, 15: עֵין נֹאֵף שָׁמְרָה נֶשֶׁף *oculus adulteri speculatur crepusculum* i. e. aucupatur tempus crepusculi (er lauert auf die Dämmerung). — שָׁמַר עִיר observavit i. e. *obsedit* urbem 2 Sam. XI, 16 cf. נָצַר I, 1, b, *a*.

5) *servavit, observavit*, ut foedus servavit et homo Gen. XVII, 9. 10. Exod. XIX, 5. Deut. XXIX, 8. Ps. LXXVIII, 10. CXXXII, 2, et Deus Deut. VII, 9. 12. 1 Reg. VIII, 23. Neh. I, 5. IX, 32. Dan. IX, 4, promissum servavit 1 Reg. III, 6. VIII, 24. 25, observavit dies festos, sabbatum Ex. XII, 1. XXIII, 15. XXXI, 14. Lev. XIX, 30. XXVI, 2. Deut. V, 12. XVI, 1. Jes. LVI, 2. 4. 6, inprimis Dei mandata, praecepta, iura, verba, legem (מִצְוֹת, חֻקּוֹת, מִשְׁפָּטִים, דִּבְרֵי vel אִמְרֵי, תּוֹרַת יְיָ) Gen. XVIII, 19. Exod. XV, 26. XX, 6. Lev. XVIII, 4. 5. 26. XIX, 37. XX, 8. 22. XXV, 18. XXVI, 3. Am. II, 4. Jer. XVI, 11. Ez. XVIII, 9. 19. 21. Mal. II, 9. Iud. II, 22. 1 Sam. XIII, 13. 14. XXVII, 1. 2 Sam. XXII, 22. 1 Reg. II, 3. 43. VI, 12. IX, 4. XIII, 21. Iob. XXIII, 11. Ps. LXXVIII, 56. XCIX, 7. CXIX, 67. 136. 158. CXXXII, 2. Neh. I, 5. 7. 9. Deut. IV, 40. VII, 11. VIII, 6. XXIX, 8. XXXIII, 9. Eccl. VIII, 2: פִּי מֶלֶךְ שְׁמֹר *mandatum regis observa* (alio sensu dictum est Mich. VII, 5: שְׁמֹר פִּתְחֵי פִיךָ, v. supra no. 4). Cf. *ὅρκια φυλάττειν, ἔπος φυλάττειν.* Nonnunquam iunctum est alteri verbo finito שָׁמַר וְעָשָׂה Deut. IV, 6. VII, 12. XVI, 12. XXVI, 16. 2 Par. XIX, 7, saepius addito gerundio שָׁמַר לַעֲשׂוֹת observavit i. e. *operam dedit* ut faceret, *studuit* facere aliquid (Dei mandata) Num. XXIII, 12: *quod Deus mihi mandavit*, אֹתוֹ אֶשְׁמֹר לְדַבֵּר *id ipsum eloqui studeo.* Deut. VI, 25: נִשְׁמֹר לַעֲשׂוֹת אֶת־כָּל־הַמִּצְוָה הַזֹּאת *operam dabimus ut omne hoc mandatum exsequamur*, V, 1. 29. VI, 3. 25. XI, 32. XII, 1. XIII, 1. XV, 5. XVII, 10. XXIV, 8. XXVIII, 1. 15. 58. XXXI, 12. XXXII, 46. Jos. I, 7. 8. XXII, 5. 1 Par. XXII, 13. 2 Reg. X, 31: וְיֵהוּא לֹא שָׁמַר לָלֶכֶת בְּתוֹרַת יְהוָה *et Jehu non dedit operam ut viveret secundum legem Dei*, XVII, 37. XXI, 8.

6) *observavit, respexit* aliquem i. e. *coluit, veneratus est*, ut Deum Hos. IV, 10: כִּי אֶת־יְהוָה עָזְבוּ לִשְׁמֹר *nam Deum desierunt venerari*, it. idola Ps. XXXI, 7, dominum Prov. XXVII, 18. Cf. Virg. Georg. IV, 212: observant regem non sic Aegyptus rel.

Niph. נִשְׁמַר imper. ubique Mil'el הִשָּׁמֶר (praeter unum locum Jes. VII, 4, ubi legitur הִשָּׁמֵר, v. infra) 1) pass. Kal no. 1 *custoditus, servatus est* Ps. XXXVII, 28. 2 Reg. VI, 10. Hos. XII, 14. — 2) *abstinuit se* ab aliqua re (cf. Kal no. 2, c) sq. מִן rei Deut. XXIII, 10. Iud. XIII, 13. 1 Sam. XXI, 5. — 3) *cavit sibi* ab aliquo vel aliqua re, sq. מִן pers. vel rei Gen. XXXI, 29. Jer. IX, 3: אִישׁ מֵרֵעֵהוּ הִשָּׁמֵרוּ *cavete vobis ab altero quisque*, sq. מִפָּנָיו Ex. XXIII, 21, בְּ 2 Sam. XX, 10, sq. inf. Ex. XIX, 12: הִשָּׁמְרוּ לָכֶם עֲלוֹת בָּהָר *cavete vobis ascendere montem* i. e. ne ascendatis, it. פֶּן (ne) sequente integra sententia Gen. XXIV, 6. XXXI, 24. Exod. XXXIV, 12. Deut. IV, 15. 16. 23. VI, 12. VIII, 11. XI, 16. XII, 13. 19. 30. XV, 9. (Imperativo in his locis saepe adiectum est pronomen pleonasticum seu dativus commodi, qui dicitur, in hunc modum הִשָּׁמֶר לְךָ, הִשָּׁמְרוּ לָכֶם.) Passim, quo gravius sit interdictum, cavendi verbo additur formula לְנַפְשְׁךָ (in vitae tuae commodum) vel בְּנַפְשְׁךָ (per vitam tuam, germ. bei Leib und Leben, cf. locutionem: bei Leibe nicht), quae minime pendet e verbo נִשְׁמַר. Deut. IV, 15—16: וְנִשְׁמַרְתֶּם מְאֹד לְנַפְשֹׁתֵיכֶם . . . פֶּן תַּשְׁחִתוּן וגו׳ *et cavete diligenter, modo vitam vestram amatis, ne perverse agatis* cet. Jos. XXIII, 11. Jer. XVII, 21: הִשָּׁמְרוּ בְּנַפְשׁוֹתֵיכֶם וְאַל תִּשְׂאוּ וגו׳ *cavete per vitam vestram neque ferte* cet., itemque addito בְּרוּחֲכֶם Mal. II, 15. 16. Semel sq. gerundio: *curavit* aliquid, *operam dedit* alicui rei faciendae (cf. Kal no. 5) Deut. XXIV, 8: הִשָּׁמֵר . . . לִשְׁמֹר מְאֹד וְלַעֲשׂוֹת *diligenter cura . . . ut bene observes et facias* cet. Itemque

sq. altero imperativo Jes. VII, 4: הִשָּׁמֵר וְהַשְׁקֵט *da operam ut tranquillo sis animo* (ubi Judaei intpp.: sis quietus et tranquillus, quiescendi notionem assumentes e locutione שָׁקַט עַל־שְׁמָרָיו, de qua v. s. שֶׁמֶר, idque ea de causa, quia imp. הִשָּׁמֵר hoc uno loco est Milra, alibi semper Mil'el הִשָּׁמֶר).

Pi. i. q. Kal. no. 6 *coluit* (idola) Jon. II, 9.

Hithpa. הִשְׁתַּמֵּר 1) i. q. Kal no. 5, pr. *observavit sibi* Mich. VI, 16. — 2) *cavit sibi*, sq. מִן Psalm. XVIII, 24.

שֶׁמֶר tantum plur. **שְׁמָרִים** m. *sedimenta*, *faeces* vini, dictae a reservando (v. rad. no. 3), utpote eae liquoris partes spissiores, viscidae et sordidae, quae post fermentationem subsidunt et in fundo servantur et quiescunt (cf. germ. Satz, Bodensatz, ital. posatura, hispan. poso, a ponendo. Rabb. מְשַׁמֶּרֶת saccus colatorius, per quem vinum turbidum et faecatum colatur Mischn. tr. Schabb. c. 20 init. Pirke Aboth c. 5. Huc etiam pertinere et hactenus cum hebr. שֶׁמֶר cohaerere videtur aeth. ሠመረ: acquievit in aliqua re, gratum acceptumque habuit, germ. geruhen). Ps. LXXV, 9. Jes. XXV, 6: שְׁמָרִים מְזֻקָּקִים *faeces defaecatae* i. e. vinum vetus et nobilissimum a faecibus purgatum, quod vinum faecatum vocat Cato de re rust. c. 154. Locutio proverbialis est שֹׁקֵט אֶל־שְׁמָרָיו *quiescens ad faeces suas* Jer. XLVIII, 11 et קֹפְאִים עַל־שִׁמְרֵיהֶם *conquiniscentes super faecibus suis* Zeph. I, 12, de iis, qui desides atque otiosi sunt vel certe vita utuntur quieta et tranquilla, metaphora a vino petita, quod diu in cella reconditum faecibus superiacet et intactum asservatur, quo validius fit vinum odorque fragrantior. Planissime hoc dicit ipse Jer. l. c. de Moab: שַׁאֲנַן מוֹאָב מִנְּעוּרָיו וְשֹׁקֵט הוּא אֶל־שְׁמָרָיו וְלֹא־הוּרַק מִכְּלִי אֶל־כֶּלִי וּבַגּוֹלָה לֹא הָלָךְ עַל־כֵּן עָמַד טַעְמוֹ בּוֹ וְרֵיחוֹ לֹא נָמָר *tranquillus fuit Moab inde a iuventute sua, quiescens ad faeces suas, non est transfusus e vase in vas* aliud, *neque in exilium migravit; iccirco perstitit sapor eius in eo et odor eius non mutatus est* i. e. securi et invicti hucusque Moabitae potentia sua et opibus ferociter confiderunt et inconcussi manserunt. Zeph. l. c. potius desidia et incuria improborum arguitur.

2) שֶׁמֶר n. pr. a) viri, a quo Omri rex montem Schomron emit et ex cuius nomine urbem in hoc monte conditam Samariam iussit nominari (v. שֹׁמְרוֹן infra) 1 Reg. XVI, 24. — b) viri e Levitarum genere 1 Par. VI, 31. — c) Benjaminitae VIII, 12. — d) viri e tribu Ascher VII, 34, pro quo vs. 32 שׁוֹמֵר.

שֹׁמֵר vel **שׁוֹמֵר** part. Kal, et subst. m. *custos*, v. rad. Kal no. 1.

2) n. pr. (nostr. Wächter) a) m. 1 Par. VII, 32, v. שֶׁמֶר no. 2, d. — b) f. 2 Reg. XII, 22, pro quo 2 Par. XXIV, 26 שִׁמְרִית.

שָׁמוּר (i. q. שָׁמִיר q. v. sub no. 3, c) n. pr. m. 1 Par. XXIV, 24 Kethib.

שָׁמִיר m. c. Suff. שְׁמִירוֹ 1) *spina*, ubique collect. *spinae* (sic dictae ut horridae, v. rad. no. 1), nonnisi apud Jes. V, 6. VII, 23. 24. 25. IX, 17 (in his locis omnibus coniunctum cum synonymo שַׁיִת). XXXII, 13 (קוֹץ שָׁמִיר), metaph. spinae concremandae dictae de hostibus occidendis Jes. X, 17. XXVII, 4. (Arab. سَمُرَةٌ collect. سَمُرٌ tum est arbor spinosa quaeque, tum max. spina aegyptiaca).

2) *adamas* (a rigore dictus, v. rad. no. 1, nam „duritia inenarrabilis est", ut ait Plin. hist. nat. XXXVII, 15, sec. al. ab incidendo et perforando, quoniam stilorum cuspis adamantina memoratur Jer. XVII, 1, unde spinarum quoque appellationem ducunt, coll. מַסְמֵר clavis). A duritie laudatur Ez. III, 9: כְּשָׁמִיר חָזָק מִצֹּר *adamantis instar, silice duriorem* faciam frontem tuam, Zach. VII, 12: לִבָּם שָׂמוּ שָׁמִיר מִשְּׁמוֹעַ *cor suum* velut *adamantem fecerunt*, *ut non intelligerent* verba Dei. Stili cuspis adamantina צִפֹּרֶן שָׁמִיר vocatur Jerem. XVII, 1. Vulg. his tribus in locis: adamas, LXX ap. Jer. certe in ed. Complut. et sub asterisco in cod. Vatic. *ἐν ὄνυχι ἀδαμαντίνῳ*, in ceteris locis שָׁמִיר non habet quod ipsi respondeat in graecis. (Arab. سَامُورٌ et شَمُورٌ i. q. الماس adamas, chald. שְׁמִירָא et syr. ܫܡܝܪܐ id. pro hebr. שָׁמִיר, chald. etiam pro חַלָּמִישׁ i. e. silex, praeterea vide quae de vermiculo Schamir Rabbini fabulantur ap. Buxtorf. lex. rabb. col. 2455 sq. Gesenius in lex. man. s. h. v.: „Fortasse conferendum gr. *σμίρις*, *σμύρις* i. e. pulvis adamantinus, quo in poliendo utebantur [hinc Bar Bahlul.: ܣܡܝܪܝܣ الماس, Diamantspath, Smirgel, Corundus communis, v. Kefersteini mineralogia polyglotta, Halae 1849, p. 18. 19]. Bohlenius indicam vc. originem suspicatur, coll. *asmîra* lapis rodens, de gemmis, ferro". Bochartus hieroz. III. p. 843 sqq. ed. Lips., quem sequitur Rosenm. bibl. Alterthumsk. IV, 1. p. 45, שָׁמִיר nil aliud fuisse contendit nisi *σμίριδα*, sed vid. Winer. bibl. Realwörterb. I. p. 284 ed. 3. Cf. Pinder, de adamante commentatio antiquaria. Berol. 1829.

3) n. pr. a) oppidi tribus Judae Jos. XV, 48. LXX. *Σαφείρ.* — b) oppidi in montanis Ephraïmi Iud. X, 1. 2. — c) viri 1 Par. XXIV, 24 Keri, ubi Kethib habet שָׁמוּר.

שְׁמֻרָה f. *ἅπ. λεγ.* in Plur. שְׁמֻרוֹת עֵינַיִם *palpebrae*, ut oculorum custodiae Ps. LXXVII, 5. (Ex vicina radice provenisse videtur chald. תִּימוֹרִין, תִּמְרִין et syr. ܬܡܪܐ palpebrae [et illud et hoc pro hebr. עַפְעַפַּיִם, cf. Ephr. T. III. p. 636. C, ܡܚܦܘܦ ܬܡܪܐ pr. complosio palpebrarum i. e. momentum temporis Ephr. T. I. p. 9. Barhebr. carm. de amore div. vs. 24 ed. Lengerk. II. p. 8], quanquam radicis aramaeae תְּמַר hebraeae שָׁמַר congruae vestigium praeterea nullum est.)

שָׁמְרָה f. *custodia* Ps. CXLI, 3: שִׁיתָה יְיָ שָׁמְרָה לְפִי Vulg.: *pone, Domine, custodiam ori meo*, sc. ne quid

impatienter temereve contra te hominesque loquar. Male Ibn Esra et Dav. Kimchi שָׁמְרָה pro imperativo habent.

שֶׁמֶר m. tantum in pl. שִׁמֻּרִים *observatio* diei festi i. e. *celebratio* Ex. XII, 42 (bis), cf. rad. no. 5.

שִׁמְרוֹן (custodia) n. pr. 1) filii Issachari Gen. XLVI, 13. 1 Par. VII, 1. Patron. שִׁמְרֹנִי Num. XXVI, 24. — 2) שִׁמְרוֹן מְרוֹן Jos. XII, 20 Keri (Kethib 'שׁ מראון) et nude שִׁמְרוֹן XI, 1 urbs regia Cananaeorum, quam John Wilson (The Lands of the Bible visited and described. Edinb. 1847. Vol. II. p. 313) aliquem nexum cum Meiron prope Safedum sito habere putat. Equidem cum Winero bibl. Realwb. II, 166 ed. 3. eandem fuisse dixerim quae postea in Sebulonitarum possessionem cessit Jos. XIX, 15, et haec quidem sec. Talm. Hieros. tr. Megilla fol. 70. col. 1 non alia fuit quam quae recentiore tempore vocatur סימוניה i. e. Σιμωνιάς, quem vicum in finibus Galilaeae situm commemorat Josephus de vita sua §. 24, hodie Samûnia سمونية Robins. Palaest. III, 439. Alii Schimron Sebulonitarum ab illa distinguunt.

שֹׁמְרוֹן c. ה — loc. שֹׁמְרֹנָה *Schômĕrôn* n. pr. montis (1 Reg. XVI, 24, הַר שֹׁמְרוֹן Am. IV, 1. VI, 1) et urbis in eo exstructae ab Omria rege, ex quo tempore regni Israëlitici sedes facta est. 1 Reg. XVI, 24: וַיִּקֶן אֶת־הָהָר שֹׁמְרוֹן מֵאֶת שֶׁמֶר בְּכִכְּרַיִם כָּסֶף וַיִּבֶן אֶת־הָהָר וַיִּקְרָא אֶת־שֵׁם הָעִיר אֲשֶׁר בָּנָה עַל שֶׁם־שֶׁמֶר אֲדֹנֵי הָהָר שֹׁמְרוֹן *et emit* (Omrias) *montem Schomeron a Schemero duobus talentis argenti, et urbem aedificavit in monte, et vocavit nomen urbis, quam condidit, Schomeron secundum nomen Schemeri, qui dominus montis fuerat.* vs. 29. 32. XX, 43. XXII, 10. 37. 2 Reg. I, 2. 3. III, 1. 6. V, 3. VI, 19. 20. 24. 25. VII, 1. X, 1. 12. 17. 35. 36. XIII, 1. 6. 9. 10. 13. XIV, 23. XV, 8. 13. 14. 17. 23. 25. 27. XVII, 1. 5. 6. XVIII, 9. 10. XXI, 13. Jes. VII, 9. X, 9. 10. 11. Jer. XXIII, 13. Ez. XVI, 46. 51. 53. Hos. VII, 1. Mich. I, 1. 5. Ad urbem in monte sitam alludit Jes. XXVIII, 1, cf. Mich. I, 6: *ruina fiet,* וְהִגַּרְתִּי לַגַּי אֲבָנֶיהָ *et detrudam lapides eius in vallem.* Ex chaldaica nominis forma שָׁמְרַיִן (q. v.) facta est graeca Σαμάρεια (ita LXX, praeter 1 Reg. XVI, 24, ubi scripserunt Σεμερών vel sec. al. codd. Σεμηρών, ut sono conveniret cum Σεμηρ שֶׁמֶר, et Jes. VII, 9, ubi est Σομορών) et lat. *Samaria.* Ab Herode Magno in honorem Augusti Σεβάστη (Augusta) vocata est (Joseph. antiq. iud. XV, 7, 7. Plin. hist. nat. V, 13, 14: „Sebaste in monte“). Nunc ibi est parvus vicus *Sebastia* سبسطية dictus cum ruinis. Vid. Cotovici itiner. p. 345, Buckingham travels in Palestine p. 501 sq., maxime autem Ed. Robinson. Palaest. vol. III. p. 365 sqq., et de veteris urbis fatis praeter Robins. l. c. Reland. Palaest. p. 979 sq., Rosenm. bibl. Alterthumsk. II, 2. p. 112 sqq., Winer. bibl. Realwörterb. vol. II. p. 368. ed. 3, et quae ab his afferuntur. Adde Lib. Josuae Samar. c. 24. ed. Juynboll. Nomen „Samarinae“ urbis a Salmanassare captae nuper in monumentis Assyriis indagavit Rawlinson, vid. The Athenaeum 1851, August. p. 902 cf. Hincks. ibid. 1852, Jan. p. 26. Imaginem montis et ruinarum dedit Bartlett. in libro The Christian in Palestine ad p. 110 et 116, cf. Bernatz „Bilder“ etc. no. 28. — 2) Passim urbis primariae nomen, ut fit, ampliore sensu accipi videtur: *regnum Samariae* s. decem tribuum. עָרֵי שֹׁמְרוֹן urbes regni Samaritani 2 Reg. XVII, 24. 26. XXIII, 19 et per prolepsin 1 Reg. XIII, 32, הָרֵי שֹׁמְרוֹן Jer. XXXI, 5, מֶלֶךְ שֹׁמְרוֹן 1 Reg. XXI, 1, עֵגֶל שֹׁמְרוֹן vitulus Samariae, de vitulo Bethelis Hos. VIII, 5. 6. — Nomen gent. est שֹׁמְרֹנִי 2 Reg. XVII, 29.

שִׁמְרִי (vigil) n. pr. m. 1) viri e genere principali tribus Simeonitarum 1 Par. IV, 37. — 2) viri e familia Korahidarum 1 Par. XXVI, 10. — 3) Levitae tempore Hiskiae viventis 2 Par. XXIX, 13. — 4) 1 Par. XI, 45.

שְׁמַרְיָה (quem Deus tuetur) n. pr. m. 1) filii Rehabeami regis 2 Par. XI, 19. — 2) Esr. X, 32. — 3) ibid. vs. 41.

שְׁמַרְיָהוּ (id.) n. pr. m. unius ex sociis Davidis exulis 1 Par. XII, 5.

שָׁמְרַיִן (lege: Schām^{e}raïn) chald. i. q. hebr. שֹׁמְרוֹן *Samaria* urbs. Esra IV, 10. 17. (Congruit forma huius nominis syriaca ܫܡܪܝܢ et graeca Σαμάρεια.)

שִׁמְרִית (vigilans) n. pr. f., v. שֹׁמֵר no. 2, b.

שִׁמְרָת (custodia) n. pr. viri Benjaminitae 1 Par. VIII, 21.

אַשְׁמוּרָה constr. **אַשְׁמֹרֶת** (semel tamen hoc absol. Iud. VII, 19) Plur. אַשְׁמֻרוֹת f. *vigilia*, φυλακή, pars noctis, dicta a vigiliis excubiisque militum Ps. XC, 4. LXIII, 7. CXIX, 148. Apud veteres Hebraeos noctem in tres vigilias fuisse divisam eo constat, quod mediae mentio fit Iud. VII, 19: הָאַשְׁמֹרֶת הַתִּיכוֹנָה; tertia vocatur אַשְׁמֹרֶת הַבֹּקֶר Ex. XIV, 24. 1 Sam. XI, 11, et prima indicatur verbis רֹאשׁ אַשְׁמֻרוֹת Thren. II, 19. (In N. T. quattuor vigiliae, nimirum ex more Romanorum, numerantur Matth. XIV, 25. Marc. VI, 48 cf. XIII, 35 et locos Talmud. ap. Buxtorf. lex. talm. col. 2454).

יִשְׁמְרַי (contr. ex יִשְׁמְרְיָה, quem Deus tuetur) n. pr. viri Benjaminitae 1 Par. VIII, 18.

מִשְׁמָר m. 1) *custodia,* a) i. q. carcer Gen. XL, 3. 7. XLI, 10. XLII, 17. 19. הִנִּיחַ בַּמִּשְׁמָר dedit in custodiam, coniecit in carcerem Lev. XXIV, 12. Num. XV, 34. b) statio excubiarum Neh. VII, 3. XII, 24. Jer. LI, 12. אַנְשֵׁי הַמִּשְׁמָר excubitores Neh. IV, 17, et ipsum מִשְׁמָר quoque de excubitoribus (ut מִשְׁמֶרֶת no. 1, b) Neh. IV, 3. 16. Iob. VII, 12. c) *id quod custoditur.* Prov. IV, 23: מִכָּל־מִשְׁמָר נְצֹר לִבֶּךָ *prae omnibus rebus custodiendis custodi cor tuum.* — 2) *observantia, quod observatur, ritus* observandus Neh. XIII, 14. Concr. *qui observatur,* cui reverentia praestatur, de imperatore Ez. XXXVIII, 7.

מִשְׁמֶרֶת pl. מִשְׁמָרוֹת, f. praecedentis 1) *custodia.*

בֵּית מִשְׁמֶרֶת carcer, de domo, in qua mulieres inclusae custodiuntur 2 Sam. XX, 3. Spec. est a) custodiendi actus. שָׁמַר מִשְׁמֶרֶת בֵּית הַמֶּלֶךְ custodiam et excubias palatii regii egit 2 Reg. XI, 5. 6. b) locus, quo excubias agunt, *statio*, *specula* Jes. XXI, 8. Hab. II, 1, etiam de ipsis excubitoribus (ut מִשְׁמָר no. 1, b) Neh. VII, 3. XII, 9. XIII, 30. c) qui vel quod custoditur 1 Sam. XXII, 23: כִּי מִשְׁמֶרֶת אַתָּה עִמָּדִי *nam apud me* bene *custoditus* s. tutus *es*. — 2) *conservatio*, *reservatio* rei Ex. XII, 6. XVI, 32. 33. 34. — 3) *observatio* s. administratio officii, muneris, maxime de sacris faciendis et rebus divinis rite administrandis Neh. XII, 45. 1 Par. XXIII, 32. Num. IV, 27. 31: זֹאת מִשְׁמֶרֶת מַשָּׂאָם *haec est administratio portationis eorum*, haec iis portanda sunt. III, 31: מִשְׁמַרְתָּם הָאָרוֹן *munus eorum* erat *arca*. Plur. מִשְׁמָרוֹת de singulis muneris sacri officiis et ministeriis Num. VIII, 26. 2 Par. VII, 6. VIII, 14. Hinc שָׁמַר אֶת מִשְׁמֶרֶת הַמִּשְׁכָּן Num. I, 53. XVIII, 4. XXXI, 30. 47 cf. III, 7. 8, vel שׁ' מִשְׁמֶ' הַקֹּדֶשׁ III, 28. 32. XVIII, 5, vel שׁ' מִשְׁמֶ' הַמִּקְדָּשׁ Num. III, 38. Ez. XLIV, 15, vel שׁ' מִשְׁמֶ' בֵּית יְהוָֹה 2 Reg. XI, 7. Ez. XL, 45. XLIV, 14, vel שׁ' מִשְׁמֶ' יְהוָֹה Lev. VIII, 35. Num. IX, 19. 23 ministerium fecit in tabernaculo sacro vel templo. שָׁמַר מִשְׁמֶרֶת הַמִּזְבֵּחַ functus est munere altaris Num. XVIII, 5. Ez. XL, 46. — 4) *quod observatur, lex, ritus*, itidem de sacris *κατ᾽ ἐξοχήν* et eadem formula: שָׁמַר מִשְׁמֶרֶת יְהוָֹה Gen. XXVI, 5. Lev. XVIII, 30. XXII, 9. Deut. XI, 1. Jos. XXII, 3. 1 Reg. II, 3. 2 Par. XIII, 11. XXIII, 6. Zach. III, 7. Mal. III, 14. — Denique 5) שָׁמַר מִשְׁמֶרֶת פ' partes alic. servavit i. e. constanter secutus est. 1 Par. XII, 29: מַרְבִּיתָם שֹׁמְרִים מִשְׁמֶרֶת בֵּית שָׁאוּל Vulg.: magna pars eorum adhuc sequebatur domum Saul.

שָׁמַשׁ rad. Hebraeis inusit., significationis incertae. (Chald. שְׁמַשׁ v. infra). Equidem שָׁמַשׁ e quodam verbo reduplicato שִׁמְשֵׁם ortum (cf. supra dicta s. rad. שָׁבַשׁ p. 1359) proprie stuporem expressisse coniicio a simplici radice שׁם (v. שָׁמַם), unde sol שֶׁמֶשׁ videtur dictus esse quia stuporem oculis faceret, ita ut eius aspectu hominum veterum rudiumque animi facile horrore et superstitione imbuerentur et ad divinos honores ei tribuendos commoverentur. Eodemque fortasse referendum est aram. שַׁמֵּשׁ, ut ministrandi notio a stupore, admiratione et reverentia profecta sit.

שְׁמַשׁ chald. tantum in *Pa.* שַׁמֵּשׁ (pr. fortasse: stuporem, admirationem atque reverentiam prodidit, v. rad. hebr.) *ministravit*, sq. acc., de angelis Deo ministrantibus Dan. VII, 10. LXX. *θεραπεύειν*, Theodot. *λειτουργεῖν*. (Frequens est in Targg. pro hebr. שֵׁרֵת, כִּהֵן et עָמַד לִפְנֵי, it. שַׁמָּשׁ minister, maxime sacrorum, מְשׁוּמְשָׁן id., שִׁמּוּשׁ ministerium, officium, v. c. pro hebr. כֵּן Gen. XL, 13. XLI, 13, pro מַעֲמָד Jes. XXII, 19, apud grammaticos אוֹתִיּוֹת הַשִּׁמּוּשׁ litterae serviles, spec. שַׁמֵּשׁ ministerio mariti s. officio lecti coniugalis functus est, in Targg. pro hebr. בּוֹא אֶל אִשָּׁה, שָׁכַב, et sic ap. Rabb., תַּשְׁמִישׁ officium coniugale. Non minus frequens apud Syros et Nasoraeos est Pa. ܫܰܡܶܫ ministravit, max. in sacris, it. administravit rem, tractavit, effecit, Ethpa. pass., ܫܰܡܳܫܳܐ minister Ephr. I, 339, A. II, 235, F, apud Nestorianos hodiernos diaconus, ut apud Arabes Christianos شَمَّاس, ܡܫܰܡܫܳܢܳܐ minister, spec. diaconus, ܬܶܫܡܶܫܬܳܐ ministerium, officium. Samar. Pa. ࠔࠌࠔ ministravit, coluit. Est denique aegypt. etiam ϣⲉⲙϣⲉ ministrare, praecipue sacra administrare, ϣⲉⲙϣⲓ ministerium, cultus, liturgia.)

שֶׁמֶשׁ in paus. שָׁמֶשׁ c. Suff. שִׁמְשֵׁךְ comm. (m. Ps. CIV, 19. f. Gen. XV, 17, in Pent. samar. nonnunquam cum fem. construitur, ubi in textu masoret. est masc. Gen. XIX, 23, et vice versa Jer. XV, 9 Ketbib legitur בָּאָה שִׁמְשָׁהּ, ubi Keri est בָּא שׁ'. Cf. Grimm gramm. germ. III. p. 349 sqq.) 1) *sol*, dictus, ut videtur, a stupore, ut quem homines non sine quodam stupore intueantur, v. rad., sec. Maurer. pr. feriens i. e. pungens, urens coll. שָׁמַם, sec. al. pr. altus vel coelestis coll. שָׁמָה, שָׁמַיִם, adde E. Meier. lex. radd. p. 71. (Chald. שִׁמְשָׁא, emphat. שִׁמְשָׁא, syr. ܫܶܡܫܳܐ Ephr. II, 144, emph. ܫܶܡܫܳܐ comm. id., arab. شَمْس f. id., melit. *schemsch* id.) Ex. XVI, 21. Jer. XXXI, 35. Cant. I, 6. Ps. XIX, 5. LVIII, 9. LXXIV, 16. CXXXVI, 8. CXLVIII, 3. Jos. X, 12. 13. Joël. II, 10. III, 4. Am. VIII, 9. Hab. III, 11. Jes. XIII, 10. XXXVIII, 8. תַּחַת הַשֶּׁמֶשׁ *sub sole* i. e. in terris, formula solemnis in libro Ecclesiastae I, 3. 9: אֵין כָּל־חָדָשׁ תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ *nihil novi sub sole existit*, comm. 14. II, 11. 17. 18. 19. 20. 22. III, 16. IV, 1. 3. 7. 15. V, 12. 17. VI, 1. 12. VIII, 9. 15. 17. IX, 3. 9. 11. 13. לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ coram sole i. e. splendente sole, in ipso solis ardore (crescit planta) Iob. VIII, 16, sed Ps. LXXII, 17 לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ est: quamdiu sol terram lustrabit, ut ibid. vs. 5: עִם־שֶׁמֶשׁ וְלִפְנֵי יָרֵחַ, cf. לִפְנֵי no. 1. supra pag. 1111 et Ps. LXXXIX, 37: כִּסְאוֹ כַשֶּׁמֶשׁ נֶגְדִּי *thronus eius* (Davidis) *coram me est ut sol* (in altera versus parte לְעוֹלָם). לְעֵינֵי הַשֶּׁמֶשׁ ante oculos solis i. e. praesente et quasi inspectante sole, palam 2 Sam. XII, 11. נֶגֶד הַשֶּׁמֶשׁ id. ibid. vs. 12. Num. XXV, 4. — De ortu solis utuntur verbis יָצָא, זָרַח, de occasu verbo בּוֹא, inde מִזְרַח הַשֶּׁמֶשׁ ortus solis et plaga orientis, מְבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ solis occasus et occidens, v. sub his vcc. — De cultu solis vide Deut. IV, 19. XVII, 3. Jer. VIII, 2. Ez. VIII, 16 et 2 Reg. XXIII, 5. 11 (ubi currus solares in honorem solis prope templum Hierosolymitanum collocati commemorantur), cf. Iob. XXXI, 26. — Metaph. Mich. III, 20 (sec. al. IV, 2): וְזָרְחָה לָכֶם .... שֶׁמֶשׁ צְדָקָה *et exorietur vobis sol iustitiae.* Ps. LXXXIV, 12 Deus dicitur esse שֶׁמֶשׁ וּמָגֵן *sol et scutum.*

2) Plur. שִׁמְשׁוֹת *pinnae* (q. d. soles, radii solis) Jes. LIV, 12. LXX. ἐπάλξεις.

שִׁמְשׁוֹן (prob. solaris, Soli similis, sec. Joseph. antiq. V, 8, 4 i. q. ἰσχυρός, sec. Maurer. pugnax, pugnator, a rad. שׁמשׁ = שׁמט) n. pr. *Simson* Danita, iudex Israëlitarum singulari fortitudine famosus, cuius res gestae narrantur Iud. c. 13—16. LXX. Σαμψών. Vid. Ewald. Gesch. des Volkes Israël II, 401 sqq. Bertheau comm. in libr. Iud. p. 168 sqq. Winer bibl. Realwb. II, 466 sqq. ed. 3.

שִׁמְשַׁי (solaris) n. pr. scribae Samaritani Esr. IV, 8. 17.

שַׁמְשְׁרַי n. pr. viri Benjaminitae 1 Par. VIII, 26, quod Gesenius ex duplici scriptura שִׁמְרַי et שִׁמְשַׁי conflatum putabat.

שֻׁמָתִי v. s. rad. שׁוּם pag. 1379.

שָׁנָא i. q. שָׁנָה no. I, q. v.

שְׁנָא rad. chald. v. s. rad. שָׁנָה no. I.

שֵׁנָא i. q. שֵׁנָה somnus, v. rad. יָשֵׁן.

שִׁנְאָב n. pr., v. שֵׁן s. rad. שָׁנַן.

שִׁנְאָן v. s. rad. שָׁנָה no. I.

שֶׁנְאַצַּר n. pr., v. שֵׁן s. rad. שָׁנַן.

שָׁנַב verbum inusit., arab. شَنِبَ frigidus fuit dies, شَنَب frigiditas, impr. de dentium et oris quadam frigiditate (Frische des Mundes), quae in puellis maxime laudatur, v. Schult. ad Prov. VII, 6. Hariri ed. Sacy p. 24 schol., p. 99. Inde

אֶשְׁנָב m. c. Suff. אֶשְׁנַבִּי Prov. VII, 6 *clathri*, fenestra clathrata, per quam aurae frigidae permeant Iud. V, 28. Prov. l. c. Utroque loco in altera versus parte est חַלּוֹן fenestra. LXX in l. Iud. τοξικόν (de quo fenestrarum genere Hieronymus ad Ezech. XL, 17 scribit: „*Τοξικὰς θυρίδας* Symmachus vocat . . . . quod instar sagittarum angustum in aedes lumen immittant et intrinsecus dilatentur.“ alii fenestras arcuatas volunt, alii tales per quas sagittarii securi sua iacula mitterent), vel sec. al. codd. δικτυωτή i. e. reticulata, Vulg. in Prov.: cancelli, Chald. חֲרַכִּין. Tanchum Hieros.: شُبّاك i. e. fenestra clathrata. Abulwalid. ms.: אשנב فسّر فيه مشكاة وقد يقال سرجب والمشكاة كوّة في الحايط غير نافذة فغير جائز اذًا ان يترجم بالمشكاة i. e. „א' exponitur verbo مشكاة, vel سرجب; iam vero مشكاة foramen est in muro quod non penetrat, itaque explicando verbo hebraeo non potest adhiberi“ *). (E. Meier in lex. radd. hebr. p. 391 etymon, quod supra statuimus, frigidum putans radici שָׁנַב plectendi significationem vindicatum it, et Fuerst. in lex. radicem שָׁנַב cum שָׁלַב componens אֶשְׁנָב pr. clathros cardinibus iunctos significare ait, sed neuter mihi de sua sententia persuasit.)

I. **שָׁנָה** fut. יִשְׁנֶה, raro **שָׁנָא** (in Kal semel tantum) fut. יִשְׁנֶא Thren. IV, 1 (cf. Pi. Pu. et deriv. שִׁנְאָן) propr., ut videtur, flexit, plicavit, ut arab. ثَنَى complicavit, flexit v. c. pectus suum Cor. XI, 5, inflexit equus pedem v. Sausani ad Amri Muall. vs. 27, ثَنَى عِنَانَهُ اليه flexit habenam suam ad eum, it. flexit cursum suum aliquo Schult. ad Harir. 1. p. 28, V inflexus vel complicatus fuit, inflexo inclinatoque corpore incessit, cf. melit. *tynae* plicavit, complicavit, ثِنْي plicatura vestimenti (طواه في ثِنْي ثوبه occultavit eum in plicis vestis suae. Zamakhschari in libro Esâs), complicatio serpentis, flexura funis Taraf. Muall. vs. 68, ثِنَايَة et مَثْنَاة funis, مَثْنِيّ inflexus, plicatus, مُثَنًّى plexus, de coma Amrulk. Muall. vs. 34. Ad hanc autem *plicandi* notionem apte referri posse videntur quum ceterae huius verbi significationes, tum numerale שְׁנַיִם duo, שֵׁנִי alter, secundus, q. v. — Hinc

1) *duplicavit* (actionem), *secundum fecit* alqd, *iterum fecit*, *iteravit* (arab. ثَنَى, chald. תְּנָה q. v. suo loco, et שְׁנָא, syr. ܬܢܳܐ id. cf. rad. תָּנָה). Neh. XIII, 21: אִם תִּשְׁנוּ *si iteratis* (hoc). 1 Reg. XVIII, 34. Iob. XXIX, 22: אַחֲרֵי דְבָרִי לֹא יִשְׁנוּ *post meam orationem non itera-*

---

*) سرجب fenestra clathrata, in lexicis arabicis nusquam apparet, eodem autem vocabulo pro opere reticulato (שְׂבָכוֹת) utitur Tanchum Hieros. ad 1 Reg. VII, 41 cf. Haarbruecker ad Tanch. p. 76. Fortasse ex lingua Berberorum mutuatum est, nempe *sargâ* سَرْجَع Berberis est *fenestra* i. q. arab. طاقة, v. Venture de Paradis gramm. et dictionn. de la langue Berbère (Par. 1844.) p. 74 et 205. Quod Abulw. de مشكاة docet, recte quidem habet, sed suspicor hac voce, quanquam minus proprie, veram etiam fenestram appellari, certe hanc signif. habet aeth. መስኮት: Jos. II, 15. Gen. VIII, 6. Hen. LXXI, 5.

bant i. e. non rursus suscipiebant sermonem, sed modesti tacebant. Sq. לְ 1 Sam. XXVI, 8: *semel eum feriam* וְלֹא אֶשְׁנֶה לוֹ *et non iterabo ei* sc. ictum i. e. altero ictu opus non erit. 2 Sam. XX, 10, sq. בְּ Prov. XXVI, 11: כְּסִיל שׁוֹנֶה בְאִוַּלְתּוֹ *stultus qui iterat* s. pergit agere *in stultitia sua.* XVII, 9: שֹׁנֶה בְדָבָר *qui repetit in re* i. e. qui recoquit causas ingratas quae oblivioni potius tradendae sunt. — 2) intrans. *alius, diversus fuit* ab aliq. (ut chald. שְׁנָא no. 1) sq. מִן Esth. I, 7: כֵּלִים מִכֵּלִים שׁוֹנִים *vasa a vasis diversa erant* i. e. magna erat vasorum varietas. III, 8. — 3) *mutatus est*, max. in deterius (ut chald. שְׁנָא no. 2, arab. حال circumversus, mutatus est, et alteratus, corruptus est) Thren. IV, 1: יִשְׁנֶא הַכֶּתֶם הַטּוֹב *depravatur, vile fit aurum pretiosum.* Mal. III, 6: אֲנִי יְהוָה לֹא שָׁנִיתִי *ego Jahve non mutor.* — Part. שׁוֹנִים qs. d. *alterantes*, secus i. e. non recte sentientes agentesve, novarum rerum studiosi, rebelles et partium factionumque studio capti. Prov. XXIV, 21: *cole Deum et regem,* עִם־שׁוֹנִים אַל־תִּתְעָרָב *cum rerum novarum cupidis ne ineas societatem.* Cf. Rabb. שָׁנָא diversam sententiam proposuit Buxtorf. lex. talm. col. 2471 et loc. Jer. II, 36 infra s. Ficl. Targ. et Syr. שְׁטַיָּא, ܫܛܝܐ stulti. Vulg. detractores.

Niph. iteratum est (somnium) Gen. XLI, 32.

Pi. שִׁנָּה (semel שִׁנָּא 2 Reg. XXV, 29) 1) *mutavit*, ut vestes 2 Reg. XXV, 29. Jer. LII, 33, promissum suum Ps. LXXXIX, 35, ius alicuius (i. e. violavit) Prov. XXXI, 5, it. *variavit* i. e. *saepe mutavit* (viam) Jer. II, 36: מַה־תֵּזְלִי מְאֹד לְשַׁנּוֹת אֶת־דַּרְכֵּךְ *quid tam multum discursitas* iterum iterumque *mutans viam tuam?* it. *deformavit* (faciem) Iob. XIV, 20. (Chald. Pa. שַׁנִּי, rarius תַּנִּי mutavit, syr. ܫܢܝ id., ortum ex ܫܢܐ, ut recte statuit Bernstein in lex. chrestom. p. 531.) — 2) *in alium locum transtulit*, sq. acc. pers. et לְ loci Esth. II, 9. (Sic syr. Pa. ܫܢܝ transtulit, e loco movit Act. VII, 43. Barh. chron. p. 6 l. 5. Matth. XVII, 20. 1 Cor. XIII, 2, cf. nasor. ap. Lorsbach Mus. p. 13, et saepe: migravit, pr. mutavit sc. locum, cf. Pe. ܫܢܐ locum mutavit, discessit, Ethpa. translatus est Ephr. I, 344.) — 3) שִׁנָּה אֶת־טַעְמוֹ pr. *mutavit* vel *deformavit* i. e. dissimulavit *mentem* s. *rationem suam* (er verleugnete seinen Verstand) i. e. insanum se simulavit 1 Sam. XXI, 14. Ps. XXXIV, 1. Syr. ܫܢܝ ܠܡܕܥܗ et ellipt. ܫܢܐ est: insanivit (nostr. verrückt seyn), Aph. fecit ut insaniret Assem. bibl. or. II, 273. Ephr. II, 410, ܫܢܝܐ insanus.

Pu. mutatus est Eccl. VIII, 1, ubi יְשֻׁנֶּא pro יְשֻׁנֶּה.

Hithpa. mutavit se i. e. vestes totumque habitum suum mutavit (ne cognosceretur) 1 Reg. XIV, 2. Syr. Ethpa. ܐܫܬܢܝ et ܐܬܫܢܝ (v. Bernstein lex. chrestom. p. 532) et chald. Ithpa. et talm. Nithp. (Sanhedr. fol. 22, 1) mutavit se, mutatus est.

שְׁנָא fut. יִשְׁנֵא chald. 1) i. q. hebr. שָׁנָה no. 2 *alius, diversus fuit*, sq. מִן Dan. VII, 3: שָׁנְיָן דָּא מִן דָּא *diversae erant* (bestiae) *haec ab illa*, vs. 19. 23. 24. (Sic in Targg., v. Buxt. lex.) — 2) i. q. hebr. שָׁנָה no. 3 *mutatus est* Dan. VI, 18. III, 27, max. in peius (de colore faciei ob metum horroremque mutato) V, 9: וְזִיוֹהִי שָׁנַיִן עֲלוֹהִי *et splendores* (colores faciei) *eius immutabantur ei* i. e. pallescebat, et ibid. vs. 6 eodem sensu: זִיוֹהִי שְׁנוֹהִי, nam שְׁנוֹהִי est i. q. שְׁנוֹ לֵהּ vel שְׁנוֹ עֲלוֹהִי, cf. gramm. hebr. §. 119, 4. Eandem significationem habent et chald. Ithpa. (q. v.) et verba hebraea Dan. X, 8: הוֹדִי נֶהְפַּךְ עָלַי. Cf. Targ. Onk. Deut. XXXIV, 7 et arab. حال alteratus et corruptus est, spec. de colore.

Pa. 1) *mutavit, transformavit.* Dan. IV, 13: *mutabunt cor eius*, impers. pro: mutabitur. — Part. pass. *diversus* ibid. VII, 7. — 2) *migravit*, qs. d. alteravit (legem, mandatum regium) Dan. III, 28. Syr. ܫܢܝ id., cf. arab. حال sq. عن recessit, v. c. a foedere.

Ithpa. mutatus est Dan. II, 9, max. in deterius, *deformatus est* (de colore faciei, ut Pe.) III, 19. VII, 28. Cf. Targ. Hieros. Deut. XXXIV, 7.

Aph. 1) *mutavit* Dan. II, 21, mandatum regium VI, 9. 16. — 2) *neglexit, migravit* (mandatum) Esr. VI, 11. 12. (Sic. in Targg., v. Buxt. lex.)

שָׁנָה constr. שְׁנַת, plur. שָׁנִים constr. שְׁנֵי, poët. שָׁנוֹת constr. שְׁנוֹת, dual. שְׁנָתַיִם f. *annus* (dictus ab iteratione et commutatione temporis, ut veris, messis, hiemis; nam, ut ait poëta, „in se sua per vestigia volvitur annus;" cf. תְּקוּפָה circuitus solis et decursus anni, arab. حَوْل orbis, dein annus; et gr. ἐνιαυτός conferri posset, si modo certa esset origo ab ἐνὶ αὐτῷ sumta, sed vid. Passow s. v., nec lat. *annus* in hunc censum venit, v. Th. Benfey über die Monatsnamen p. 226) Gen. V, 3. 4. 5. 6 et sexcenties. (Chald. שְׁנָא, emph. שַׁתָּא, pl. שְׁנִין rarius שְׁנַת, syr. ܫܢܐ, emph. ܫܢܬܐ, pl. ܫܢܝܢ, sam. [illegible] emph. [illegible], in numis pehlevicis [illegible] i. e. שנת [v. J. Olshausen die Pehlewi-Legenden etc. 1843. p. 46. 67], phoen. שנת [in inscriptt. pun. recentt. etiam שענת] contr. שת, arab. سَنَة pl. سِنُون vel سِنِين vel سِنِينَ et سَنَوَات id.) — שָׁנָה שָׁנָה Deut. XIV, 22, vel שָׁנָה בְשָׁנָה Lev. XXV, 53. Deut. XV, 20. 1 Sam. I, 7. 1 Reg. V, 25. X, 25. 2 Reg. XVII, 4. Neh. X, 35. 36, vel בְּכָל־שָׁנָה וְשָׁנָה Esth. IX, 21. 27, vel מִדֵּי שָׁנָה בְשָׁנָה 1 Sam. VII, 16. Zach. XIV, 16 quotannis. בַּשָּׁנָה id. Exod. XXIII, 14. 17 al. אַחַת בַּשָּׁנָה semel quotannis ib. XXX, 10. Lev. XVI, 34. שָׁלֹשׁ שָׁנִים שָׁנָה אַחֲרֵי שָׁנָה per tres annos continuos 2 Sam. XXI, 1. Repetitum בַּשָּׁנָה — בַּשָּׁנָה est: uno anno — anno altero

Jer. LI, 46. Ubi numerant annos, dicunt in hunc modum: בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם לְאָסָא *anno II. Asae* regis 1 Reg. XV, 25, בִּשְׁנַת שְׁמֹנֶה לְמָלְכוֹ *anno VIII. regni sui* 2 Reg. XXIV, 12. Sic in numis quoque hebraeis שנת אחת, שנת שתים, שנת שלש sq. ל. Passim שָׁנָה repetitur, ut בִּשְׁנַת שֵׁשׁ מֵאוֹת שָׁנָה לְחַיֵּי נֹחַ anno sexcentesimo vitae Noachi Gen. VII, 16. Saepe dr. de vitae annis, hinc רֹב שָׁנִים multitudo annorum i. e. homines aetate provecti, senes Iob. XXXII, 7. שְׁנוֹתַי anni vitae meae Ps. XXXI, 11. Jes. XXXVIII, 10. 15. יְמֵי שְׁנוֹתֵינוּ dies vitae nostrae Ps. XC, 10. יְמֵי שְׁנֵי dies vel tempus vitae suae Eccl. VI, 3. — בְּרֹאשׁ הַשָּׁנָה initio anni Ez. I, 2. בְּצֵאת הַשָּׁנָה exeunte anno Exod. XXIII, 16. לִתְקוּפַת הַשּׁ׳ et לִתְשׁוּבַת הַשּׁ׳ v. s. radd. קוף et שׁוב, nec non שְׁנַת הַשְּׁמִטָּה et שְׁנַת הַיֹּבֵל s. radd. יָבַל et שָׁמַט. — Plur. שָׁנִים (f., hinc שָׁנִים רַבּוֹת, שְׁתֵּי שָׁנִים etc.) etiam indefinite aliquot annos notat 2 Par. XVIII, 2: לְקֵץ שָׁנִים *in fine annorum* i. e. post aliquot annos, cf. יָמִים aliquot dies. — Trop. *annus* dicitur pro proventu annuo Joël. II, 25: *restituam vobis annos* (שָׁנִים), *quos devorarunt locustae*.

Dual. שְׁנָתַיִם *duo anni continui, biennium* Gen. XLV, 6. 1 Reg. XV, 25. XVI, 8, etiam שְׁנָתַיִם יָמִים pr. biennium temporis (zwei Jahre Zeit) v. יָמִים no. 2, b. p. 585. שְׁנָתַיִם לִפְנֵי הָרָעַשׁ duobus annis ante terrae motum Am. I, 1. שְׁנָתַיִם אַחַר הַמַּבּוּל duobus annis (peractis) post diluvium Gen. XI, 10.

שְׁנָה vel **שְׁנָא** chald. f. cstr. שְׁנַת, plur. שְׁנִין (in Targg. etiam שְׁנַן) i. q. hebr. שָׁנָה *annus* Esr. IV, 25. V, 11. 13. Dan. VI, 1. VII, 1.

שִׁנְאָן m. *iteratio*, in uno loco Ps. LXVIII, 18: אַלְפֵי שִׁנְאָן *millia iterationis* i. e. multa millia. Abulwalid.: אלפי שנאן قد كثر استعمال الشعراء لهذه اللفظة في الملائكة فيسمونهم שנאנים i. e. *multus est usus huius vocis apud poëtas* (sc. Judaeos), *qui angelos appellant* שנאנים. Male LXX: *χιλιάδες εὐθηνούντων*, Vulg.: millia laetantium; prob. cogitarunt שַׁאֲנָן.

שְׁנַיִם (form. dual.) cstr. שְׁנֵי m. *duo* Gen. XLIV, 27. 1 Sam. XI, 11. Eccl. IV, 11. Am. III, 3 et sexcenties, c. art. הַשְּׁנַיִם illi duo Eccl. IV, 9. 12, interdum i. q. *duplum, alterum tantum* Ex. XXII, 3. 6. 8 (pr., ut videtur, plicae duae, vid. rad., cf. כִּפְלַיִם duae plicae, duplum, adde latina verba duplex, duplicitas, duplicare, ubi generatim ad numerum binarium referuntur, et graeca similia, ut *διπλᾶ ὀνόματα* verba duplicata vocantur nomina e duobus composita, it. germ. vet. quifalt, zwiefältig, angl. twofold. Malo autem cum W. Humboldtio Kawi-Sprache I, 22 et Pottio Zachlmethode p. 121 numeralium originem quaerere in rebus quae sensibus percipiuntur, quam, ut fit ab aliis viris doctis, in pronominum stirpibus vel inauditis quibusdam sonis primitivis. Vid. gramm. hebr. ed. 16. p. 189 not. Cf. arab. vulg. زوج duo, pr. par, ein Paar, aeth. **ክዕበ፡** adv. secundo, bis. vicin. arab. كعب talus, cubus, اسطار quatuor = *σταυρ* quia hic habet quatuor ..., et aenigmaticam numerorum apud Indos et Javanos notationem, ubi binario numero adhibetur oculus, manus, brachium, ala, quia hae sunt res duplices, v. Alex. v. Humboldt in Crelle Journ. für Mathemat. vol. IV. p. 212, A. W. v. Schlegel réflexions sur l'étude des langues asiat. p. 197, W. v. Humboldt Kawi-Sprache I. p. 19 sqq.) — Arab. اثنان duo, vulg. *etnein, tnein*, melit. *tnejn*, phoen. שנ i. e. שְׁנֵי st. cstr., inscr. Melit. I. lin. 3, aram. תְּרֵין, ܬܪܝܢ, *n* littera cum *r* mutata, hinc in numis pehlevicis תרין = ..., syr. vulg. ܬܪܝܢ; ab his differt aeth. **ክልኤ፡** et **ክልኤቱ፡** duo, a rad. **ክልአ፡** seclusit, separavit, aliud ex alio fecit, mutavit. cf. arab. كلا ambo, ex eoque ortum amhar. **ሁለት፡**, sed ad eandem tamen rad. ac שְׁנַיִם pertinet aeth. **ሰኑይ፡** q. v. infra s. שֵׁנִי, consonat etiam aegypt. ⲥⲛⲁⲩ duo).

Substantivo plurali iunctum vel praeponitur vel postponitur, et illud quidem in antiquioribus V. T. libris, hoc in recentioribus usitatius est, ut שְׁנַיִם כְּרֻבִים Exod. XXV, 18, שְׁנַיִם עֵדִים Deut. XVII, 6. Iud. XI, 37 sqq. 1 Sam. XXV, 18. 1 Reg. V, 28. X, 19. XVIII, 23. XXI, 10. Ez. XXI, 24. XL, 39. 40. XLI, 18. Zach. IV, 3, כְּרוּבִים שְׁנַיִם 2 Par. III, 10. 15. IV, 12. Jer. XXIII, 18, שְׁנַיִם אֲנָשִׁים מְרַגְּלִים Jos. II, 1, אֵילִים שְׁנַיִם תְּמִימִם Ex. XXIX, 1. Etiam nomini collectivo iungitur, ut נֶפֶשׁ שְׁנָיִם duo capita (erant filii Josephi) Gen. XLVI 27, בָּקָר שְׁנָיִם duo boves Num. VII, 17 sqq. Saepissime autem in st. cstr. ponitur שְׁנֵי sq. genit. plur., e. c. שְׁנֵי בָנִים par filiorum, duo filii Gen. X, 25, שְׁנֵי כְרֻבִים par Cheruborum Ex. XXXVII, 7, שְׁנֵי עֵדִים duo testes Deut. XIX, 15, שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים duo (illi) viri Jos. II, 4, שְׁנֵי בְנֵי עֵלִי duo filii Elaei 1 Sam. I, 3, vel sq. genit. dual., ut שְׁנֵי שָׁדַיִךְ duo ubera tua Cant. IV, 5. VII, 4, vel sq. genit. nominis collectivi, ut שְׁנֵי רֶכֶב duo esseda 2 Reg. VII, 14, vel sq. pron. suff. plur., ut שְׁנֵינוּ nos ambo 1 Sam. XX, 42. Iob. IX, 33, שְׁנֵיהֶם illi ambo Gen. II, 25. XXI, 27. 31 al. — שְׁנַיִם שְׁנַיִם bini (germ. je zwei und zwei, paarweis, ut syr. ܬܪܝܢ ܬܪܝܢ, arab. اثنان اثنان vel ثُنَاءَ ثُنَاءَ) Gen. VII, 9. 15. 1 Par. XXVI, 17. פִּי שְׁנַיִם v. supra s. v. פֶּה p. 1088, cf. Ewald Gesch. d. Volkes Israël III, 1. p. 219 et F. Boettcher de inferis I. §. 256. גָּזַר לִשְׁנַיִם et כָּרַת לִשְׁנַיִם concidit in duas partes, germ. entzwei schneiden Jer. XXXIV, 18. 1 Reg. III, 25. — Ceterum *duo* 1 Reg. XVII, 12 et *duo tresve* 2 Reg. IX, 32. Jes. XVII, 6 cf. Am. IV, 8 dicitur pro paucis.

Fem. **שְׁתַּיִם** (v. de hac forma annot. Arab. اثنتان duae. ثنتان id., et hoc quidem rarius est in libris, usitatum

tamen Nawawio ed. Wuestenfeld. p. 104 l. 3. p. 142 l. 4. p. 522 l. 16. al., cf. Hamas. p. 19, et in lingua vulgari quoque *tintein* et *etnetein*, aram. תַּרְתֵּין, ܬܪ̈ܬܝܢ, praeterea cf. aegypt. ϲⲛⲧⲉ duae) cstr. שְׁתֵּי *duae* Lev. XXIII, 17. שְׁתַּיִם נָשִׁים duae mulieres 1 Reg. III, 16. שׁ׳ אַמּוֹת duae ulnae Ez. XL, 9. שׁ׳ שָׁנִים duo anni 2 Sam. II, 10. שְׁתַּיִם עָרִים urbes duae Jos. XXI, 25. שְׁתֵּי בְנוֹת duae filiae Gen. XIX, 8. XXIX, 16. שְׁתֵּי שָׁנִים duo anni 1 Sam. XIII, 1. שְׁתֵּי הָאֲבָנִים duo illi lapides Exod. XXVIII, 11. שְׁתֵּי יָדַי duae manus meae Deut. IX, 15. שְׁתֵּי לֶחֶם ellipt. = שְׁתֵּי כִּכְּרוֹת לֶחֶם duo panes 1 Sam. X, 4 cf. vs. 3. C. Suff. שְׁתֵּיהֶן duae illae v. ambae Ez. XXIII, 13. 1 Sam. XXV, 43; sed dicitur etiam שְׁתַּיִם אֲנַחְנוּ nos ambae 1 Reg. III, 18. — Porro שְׁתַּיִם par rerum, duae res (zwei Dinge, zweierlei) Iob. XIII, 20: אַךְ־שְׁתַּיִם אַל־תַּעַשׂ עִמָּדִי *modo duo* (duas res, zweierlei) *ne facias mecum*, Prov. XXX, 7: שְׁתַּיִם שָׁאַלְתִּי מֵאִתָּךְ *duas res peto abs te*, Jes. LI, 19. — Saepe numerandis annis adhibetur in hunc modum: בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם לְאָסָא *anno II. Asae* regis 1 Reg. XV, 25. 2 Reg. I, 17. XIV, 1. XV, 32. Hagg. I, 1. Dan. II, 1. Ita in numis Simonis Maccabaei [Samaritan script] i. e. שְׁנַת שְׁתַּיִם. — Item שְׁתַּיִם adv. *secundum*, *iterum* Ps. LXII, 12. Neh. XIII, 20, et בִּשְׁתַּיִם id. Iob. XXXIII, 14. 1 Sam. XVIII, 21.

Annot. Ambigunt grammatici de natura formae שְׁתַּיִם deque origine puncti Dagesch litterae ת, quod in compositis etiam servari solet, ut וּשְׁתַּיִם et וּשְׁתֵּי 1 Reg. XIV, 20. VI, 32 all., בִּשְׁתַּיִם et בִּשְׁתֵּי Jes. VI, 2. Gen. XXXI, 41 all., לִשְׁתֵּי Exod. XXVI, 19. Ruth. I, 8 all., nec non מַה־שְּׁתֵּי Zach. IV, 12, praeter unum illud מִשְּׁתֵי Iud. XVI, 28 (contra מִשְּׁתֵּים עֶשְׂרֵה Jon. IV, 11). Verbo dicam, quod sentio. Pono equidem formam plenam et primariam שְׁנְתַּיִם, cui proxima adhuc extat arabica ثِنْتَانِ (cf. שְׂפָתַיִם), et ex qua primum שְׁתַּיִם = ثِنْتَانِ (v. hoc supra, cf. اِبْنَتَانِ = بِنْتَانِ duae filiae, et ipsum aram. תַּרְתֵּין, ubi ר littera, quae pro נ est, semper integra manet), deinde שְׁתַּיִם novatum est, ita ut durior litterae ת sonus maneret, ut ܬ alterum vocis syr. ܬܪ̈ܬܝܢ habet Kuschai. Hoc autem שְׁתַּיִם eo magis percrebuit et inveteravit in scriptis, quo latius in sermone et lectione librorum serperet pronuntiatio *eschtajim* אֶשְׁתַּיִם, quae, licet nunquam in scriptis appareat, in medii aevi seculis apud Judaeos pervulgata erat, id quod praeter ceteros claris verbis testatur R. Salomo Parchon in lex. hebr. מחברת הערוך ed. Stern fol. 4 verso. Cf. Dav. Kimchi gramm. (Fuerth. 1793. 8.) fol. קנו. Similia sunt syr. ܫܬܐ (sex) et ܫܬܝܢ (sexaginta), quae habent ܬ durum signo Kuschai notatum (chald. שִׁתָּא, שִׁתִּין) et hodie a Syris semper pronuntiantur *eschta*, *eschtin*, scribunturque ܐܫܬܐ, ܐܫܬܝܢ sicut in veteribus etiam libris inveniuntur; praeterea adiectis ab initio particulis scribunt ܒܫܬܐ, ܘܫܬܝܢ, ܒܫܬܝܢ, cf. Amira gr. syr. p. 27 sq. Varias de שְׁתַּיִם sententias dixerunt Schultens institution. l. hebr. ed. 2. p. 122, Gesenius Lehrgeb. p. 96. 135, Ewald krit. Gramm. d. hebr. Spr. p. 90, cf. eiusd. ed. 5. §. 267, b.

שְׁנֵים עָשָׂר et **שְׁנֵי עָשָׂר** (hoc rarius est Exod. XXVIII, 21. Num. VII, 3. Jos. III, 12. 1 Reg. VII, 42. Ez. XLVII, 13) m. *duodecim* (arab. اِثْنَا عَشَرَ, vulgo contr. تْنَاعْش, melit. *tnâsch*, aram. תְּרֵי עֲסַר, תְּרֵיסַר, ܬܪܥܣܪ et ܬܪܥܣܪܐ id.) 2 Sam. II, 15. 1 Par. XXV, 9—31. שְׁנֵים עָשָׂר אֲנָשִׁים duodecim viri Deut. I, 23. Gen. XVII, 20. XLII, 13. שְׁנֵים עָשָׂר אִישׁ id. Num. I, 44. Esth. II, 12. פָּרִים שְׁנֵים עָשָׂר iuvenci duodecim Esr. VIII, 38. C. art. שְׁנֵים הֶעָשָׂר 1 Reg. XIX, 19, שְׁנֵים הֶעָשָׂר אִישׁ Jos. IV, 4. — Et pro numero ordinali 1 Par. XXV, 19: הַשְּׁנַיִם עָשָׂר *duodecimus*, XXVII, 15. בִּשְׁנֵים עָשָׂר לַחֹדֶשׁ eius mensis die XII. Ezech. XXIX, 1, sed בִּשְׁנֵי עָשָׂר חֹדֶשׁ in mense duodecimo Ez. XXXII, 1.

Fem. **שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה**, et quater **שְׁתֵּי עֶשְׂרֵה** (Jos. IV, 8. Ez. XXXII, 1. 17. XXXIII, 21) *duodecim* (arab. اِثْنَتَا عَشْرَةَ, raro ثِنْتَا عَشْرَةَ Ibn Khallikan ed. Slane p. 24. l. 7, aram. תַּרְתֵּי עַסְרֵי, תַּרְתֵּיסְרֵי, ܬܪܬܥܣܪܐ id.), ut שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה אֲבָנִים duodecim lapides Jos. IV, 3. 20. XVIII, 24. 1 Reg. XVIII, 31. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה שָׁנָה duodecim annos Gen. XIV, 4. 1 Reg. XVI, 23. — Pro ordinali: בִּשְׁנַת שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה anno duodecimo 2 Reg. VIII, 25. XVII, 1. Esth. III, 7.

שֵׁנִי m. שֵׁנִית f. adj. ordinale: 1) *alter, a, secundus, a* (arab. ثَانٍ f. ثَانِيَةٌ id., chald. תִּנְיָן f. תִּנְיָנָא et תִּנְיֵיתָא id., syr. ܬܢܝܢܐ f. ܬܢܝܢܬܐ id., aeth. ዳግም፡ et ዳግሞ፡ alter, secundus, sed ሰኑይ፡ (ሰኑይ፡ ማዕልት፡) altera dies, postridie, feria secunda, dies lunae, et ሰኒታ፡ postera dies, በሳኒታ፡ τῇ ἐπαύριον Exod. IX, 6 cf. 4 Esr. XIV, 41.) Gen. I, 8. II, 13. IV, 19. VII, 11. XXXII, 20. XLVII, 18. Ex. II, 13. XVI, 1. XXVI, 20. Num. I, 1. VII, 18. IX, 1. 11. Eccl. IV, 8. 10 cet. וְהַשֵּׁנִית *atque secundum est* = deinde autem 2 Sam. XVI, 19. — Hinc שֵׁנִית adverb. *secundum*, *iterum*, *altera vice* Gen. XXII, 15. XLI, 5. Lev. XIII, 5. 6. 7. 33. 54. 58. Jer. I, 13. XIII, 3. XXXIII, 1. Jon. III, 1. Hagg. II, 20. Zach. IV, 12, et *secundo loco*, *porro* Mal. II, 13.

2) *secundanus*, *secundarius*, *secundum locum tenens*, *secundi ordinis* (cf. arab. ثَنِيٌّ et ثُنْيٌ et ثُنْيَانٌ secunda-

rius, a principe secundus dignitate, v. Hamas. pag. 257, chald. תִּנְיָן secundus, secundarius, syr. ܬܢܝܢܐ id., in Targg. et Pesch. fere pro hebr. מִשְׁנֶה de quo infra dicendum). Sic שְׁנִיִּים plur. secundani i. e. qui secundo loco sunt post primos et ante tertianos Num. II, 16: שְׁנִיִּים יִסָּעוּ hi *secundo loco proficiscentur*, cf. שְׁלִשִׁים יִסָּעוּ (tertio loco profic.) vs. 24 et לָאַחֲרֹנָה (ultimo loco) vs. 31. Onk. תִּנְיָנִין Vulg.: in secundo loco (vs. 24: tertii, vs. 31: novissimi) proficiscentur. Saad.: ثانيهم يرحلون (ثالثا — اخيرا). — Gen. VI, 16 autem שְׁנִיִּם sunt *cubicula* (קִנִּים vs. 14) *secundi tabulati* in arca Noachi, inter inferiora תַּחְתִּיִּם et superiora, quae vocantur שְׁלִשִׁים. Onk. תִּנְיָנִין. — Quodammodo huc etiam referri possit difficile illud פַּר הַשֵּׁנִי Iud. VI, 25, de quo non pauci interpretes desperarunt. Ac primum quidem in illa Gideonis historia non de bobus duobus agi videtur, uno qui Gideoni e patris stabulis abigendus esset (קַח אֶת־פַּר־הַשּׁוֹר אֲשֶׁר לְאָבִיךָ) et altero quodam septenni (וּפַר הַשֵּׁנִי שֶׁבַע שָׁנִים) aliunde scilicet conquirendo; nam sic quid de priore illo factum sit dici non potest, quum progrediente oratione unus tantum et idem memoretur a Gideone immolatus (הַפַּר הַשֵּׁנִי vs. 26 et 28. varias coniecturas v. ap. Cler. et Bertheau ad h. l.). Itaque appositione quadam iungenda sunt verba: sume bovem patris tui וּפַר הַשֵּׁנִי שֶׁבַע שָׁנִים *et* quidem *iuvencum secundanum illum septennem*. Hanc verborum structuram bene perspexit F. Boettcher (collectan. hebr. Dresd. 1844. p. 156 et spicileg. p. 21), sed non plane dixit, qualem bovem secundanum sibi finxerit. Recte vero R. Tanchum ad 1 Sam. XV, 9 aliique a Dav. Kimchio laudati interpretes volunt *iuvencum secundo partu editum* (שני לבטן), qui ceteris praestantior esse perhibetur. Apud Arabes talis fetus vocatur ثِنْيٌ i. e. secundanus, et, si Tanchumo fides habenda est, ثَانٍ (= שֵׁנִי) plur. ثُوَانٍ. Ita enim ille l. c. (ed. Haarbrueck. p. 20): הַמִּשְׁנִים الثواني اى الابقار التى هى ثانى بطن وهى افضل مما قبلها وبعدها من البطون ومثل ذلك ופר השני i. e. הַמִּשְׁנִים (1 Sam. XV, 9) *sunt secundani h. e. boves secundo partu editi, iique praestantiores sunt quam qui ante et qui postea nascuntur, et similiter accipiendum est* ופר הַשֵּׁנִי (Iud. VI, 25). Cf. שִׁלֵּשִׁי. Ewaldus hist. Israël. II, 386 coniicit שָׁנִי „annosus"; Studer comm. ad Iud. l. c. שָׁנִי vertit: splendens (v. rad. שָׁנָה no. II), pinguis, λιπαρός. (Num. VIII, 8 autem פַּר שֵׁנִי sine ullo dubio simpliciter dictus est: bos alter, cf. vs. 12.)

מִשְׁנֶה 1) *duplum* Exod. XVI, 5. Jes. LXI, 7 bis. Zach. IX, 12. מִשְׁנֶה־כֶסֶף duplum pecuniae i. e. alterum tantum (כֶּסֶף acc., v. gramm. hebr. §. 116, 3) Gen. XLIII, 15. Eandem verborum structuram habes Deut. XV, 18: מִשְׁנֶה שְׂכַר שָׂכִיר operae duplo maiores quam quae a mercenario praestantur (ubi al. מִשְׁנֵה in st. constr., v. J. H. Michaëlis ad h. l.) et Jer. XVII, 18: מִשְׁנֶה שִׁבָּרוֹן duplex exitium. מִשְׁנֶה עֲוֹנָם duplum culpae eorum Jer. XVI, 18. לֶחֶם מִשְׁנֶה cibus duplo auctus Exod. XVI, 22 (cf. vs. 16). Iob. XLII, 10: וַיֹּסֶף . . . לְמִשְׁנֶה *et auxit* (Deus bona Iobi) *duplo*. — Hinc

2) *exemplar*, *apographum* libri (quasi duplum eius), vel potius verba ipsa e libro transcripta. Deut. XVII, 18: וְכָתַב לוֹ אֶת־מִשְׁנֵה הַתּוֹרָה הַזֹּאת עַל־סֵפֶר *et scribat sibi exemplar huius legis in libro*. Jos. VIII, 32: וַיִּכְתָּב־שָׁם עַל־הָאֲבָנִים אֵת מִשְׁנֵה תּוֹרַת מֹשֶׁה *et scripsit ibi in lapidibus exemplar legis Mosaicae*. LXX et Vulg. minus recte: τὸ δευτερονόμιον, Deuteronomium, Graec. Venet.: τὸ δευτέρωμα τοῦ νόμου τούτου, Onk. פַּתְשֶׁגֶן, Pesch. ܦܰܬܫܶܓܢܳܐ, Ar. Erp. نسخة.

3) *ordo secundus, locus secundarius*, sive ordinem spectas sive dignitatem et honorem. Plerumque in genit. postponitur ut כֹּהֵן הַמִּשְׁנֶה sacerdos secundarius, qui proxime excipit summum sacerdotem (כֹּהֵן הָרֹאשׁ) Jer. LII, 24. 2 Reg. XXV, 18, plur. כֹּהֲנֵי הַמִּשְׁנֶה sacerdotes secundarii 2 Reg. XXIII, 4; מִרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה currus (ordine) secundus Gen. XLI, 43. 2 Par. XXXV, 24. הָעִיר מִשְׁנֶה Neh. XI, 9 et simpl. הַמִּשְׁנֶה 2 Reg. XXII, 14. Zeph. I, 10 pars urbis secundaria vocabatur certa pars Hierosolymorum, fortasse nova quaedam pars vel suburbium. כֶּסֶף מִשְׁנֶה argentum secundum, pecuniae summa altera Gen. XLIII, 12 (i. q. כ׳ אַחֵר vs. 22), at מִשְׁנֶה־כֶסֶף v. no. 1.

4) concr. *secundus, secundarius, qui secundum locum occupat*. (Targ. et Pesch. fere ubique תִּנְיָן, ܬܢܝܢܐ, cf. שֵׁנִי no. 2, adde arab. مَثْنَى secunda ex quatuor chordis testudinis, ut مَثْلَث tertia earum). Sq. genit. eius, quem hic proxime excipit: מִשְׁנֵה הַמֶּלֶךְ secundus a rege 2 Par. XXVIII, 7, vel sq. לְ, ut מִשְׁנֶה לַמֶּלֶךְ id. Esth. X, 3, cf. 1 Sam. XXIII, 17. Tob. I, 22, max. *frater* (natu) *secundus*, ut אָחִיהוּ מִשְׁנֵהוּ frater eius (natu) secundus 2 Par. XXXI, 12, מִשְׁנֵה מֵאֶחָיו id. Neh. XI, 17, it. מִשְׁנֵהוּ secundus ab eo 1 Sam. VIII, 2 (antecedit הַבְּכוֹר). XVII, 13. 2 Sam. III, 3, et simpl. הַמִּשְׁנֶה secundus 1 Par. V, 12 (anteced. הָרֹאשׁ). XVI, 5. Plur. אֲחֵיהֶם הַמִּשְׁנִים fratres eorum iuniores 1 Par. XV, 18. Simili ratione הַמִּשְׁנִים dicitur de animalibus secundo partu editis (Dav. Kimchi, השנים לבטן), quae praecipua existimantur (non debiles ac viles, ut putabat b. Gesenius, qui agnos autumnali tempore natos cogitabat) 1 Sam. XV, 9, qui locus de egregio tantum ac praestantiore pecoris genere agit, cui Saulus pepercisset (v. supra dicta s. v. שֵׁנִי), ita ut virorum doctorum coniecturis הַמַּשְׁמַנִּים (Then. ad l. c.) et מִשְׁמַנִּים (Ewald. Gesch. Isr. II, 485) opus non sit. Nec Chaldaeum Syrumve interpretem eiusmodi scripturam secutos esse, sed *pingues* ad sensum exposuisse arbitror. — כְּפוֹרֵי כֶסֶף מִשְׁנִים pocula argentea secundi ordinis i. e. minus pretiosa (quam aurea quae primo loco commemorantur) Esr. I, 10.

II. שָׁנָה i. q. arab. سَنَا luxit, splenduit, unde سَنَا lux, splendor, سَنِيّ pretiosus, pulcher, et aeth. ሠነየ bonus, praestans, pulcher fuit, ሠናይ i. q. καλός. Inde ducitur

שָׁנִי constr. שְׁנִי m. *coccum*, ὁ κόκκος, *color coccineus*, quem praebent insecta quaedam (pers. et arab. قرمز, arab. etiam دود الصباغين vermis tinctorum, ὁ κόκκος, Coccus Ilicis Linn.) una cum ovis ilicis ramis foliisque inhaerentia (v. כַּרְמִיל p. 714, quod eiusdem significationis est et in libris V. T. recentioribus usitatum), חוּט הַשָּׁנִי filum cocco tinctum Cant. IV, 3 et simpl. שָׁנִי id. Gen. XXXVIII, 28. 30. תִּקְוַת חוּט הַשָּׁנִי funis e filis coccineis contortus Jos. II, 18 et תִּקְוַת הַשָּׁנִי id. vs. 21. Plene תּוֹלַעַת שָׁנִי (pr. vermis cocci) Ex. XXV, 4. XXXV, 6. 23. 25. 35. XXXVIII, 23 et שְׁנִי תוֹלַעַת (coccum vermis) Lev. XIV, 4. 6. 49. 51. 52. Num. XIX, 6. E filis coccineis, purpureis et byssinis contexta erant aulaea et peristromata tabernaculi sacri Ex. XXVI, 1. 31. 36. XXVII, 16. XXXVI, 35. Num. IV, 8 et certa sacerdotum vestimenta Ex. XXVIII, 5. 8. 33. XXXIX, 1. 3. 8. 24. שָׁנִי coccum pro vestibus coccineis 2 Sam. I, 24. Jer. IV, 30. Plur. שָׁנִים *vestes coccineae* Jes. I, 18. Prov. XXXI, 21. Pr. est color splendens (v. rad.), coll. aram. זְהוֹרִי, ܙܚܘܪܐ coccum, itidem a זְהַר splenduit, adde חָמַץ no. 2. Luc. XXIII, 11 ἐσθὴς λαμπρά vocatur quae Matth. XXVII, 28 est χλαμὺς κοκκίνη. Plin. hist. nat. XXXIII, 7, s. 40: „cocci nitor." Martial. X, 76: „cocco fulget." Horat. satyr. II, 6, vs. 102: „rubro ubi cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos." Luther. saepe vertit: Rósinfarbe, rósinrot (i. e. color roseus, non Rosínfarbe ab uvis passis). Alii שָׁנִי pr. *δίβαφον bis tinctum* notare volebant (a rad. שָׁנָה no. I), sed solae purpureae vestes bis tingebantur, nunquam coccineae, praeterquam quod cocco aliquando purpura superaddebatur, quem colorem mixtum hysginum vocabant teste Plinio hist. nat. IX, 41, s. 65. Vide Braunium de vestitu sacerd. p. 237 sqq., Boch. Hieroz. III p. 527 sqq. ed. Lips., Winer. bibl. Realwoerterbuch s. v. Carmesin.

שֵׁנָה somnus, v. rad. יָשֵׁן.

שֶׁנְהַבִּים ebur, v. s. rad. שָׁנַן.

שׁנט. Sub his litteris, quae radicem in lingua hebraea non constituunt, vocabulum ponimus e lingua aegyptiaca petitum

שִׁטָּה f. (pro שִׁנְטָה, ut חִטָּה pro חִנְטָה) i. q. arab. سُنْط, صُنْط [sic Ellious Bocthor dictionn. français-arabe s. v. Acacia, *sentt* Marcel dict., *santh* Prosper Alpin., *sant* Forsk., *sŭnt* Robinson Palaest. II, 606, سَنْط Gol., male Kam. et Freyt. سَنْط] *acacia* (nempe acacia vera, ab arbore quam nos acaciam appellare solemus plane diversa, haec enim est Robinia pseudoacacia), spina aegyptiaca veterum (Mimosa nilotica Linn., germ. Schotendorn) Jes. XLI, 19. Est arbor magna in Aegypto et Arabia crescens, cortice spinis albis tecto, siliquis subnigris, ligno durissimo, putredini vix obnoxio et, ubi veterascit, ebeno simili. Vid. Celsii hierobot. T. I, p. 498 sqq. Dioscor. l. I. c. 133. Prosper Alpin. plant. Aeg. c. 1. Forsk. Flor. p. LVI, LXXVII. De Sacy ad Abdallatiph. p. 121 sq. Sprengel hist. rei herbar. T. I. p. 270 et in Encyclop. Halensi s. v. Acacia, Rosenmueller bibl. Alterthumsk. IV, 1. p. 277. Journ. Asiat. 1846 Jun. p. 509. Winer bibl. Realwoerterb. T. I. p. 15 ed. 3. (Est aegypt. ϣⲟⲛⲧⲉ spina, ϣⲁⲛϯ id., ϣⲟⲛϯ id., et sylva acaciarum, v. lexx. coptica et Jablonskii opusc. ed. te Water T. I. p. 260.) — Male nonnulli intpp. praesertim Judaei cedrum exponunt.

Plur. שִׁטִּים 1) *acaciae*, unde עֲצֵי שִׁטִּים *ligna acaciae* (Luth. male: Förenholz), e quibus varia tabernaculi sacri supellectilia facta erant, ut arca foederis, tabula pani appositicio destinata, altaria ambo, et ipsi asseres, pessula et vectes tabernaculi Exod. XXV, 5. 10. 13. XXVI, 15. 26. XXVII, 1. 6. XXX, 1. XXXV, 7. 24. XXXVII, 1. XXXVIII, 1. Deut. X, 3. Saad. et Ar. Erp. خشب السنط. Onk. Pseudoj. Sam. et Vulg. hebr. vc. retinent. LXX ξύλα ἄσηπτα. Pesch. ܐܫܟܪܥܐ buxus, Pers. شمشاد id. Venet. ξύλα κυπαρίττων.

2) הַשִּׁטִּים (acaciae) n. pr. regionis cum valle (v. infra dicta ad l. Joël. IV, 18) trans Jordanem in agro Moabitarum ad terminos terrae Israëliticae orientales et e regione Hierichuntis sitae, ubi Josua castra habebat, priusquam Jordanis fluvium transiret Num. XXV, 1. Jos. II, 1. III, 1. Mich. VI, 5. Acacias in hoc tractu ad Jordanis ripam vidit J. Wilson (the lands of the Bible. Edinb. 1847. Vol. II. p. 17), easque frequentes esse in regione steriliore et a fluvio magis remota, non est dubitandum. — Ad eandem fere regionem pertinet אָבֵל הַשִּׁטִּים (v. supra p. 15), nec non נַחַל הַשִּׁטִּים (vallis acaciarum) Joël. IV, 18 (III, 23). Et illud quidem facile patet coll. Num. XXV, 1. Multi vero intpp., ut Credner. Hitzig. all., apud Joëlem l. c. aliam aliquam vallem cogitant cisjordanensem et Hierosolymis vicinam icciroo quia propheta eam fonte e Zione oriundo irriguam factum iri canit. Sed considera ista omnia figurate a propheta dicta esse; salutem divinam vult e Zione tanquam ex communi fonte ad extremos terrae fines propagari et ipsam illam vallem aridam ac sterilem (Burckhardti itin. Syr. p. 632 ed. germ.) hoc fonte beari. Sentisne poëtam? Cf. Zach. XIV, 8. Apoc. XXII, 1—3.

בֵּית הַשִּׁטָּה (domus acaciae) n. pr. oppidi, v. s. בַּיִת pag. 196.

שׁוּנֵם et שׁוּנַמִּית v. s. rad. שׁוּן pag. 1379.

שָׁנַן perf. שַׁנּוֹתִי, שָׁנְנוּ *acuit*, ensem Deut. XXXII, 41, metaph. linguam i. e. acri sermone petiit aliquem Ps. LXIV, 4. CXL, 4 cf. CXX, 3. 4. LVII, 7 et radd. כָּלַם, גָּדַף. Part. pass. שָׁנוּן *acutus* (de telo) Ps. XLV, 6. Jes. V, 28. Prov. XXV, 18. (Chald. שַׁנֵּן Pa. acuit, subinde etiam חַדֵּי Pa. pro hebr. שִׁנֵּן Deut. VI, 7. Ps. CXL, 4, שִׁנָּנָא acies, cuspis, syr. ܫܢܝܢܐ id., arab. سَنَّ (melit. *senn*) acuit, polivit, hinc formavit, سِنَانٌ cuspis, مِسَنٌّ cos, سُنَّةٌ forma, species, regula, lex. Cf. צָנַן no. I. pag. 1174 et זָנַן p. 424.)

Pi. inculcavit alicui aliquid (germ. *einschärfen*), sq. acc. rei et dat. pers. Deut. VI, 7. (Cf. arab. سَنَّ لَهُ شَيْئًا praescripsit ei rem tanquam legem Labid. Moall. vs. 81.)

Hithpo. se pungi qs. *confodi ac vulnerari* i. e. irritari et concitari se *passus est* (irâ et indignatione) Ps. LXXIII, 21 (parall. הִתְחַמֵּץ exacerbari).

שְׁנִינָה f. *acriter dictum*, *dictum aculeatum*, inde *ludibrium*. הָיָה לִשְׁנִינָה ludibrio fuit Deut. XXVIII, 37. 1 Reg. IX, 7.

שֵׁן constr. שֵׁן, sq. Makk. שֶׁן־ et שִׁן־, c. Suff. שִׁנּוֹ f. (Prov. XXV, 19, ut aram. et arab., sed m. signif. no. 2. 1 Sam. XIV, 5) 1) *dens* animalium, hominum (aram. שֵׁן, שִׁנָּא, ܫܶܢ, ܫܶܢܳܐ, arab. سِنٌّ, melit. *synnæ*, aeth. ስን፡ id.) Exod. XXI, 24. 27. Lev. XXIV, 20. Deut. XIX, 21. XXXII, 24. Spec. *dens elephanti*, *ebur* (ut syr. ܫܶܢܳܐ in Pesch. ubique pro hebr., chald. שֵׁן דְּפִיל, arab. سِنُّ الفِيلِ, cf. שֶׁנְהַבִּים infra, sic sanscr. *hastidanta*, *nâgadanta* et *gagadanta* i. e. elephanti dens, pers. دندان پيل id., syr. ܓܪܡܐ ܕܦܝܠܐ os eleph. ut germ. Elfen*bein*, aeth. ቀርነ፡ ናጌ፡ cornu eleph., v. קֶרֶן litt. c. pag. 1238) Cant. V, 14. VII, 5. Ez. XXVII, 6. קַרְנוֹת שֵׁן cornua eboris i. e. dentes integri cornuum speciem habentes (cf. קֶרֶן) Ez. XXVII, 15. כִּסֵּא שֵׁן thronus ebore ornatus 1 Reg. X, 18. מִטּוֹת שֵׁן lecti eborati Am. VI, 4. בָּתֵּי שֵׁן et הֵיכְלֵי שֵׁן palatia eburnea i. e. ebore quocunque modo ornata, max. parietibus ebore obtectis vel distinctis, quale Ahabus rex exaedificavit 1 Reg. XXII, 38. Ps. XLV, 9. Am. III, 15. (Ultro in mentem venit Menelai domus auro, electro, ebore ornatum Odyss. IV, 73; alia v. ap. intpp.) — Dual. שִׁנַּיִם constr. שִׁנֵּי *dentes* (pr. duplex dentium series) Gen. XLIX, 12. Num. XI, 33. Mich. III, 5. Cant. IV, 2. VI, 6. Prov. III, 8. X, 26. Iob. IV, 10. Jer. XXXI, 29. Thren. III, 16. Ez. XVIII, 2, etiam pro plur. de tribus fuscinae dentibus 1 Sam. II, 13, vid. no. 2. חָרַק שִׁנָּיו striduit dentibus Ps. XXXVII, 12. CXII, 10 cf. Thren. II, 16, et 'ח בְּשִׁנָּיו id. Iob. XVI, 9. Proverbiales locutiones sunt הִתְמַלְּטָה בְּעוֹר שִׁנָּי *evasit cum cute dentium* i. e. vix gingiva ei superfuit e morbo ac macie Iob. XIX, 20 (cf. arab. تَرَكْتُهُ بِظُوفِ رَقَبَتِهِ reliqui eum cum cute cervicis suae i. e. vix vivum, نَجَا بِظُوفِ نَفْسِهِ vix evasit, et germ. mit heiler Haut davonkommen), et אֶשָּׂא בְשָׂרִי בְשִׁנָּי *carnem meam dentibus fero* i. e. vitam meam summo periculo expono Iob. XIII, 14 (quae enim dentibus tenemus, facile elabuntur, in altero disticho est: נַפְשִׁי אָשִׂים בְּכַפִּי *vitam meam in manu pono*, v. hoc supra explanatum s. v. כַּף no. 1, e, pag. 705.

2) res denti similis, nempe a) *cuspis* 1 Sam. II, 13: הַמַּזְלֵג שְׁלֹשׁ הַשִּׁנַּיִם fuscina tribus dentibus trifida, tridens. Pesch. ܫܶܢܳܐ. (Ita arab. سِنٌّ est dens pectinis, mucro cultri, calami etc., similique modo dentis notio in aliis linguis adhibetur.) — b) *scopulus acutus*, plene שֵׁן־הַסֶּלַע *scopulus petrae*, Iob. XXXIX, 28. 1 Sam. XIV, 4. 5. Ita syr. ܫܶܢ Pesch. ll. cc., ܫܶܢ ܛܽܘܪܳܐ montis cacumen prominens Ephr. I, 347. D., arab. سِنُّ جَبَلٍ id. Marasid ed. Juynboll p. 86. lin. 4, Talm. שִׁנַּיִם scopuli tr. Ohal. c. 8, מְשׁוּנִּיתָא id., v. Buxt. lex. talm. pag. 2477. Cf. gall. *dent* in nominibus montium, ut Dent blanche, Dent de midi al. — Inde

הַשֵּׁן n. pr. loci, prob. rupis 1 Sam. VII, 12.

שֵׁן dual. שִׁנַּיִן f. chald. i. q. hebr. שֵׁן *dens* Dan. VII, 5. 7.

שַׁיִת spina, quod vc. nonnulli ex שַׁנְת ortum et a שָׁנַן ductum putant, v. suo loco s. rad. שִׁית p. 1401.

שִׁנְאָב (dens patris, sec. Hitzig. Erfind. des Alphab. p. 35: dens serpentis coll. arab. ثُعَابٌ serpens) n. pr. reguli Canaanaei Gen. XIV, 2.

שֶׁנְאַצַּר (fort. dens ignitus, a שֵׁן et zend. *âthar* ignis, cf. בֵּלְשַׁאצַּר, שַׁרְאֶצֶר) n. pr. filii Jechonjae regis 1 Par. III, 18. (Fortasse in exilio susceptus ex eoque nomen semipersicum nactus erat.)

שֶׁנְהַבִּים m. plur. *ebur*, semel legitur 1 Reg. X, 22 et iterum 2 Par. IX, 21, qui locus ad illum priorem expressus est. Significatio satis certa est, ambigua autem et difficilis quaestio de origine vocabuli. Et illam quidem confirmant testes veteres LXX ὀδόντα ἐλεφάντινα, Vulg. in Regg.: dentes elephantorum, in Par.: ebur, Targ. שֵׁן דְּפִיל. Quod attinet ad originem vocis, plurimi eam compositam habent ex hebr. שֵׁן et quodam peregrino elephanti nomine, quod lateat in altera parte הַבִּים. Alii quidem hoc corruptum putant ex הַפִּיל (dens) *elephanti* (pers. پيل *pîl* elephas, unde arab. فِيلٌ, aram. פִּיל, ܦܝܠܐ, sanscr. etiam *pîlu*, quanquam barbarum censetur v. Lassen Pentapot. p. 84, armen. *pigh*, cf. Pott in Zeitschrift für die Kunde des Morgenl. T. IV, p. 12 sqq. et in Hoeferi Zeitschr. II, 1), ut שִׁנְדְּפִין est in Targ. Hieros. Gen. L, 1 pro שֵׁן דְּפִיל, portus *Marfim* i. e. hisp. *marfil* ebur (in quo ipsum vc. פִּיל apparet),

Zer'in = Jisreël al.; sed haec vocis פיל in בים commutatio mihi valde suspecta est, praesertim quum ebur alias semper simplici nomine שֵׁן nuncupetur. Id quod obstat etiam sententiae Agathonis Benarii (Roem. Lautlehre I, 228), ab Gesenio acceptae et Benfeyo (Encyclop. Hal. sect. II. vol. 17. p. 26), הַבִּים contractum esse ex הָאִבִּים et hoc ortum e sanscr. *ibha* elephas, adiecta plur. terminatione hebraea, ex quo vocabulo ortum etiam sit ἐλ-έφας articulo scilicet arabico auctum. Accedit simile nomen elephanti eborisque aegypt. ⲉⲃⲟⲩ ap. Champoll. gramm. aeg. p. 51. 80. 84. 154, Rosellin. mon. civ. I, 210, et assyrium *habba*, quod Rawlinsonus in inscrr. invenisse sibi visus est, et duplici quidem elephanti camelique significatione, v. Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XII. p. 463. Verisimilior videatur Ewaldi sententia (gramm. hebr. ed. 5. p. 80, cf. ed. a. 1828. p. 219), qui הַבִּים putat contractum esse ex הַלְבִּים et hoc aeque ac graecum ἐλέφας ductum e sanscr. elephanti nomine *karabha* s. *kalabha*, id quod nuper Lassenius quoque ascivit in antiquitatt. ind. T. I, Errat. et Additam. p. LXII. Aliam viam ingressus est Hitzigius, qui (ad Jes. LXVI, 19) שֶׁנְהַבִּים dentem Libyorum esse coniectaverat e שֵׁן et נְהַבִּים = לְהָבִים Libyi (?), postea vero (Erfind. des Alphabets p. 35) ad arab. هَابَ (serpens!) confugit; aliam inivit E. Meier in lex. radd. hebr. p. 671, qui שֶׁנְהַבִּים exponit longos vel curvos sc. dentes elephanti a rad. שהב coll. شَنْخَبٌ longus; aliam Bochartus hieroz. I, 233 sqq. ed. Lips., qui praeeunte Syro interprete (quem Arabs sequitur: ܦܝܠܐ, فيلة) ipsas bestias mavult quam ebur interpretari *) et vc. hebraeum ex שֵׁן et أَهْبَبُ (fuscus) conflatum esse frustra contendit; aliam denique Faber archaeol. Hebr. I. p. 400 et Ad. Pictet in Journ. Asiat. 1843. Sept.-Oct. p. 133 sqq., qui et chald. שנדפיל et hebr. שֶׁנְהַבִּים ex pers. زندہ پيل arab. زندفيل factum esse opinantur, quae est elephanti masculi appellatio. — Diu est quod suspicionem habeo de vera illius Regum loci scriptura, ac nuper comperi iam Fabrum l. c. idem dubium movisse quod mihi venerat in mentem. Suspicor enim primitus scriptum fuisse שֵׁן הָבְנִים *ebur* (et) *ebenum*, quanquam iam ante LXX interpretum aetatem et a Paralipomenôn auctore שנהבים lectum esse largior; certe ebeni commemoratio in mercibus ex Ophira advectis aptissima fuerit, ac nescio an coniecturae nostrae non nihil fidei eo accedat quod Ezechiel quoque XXVII, 15 in mercaturae Tyriorum descriptione קַרְנוֹת שֵׁן וְהָבְנִים coniungat, cf. Diodor. I, 35, ubi Sesostris Aethiopibus tributum *auri*, *eboris et ebeni* imperasse narratur.

שָׁנַס rad. in Kal inusit., sec. Gesen. fort. *coëgit*, *compressit*, *colligavit*, vic. אָנַס coll. chald. שְׁנָץ lorum, corrigia, et, quod longius abest, arab. شنص implexus est, adhaesit.

Pi. שִׁנֵּס *accinxit* (lumbos) 1 Reg. XVIII, 46: וַיְשַׁנֵּס מָתְנָיו וַיָּרָץ *et accinxit lumbos suos et cucurrit.* Ita vett. intpp. omnes, flagitante verborum contextu.

* * *

שִׁנְעָר Gen. XIV, 1. Jos. VII, 21. Jes. XI, 11, alibi אֶרֶץ שִׁנְעָר Gen. X, 10. XI, 2. Zach. V, 11. Dan. I, 2 n. pr. regionis circa Babylonem sitae, ad quam praeter Babylonem ipsam urbes Erech (אֶרֶךְ), Accad (אַכַּד) et Kalneh (כַלְנֵה) pertinebant Gen. X, 10, et quae tum antiquissimo tempore regni sedes erat Gen. XIV, 1, tum Nebucadnezaris imperio subiecta Dan. I, 2. אַדֶּרֶת שִׁנְעָר pallium Babylonicum Jos. VII, 21, vid. s. v. אַדֶּרֶת p. 29. LXX Σενναάρ (praeter Zach. V, 11, ubi habent γῆ Βαβυλῶνος, et Jes. XI, 11, ubi reddunt Βαβυλωνία), Hestiaeo ap. Joseph. antiq. iud. I, 4, 3 Σενναὰρ τῆς Βαβυλωνίας appellata, syr. et in Pesch. ll. cc. (praeter Zach. l. c., ubi est ܒܒܠ, ut ap. LXX et Jonath., etiam ap. Onk. in Pent.), et apud Barhebraeum ܫܢܥܪ. Ex huius autem Chronico apparet, eandem hanc esse terram atque Babyloniam (v. p. 9. 256. al. ed. Bruns. et Kirsch.), quae usque ad mare Persicum pertineret, ita ut urbes Basram et Abbadanum in se contineret (p. 214), et septentriones versus Bagdadum nec non Tecritum spectaret (p. 256. 345), cf. F. Tuch. de Nino urbe, Lips. 1845, p. 9 sqq. Nimium quantum a vero aberrat glossa Bar Alii: ܐܬܪܐ ܕܫܢܥܪ ܟܫܓܪ ܟܣܟܪ ut et lex. Adler.: ܫܢܥܪ بلاد الموصل عراق, vix enim Mosul huc pertinet, multo minus Caschgar, Irâca autem accipi potest, si sit Babylonica, non Persica. Falsam denique esse eorum sententiam, qui terram שִׁנְעָר eandem faciant cum Singara (Σίγγαρα, arab. سنجار), Mesopotamiae septentrionalis regione, Tuchius demonstravit l. c. pag. 5 sq. Cf. Bocharti Phaleg I, 5. J. D. Michaëlis spicileg. geogr. I. p. 231. Ceterum cl. Rawlinson illud nomen in inscriptionibus assyriis babylonicisque repperit *Sinkareh* scriptum litteris cuneatis in loco, qui nunc vocatur Senkereh, vid. Journ. Asiat. Soc. vol. XII, p. 436. 478 et The XXIX Report of the As. Soc. 1852, p. XV. (Origo nominis latet. Quod enim Ephraemus Syrus T. I. p. 379 ait, ܫܢܥܪ in lingua hebraea lapidem significare, id mendosa scriptura nititur; nam quod nunc 1 Sam. XXIII, 28 pro hebraeis verbis סֶלַע הַמַּחְלְקוֹת in Pesch. et apud ipsum Ephraemum l. l. legitur ܫܢܥܪ ܕܦܠܓܘܬܐ, primitus sine dubio fuit ܫܥܠܐ ܕܦܠܓܘܬܐ et ad hoc ܫܥܠܐ i. e. hebraeum סֶלַע spectat illa glossa. Cf. Credner. de pro-

*) Sic Tanchum quoque: فيلة שֶׁנְהַבִּים (sic), et Arabs intp. in cod. Pocock. 349.

phetar. minor. vers. syr. diss. I. Gotting. 1827, p. 42, librum meum de arab. intp. librr. histor., Hal. 1829, p. 40, et Tuch. l. c. p. 8).

שְׂנִיר n. pr. Cant. IV, 8 sec. nonnullos codd. legitur pro שְׂנִיר, q. v. p. 1334.

שָׁסָה (vic. verbis שָׁסַס, שָׁסַע, שָׁסַף quae v.) fut. יִשְׁסֶה *diripuit, praedatus est, expilavit.* Ps. XLIV, 11: (hostes nostri) שָׁסוּ לָמוֹ *praedam sibi faciunt.* Sq. acc. rei Hos. XIII, 15. 1 Sam. XXIII, 1: הֵמָּה שֹׁסִים אֶת־הַגֳּרָנוֹת *illi diripiunt areas* i. e. fruges in areis coacervatas. Part. שֹׁסֶה subst. pl. שֹׁסִים *praedatores* Iud. II, 14. 2 Reg. XVII, 20. שֹׁסֵי נַחֲלָתִי praedatores heredii mei Jer. L, 11. שֹׁסֵהוּ qui eum praedatur s. expilat 1 Sam. XIV, 48. Iud. II, 16. Jer. XXX, 16 Keri (Kethib v. s. rad. שָׁסַס). Part. pass. שָׁסוּי expilatus Jes. XLII, 22.

Po. שׁוֹסֵתִי (pro שִׁסֵּתִי quod aliquot codd. exhibent) i. q. Kal, c. acc. rei Jes. X, 13.

שָׁסַס fut. יָשֹׁס i. q. שָׁסָה *diripuit, praedatus est, expilavit* sq. acc. pers. Iud. II, 14. Ps. LXXXIX, 42, vel loci 1 Sam. XVII, 53: וַיָּשֹׁסּוּ אֶת־מַחֲנֵיהֶם *et diripuerunt castra eorum.* Part. שֹׁאֵס more aramaeo pro שֹׁסֵס (ut דָּאַק, دَقَّ a דָּקַק), pl. c. Suff. שֹׁאסַיִךְ qui te diripiunt Jer. XXX, 16 Kethib (Keri: שֹׁסַיִךְ a v. שָׁסָה).

Niph. נָשַׁס fut. יִשַּׁסּוּ *direptus est* Jes. XIII, 16. Zach. XIV, 2.

מְשִׁסָּה f. *direptio, praeda.* הָיָה לִמְשִׁסָּה praedae fuit, in praedam concessit (alicui) 2 Reg. XXI, 14. Jer. XXX, 16. Zeph. I, 13. Jes. XLII, 22. נָתַן לִמְשִׁסָּה in praedam dedit s. concessit aliquem sq. acc. pers. Jes. XLII, 24. Plur. מְשִׁסּוֹת Hab. II, 7: וְהָיִיתָ לִמְשִׁסּוֹת לָמוֹ *et concedes iis in praedam,* pr. in direptiones.

שָׁסַע *scidit.* (Radices finitimae praeter שָׁסָה et שָׁסַס sunt קָצַע, גָּדַע, קָצַב, praeterea huc pertinet arab. شَسَعَ distitit et hebr. שָׁסַף.) In Kal de scissis s. fissis animalium ungulis dicitur in hunc modum: שֹׁסַעַת שֶׁסַע פַּרְסָה (animal) scindens scissuram ungulae, et שׁ' שֶׁ' פְּרָסוֹת scindens scissuram ungularum i. e. ungulas scissas habens Lev. XI, 3. 7. 26. Deut. XIV, 6. Cf. מַפְרִיס הַפַּרְסָה s. rad. פָּרַס Hiph. litt. a, p. 1128. Part. pass. הַפַּרְסָה הַשְּׁסוּעָה ungula scissa Deut. XIV, 7.

Pi. שִׁסַּע 1) *scidit* i. e. scissuram fecit ita ut totum non disrumperet nec frustum decerperet Lev. I, 17: וְשִׁסַּע אֹתוֹ בִכְנָפָיו לֹא יַבְדִּיל *et scindit eam* (avem immolandam) *in alis eius* (ita tamen ut) *non divellat* eam. LXX *καὶ ἐκκλάσει αὐτὸ ἐκ τῶν πτερύγων καὶ οὐ διελεῖ.* — 2) *discidit, laceravit* (Simson leonem) Iud. XIV, 6. — 3) metaph. שִׁסַּע בַּדְּבָרִים *verbis proscidit* s. *dilaceravit* aliquem i. e. increpuit, corripuit, castigavit 1 Sam. XXIV, 8.

שֶׁסַע m. *fissura,* v. rad. in Kal.

שָׁסַף rad. in Kal inusit. *discidit, dissecuit* (vic. קָצַף, גָּדַף, nec non שָׁסָה, שָׁסַס, שָׁסַע et syr. ܫܣܦ fidit Lev. I, 17. Act. Martyr. T. I. p. 223).

Pi. in frusta discidit ἅπ. λεγ. 1 Sam. XV, 33: וַיְשַׁסֵּף שְׁמוּאֵל אֶת־אֲגַג *et Samuel in frusta discidit Agagum.* LXX *ἔσφαξε.* Aq. et Symm. *διέσπασεν.* Vulg. in frusta concidit. Targ. et Pesch. פַּשַּׁח, ܦܫܚ. Abulwalides: שִׁסֵּף معناه شقه بالسيف i. e. 'שׁ significat: discidit gladio.

I. שָׁעָה fut. יִשְׁעֶה, apoc. וַיִּשַׁע *spectavit* (vic. שָׂכָה no. I, et שָׁגַח quae v., scil. a findendo, cf. שָׁגַג et שָׁעַר no. I), inde absol. *circumspexit* (auxilium) 2 Sam. XXII, 42. Spec. a) sq. אֶל *respexit* (Deus) aliquem, sacrificiumque ab eo oblatum Gen. IV, 4. 5. b) *respexit* legem i. e. observavit sq. בְּ Ps. CXIX, 117 (ubi 1. sing. fut. אֶשְׁעָה aucta term. ־ָה ad f. אֶקְטְלָה, quae rarissima est in verbis לה, cf. נִשְׁתָּעָה Jes. XLI, 23). c) *intuitus est,* auxilium *exspectans,* sq. אֶל Jes. XVII, 8, עַל XVII, 7. XXXI, 1, בְּ Ex. V, 9. d) sq. מִן vel מֵעַל *respexit, oculos avertit* ab aliquo vel aliqua re, *missum fecit* aliq. Iob. VII, 19. XIV, 6. Jes. XXII, 4.

Hiph. i. q. Kal litt. d. sq. מִן Ps. XXXIX, 14: הָשַׁע מִמֶּנִּי *oculos averte a me.* Forma הָשַׁע est imp. apoc. pro הַשְׁעֵה, unde הֶשַׁע (ut הֶרֶב, הֶגֶל), et accentu ad finem tracto vocalique syllabae antecedentis producta הָשַׁע. Nihil igitur opus est ut a rad. שׁוּעַ repetatur haec forma, aut vocales mutentur. Aliud הָשַׁע v. s. שָׁעַע Hiph.

Hithp. הִשְׁתָּעָה 1) *circumspexit* (auxilium) Jes. XLI, 10: אַל־תִּשְׁתָּע (codd. אַל תִּשְׁתַּע) *ne trepide circumspicias* (parall. אַל־תִּירָא). — 2) *se invicem aspexerunt* (sc. cum attentione et admiratione) ibid. comm. 23. Cf. הִשְׁתָּאָה s. rad. שָׁאָה no. II, pag. 1347.

שָׁעָה emphat. שַׁעְתָּא, שַׁעְתָּא chald. f. *momentum temporis,* pr., ut videtur, obtutus oculorum, germ. Augenblick, a rad. hebraea שָׁעָה, sec. Hitzig. ad Dan. III, 6 ab arab. سعى cucurrit, ut עֵת tempus a v. עָדָה. (Targ. שָׁעָה s. שָׁעָא pl. שָׁעִין et שָׁעָן i. q. hebr. רֶגַע momentum, it. hora, syr. ܫܥܐ emph. ܫܥܬܐ id., הַשְׁתָּא contr. ex הָא שַׁעְתָּא nunc, et magis curtatum syr. ܗܫܐ et ܗܫ nunc, ut ital. *ora* et gall. *or,* - arab. ساعة raro سعو et سعوة momentum, hora, unde syr. vulg. ܗܫܐ id., melit. *sy'a* id., arab. vulg. إسّا et melit. *yssa* pro الساعة nunc, statim, لِسّا pro للساعة adhuc, aeth. ሶቤ፡

et ሰዓት: momentum, hora, amhar. ሰዓት: id. In lingua vet. germ. *stunt* s. *stunta* est momentum, unde *thrin stuntôn* ter, *siben stunt* septies Grimm gramm. III, 231, in lingua Batav. *stondt* momentum et hora, nostrum Stunde). בַּהּ־שַׁעֲתָא s. בַּהּ שַׁעֲתָא in ipso momento i. e. statim, illico Dan. III, 6. 15. IV, 30. V, 5. (syr. ܒܗ ܫܥܬܐ Assem. bibl. or. I, 40. l. 5. 6. 22, ܒܗ ܒܫܥܬܐ Pesch. Matth. VIII, 3 pro εὐθέως, et ܒܗ ܒܫܥܬܐ d. Ephr. I, 540. E. 541. E. Cf. αὐτῇ τῇ ὥρᾳ Luc. XXIV, 23). כְּשָׁעָה חֲדָא per unum momentum i. e. per breve tempus, germ. einen Augenblick Dan. IV, 16. Targ. כְּשָׁעָה subito pro כְּרֶגַע Num. XVI, 21 Onk., pro רֶגַע Ps. VI, 11, arab. سُوَيْعَةً paulisper.)

מִשְׁעִי ἅπ. λεγ. Ezech. XVI, 4 vid. s. rad. מָשַׁע p. 828 sq.

II. שָׁעָה i. q. שָׁעַע, syr. ܫܥܐ *oblitus est* (oculus), *excoecatus est*, uno loco Jes. XXXII, 3, sed fortasse et hic est *intueri*, nempe immoto vel rigente obtutu, vel cum Ewaldo pro תִּשְׁעֶינָה scribendum תְּשַׁעֶינָה, a rad. שָׁעַע q. v.

שַׁעַט verb. inusit. quod idem esse arbitror ac שׁוּט signif. no. 3 *discurrere*, pr. flagellare, remigare. Syr. ܫܛܐ natavit in aqua, ܫܛܐ ܒܐܐܪ volavit in aëre, unde ܫܛܝܐ serpens, reptile pro אֶפְעֶה Jes. LIX, 5, ܫܛܝܐ pulli avium, ܫܛܘܝܐ natatilis, quae omnia apta sunt ad ea quae de significatione rad. שׁוּט exposui supra pag. 1378. Accedit nasor. ܫܛܐ de cervis dictum qui in deserto discursitant, lib. Adami ed. Norberg. T. I. p. 320. lin. 2: כדי איל׳א ואילאתא בדבאר משאטא sicut cervi et cervae in deserto discurrentes, cf. p. 160. lin. 11: אשתאעאט בחיניקתא discursito suspiria trahens. Hinc

שַׁעֲטָה f. ἅπ. λεγ. constr. שַׁעֲטַת *cursus*, *incessus* (equorum). Jer. XLVII, 3: מִקּוֹל שַׁעֲטַת פַּרְסוֹת אַבִּירָיו *ob sonitum incessus ungularum fortium* (equorum) *eius* i. e. ob sonitum quem reddunt ungulae incedentium equorum. (Sequuntur verba: מֵרַעַשׁ לְרִכְבּוֹ *ob strepitum quem faciunt currus bellici.*) Hanc interpretationem iam veteres nonnulli intpp. secuti sunt, Targ. מַפְסוֹעֵית gressus, Pesch. ܗܠܟܬܐ incessus, Aquila in hexapl. syr. ܪܗܛܐ cursus, Dav. Kimchi qui confert דַּהֲרוֹת אַבִּירָיו Iud. V, 22, fort. etiam LXX: ἀπὸ φωνῆς ὁρμῆς αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ὁπλῶν [sic leg., non ὅπλων ex quo arma expressit Vulg.], Lud. de Dieu, Hitzigius all., eaque certo nititur usu Syrorum ac Nasoraeorum, quamquam talis verborum med. ו et med. ע cognationis ratio insolita est, nec tamen inaudita, imo frequens in dialectis aramaeis, cf. לוּץ et לְעַז, פּוּס et פְּעַס, קוּם et sam. קעם all.; accedit similis inter verba med. ו et med. א vicissitudo, ut שְׁאָט fastidivit = שׁוּט no. II, v. litt. א pag. 3. — Aliam eamque ad Jeremiae verba non minus aptam interpretationem proposuit J. D. Michaëlis, quem sequitur Gesenius: hi enim שַׁעֲטַת explicant *ictum* ungularum equi terram pulsantis coll. arab. خبط II; verum hoc non est pulsare pede terram, sed contundere in partes, comminuere.

* * *

שַׁעַטְנֵז (cod. Samar. שעטניז) panni s. vestimenti genus e duobus filorum generibus, lino et lana, contextum, ὕφασμα ἀμφίμιτον, quo ne uterentur Hebraeis lege erat interdictum. Lev. XIX, 19: בֶּגֶד כִּלְאַיִם שַׁעַטְנֵז לֹא יַעֲלֶה עָלֶיךָ *vestimentum duplicis naturae Saatnes tibi non indues.* Eadem lex ita habet in Deut. XXII, 11: לֹא־תִלְבַּשׁ שַׁעַטְנֵז צֶמֶר וּפִשְׁתִּים יַחְדָּו *non indues Saatnes, lanam et linum simul.* Quod igitur illic explicando vocabulo peregrino est בֶּגֶד כִּלְאַיִם, id hic circumscribitur lana et lino. LXX in Lev.: ἱμάτιον ἐκ δύο ὑφασμένον κίβδηλον οὐκ ἐπιβαλεῖς σεαυτῷ, et sic etiam in Deut. pro 'שׁ ponunt κίβδηλον i. e. adulterinum. Aqu. ἀντιδιακείμενον i. e. varium vel diversi generis. Pesch. in Deut. ܡܚܠܦܐ, in Lev. ܡܚܠܦܝܢ (vestes) versicolores polymitae. Samar. ࠔࠋࠝࠔࠓࠍࠕ variegatae instar pellis pardi. Reliqui vero intpp. vett. vel satis habent ipsum 'שׁ retinere, ut Onk. utroque loco, prorsusve negligere, ut Vulg., vel lana linoque mixtam vestem e Deut. in Levitici quoque locum introducunt ut Graec. Venet. (ἐριόλινον), Saad., Ar. Erpen., Persa. Origo obscura est. Ac fere nihil effecerunt, qui olim semiticam vocis originem anquirerent, ut Bochartus hieroz. I, 545 ed. Lips. Nugae sunt e Midraschico interpretandi genere, quae in Mischnae tractatu כלאים s. de heterogeneis c. 9. §. 8 docentur שעטנז דבר שהוא שוע טווי ונוז quae verba sic exponunt viri docti: 'שׁ est res carminata (sec. al. laevigata), neta et contorta s. texta; ex his scilicet tribus verbis שעטנז consarcinatum esse allucinabantur, cf. tr. Nidda fol. 61, b. Buxt. lex. talm. s. v. Abr. Geiger Lehrbuch zur Spr. der Mischnah II, p. 75. Non multum ab his discrepat explicatio Pseudojon. in Deut. l. c.: שִׁיעַ וְעָזִיל וְנִיז. Scitiora quidem sunt quae Ern. Meierus proposuit lex. radd. hebr. p. 686, qui שַׁעַטְנֵז pedetentim et gradatim factum esse arguit ex his formis שַׁעַטְנֵז ,שַׁעֲטֵז ,שַׁעֲטֵט rad. שׁעַ, et commixtum interpretatur coll. arab. شعشع miscuit et aeth. ሰወጠ: id.; sed tamen ea nimis arguta atque artificiosa esse arbitror. Nec ego dubito, quin vc. שַׁעַטְנֵז ex lingua aegyptiaca Hebraei mutuati sint, quamvis non satisfaciant Forsterus (de bysso antiquorum p. 95) et Jablonskius (opuscc. ed. te Water I, p. 294 sqq.), qui illud esse copt. ϣⲟⲛⲧⲛⲉⲥ coniiciunt et exponunt *byssinum complicatum* s. *fimbriatum*, coll. copt. ϣⲟⲛⲧ plectere vel ϣⲱⲛⲧ reticulum, implexum opus, vel ϣⲟⲛⲥ byssus, vel ϣⲧⲉⲃⲧ fimbria;

ita enim dubii haerent. Equidem, si quid periclitari mihi liceat in re tam obscura, LXX putaverim verum quadantenus expressisse voce κίβδηλον, et priorem certe partem verbi שַׁעַטְנֵז esse copticum ϣⲟⲟⲧⲉⲛ a Peyronio in lex. expositum his ipsis verbis: „κίβδηλος, spurius, impurus, reprobus," quod panno e lino lanaque mixto valde aptum fuerit, cf. ϣⲁⲧ, ϣⲉⲧ, ϣⲧⲟ proiicere, reprobare; alteram autem partem curtatam dixerim ex ⲥⲛⲧⲉ = مبرم i. e. ex pluribus filis contortum, interposita particula ⲛ.

שׁעל verbum inusit. quod findendi, rumpendi, perrumpendi et excavandi vim habuisse arguunt tum nomina derivata שֹׁעַל vola, מִשְׁעוֹל via cava, שׁוּעָל vulpes, utpote cavator et cavernarum incola, tum vicinae radd. שָׁאַל, שָׁגַר, שָׁחַר, שָׁעַר no. II, unde שְׁאוֹל orcus.

שֹׁעַל c. Suff. שָׁעֳלוֹ plur. שְׁעָלִים constr. שַׁעֲלֵי (cf. סִבְכֵי a סְבָךְ, אִמְרֵי ab אֹמֶר) m. cavum manus, gr. δράξ, hinc a) *vola, palma cava* Jes. XL, 12; b) *pugillus* i. e. quantum pugno prehendi potest 1 Reg. XX, 10. Ez. XIII, 19. (Aram. שְׁעָל, שָׁעֳלָא, ܫܘܥܠܐ id.).

שׁוּעָל plur. שׁוּעָלִים, שְׁעָלִים m. 1) *vulpes* (et *thos*, v. infra) Neh. III, 35. Cant. II, 15. Thren. V, 18. Ez. XIII, 4. Iud. XV, 4. Ps. LXIII, 11. (Eodem ve. utuntur Talmudistae et Rabbini, aram. תַּעֲלָא, ܬܥܠܐ pro hebr. שׁוּעָל Targ. et Pesch. ll. cc. et pro ἀλώπηξ Pesch. Matth. VIII, 20. Luc. IX, 58. Arab. ثُعَالَة nomen vulpis est, ut in prov. أَرْوَغُ مِنْ ثُعَالَة astutior quam vulpes, sed frequentius est ثَعْلَب addita littera ب, vid. n. pr. שַׁעַלְבִים infra. Ad originem quod attinet, Bochartus l. c. vulpem dictam putabat a tussi, quam gannitu suo referat, coll. سَعَلَ tussivit, E. Meierus in lex. radd. hebr. p. 186 ab ululatu, coll. שָׁחַל no. I et אִי supra s. rad. אָוָה no. II p. 39; Hitzig. comm. in Jes. p. 52, Gesenius et Maurer vulpem hoc nomen nactam esse contendunt a fovea et cubili subterraneo, quod habitat, et שׁוּעָל pr. notare excavatorem, fossorem; vel cavorum habitatorem, unde arabice أَبُو الحُصَيْن pater munimenti parvi appellatur, quemadmodum cuniculi de Varronis sententia dicti sunt iccirco quia sub terra cuniculos facere solent.) Vulpium autem nomine in vita communi etiam *thoes* θῶας, sive hi sint canes aurei (pers. شغال, شگال Schagâl, et شگار Schagâr, turc. چقال, gall. chacal, angl. jackal, germ. Schakal, sanscr. çrikâla, çrigâla, v. Pott. etymol. Forschungen I, p. LXXXII), sive canes syriaci (ut arbitratur Ehrenbergius mammal. dec. II) complexi esse videntur Hebraei et reliqui Orientales, quum externa specie sibi invicem similes sint hae bestiae et non raro confundantur (cf. Niebuhrii Beschreib. von Arabien. p. 166, Chardin voyage en Perse ed. Amstelod. 1711. 4. T. I. p. 43. T. II. p. 29 aliaque itineratorum testimonia ap. Wahl. in Richardsoni biblioth. orient. III, 2. p. 106 sqq., Oken hist. nat. T. VII. p. 1553, Ehrenberg. l. c.). In nonnullis V. T. locis utrumvis horum animalium genus fere aequo iure accipi potest, *vulpes* veri nominis dicuntur Cant. II, 15 quippe vinearum vastatores, sed *thoes* potius in historia Simsonis Iud. XV, 4 (vulpes enim non sine difficultate vivi capiuntur), et Ps. LXIII, 11 (siquidem vulpes, quanquam non semper v. Oken l. c. p. 1551, a cadaveribus abstinent, quibus delectantur thoes). Utriusque autem generis animalia in Palaestina frequentia sunt testibus Hasselquisto itiner. ed. germ. p. 271 et Robinsone Palaest. II. p. 432. III, 1. p. 188. V. Bocharti Hieroz. T. II, p. 190 sq. ed Lips., Faber ad Harmari Beobachtungen T. II, p. 270, eiusdem Archaeol. T. I, p. 140, Oedmanni verm. Samml. II, 38, Rosenm. Alterthumsk. IV, 2, 154, Winer bibl. Realwoerterb. s. v. Füchse et Schakal.

2) n. pr. a) viri e posteris Asseris 1 Par. VII, 36. Cf. n. pr. germ. Fuchs, angl. Fox, gall. Renard, arab. ثُعَلْ. — b) אֶרֶץ שׁוּעָל (terra vulpis) regio prope viam, quae a Philistaeorum terra ducebat Ophram 1 Sam. XIII, 17, prob. i. q. אֶרֶץ שַׁעֲלִים 1 Sam. IX, 4, adiacens oppido שַׁעַלְבִים q. v. infra. — c) חֲצַר שׁוּעָל (vicus vulpis) v. חָצֵר pag. 512.

שַׁעֲלִים plur. (fort. scrib. שְׁעָלִים vel שַׁעַלְבִים vulpes), nempe אֶרֶץ שַׁעֲלִים n. pr. regionis 1 Sam. IX, 4, prob. i. q. אֶרֶץ שׁוּעָל q. v. sub שׁוּעָל n. 2.

מִשְׁעוֹל m. *via cava, angustiae viarum* (germ. Hohlweg). Num. XXII, 24: מִשְׁעוֹל הַכְּרָמִים גָּדֵר מִזֶּה וְגָדֵר מִזֶּה *via angusta inter* (duas) *vineas*, ubi *maceries* una *hinc* et *maceries* altera *illinc* erat. Graec. Venet. ἐν διόδῳ τῶν ἀμπελώνων.

שׁעלב rad. a fine aucta i. q. שָׁעַל, unde

שַׁעַלְבִים plur. (vulpes, pro pleniore בֵּית שׁ׳ locus vulpium, cf. arab. ثَعْلَب i. q. שׁוּעָל vulpes) Iud. I, 35. 1 Reg. IV, 9, et

שַׁעַלַבִּין plur. (id.) Jos. XIX, 42, n. pr. oppidi Danitarum. Simile nomen אֶרֶץ שׁוּעָל et אֶרֶץ שַׁעֲלִים. (Aliud oppidum Σαλαβά dictum in finibus Sebastes memorat Eusebius in Onom.)

שַׁעַלְבֹנִי n. gent. vel patron. (a שַׁעַלְבֹן ductum, cf. arab. ثَعْلَبَان vulpes mas sec. Kisâium aliosque grammaticos, quibus alii adversantur), cognomen unius ex heroibus Davidis 2 Sam. XXIII, 32. 1 Par. XI, 33.

שׁעם rad. inusit., arab. سَعَمَ celerrime in-

cessit camelus, مسعام celerrime fluens torrens; inde fortassis

מִשְׁעָם (celeriter incedens, sec. Simon. onomast. p. 291 litterarum transpositione ortum ex מִשְׁמָע) n. pr. m. 1 Par. VIII, 12.

שָׁעַן *cubuit, quievit* (vic. radd. שָׁאַן, שָׁכַן), in Kal inusit.

Niph. נִשְׁעַן fut. יִשָּׁעֵן 1) *incubuit, innixus est*, velut hastae sq. עַל 2 Sam. I, 6. נִשְׁעַן עַל יַד פ׳ innixus est manui alic., dicitur de regibus qui amicis et ministris suis innixi in publicum procedere solebant 2 Reg. V, 18. VII, 2. 17. Metaph. *fiduciam posuit* in aliquo (aliqua re), sq. עַל Jes. X, 20. XXX, 12. XXXI, 1. Iob. VIII, 15. 2 Par. XIII, 18. XIV, 10. XVI, 7. 8. Mich. III, 11. Ez. XXIX, 7, sq. אֶל Prov. III, 5, sq. בְּ Jes. L, 10, absol. Iob. XXIV, 23. — 2) *adnixus est, acclinavit se* ad aliquid, sq. עַל Iud. XVI, 26, de regione, sq. לְ Num. XXI, 15. — 3) *recubuit* (pr. innixus est in cubitum) Gen. XVIII, 4.

Hiph. semel legitur in Pent. Samar. Gen. XVIII, 4 eadem significatione ac Niph., sed ibi והשעינו videtur mendum esse et corrigendum והשענו, ut est in codice Masoretarum.

אֶשְׁעָן (fulcrum) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 52.

מַשְׁעֵן m. constr. מִשְׁעַן *fulcrum, adminiculum* Jes. III, 1. Trop. 2 Sam. XXII, 19 (Ps. XVIII, 19).

מַשְׁעֵן m. id. Jes. III, 1: מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה *fulcrum et fultura* i. e. omnis generis praesidia et adminicula, nimirum, ut proximis verbis declaratur, tum cibus potusque vs. 1 (dummodo haec glossa ipsum prophetam habet auctorem, cf. סָעַד p. 962), tum proceres civitatis, quibus populus et totum imperii corpus stare atque inniti possit vs. 2. 3 (cf. פִּנָּה p. 1113). De usu formarum masculinae et femininae sibi iunctarum v. Gesenii comm. in Jes. l. c., adde Cor. Sur. XXXIII, 35.

מַשְׁעֵנָה f. i. q. מַשְׁעֵן q. v.

מִשְׁעֶנֶת f. absol. 2 Reg. IV, 31, constr. ib. XVIII, 21, c. Suff. מִשְׁעַנְתִּי, pl. c. Suff. מִשְׁעֲנֹתָם Num. XXI, 18 *fulcrum, scipio, baculus*, cui quis innititur vel qui gestatur in manu. Ex. XXI, 19. Iud. VI, 21. 2 Reg. IV, 29. Zach. VIII, 4. Ps. XXIII, 4. מִשְׁעֶנֶת קָנֶה baculus arundineus, canna Ez. XXIX, 6. Jes. XXXVI, 6. LXX. ῥάβδος καλαμίνη.

שָׁעַע pr. *mulsit, permulsit*, it. *levit, illevit, oblevit*. (Chald. שְׁעַע oblevit, obduxit parietem caemento, שׁוּעַ med. Waw id., שְׁעִיעַ laevis, glaber, et. de verbis blandis, שִׁיעַ caementum, שַׁעֲוָא cera, syr. ܫܥ Aph., ܫܥ et ܫܥܐ oblevit, ܫܥܐ, ܫܥܝܥ laevis, ܫܥܘܬܐ cera, nasor. שׁעע illevit, laevigavit, expolivit, arab. شمعة cera, cf. שָׁעָה no. II). In Kal semel intrans. *oblitis oculis* i. e. *excoecatus fuit* Jes. XXIX, 9, de quo loco v. Hithp.

Hiph. imp. הָשַׁע obline (oculos) Jes. VI, 10. V. שָׁמֵן Hiph. p. 1437.

Pilp. שִׁעֲשַׁע pr. demulsit, permulsit (cf. arab. سعسع oleo irrigavit crines), hinc *oblectavit* Ps. XCIV, 19; et intrans. *oblectavit se, lusit* (infans) Jes. XI, 8, sq. acc. *oblectavit se, delectatus fuit* aliqua re, v. c. lege divina Ps. CXIX, 70. (Syr. ܫܥܐ Ethpe. ܐܫܬܥܝ oblectavit se, lusit, ܫܥܝܐ lusus, spec. lusus verborum, Ethpa. ܐܫܬܥܝ ut chald. אִשְׁתָּעִי sermonibus delectatus est, et generatim confabulatus est, enarravit.)

Pulp. שֳׁעֳשַׁע pass. *permulsus est, blanditias expertus est* (germ. geliebkost werden) Jes. LXVI, 12.

Hithpalp. הִשְׁתַּעֲשַׁע *oblectavit se.* Jes. XXIX, 9 cum lusu verborum: הִשְׁתַּעַשְׁעוּ וָשֹׁעוּ *oblectate vos et coeci estote*, i. e. indulgete, per me licet, oblectationibus et voluptatibus vestris, mox tamen excoecabimini i. e. stupebitis adspectu eorum, quae evenient. De hoc duorum imperativorum usu, quorum alter concedendi, alter asseverandi et minandi vim habet, v. Gramm. hebr. §. 127, 2. Alii magis apte ad primariam verbi notionem (v. Kal): *coecos agite et excoecamini*, quod germ. dixeris: verblendet euch und erblindet. Sq. בְּ *oblectavit se, delectatus fuit* aliqua re Ps. CXIX, 16. 47.

שַׁעֲשֻׁעִים m. plur. tantum (deriv. Pilp.) *deliciae, oblectatio* Prov. VIII, 30. 31. Ps. CXIX, 24. 77. 92. 143. 174. יֶלֶד שַׁעֲשֻׁעִים proles qua gaudet aliquis et delectatur Jer. XXXI, 20. נְטַע שַׁעֲשֻׁעָיו plantarium quod in deliciis habet Jes. V, 7.

שָׁעַף verbum inusit., prob. i. q. שָׁסַף, סָעַף divisit, separavit. Arab. سعفة ramus palmae, cf. סְעַפָּה, סָעִיף. Chald. שְׁעִיף balsamum. Inde

שַׁעַף (divisio, fort. ramus, vel dubitator, coll. סֵעֵף) n. pr. m. 1) 1 Par. II, 47. — 2) ib. comm. 49.

I. שָׁעַר 1) *fidit, scidit, rupit*, cf. תָּעַר. Arab. ثغر i. q. ثلم fidit, fregit, inpr. dentatim in externa ora, rimas fecit, spec. confregit alicui dentes anteriores c. acc. p., IV eiecit puer dentes anteriores suos, ثغر fissura, apertura, hiatus, rima, os, melit. *schyira* (form. demin.) fissura parva Vassalli lex. p. 643. Aram. litteris transpositis תְּרַע, ܬܪܥ scidit, rupit, fregit, aperuit, תַּרְעֲתָא ruptura, rima, in Targ. pro hebr. פֶּרֶץ, ܬܪܥܘܬܐ id.,

תְּרַע (q. v. infra) et ቈሬ i. q. hebr. שַׁעַר porta, eademque transpositio est in arab. تُرْعَة ostium. Pertinet huc etiam aeth. ሰዐረ: (tigr. ሰዐረ: amhar. ሻረ:) pr. rupit, deinde solvit, destruxit, abrogavit (legem, Matth. V, 17), et. dimisit, ተሰዐረ: irritus, ruptus fuit, de emtione et pacto passim in Fatha Nagast ms. — Partic. שׁוֹעֵר *ianitor*, denom. a שַׁעַר v. infra.

2) *aestimavit, pretium constituit* (notione findendi ad dirimendi et iudicandi potestatem translata, ut videtur. Consonum est sahid. ϣⲁⲁⲣ aestimare Matth. XXVII, 9.) Ita uno loco Prov. XXIII, 7: *Ne panem edas cum homine invido neve appetas cupedias eius,* כִּי כְּמוֹ־שָׁעַר בְּנַפְשׁוֹ כֶּן־הוּא *nam quemadmodum aestimat* s. cogitat *animo suo, ita* ille *est* (non qualem se esse vultu et verbis simulat). Quem sensum illustrant confirmantque verba quae sequuntur: Dicit ille tibi ede ac bibe, sed eius animus non est tecum h. e. benignis verbis quidem te invitat, sed aliud corde premit, est enim animo abs te alieno. Auctor digito monstrat invidum et avarum hominem cibi, quem invitus offert, pretium animo perpendentem et aestimantem. Vides significationem propositam sententiae loci aptissimam esse, ad eandemque nomen deriv. שַׁעַר no. 2 pertinet. Chald. et rabbin. שַׁעַר aestimatio, taxatio, pretium (in Targg. pro hebr. נֶשֶׁךְ usura), שִׁיעוּר id., et verb. שַׁעַר aestimare, taxare, coniectare, adde תַּרְעָא pretium Buxt. lex. talm. p. 2658, arab. سِعْر pretium annonae aliisve rebus impositum, سَعَّر et أَسْعَر pretium constituit, v. exempla congesta a Quatremère hist. Sult. Mamluk. I, 1. p. 232, cf. شَعَر intellexit, scivit, شِعْر scientia (spec. poësis). Itaque non est quod Schultensio auctore שָׁעַר vertas „abhorret", Ewaldove concedas, qui „fissi animi hominem" i. e. infidum cogitat. Veteres interpretes ex parte hallucinantur, LXX θρίξ (שֵׂעָר), Chald. תַּרְעָא רָמָא porta altâ (שַׁעַר); Venet. tamen: ἐμέτρησεν, Symm. εἰκάζων i. e. aestimans, coniectans.

שַׁעַר in pausa שָׁעַר, acc. loc. שַׁעְרָה, plur. שְׁעָרִים constr. שַׁעֲרֵי **1**) comm. (fem. Jes. XIV, 31 et fort. etiam Neh. III, 16, praeterea in Pentateuchi cod. Samar. Deut. XV, 7. XVI, 5. XVII, 2. XVIII, 6. XXIII, 16, ubi in cod. Masoreth. est masc.) *porta* (pr. fissura, apertura, aram. transpos. litt. תְּרַע, v. rad.), praecipue maioris structurae, ut porta urbis Gen. XXIII, 10. 18. XXXIV, 20. 24. Deut. XXII, 24. Jos. II, 7. IX, 29. Iud. XVI, 2. 2 Reg. XXIII, 8. Mich. I, 12 all., tecto nonnunquam instructa גַּג הַשַּׁעַר 2 Sam. XVIII, 24 et tabulato superiore עֲלִיַּת הַשַּׁעַר ibid. XIX, 1, porta templi 2 Reg. XV, 35. Jer. VII, 2. Ezech. VIII, 5. X, 19. Ps. CXVIII, 19. 1 Par. IX, 23. 2 Par. XXIV, 8, porta atrii sancti Exod. XXXV, 16. XL, 33, porta arcis regiae Esth. II, 19. VI, 10 (hinc שַׁעַר הַמֶּלֶךְ ipsa *arx regia* Persarum Esth. III, 2. 3. IV, 2. 6. V, 9. 13. VI, 12, v. תְּרַע), semel porta domus amplioris, ut videtur, et publicae, in qua magistratus urbicus habitabat 2 Reg. XXIII, 8, raro porta castrorum Ex. XXXII, 26. 27, nusquam vero (si unum locum exceperis Prov. XIV, 19) est ianua domus parvae tentoriive. Differt igitur שַׁעַר porta a דֶּלֶת valva s. ianua, et a פֶּתַח quod est ostium, ita ut dicatur דַּלְתוֹת שַׁעַר הָעִיר valvae portae urbis Iud. XVI, 3. 1 Sam. XXI, 14. 1 Par. XXII, 3. Neh. VI, 1. XIII, 9, et פֶּתַח שַׁעַר הָעִיר ostium s. introitus portae urbis Jos. VIII, 29. XX, 4. Iud. IX, 35. 44. XVIII, 16. 17. 2 Sam. X, 8. 1 Reg. XXII, 10. 2 Reg. VII, 3 cf. Prov. I, 21. — Praeterea autem memorantur שַׁעַר הַשָּׁמַיִם *porta coeli* (in somnio Jacobi) Gen. XXVIII, 17, שַׁעֲרֵי שְׁאוֹל vel שׁ׳ מָוֶת *portae orci* s. *mortis*, (Ἀΐδαο πύλαι ap. Homer, πύλαι ᾅδου Matth. XVI, 18) Jes. XXXVIII, 10. Ps. IX, 14. CVII, 18. Iob. XXXVIII, 17, שַׁעֲרֵי הַנְּהָרוֹת *portae fluminum* Nah. II, 7 (de catarractis Tigridis quibus Niniven urbem muniverant cf. arab. تُرْعَة porta, catarracta, Schleussc). — Porro שַׁעֲרֵי הָאָרֶץ *portae terrae* videntur esse aditus terrae, loca in extremis finibus regni, quae naturâ quidem sunt aperta et accessu facilia arte tamen solent muniri, ut ab hostium incursionibus tuti sint incolae. Ita accipi solet Nah. III, 13: פָּתוֹחַ נִפְתְּחוּ שַׁעֲרֵי אַרְצֵךְ *aperiuntur portae terrae tuae*, nec non Jer. XV, 7: dispergam eos בְּשַׁעֲרֵי הָאָרֶץ *ad portas terrae* i. e. in confiniis terrae scil. ubi hostes eos vincent et captivos ducent. Ut enim similis est portarum Caspiarum, Ciliciarum, Thermopylarum aliarumque eiusmodi faucium appellatio, ita Arabes quoque talia loca inprimisque Syrias pylas vocare solent ثُغُور i. e. portas s. aperturas, v. c. Jacuti Moschtarik ed. Wuestenfeld p. 87: كل موضع قرب من العدو سمى ثغرا الخ omnis locus qui propinquus est hostibus vocatur ثغر etc. Possint tamen *portae terrae* esse pro urbibus vel intra ipsos terrae fines sitis (sic ap. Nah.), vel in hostium terra (ut ap. Jerem.). Ita certe בִּשְׁעָרֶיךָ intra portas tuas i. e. in urbibus tuis Ex. XX, 10. Deut. V, 14. XII, 12. 17. 18 et saepe in Deut., adeoque בְּאַחַד שְׁעָרֶיךָ in urbium tuarum una Deut. XV, 7. XVI, 5. XVII, 2, cf. 1 Reg. VIII, 37. (2 Par. VI, 28.) Thren. II, 9. Quodammodo huc pertinet etiam Gen. XXII, 17: וְיִרַשׁ זַרְעֲךָ אֵת שַׁעַר אֹיְבָיו *et posteri tui hostium suorum portam occupabunt* i. e. eorum urbes capient, XXIV, 60. Jes. XXVIII, 6: מְשִׁיבֵי מִלְחָמָה שָׁעְרָה *qui pugnam retro cogunt ad portam* i. e. ad ipsos fines hostium eorumque urbes, Iud. V, 8, cf. Mich. V, 5. Ps. CXXVII, 5. — Ad portas urbium, et quidem extra muros (v. Iob. XXIX, 7. Neh. VIII, 1. 3), erat *forum* (רְחוֹב v. c. 2 Par. XXXII, 6: רְחוֹב שַׁעַר הָעִיר forum portae urbis, Neh. VIII, 16: בִּרְחוֹב שַׁעַר הַמַּיִם וּבִרְחוֹב שַׁעַר אֶפְרָיִם in foro portae aquarum et in foro portae Ephraimi sc. Hierosolymis), ubi iudicia et conciones habebantur civesque partim ad negotiandum

convenire solebant, partim otiosi considere ad spectandum et confabulandum (Gen. XIX, 1. Deut. XXII, 15, Ruth. IV, 1. 11. Prov. XXXI, 23. 31. Thren. I, 4. V, 14); hinc בַּשַּׁעַר *in porta* i. q. *in foro, in iudicio* Deut. XXV, 7. Iob. V, 4. XXXI, 21. Prov. XXII, 22. Jes. XXIX, 21. Am. V, 10. 12. 15; יֹשְׁבֵי שַׁעַר sedentes in porta i. e. homines otiosi Ps. LXIX, 13. Ruth. III, 11: כָּל־שַׁעַר עַמִּי *omnis concio populi mei.*

Portarum in moenibus Hierosolymorum nomina in V. T. fere omnia videntur commemorari, et plurimae quidem portae suis nominibus appellantur apud Nehem. cap. III, aliarum passim tum apud eundem scriptorem, tum in aliis libris mentio fit. Difficile autem est, singularum portarum situm definire, in qua re aliquatenus adiuvamur Nehemiae verbis, qui cap. III enarrat, a quibus et quonam ordine destructae urbis moenia refecta sint, in eaque re ab orientali parte urbis incipiens ad septentriones, dein ad occidentem procedit, et per australem partem redit ad eum ipsum locum, a quo descriptionem inchoaverat. Cap. II. autem idem Nehemias noctu aliquando se iumento vectum ex urbe excessisse per *portam vallis* et ab omni parte moenia circumvectum per eandem portam rediise narrat. Similia denique habes cap. XII. vs. 31 sqq. Hoc autem confidere licet, Nehemiam et moenia et portas ut plurimum in ipsis fundamentis post destructionem residuis reaedificasse, ita ut urbis restauratae fere eaedem portae essent, quae antea fuerant. Prima nobis sit a) שַׁעַר הַצֹּאן *porta ovium,* quae prima est in enumeratione Neh. III, 1 et ad quam redit ordo ib. vs. 32 cf. XII, 39, ἡ προβατική Joann. V, 2, sine dubio in orientali urbis parte et in templi vicinia quaerenda, quia eius restaurandae cura sacerdoti summo ceterisque sacerdotibus demandata esset (vid. Neh. III, 1), fortasse eo loco, ubi nunc est porta clausa *aurea* dicta, nomen illud nacta, ut videtur, ab ovibus in templo immolandis, quae in foro huius portae venales essent. Ad septentriones versus et in septentrionali parte urbis hae deinceps portae sequebantur: b) שַׁעַר הַדָּגִים *porta piscium,* prob. ita dicta a piscibus, qui ibi venales essent Neh. III, 3. XII, 39. Zeph. I, 10. 2 Par. XXXIII, 14 (ubi Manasses rex moenia urbis refecisse dicitur exorsus ab occidente et circa austrum pergens usque ad portam piscium), prob. ea quae hodie vocatur porta Sancti Stephani. c) שַׁעַר הַיְשָׁנָה *porta vetus* (de genere fem. v. supra) Neh. III, 6. XII, 39, fortasse eadem, quae et שַׁעַר הָרִאשׁוֹן audit Zach. XIV, 10. d) שַׁעַר בִּנְיָמִן (quia hac via in fines tribus Benjaminiticae ibant, v. Jer. XXXVII, 12. 13) Zach. XIV, 10. Jer. XXXVII, 13. XXXVIII, 7 (at vero templi porta erat שַׁעַר בִּנְיָמִן הָעֶלְיוֹן porta Benjam. *superior* Jer. XX, 2 = שַׁעַר בֵּית יְהוָה הָעֶלְיוֹן 2 Reg. XV, 35. XXVII, 30. Ez. IX, 2), et saepius שַׁעַר אֶפְרַיִם *porta Ephraïmitica* (ut quae ad terram Ephraïmiticam ducebat) Neh. VIII, 16. XII, 39. 2 Reg. XIV, 13. 2 Par. XXV, 23, in qua recte hodiernam portam Damascenam s. Bab al-'Amud باب العمود agnoscunt viri docti. e) שׁ' הַפִּנָּה 2 Reg. XIV, 13. 2 Par. XXVI, 9. Jer. XXXI, 38 et שׁ' הַפִּנִּים Zach. XIV, 10 *porta turrium muralium,* CCCC ulnis distans a porta Ephraimitica 2 Reg. l. c. (שׁ' הַפּוֹנֶה 2 Par. XXV, 23 ex שׁ' הַפִּנָּה corruptum est, id quod ex loco gemino 2 Reg. XIV, 13 apparet). — Ad occidentem patebat f) שַׁעַר הַגַּיְא *porta vallis* (sc. per quam ibant ad vallem Hinnom, quae praeter occidentalem urbis partem versus austrum descendit), in eo loco ubi nunc est porta Jafae (Ioppes) vel Bethlehemi vel Hebronis, باب الخليل, ita dicta, quia per eam itur ad has urbes. Neh. II, 13. 15. III, 13. 2 Par. XXVI, 9. Ab hoc loco protinus urbis moenia in margine Zionis montis ad alta praecipitia exstructa erant eaque de causa portis facile carebant. Proxima igitur porta g) שַׁעַר הָאַשְׁפֹּת Neh. II, 13. III, 14. XII, 31, contr. שׁ' הַשְׁפֹּת III, 13 *porta sterquilinii* a porta vallis mille ulnis i. e. longo intervallo distitisse memoriae proditur Neh. III, 13. Flavio Josepho haec appellatur porta Essaeorum (Joseph. bell. iud. V, 4. §. 2), hodie, ut putant, باب المغاربة in valle Tyropoeon, per quam sordes urbis exeunt, inter orientalem montis Zionis declivitatem et collem Ophel, sec. al. in occidentali Zionis parte. — Quae sunt relicuae portae omnes ab urbis oriente brumali fuerunt, una et altera, ut videtur, in ea moenium parte, quae ex Manassis tempore collem Ophel circumdabat (2 Par. XXXIII, 14. Neh. III, 27). Sunt autem hae quae sequuntur: h) שַׁעַר הָעַיִן *porta fontis* prope piscinam hortumque regis Neh. II, 14. III, 15. XII, 37, quae sine dubio a fonte Siloah nomen traxit, et ut porta inter duos muros sita describitur 2 Reg. XXV, 4. Jer. XXXIX, 4. LII, 7. i) שַׁעַר הַמַּיִם *porta aquae,* ab oriente ,,portae fontis" Neh. III, 26. VIII, 1. 3. 16. XII, 37, fortasse eadem, quae Jeremiae tempore vocabatur k) שַׁעַר הַחַרְסוּת *porta figlinae* Jer. XIX, 2, per quam vallem Hinnom adibant, quanquam alii hanc eandem cum ,,porta vallis" putant fuisse. Sic et aliae quaedam incertae sunt, ut שׁ' הַמִּזְרָח porta ad orientem solem spectans Neh. III, 29, quae utrum ,,aquaria" sit cf. ibid. vs. 26 et XII, 37 an potius ,,porta equorum", non liquet. Hanc autem *equorum portam* שַׁעַר הַסּוּסִים Neh. III, 28. Jer. XXXI, 40 (locum 2 Par. XXIII, 15 corrige secundum 2 Reg. XI, 16), quam urbis portis vulgo adnumerant, ad muros potius, qui templi aream circumdabant, pertinuisse puto, ut et שַׁעַר הַמִּפְקָד Vulg. *porta iudicialis* Neh. III, 31, שַׁעַר יְהוָה הֶחָדָשׁ *porta Dei nova* Jer. XXVI, 10. XXXVI, 10, שַׁעַר הָעֶלְיוֹן (v. supra sub litt. c), שַׁעַר הַמַּטָּרָה *porta custodiae* Neh. XII, 39, שַׁעַר סוּר 2 Reg. XI, 6 (pro qua 2 Par. XXIII, 5 שׁ' הַיְסוֹד), שַׁעַר שַׁלֶּכֶת 1 Par. XXVI, 16, שַׁעַר הַפְּנִימִית Ez. VIII, 3 (v. סוּר, יְסוֹד, שַׁלֶּכֶת, פְּנִימִי; aliae ad regis palatium spectant, ut שַׁעַר הָרָצִים *porta cursorum* 2 Reg. XI, 19. Denique *porta media* vel *interna* שַׁעַר הַתָּוֶךְ Jer. XXXIX, 3 ex urbe superiore alicubi in inferiorem duxisse videtur. — Difficilem hanc de portis Hierosolymorum quaestionem variis modis tractaverunt viri docti sententiasque tulerunt diversas. Vid. inpr. Lightfoot. opp. II. p. 184 sqq., Bachiene geogr. bibl. II, 1, §. 94 sqq.,

Faber archaeol. I. p. 336 sqq., Rosenm. bibl. Alterthumskunde II, 2. p. 216 sqq., E. Robinson Palaest. II. p. 115 sqq., O. Thenius Gräber der Könige von Juda in Illgen. Zeitschrift für hist. Theol. 1844. p. 19 sqq. idemque comm. in libb. Regum, append. p. 6 sqq.

2) שַׁעַר *mensura* (vid. rad. no. 2) semel legitur Gen. XXVI, 12: וַיִּמְצָא בַּשָּׁנָה הַהִוא מֵאָה שְׁעָרִים *et assequebatur illo anno centum mensuras* i. e. fructus centesimus ei redibat ex agro. Sic recte Onk., Samar. intpr., Saad., Ar. Erp., Raschi, Ibn Esra, D. Kimchi all., Aqu.: *ἑκατὸν εἰκασμένον*, Gr. Venet.: *ἑκατὸν εἰκασμόν.* Male LXX et Syr. legerunt שְׂעֹרִים hordeum, quod defendere non debebat J. D. Michaelis in bibl. or. IX, 193.

שַׁעֲרַיִם (duae portae, dual. vc. שַׁעַר no. 1) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 36, et in occidentali quidem huius ditionis parte mare versus mediterraneum siti 1 Sam. XVII, 52, in quo Simeonitae quoque sedem quondam suam habuisse dicuntur 1 Par. IV, 31 (nisi forte hic locus mendosus est, vid. Jos. XIX, 31, cf. Movers krit. Untersuch. über die bibl. Chronik p. 57).

שֹׁעֵר et **שׁוֹעֵר** m. (denom. a שַׁעַר no. 1, form. כֹּרֵם a כֶּרֶם, v. gramm. hebr. §. 85, 2, 1) plur. שֹׁעֲרִים *custos portae, ianitor*, tum is cui urbis portae custodia mandata est 2 Reg. VII, 10. 11. Neh. VII, 1. XII, 27, tum maxime qui templi aditum custodit Neh. XII, 45. 47. 1 Par. IX, 17 sqq. XV, 18. XXVI, 1. 12 — 19. 2 Par. XXIII, 19.

שַׁעַרְיָה (prob. quem Deus aestimat, v. rad. no. 2) n. pr. m. 1 Par. VIII, 38. IX, 44.

II. שָׂעַר i. q. שָׂעַר *horruit*, in verbo inusit. Inde

שֹׁעָר adj. verbale (e Pu. ortum, ut מוּרָם Gesen. Lehrgeb. p. 316) *horrendus, foedus.* Semel legitur Jer. XXIX, 17: כַּתְּאֵנִים הַשֹּׁעָרִים אֲשֶׁר לֹא־תֵאָכַלְנָה מֵרֹעַ *ficorum instar horridarum quae non eduntur ob foeditatem.* In loco gemino XXIV, 8 הָרָעוֹת. Vett. intpp. malas ficus reddunt. Theodotion hebraeum voc. retinuit *σουαρείμ*, quod sic explicat Theodoretus ad h. l.: *σουαρεὶμ δέ ἐστι τῇ Ἑβραίων φωνῇ τὰ ἐν ταῖς ὕλαις φυόμενα, τουτέστι τὰ ἄγρια, τὰ ἀνεπιμέλητα, τὰ φυτουργίας οὐκ ἀξιούμενα, τὰ εἰς βρῶσιν ἄχρηστα.* Sed minus haec ad rem quam Plinii dictum H. N. XVI, 25, 40: „In ficis mirabiles sunt abortus, qui nunquam maturescunt.“ Male J. D. Michaëlis explicat nigrescentes, scil. corruptas, coll. arab. سُعْرَةٌ color nigricans.

שַׁעֲרוּר *horrendus.* Fem. שַׁעֲרוּרָה *horrendum, res horrenda* Jer. V, 30. XXIII, 14.

שַׁעֲרוּרִי id. Fem. שַׁעֲרוּרִת *horrendum, res horrenda* Jer. XVIII, 13 et שַׁעֲרוּרִיָּה id. Hos. VI, 10 Keri (Kethib שַׁעֲרִירִיָּה).

שַׁעֲרִרִי id. Hos. VI, 10 Kethib.

שַׁעַשְׁגַז n. pr. persicum eunuchi et custodis mulierum in aula Xerxis Esth. II, 14. (Sec. Bohlen. = pers. ساسگز servus pulchrarum, sed گز servus, quod e Castelli lexico sumsit, vix extat; certe ساس est mollis, pulcher, amoenus, sed گز *gaz* mordens.)

שָׁפָה pr. *scabit, fricuit, trivit*, hinc *contrivit, comminuit* (v. Pu.), dein *laevigavit, complanavit, abrasit, purum fecit.* (Chald. שְׁפָא trivit, fricuit, limavit, polivit, syr. ܫܦܐ i. q. ܫܦ scabit. Pa. laevigavit, complanavit, nitidum, purum fecit, ܫܘܦܬܐ limatura, ܫܘܦܦܬܐ lima, ܫܦܐ laevis, planus, purus. Vicinae sunt radd. שׁוּף et שָׁפַף q. v., it. arab. صَفَا nituit, clarus, purus fuit, vid. שְׁפִי. Ad sonum congruunt aegypt. ϣⲱⲱⲡ, ϣⲱⲱϥ et ϣⲱⲱϥ radere, tondere. Altitudinis significatus, quem Vitringa ad Jes. XIII, 2 radici שָׁפָה tribuit, probari nequit).

Niph. part. Jes. XIII, 2: הַר־נִשְׁפֶּה *mons laevis* (qs. abrasus, germ. kahler Berg), scil. nudus arboribus, vel *planus* in summo iugo. Pesch. ܛܘܪܐ ܫܦܝܐ. LXX. *ὄρος πεδινόν.*

Pu. tritus, contritus est, de homine qui morbo conficitur mortique propinquus est Iob. XXXIII, 21 Keri: שֻׁפּוּ עַצְמוֹתָיו *ossa eius contrita*, morbo *confecta sunt;* adduntur verba: לֹא רֻאּוּ *non conspiciuntur amplius* i. e. extabescunt et prorsus vanescunt. Ita Ibn Esra coll. chald. שְׁפָא contrivit, contudit, comminuit v. c. Deut. IX, 21 Onk. (pro hebr. כָּתַת, et h. l. Targ.: שַׁפִּין גַּרְמוֹי; item R. Jona (ms.) illud interpretatur سُحِقَتْ وبُرِدَتْ فكانه قال וְכֻתְּתוּ עַצְמוֹתָיו i. e. *contrita et rasa sunt, quasi dicat: et fracta sunt ossa eius.* R. Jona praeter Onkel. l. c. confert locum Mischnae quem iam Saadias indicaverat (v. Zeitschrift für die Kunde des Morgenl. T. V. p. 136): גוי ששפה, accedit Dav. Kimchi lex. (נשברו ונכתתו). — Alii e laevitatis et puritatis notione ducentes *nudandi* significatum vertunt: *ossa eius nuda fiunt* i. e. carne nudata extant, ut לֹא רֻאּוּ sit: quae antea *non erant conspicua.* Ita Hieron.: „ossa quae tecta fuerant nudabuntur“, recentioresque intpp. plurimi. Kethib: שְׁפִי עַצְמוֹתָיו *consumtio* vel nudatio accidit *eius ossibus;* sed Keri illud praefero.

שָׁפָה vel **שְׁפֶה**, tantum in plur. st. constr. שְׁפוֹת in uno loco 2 Sam. XVII, 29, ubi variae res ad vitam necessariae, ut vasa, frumentum, fabae, lentes, mel, lac spissum, pecudes (צֹאן), etiam שְׁפוֹת בָּקָר ad Davidem regem fugitivum advectae esse dicuntur. Ac Rabbini quidem et post eos plerique intpp. שְׁפוֹת בָּקָר *caseos bovinos* esse putarunt. Targ.: גּוּבְנִין דַּחֲלַב תּוֹרִין, et ita plane Raschi. Pesch.: ܓܒܬܐ ܕܬܘܪܐ. R. Jona et Dav. Kimchi שְׁפוֹת בָּקָר idem significare contendunt atque חֲרִיצֵי חָלָב (1 Sam. XVII, 18) i. e. segmenta lactis spissi (v.

חָרִיץ pag. 625). Ac possit hoc referri sive ad purificationis et percolationis significatum qui in radice שׁפה sedet (chald. שְׁפָא et syr. ܫܦܐ Pa. defaecavit, Bar Ali lex. = أصفى, add. arab. صَفَا clarum et defaecatum fuit vinum), sive potius ad comminutionem friationemque, quum et hodie Arabes deserticolae lacte coagulato siccato et friato vescantur, cuius rei testis est Burckhardtus (de Beduinis p. 48 ed. germ.). — Si cui tamen caseorum post pecudes (צֹאן) mentio iniecta displiceat, is שְׁפוֹת בָּקָר ipsas boves certae conditionis esse dixerit, sive pingues vitulos (ut Vulg., Ewald. Gesch. des Volkes Israël T. II. p. 655, coll. arab. وَسْفٌ quod est fissio cutis quae camelis accidit ubi pinguescunt), sive *γαλαθηνὰ μοσχάρια* (Theodot.), sive boves lactarias, ut صفايا sunt cameli lacte abundantes Hamas. p. 637, sive etiam nitidas et selectiores boves, ut arab. صَفِيٌّ est selectum ex omni genere (صفا IV, VIII et X selegit), sive denique coniiciat scriptum fuisse יְפוֹת בָּקָר pulchras ex boum genere. Mihi certe omnem loci illius conditionem atque Arabum consuetudinem a Burckhardto probatam consideranti vetus illa opinio nihil offensionis habere videtur, ac LXX nescio an consulto hebraeum verbum servarint *σαφὼθ βοῶν*, quod propriam illam *casei friati* significationem haberet. Singulare est, quod Juda b. K. commemorat, שְׁפִית בָּקָר esse i. q. حليب البقر lac boum, et apud Berberos lac vocari שפיו.

שְׁפוֹ (laevitas) n. pr. filii Schobalis (qui filius Seïri et princeps Idumaeae fuit) Gen. XXXVI, 23, pro quo שְׁפִי scriptum est 1 Par. I, 40.

שְׁפִי pl. שְׁפָיִם vel שְׁפָיִים (codd. passim שְׁפָאִים form. פֶּתִי pl. פְּתָיִים et פְּתָאִים) m. 1) *friatio*, vel *nudatio*, quarum alterutram adhibent loco Iob. XXXIII, 21 Kethib, sed vid. rad. in Pu.

2) *clivus, collis* isque *nudus* arboribus vel *planus* in fastigio (cf. הַר נִשְׁפֶּה Jes. XIII, 2 et arab. صَفَاةٌ, صَفْوَاءُ, صَفْوَانَةٌ petra laevis non ferens herbas) Jer. XII, 12: בְּכָל־שְׁפָיִם בַּמִּדְבָּר *clivi in deserto*. Jes. XLIX, 9: וּבְכָל־שְׁפָיִים מַרְעִיתָם *in omni clivo sua habent pascua* (Saad. في جميع كُدًى sic scrib. pro mendoso كرى). XLI, 18. Jer. III, 2. 21. IV, 11. VII, 29. XIV, 6. Num. XXIII, 3: וַיֵּלֶךְ שֶׁפִי *et petiit* Bileamus *clivum*, nimirum arbustis nudum, in quo prospectus non impediretur; שֶׁפִי est accus. loci. Hanc sententiam, quam Ibn Esra tuetur, iam R. Jona laudat; hic enim postquam exposuit illud שֻׁפּוּ Iob. XXXIII, 21 (v. rad. Pu.), sic pergit: وكان معنى וילך שפי على هذا التلخيص فمضى منكسرًا اى منكسر النفس وما يبعد عندى ان يكون שפי واحد שפיים بل هو اقرب مما قيل فيه والمعنى فزال عنهم الى كُدْيَة من الكُدَى كما قيل כי הלך שמעי מירושלים גת بلا الى وقد بيّنت هذا في باب الحرف من كتاب اللمع i. e. *secundum hanc explicationem verba* וַיֵּלֶךְ שֶׁפִי *significant: et abiit fractus, hoc est, fractus animo* [sic R. Jehuda ap. Kimch. lex., cf. chald. לֵב שְׁפִי cor fractum]; *sed equidem lubenter concesserim,* שְׁפִי *esse sing. vc.* שְׁפָיִים, *imo hoc probabilius duxerim quam quod supra propositum est, ut sententia sit: et abiit ab iis ad clivum quendam, ut legitur* (1 Reg. II, 41): כי ה' ש' מיר' גת *et Schim'i ex Hierosolymis abiit Gathum, ubi non est* אֶל־גַּת; *exposui hac de re in libro meo al-Luma' in capite de particulis.* Prorsus arbitraria est Onkelosi interpretatio: יחידי solus. Alii teste Saadia (Zeitschr. für die Kunde des Morgenl. T. V. p. 134): בקושי ובשופי coactus et submissus, ipse Saad.: في هدوء tranquille: quae fluxerunt ex usu chald., de quo v. Buxtorfi lex. talm. p. 2491.

3) n. pr. m., v. שְׁפוֹ.

יִשְׁפָּה (fort. laevis, calvus) n. pr. viri Benjamitae 1 Par. VIII, 16.

יָשְׁפֵה iaspis gemma, v. rad. יָשַׁף p. 641.

יִשְׁפָּן n. pr. v. rad. שָׁפַן.

אַשְׁפָּה pharetra, v. rad. אָשַׁף.

שְׁפָם et שָׁפָם, v. rad. שָׁפַם.

שָׁפַח verbum inusit. i. q. סָפַח, צָפַח, שָׁבַח *pandit, expandit, extendit, dilatavit,* nec non *adiunxit, associavit* (cf. rad. סָפַח no. 4). Hinc

שִׁפְחָה pl. שְׁפָחוֹת f. *famula, ancilla, serva* (ab associando dicta), inprimis herae (גְּבִירָה) ministra Gen. XVI, 1. 8. XXIX, 23. 29. XXX, 7. 10. Ps. CXXIII, 2, cf. Jes. XXIV, 2. Prov. XXX, 23, ut hero servit עֶבֶד, quocum שִׁפְחָה saepe iungitur Gen. XX, 14. XXXII, 6. Esth. VII, 4. Jer. XXXIV, 9 sqq. Non raro ab hera coniugi permittebatur ut pellex Gen. XVI, 2. XXX, 18. שִׁפְחָה אַחַר הָרֵחַיִם *ancilla post molam* stans eamque versans Ex. XI, 5, cf. rad. טָחַן. Mulieres hebraeae cum nobilioribus colloquium habentes modeste dicere solebant שִׁפְחָתְךָ *famula tua* i. e. ego, ut viri dicebant עַבְדְּךָ (v. עֶבֶד p. 979) 1 Sam. I, 18. XXV, 27 (= אֲמָתְךָ vs. 28). XXVIII, 21. 22. 2 Sam. XIV, 6 sqq. Ruth. II, 13. 2 Reg. IV, 2. 1 Sam. XXV, 41: הִנֵּה אֲמָתְךָ לְשִׁפְחָה *en ancilla tua* est *famula* i. e. ego sum famula tua ad ministrandum parata.

מִשְׁפָּחָה constr. מִשְׁפַּחַת, cum Suff. מִשְׁפַּחְתִּי, pl. מִשְׁפָּחוֹת Ps. CVII, 41, cstr. et c. Suff. מִשְׁפְּחוֹת f. pr. associatio, inde 1) *gens* (ein Volksstamm) Gen. X, 5. 18. 20. 31. 32. Lev. XXV, 47. 49. Iob. XXXI, 34. Ps. XXII, 28: כָּל־מִשְׁפְּחוֹת גּוֹיִם, XCVI, 7: מִשְׁפְּחוֹת עַמִּים, etiam de universis populis Am. 3, 1. Mich. II, 3. Nah. III, 4 (מִשְׁפָּחוֹת parall. גּוֹיִם). Jer. I, 15. VIII, 3.

Plur. אַשְׁפַּתּוֹת (a sing. deperdito אַשְׁפַּתָּה vel אַשְׁפַּת) Thren. IV, 5: *qui gestabantur in coccino* חִבְּקוּ אַשְׁפַּתּוֹת *amplectuntur fimeta* i. e. beatissimorum filii in fimeto nunc iacent, cf. similes locutiones *amplecti rupem* Iob. XXIV, 5, *lambere pulverem* (v. לָחַךְ) et quae supra ad Sing. observavimus. Profecto enim J. D. Michaëlis, poëtarum orientalium lectione imbutus, non debebat scribere (Supplem. 137): „quis vel pauperrimus, sellam non habens, in sterquilinio sedeat? aut sterquilinium amplexetur? quin potius humi sedeat?" neque erat, cur propterea *sterquilinii* significatum tanquam illis locis ineptum planeque absonum abiiceret. Re vera enim haec vocabuli vis tum ex unanimi veterum interpretum consensu (LXX. κοπρία. Vulg. stercus, sterquilinium, Saad. in Ps. et Abulw. مزابل, Chald. Syr. קִיקְלְתָא, ܩܩܠܬܐ), tum ex usu talmudico, favente ut vidimus locorum contextu, tam certa est, quam quod certissimum. En loca Mischnae a Buxtorfio in Lexico plane omissa. In his partim est Sing. אשפה pro *fimeto* (Chethuboth 7 §. 5) eoque a fimo distincto (Baba Mezia 5 §. 7: אלא אם כן היתה לו זבל באשפה nisi stercus habeat in fimeto. Baba bathra 5 §. 3: מכר אשפה מכר זבלה qui vendit fimetum, vendit stercus in eo), partim Plur. אשפתות de singulis fimi acervis in agro stercorando Schebiith c. 3. §. 1. 2. 3. Formam אשפות habes in Vers. hebr. Dan. III, 29 pro chald. נְוָלִי, adde Kimchi ad Jes. XXV, 10: מַדְמֵנָה היא האשפה כי הזבל שבאשפה יקרא דֹּמֶן. Elias in Methurgeman נְוָלִי explicat אשפה, et contra R. Tanch. مزبلة אשפה. His ita expositis (cf. Hartmann Suppl. ad Lex. nostr. e Mischna p. 16) facile quidem carebimus commento J. D. Michaëlis a multis fidenter repetito, אַשְׁפֹּת idem esse quod أُثْفِيَّةٌ tripus Arabum Scenitarum, cui olla imponitur; attamen in radice etymoque vocabuli definiendis haerebimus. Quod ad significationem attinet, ferme perinde fuerit, utrum ad אָשַׁף illud revocabis, an ad שָׁפַת, ab utriusque enim radicis potestate ducere poteris *reconditorium, repositorium,* i. e. *acervum,* quae primaria eius significatio esse videtur: in variis formis vero explicandis posita est difficultas. Atqui pro radice אשף (quae Hartmanno placet l. c.) pugnat talmudicum אשפה, cuius pluralis esse possit אַשְׁפֹּת (quanquam exspectaveris אַשְׁפּוֹת, v. tamen Lehrgeb. p. 575 sq.): sed quomodo explicabis verum Pluralem אַשְׁפַּתּוֹת, quomodo (si forte provocaveris ad קְשָׁתוֹת et דְּלָתוֹת) Dagesch forte in ת? Contra si cum Jo. Simone

ad radicem שׁפת illud refers, אַשְׁפֹּת et אַשְׁפַּתּוֹת dicta erunt pro שְׁפֹת et שְׁפָתוֹת: sed unde mischnicum אַשְׁפָה? Nescio an hic singularis quodam serioris aevi errore etymologico ortus sit ex antiquo אַשְׁפֹּת pro plurali perperam habito? idemque vett. intpp. placuisse videtur, qui אַשְׁפֹּת constanter singulari numero expresserunt *κοπρίαν*, *stercus*, non *sterquilinia*. Cf. chald. אַמְהָה ancilla, ex hebr. אָמָה plur. אֲמָהוֹת. *)

מִשְׁפְּתַיִם dual. i. q. שְׁפַתַּיִם no. 2 (q. v.) *caulae pecorum palis septae*. Bis legitur. Iud. V, 16 de Rubenitis tardis ad bellum: לָמָּה יָשַׁבְתָּ בֵּין הַמִּשְׁפְּתַיִם לִשְׁמֹעַ שְׁרִקוֹת עֲדָרִים *cur sessitabas inter caulas ad audiendos* scilicet *sonos fistulae pastoriciae*. Gen. XLIX, 14 de Isascharitis robusto hominum genere, et pacifico, qui vitam degebant quietam in amoeno terrarum tractu: יִשָּׂשכָר חֲמֹר גָּרֶם רֹבֵץ בֵּין הַמִּשְׁפְּתָיִם וַיַּרְא מְנֻחָה כִּי טוֹב וְאֶת־הָאָרֶץ כִּי נָעֵמָה וגו׳ *Isaschar est asinus corpore robusto, recubans inter caulas; et videt quietem bonam esse et terram amoenam* etc. — In hoc vocabulo explicando interpretes easdem fere interpretandi varias vias sequuntur atque in שְׁפַתַּיִם no. 2. Illuc igitur remittimus lectorem, addimus ea, quae ad Gen. et Iud. ll. cc. pertinent. In Gen. nonnulli intpp. exponunt: inter terminos, ut Vulg. Onk. (בֵּין תְּחוּמַיָּא), Pseudoj. et Targ. Hieros., Pers., Sal. Parchon, quod de agrorum terminis vel limitibus accipiunt Rosenm. Staehelin. all., eodemque collineant verba LXX. intpp. *ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων* et fere Syr. etiam: ܒܝܬ ܫܒܝ̈ܠܐ inter medias vias. Obscurior est interpretatio Saadiae quem Ar. Erp. sequitur: بين صفّين inter binas series. Graec. Venet.: *ἀνὰ τὰ ἡμιφόρτια*, vult binas sarcinas lateribus iumenti adstrictas. Eodem sensu LXX. in lib. Iud. l. c. verterunt: *ἀνα μέσον τῆς διγομίας* (cf. *γόμος* onus), quod variis coniecturis attrectarunt docti homines (v. summam rei in Schleusneri novo thesauro s. v. *διγομία*). Symm. Iud. l. c. *ἀνὰ μέσον τῶν μεταιχμίων*, quod vc. Suidas exponit *τὸ μεταξὺ τῶν δύο φαλάγγων ἐν πολέμῳ*. Theodot. ibid. retinuit hebr. *Μωσφεθαΐμ*, quod in certos LXX. codices irrepsit. Syr. cum Ar.: inter vias. Vulg. etiam hic: inter terminos, et sic R. Jona MS.: بين الحوزين, et Jonath..: בֵּין תְּחוּמִין בְּפָרָשַׁת אָרְחָא inter terminos in bivio: quam interpretationem denuo defendere conatus est Studer in comm. ad. h. l. Caulas iam habet R. Dav. Kimchi in comm.: מערכות וגדרות הצאן.

שֵׁיצָא chald. v. s. rad. יְצָא p. 616.

שָׁצַף verbum inusit., cui vel *exundandi* et *effundendi* significatum tribuunt, ut sit i. q. שָׁטַף, vel arabico شظف componunt, quod significat *durum esse et asperum*, pro diversa interpretatione vocis שֶׁצֶף q. v. [Praeterea in lingua phoenicia extat subst. שׁצף, quod ad sacrificia videtur pertinere, cuius significationem tamen certa ratione vix definias. Legitur in inscr. Massil. lin. 11, Moversius (Phoen. Texte II, p. 64 et 72) de haruspiciis exponit coll. שָׁזַף intueri, Munkius (l'inscription phénicienne de Marseille p. 37) de fructuum genere eo quod in Mischna tr. Kilaïm I, 4 שׁזף nominatur et loto simile esse dicitur, Ewaldus denique (Ueber die neuentdeckte phoenik. Inschr. zu Marseille, Gotting. 1849, p. 18) avis genus quoddam vult intelligi.]

שֶׁצֶף m. *ἅπ. λεγ.* Jes. LIV, 8: שֶׁצֶף קֶצֶף prob. *inundatio* s. *effusio irae* (divinae) i. q. שֶׁטֶף אַף Prov. XXVII, 4, cf. עֶבְרוֹת אַף Iob. XL, 11 et verba Hoseae V, 11: אֶשְׁפּוֹךְ כַּמַּיִם עֶבְרָתִי. Iam haud inconsideratum dixerim, si quis prophetam שֶׁטֶף scripsisse coniectet, שֶׁצֶף a librariis invectum putet; plerique autem intpp. recentiores, ut Gesen. Rosenm. Maur. Ewald. Knobel., שֶׁצֶף pro שֶׁטֶף hic positum ducunt, ut paronomasia verborum שֶׁצֶף קֶצֶף plenior esset et perfectior. Aliam viam inivit Alb. Schultens (opp. min. p. 285), quem Dathius, Hitzigius all. secuti sunt, שֶׁצֶף קֶצֶף *duritiem* s. *vehementiam irae* interpretati, coll. arab. شظف durus et asper fuit, impr. de dura vitae conditione Harir. p. 61. 546, it. aridus fuit, de arbore arescente, de terra aspera, de pane sicco, de manu rigescente, شظف durus indole, vehemens in pugna. Etsi hoc a loco Jesaiae non alienum fuerit, tamen prior illa ratio magis apta esse videtur. Levis autem est veterum opinio, qui verborum nexum male interpretati paene omnes שֶׁצֶף „parum“ significare putarunt, v. c. LXX: *ἐν θυμῷ μικρῷ*, Dunasch ben Librat apud Abulwalidem, it. Parchon, Ibn Esra, Mos. et Dav. Kimchi: במעט קצף, Chald.: בִּשְׁעָא זְעֵירָא, Vulg.: in momento indignationis. Abulwalides haec habet: בְּשֶׁצֶף קֶצֶף قد اختلف في تفسير هذه اللفظة وانا استحسن قول בן לבראט فيها في ردّه على מנחם בן סרוק وهو قوله رادًّا عليه וגם פתר שצף חרון אף גם חצף והוא במעט קצף אלהים وان [leg. وانّا] فتجنس معنى هذا الפסוק اعنى בשצף קצף بمعنى الפסוק الذي قبله وهو ברגע קטון עזבתיך וברחמים גד׳ אק׳ i. e. בש׳ ק׳ *ambigitur in explicatione huius vocis, mihi autem placet, quod* [Dunasch] *Ben Librât de ea profert in libro quo refutat Menahemum Saruci filium. Exponit ille* שׁצף, *inquit, exardescentiam irae et obfirmationem, sed est exiguum aliquid irae divinae. Et tunc sententia huius commatis, verba*

---

*) Hanc de אַשְׁפֹּת commentationem totam dedi e schedis a b. Gesenio relictis.

בשצף קצף *dico, eiusdem generis est ac sententia antecedentis commatis, videlicet* ברגע קטן *et quae sequuntur.*

שָׁק chald. *crus*, v. rad. שׁוּק.

שָׁקַד fut. יִשְׁקֹד pr., ut videtur, decubuit (coll. שָׁקַט et סָגַד), hinc 1) *insidiatus est* (pardus), sq. עַל Jer. V, 6. — 2) *vigilavit*, de urbis vigiliis Ps. CXXVII, 1, ad fores (עַל דַּלְתֹתַי) Prov. VIII, 34. Esr. VIII, 29: שִׁקְדוּ וְשִׁמְרוּ *vigilate et servate* (pecuniam), it. *insomnis fuit* Ps. CII, 8. — Translate a) sq. עַל pr. incubuit, intentus fuit in aliq., invigilavit rei vel personae i. e. custodivit eam, attendit ad eam, studium contulit in eam, sive quis bono consilio id faciat sive malum intendat, Jer. XXXIV, 27: הִנְנִי שֹׁקֵד עֲלֵיהֶם לְרָעָה וְלֹא לְטוֹבָה *ecce ego custodio eos ad male faciendum* (eis), *non ad bene faciendum.* XXXI, 28. I, 12: שֹׁקֵד אֲנִי עַל־דְּבָרִי לַעֲשֹׂתוֹ *invigilabo verbo meo ut exsequar illud.* Dan. IX, 14. Et ad ipsum hoc genus refero locum Iob. XXI, 32 de impio, qui vita feliciter peracta cum pompa deducitur ad sepulcrum, וְעַל־גָּדִישׁ יִשְׁקוֹד *et super tumulo* (eius) *vigilant* (יִשְׁקוֹד impers.) i. e. adeo tumuli eius viri curam habent monumentum sepulcrale vel mausoleum exstruentes vel quocunque modo defuncti memoriam colentes. Difficilius videatur sumere ipsum defunctum super tumulo suo quasi excubias agentem ad arcendam ignominiam vel in monumento suam ipsius memoriam conservantem: quam sententiam sequuntur Ewald. Hirzel. Heiligstedt. — Non sine ironia dictum est Jes. XXIX, 20: שֹׁקְדֵי אָוֶן *invigilantes iniquitati*, qui sedulo hoc agunt, ut non aequum fiat, sed iniquum: scilicet de iudicibus publicis agitur, quibus hoc potius incumbit, ut iustitiam et aequitatem curent. — (Chald. שְׁקַד id. Targ. Prov. VIII, 34. Ps. CII, 8. Ithpe. attentus, sedulus fuit. Talm. שקוד ללמוד תורה assiduus ad discendam legem Pirke Aboth. c. 2. לשקוד על דלתי תורתי ut vigilem ad fores legis Sanhedr. fol. 14, a, cf. Prov. l. c. Arab. شَقِذَ oculis vehementer infixis inocuit, شَقِذٌ, شَقِيذٌ et شَقْذَانُ insomnis, oculo nocens, شَقْذٌ et شَقْذَانُ lupus, prob. a vigilantia et insidiis. Vicina rad. est سَهِدَ vigilavit, insomnis fuit, ut سَهِرَ. Apud Nasor. ܫܩܕܐ vigil, cf. aram. שְׁגַד i. q. שָׁקַד.)

Niph. נִשְׁקַד sec. codd. complures Thren. I, 14 vid. s. rad. שָׂקַד supra p. 1337.

Pu. part. מְשֻׁקָּד (denom. a שָׁקֵד amygdala) q. d. amygdalatus i. e. ad formam floris amygdalae factus. In candelabro sacro singuli tubuli ornati erant tuberibus sive nodis quibusdam ex auro caelatis, qui calycis florum amygdaleorum formam referebant, iique vocantur גְּבִעִים מְשֻׁקָּדִים *calyces amygdaloides* Ex. XXV, 33. 34. XXXVII, 19. 20. LXX. κρατῆρες ἐκτετυπωμένοι καρύΐσκους. Vulg. scyphi quasi in nucis modum. (Nempe amygdalae fructum veteres vocabant nucem graecam s. Thasiam.) Aqu. ἐξημυγδαλισμένοι. Gr. Venet. φιάλαι ἀμυγδαλωταί. Saad. جامات ملوّزات (a لَوْز = לוּז), item Samar. ࠂࠁࠉࠏࠉࠌ ࠌࠔࠒࠃࠉࠌ Kimchi in lex.: מפותחים כדמות שקדים caelati (calyces) ad similitudinem amygdalarum. Quid hoc fuerit artificii, videre est in imagine candelabri, quae nobis in arcu Titi triumphali servata est, v. Hadr. Reland. de spoliis templi Hieros. tab. ad p. 54.

שָׁקֵד m. 1) *amygdala arbor*, ita dicta, ut putant, quia omnium arborum prima e somno hiberno expergiscitur et velut vigil ceteris plantis advigilat (Dav. Kimchi in lex.: כי עץ השקד ימהר להנץ משאר העצים. Plin. hist. nat. XVI, 25. s. 42: floret prima omnium amygdala mense Ianuario, Martio vero pomum maturat. Schuberti itiner. III. p. 114) Jer. I, 11 (ubi alluditur ad vim vigilantiae et studii, quae in hac rad. inest). — 2) *amygdalum, nux amygdala* Gen. XLIII, 11. Num. XVII, 23. (al. 8). — Verba difficilia Eccl. XII, 5: וְיָנֵאץ הַשָּׁקֵד ego duplici modo explicari posse puto, vel *spernit* s. fastidit (senex dentibus carens) *amygdalam* utpote fructum caeterum delicatiorem et valde expetitum, vel *fastidium creat* i. e. fastidio vel contemtui est *amygdala* seni. Male alii sec. LXX. Vulg. Syr.: *floret amygdala*, quod ad canitiem referunt, sed amygdalae flos non canus est, sed roseus. Ceterum vid. Knobel. Ewald. Hitzig. ad h. l. — (Chald. שְׁגֵד, שִׁגְדָא, pl. שִׁגְדִין et שִׁקְדִין Onk. Gen. XLIII, 11 id., syr. ܫܓܕܐ pl. ܫܓܕܐ id., fort. etiam aeth. ሰገድ: lib. jubil. s. parva Genes. c. 21, v. Dillmann in Ewaldi Jahrbuch III. 1850—51. p. 71. — Voc. synon. est לוּז q. v. supra p. 747, et apud Arabes certe لَوْز est amygdala communis teste Forskålio Flor. p. LXVII, verum utrum שָׁקֵד eiusdem speciei aliusve nomen fuerit, vix definiri potest.) De amygdalis disputarunt Celsius hierobot. I. p. 297. Rosenm. Handb. d. bibl. Alterthumsk. IV, 1. p. 263 sq. Winer bibl. Realwörterb. II, 52. ed. 3. Hayne, Darstellung und Beschreib. der in d. Arzneikunde gebräuchlichen Gewächse vol. IV. no. 39. Loudon arboretum et fruticetum britannicum. Lond. 1838. vol. II. p. 673 sqq. Ferd. L. Strumpf. systemat. Handbuch der Arzneimittellehre. vol. I. (Berol. 1848. 8.) p. 93 sqq.

שָׁקָה in Kal inusit. *irriguus, potus fuit, bibit,* qua signif. verba רָוָה et שָׁתָה frequentantur. Arab. سَقَى et aeth. ሰቀየ: trans. rigavit, potavit, ut hebr. Hiph. q. v. et aram. Aph. אַשְׁקִי, ܐܫܩܝ, ࠀࠔࠒࠉ. (Possit hoc ad rad. שָׁקַק et similes pertinere, quae findendi et incidendi significationem habent, ita ut rigatio sit a fossis in agro ductis, in quibus aqua diffunditur.

Aliis, ut Gesenio, Ewaldo, שָׁקָה est i. q. שָׁתָה bibit, v. quae de litteris k et t inter se permutatis supra p. 1189 Gesenius exposuit. Ern. Meier denique in Hebr. Wurzelwörterb. p. 150 שָׁקָה primitus esse ,,decumbere" contendit et proprie dici de pecoribus quae in pascuo decumbant potationis ergo.)

Hiph. הִשְׁקָה fut. conv. וַתַּשְׁק, וַיַּשְׁק 1) *rigavit* terram, agrum, hortum, silvam Gen. II, 6. 10. Joël. IV, 18. Jes. XXVII, 3. Ez. XXXII, 6. Ps. CIV, 13. Eccl. II, 6. הִשְׁקָה בְרַגְלוֹ rigavit pede suo i. e. machina pedibus mota Deut. XI, 10. v. s. v. רֶגֶל pag. 1261, b. — 2) *potum praebuit* alicui, sq. acc. pers. Gen. XXI, 19. XXIV, 18. 45. Jer. XXV, 17. Ps. CIV, 11, *bibendum dedit* alicui aliqd, et *propinavit* poculum, sq. dupl. acc. pers. et rei Gen. XIX, 32. XXIV, 43. Num. V, 24. 26. 27. Iud. IV, 19. 1 Sam. XXX, 11. 2 Sam. XXIII, 15. Amos. II, 12. Ps. XXXVI, 9. LX, 5. Iob. XXII, 7. Prov. XXV, 21. Jer. VIII, 14. IX, 14. XVI, 7. XXIII, 15. XXV, 15. XXXV, 2, מִן rei (*de* aliqua re) Cant. VIII, 2, sq. בְּ rei, qua aliquis tanquam potu rigatur vel obruitur, poët. Ps. LXXX, 6: וַתַּשְׁקֵמוֹ בִּדְמָעוֹת שָׁלִישׁ *et obruis eos lacrimis plenâ mensurâ*, sq. בְּ vasis ex quo potus praebetur Esth. I, 7. Gen. XXIV, 43. — 3) *adaquavit* pecus Gen. XXIV, 14. 46. XXIX, 2. 3. 7. 8. 10. Ex. II, 16. 17. 19.

Niph. sec. intpp. Amos. VIII, 8 Kethib, sed v. s. rad. שָׁקַע p. 1477.

Pu. *rigatus est*. Iob. XXI, 24: מֹחַ עַצְמוֹתָיו יְשֻׁקֶּה *medulla ossium eius rigata est* i. e. succi plena et vegeta. Eodem sensu Prov. III, 8 dictum est שִׁקּוּי לְעַצְמוֹתֶיךָ rigatio ossibus tuis eveniat, et similiter ibid. XV, 30: nuntius laetus pinguefacit ossa (תְּדַשֶּׁן־עָצֶם), cuius contrarium est arefactio ossium ibid. XVII, 22.

שִׁקֻּו (pro שִׁקּוּו i. q. שִׁקּוּי no. 2, cf. עָשׂוּי = עָשׂוּ) *potus*, tantum in plur. c. Suff. שִׁקֻּוַי vel sec. al. codd. mss. et edd. שִׁקּוּוַי *potationes meae* Ps. CII, 10.

שִׁקּוּי (form. קִטּוּל) m. 1) *irrigatio* ossium i. e. recreatio Prov. III, 8, v. verbum in Pu. — 2) *potus, potatio*, plur. c. Suff. שִׁקּוּיָי Hos. II, 7, ubi cummaxime potum delicatiorem videtur indicare, ut antecedens שַׁמְנִי ,,unguentum meum" ad luxum pertinet.

שֹׁקֶת (ad form. cf. כֶּסֶת rad. כָּסָה, alii שֹׁקֶת ducunt a rad. שׁוּק, ut בֹּשֶׁת a בּוֹשׁ) f. Gen. XXIV, 20, et pl. constr. שִׁקְתוֹת (ubi ת femin. tanquam radicale apparet, ut in קְשָׁתוֹת, et *i* ex *ŏ* ortum est, ut in סִבְכֵי, אִמְרֵי) Gen. XXX, 38 *aquarium*, *lacus* s. *canalis potatorius* e ligno lapideve inciso et excavato factus, qui adaquando pecori inservit. Onk. בֵּית שַׁקְיָא. Saad. مسقاة. LXX ποτιστήριον et ληνοὶ τῶν ποτιστηρίων.

שִׁקְוֹת in text. samar. Gen. XXIV, 20 et XXX, 38 pro שֹׁקֶת et שִׁקְתוֹת.

מַשְׁקֶה 1) part. Hiph. (Hab. II, 15), dein subst. *pincerna*, *pocillator* Gen. XL, 1. 2. 5. 9. 13. XLI, 9. (Chald. מַשְׁקֵי et שָׁקֵי, שָׁקְיָא, syr. ܡܫܩܝܢܐ arab. سَاقٍ id.). — 2) *potus, potatio* Lev. XI, 34. 1 Reg. X, 21: כְּלֵי מַשְׁקֵה הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה *vasa potatoria Salomonis regis*. Ita etiam Gen. XL, 21: denuo praefecit principem pincernarum עַל מַשְׁקֵהוּ *potui suo* i. e. rei potatoriae curam et pocillandi officium ei denuo tradidit. — 3) *regio irrigua* Gen. XIII, 10. Ez. XLV, 15.

שָׁקַט fut. יִשְׁקֹט *quievit, quietus fuit* (pr. deiectus fuit, iacuit, cubuit, arab. سقط cecidit, chald. שְׁקַט quievit, syr. litteris tenuioribus ܫܩܛ pro hebr. שׁקט Pesch. Iob. III, 25. Jer. XXX, 10, ܫܩܛܐ id quod residet in fundo, faeces Bar Ali lex., cogn. סָכַת, سكت siluit, fort. שָׁתַק q. v., nec non שָׁכַךְ, שָׁכַב, שָׁכַן). Dicitur a) de homine qui a nemine vexatur Jer. XXX, 10. XLVI, 27. Iob. III, 13, vel terra quae non infestatur ab hostibus Iud. III, 11. V, 31. VIII, 28, addito מִמִּלְחָמָה Jos. XI, 23. XIV, 15, et de eo qui neminem infestat Iud. XVIII, 7. 27. Ez. XVI, 42, quod nonnunquam fit propter timorem Ps. LXXVI, 9. b) de eo qui nihil agit, qui feriatur Jes. LXII, 1. Jer. XLVII, 6, etiam de Deo, ubi non auxiliatur Ps. LXXXIII, 2.

Hiph. 1) *fecit ut quiesceret* i. e. sedavit controversiam Prov. XV, 18, it. *tranquillum fecit, tutum praestitit* i. e. *quietem concessit* Iob. XXXIV, 29, sq. לְ pers. et מִן rei (a calamitate) Ps. XCIV, 13. — 2) intrans. *quietum se tenuit* (Ruhe halten) Jes. VII, 4. LVII, 20. Jer. XLIX, 23. Inf. הַשְׁקֵט subst. *quies* Jes. XXX, 15. XXXII, 17. Ez. XVI, 49. Translate *quiescere* dicitur terra, ubi aër fervidus est et immobilis (bei stiller, schwüler Luft) Iob. XXXVII, 17. Inde

שֶׁקֶט ἅπ. λεγ. m. *quies* 1 Par. XXII, 9.

שָׁקַל fut. יִשְׁקֹל, c. Vav conv. וָאֶשְׁקֲלָה Esr. VIII, 25 Keri (Kethib וָאֶשְׁקוֹלָה), semel וָאֶשְׁקְלָה (qs. a יִשְׁקַל) Jer. XXXII, 9 *libravit, pependit, ponderavit* 2 Sam. XIV, 26. Jes. XL, 12. Spec. *appendit* alicui metalla, nummos, sq. acc. rei et לְ pers. Gen. XXIII, 16. Exod. XXII, 16. 1 Reg. XX, 39. Jes. XLVI, 6. LV, 2. Jer. XXXII, 9. Zach. XI, 12. Esr. VIII, 25, sq. עַל יְדֵי Esr. VIII, 26. Esth. III, 9, sq. עַל (appendit thesauris regiis) Esth. IV, 7. Part. שֹׁקֵל Jes. XXXIII, 18 de exactore, qui tributa collata denuo pendit iustum pondus examinaturus. — 2 Sam. XVIII, 12: *etiamsi in manibus meis librare possem mille siclos* i. e. si mihi appenderentur, numerarentur. Translate: *ponderavit, examinavit* aliquem Iob. XXXI, 6, aliquid VI, 2. (Proprie est attollere pendulamque tenere rem. Aeth. et amhar. ሰቀለ: suspendit, spec. in cruce, መስቀል: crux, ስቁል: suspensus, it. ponderatus. Arab. ثقل

pondus rei exploravit manu vel libra, it. pondere aequavit una res aliam (aufwiegen), et gravem fecit pondere, ثَقُلَ ponderosus fuit, ثِقْل onus, pondus, ثَقِيل gravis, ثَاقِل iusti ponderis (nummus), et rarioris usus شَقَلَ trutinavit nummum, melit. *tekel* ponderosus fuit, *tokol* et *teklar* pondus, gravitas. Apud Rabb. שָׁקַל et. metaph. examinavit, aestimavit, שָׁקוּל aequalis, iustae proportionis, שֶׁקֶל et מִשְׁקָל ap. gramm. forma, analogia. Chald. תְּקַל vid. infra suo loco, syr. ܬܩܠ et samar. ࠕࠒࠋ i. q. hebr., ܬܩܘܠܐ pro hebr. שֹׁקֵל Jes. XXXIII, 18. Sed aramaeum est etiam שְׁקַל, ܫܩܠ librando tulit, sustulit, portavit, cepit, v. Bernstein. glossar., ܫܩܠܐ tributum sc. allatum s. appensum 1 Macc. III, 29. Nasor. שיקלא portio, תקאלא pondus.)

Niph. pensus est Iob. VI, 2, *appensus est* XXVIII, 15. Esr. VIII, 33.

שֶׁקֶל in pausa שָׁקֶל pl. שְׁקָלִים cstr. שִׁקְלֵי m. *siclus*, certum pondus, ad quod gravitas et pretium rerum definiri solebat, v. c. panis Ez. IV, 10, crinium 2 Sam. XIV, 26, inprimis autem metalli, ut aeris, ferri, argenti, auri, rerumque ex metallo factarum, armorum, vasorum etc. Ex. XXXVIII, 24. 25. 29. Num. VII, 13 sqq. XXXI, 52. 1 Sam. XVII, 5 de thorace Goliathis: וּמִשְׁקַל הַשִּׁרְיוֹן חֲמֵשֶׁת אֲלָפִים שְׁקָלִים נְחֹשֶׁת *et pondus thoracis erat quinquies mille pondo aeris*, vs. 7. Jos. VII, 21. 2 Par. III, 9, ellipt. (omisso verbo שֶׁקֶל) Gen. XXIV, 22: *armillae aureae* עֲשָׂרָה זָהָב מִשְׁקָלָם *decem pondo auri graves*, Num. VII, 13. 19. 25. 31 sqq. — Maxime autem argento ad siclorum pondus appenso pro moneta utebantur veteres Hebraei, et saepe quidem revera appendebatur in libra, licet haberent etiam argenti frusta, quae pondere suo signata essent (כֶּסֶף עֹבֵר לַסֹּחֵר argent qui passe, gangbares Silber, cf. Courant, v. rad. עָבַר in Kal no. 2 pag. 982). Gen. XXIII, 16: וַיִּשְׁקֹל אַבְרָהָם לְעֶפְרֹן אֶת־הַכֶּסֶף . . אַרְבַּע מֵאוֹת שֶׁקֶל כֶּסֶף עֹבֵר לַסֹּחֵר *et Abrahamus Ephroni appendit argentum* quod poposcerat, *CCCC siclos argenti mercatoribus accepti*. Jer. XXXII, 9: *et emi agrum a Hanamelo* וָאֶשְׁקְלָה לּוֹ אֶת־הַכֶּסֶף שִׁבְעָה שְׁקָלִים וַעֲשָׂרָה הַכָּסֶף *et appendi ipsi argentum, septem siclos et decem argenteos*, vs. 10: וָאֶשְׁקֹל .'. . הַכֶּסֶף בְּמֹאזְנָיִם *et appendi argentum in libra*. Ex. XXI, 32: כֶּסֶף שְׁלֹשִׁים שְׁקָלִים יִתֵּן *argenti triginta siclos dabit*. Lev. V, 15. XXVII, 3. 4. 5. 6. 7. 2 Sam. XXIV, 24. 2 Reg. XV, 20. Neh. V, 15, ita ut שֶׁקֶל (etiam non addito verbo כֶּסֶף) ubique *argenteus* siclus sit 2 Reg. VII, 1. 16. 18. Am. VIII, 5 et vice versa saepe numerus tantum indicetur adiecto verbo כֶּסֶף, ubi siclorum certus numerus intelligitur, ut אֶלֶף כֶּסֶף mille sicli argentei Gen. XX, 16, עֶשְׂרִים כֶּסֶף viginti sicli XXXVII, 28, מֵאָה כֶּסֶף centum sicli Deut. XXII, 19 (cf. ἀργυρίου μυριάδες πέντε sc. δραχμῶν Act. XIX, 19 et similes ellipses in aliis linguis obvias). רֶבַע שֶׁקֶל כָּסֶף quarta pars sicli argentei 1 Sam. IX, 8 (quae apud recentiores Judaeos vocatur זוז, nam, ut ait Elias in Thisbi, זוז רבע שקל הכסף, et D. Kimchi: השקל ארבעה זוזים). שְׁלִשִׁית הַשֶּׁקֶל tertia sicli pars Neh. X, 33. Dimidius siclus est מַחֲצִית הַשֶּׁקֶל Exod. XXX, 13. 15 vel בֶּקַע Exod. XXXVIII, 26. — A siclo communi autem distinguitur *siclus sacer* שֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ, aliquanto maioris ponderis, ut videtur, vel certe pleni iustique ponderis, ad quem tributa in usum sacrum collata exigebantur Ex. XXX, 13. 24. XXXVIII, 24. Lev. V, 15. XXVII, 3. 25. Num. III, 47. 50. VII, 13. 19. 25 sqq. XVIII, 16: a quo num „*siclus ponderis regii*" שֶׁקֶל בְּאֶבֶן הַמֶּלֶךְ 2 Sam. XIV, 26 appellatus diversus fuerit, dici non potest. Neque certa ratione definiri potest, quantum sicli pondus fuerit. Dicitur quidem siclus sacer continuisse viginti fabas, fabas siliquae s. ceratii, ut volunt (v. גֵּרָה s. rad. גָּרַר pag. 305), Ex. XXX, 13. Lev. XXVII, 25. Num. III, 47. XVIII, 16. Ez. XLV, 12, sed haec definitio ad rem dirimendam non sufficit. Magis idoneam dixeris Rabbinorum definitionem, qui siclum sacrum 320 granis hordei aequalem fuisse contendunt, quia hoc siclorum Maccabaicorum pondus fere aequat. Tempore enim Maccabaeorum et primum quidem a Simone principe (1 Macc. XV, 6) cusae sunt monetae argenteae sicli pondere, et signatae verbis 𐤔𐤒𐤋 𐤉𐤔𐤓𐤀𐤋 i. e. שֶׁקֶל יִשְׂרָאֵל (v. Franc. Perez. Bayer de nummis hebraeo-samaritanis. Valent. 1781. 4. p. 171 sqq. Eckhel doctr. numor. vet. I. III. 465 sqq.), quae, vel ut nunc superstites sunt vetustate detritae, non raro 266 vel 270 granis Paris. aequales sunt, ita ut integer siclus Maccabaeus pondus 274 gran. Paris. habuisse videatur (= $\frac{2}{3}$ thaler. Boruss.), ut aequalis esset διδράχμῳ Aeginaeo. Hinc LXX. modo vertunt σίκλος, modo δίδραχμον vel δίδραχμα. Neque obstant verba Josephi antiqq. III, 8, 2: ὁ δὲ σίκλος, νόμισμα Ἑβραίων ὤν, Ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. Nam drachma Attica illo tempore denario Romano aequalis aestimabatur. Hinc etiam glossa Hesychii: σίκλος, τετράδραχμον Ἀττικόν, et Hieronymus in Ezech. p. 43 ed. Vallars.: „*siclus* autem, id est *stater*, habet drachmas quattuor: drachmae autem octo Latinam unciam faciunt". Eandem ob causam pro dimidio siclo, qui templi aerario tribuendus erat (Exod. XXXVIII, 26), δίδραχμον legitur apud Matth. XVII, 24 sqq. Haec omnia ad definiendum pondus et pretium sicli sacri pertinent, quem Simon princeps Maccabaeus in suis siclis cudendis sine dubio imitabatur. Communem veteris temporis siclum ab hoc diversum et dimidio quidem pondere leviorem fuisse, viris doctis nonnullis probatur, ut Bertheau Abhandll. p. 26, Boeckhio in libro mox laud. p. 63, aliis. Ac certe minoris ponderis et pretii erat quoque σίκλος vel σίγλος Persis usitatus, $7\frac{1}{2}$ obolos continens (sex oboli unam drachmam efficiunt) Xenoph. Anab. I, 5. §. 6. — *Siclos aureos* a Chronista memoratos esse multi

contendunt 1 Par. XXI, 25: שִׁקְלֵי זָהָב מִשְׁקַל שֵׁשׁ מֵאוֹת, sed haec verba eo tantum sensu videtur scripsisse, ut significent: *DC pondo auri*, quanquam aureos siclos Ephesi usitatos memorat Alexander Aetolus ap. Macrob. Sat. V, 22. — De siclorum pondere et pretio quaestiones difficillimas praeter Bayerum, Eckhelum, Bertheau, supra laudatos, aliosque antiquitatis hebraicae perscrutatores nostris temporibus inprimis excussit celeb. Boeckhius in libro: Metrologische Untersuchungen über Gewichte, Münzfüsse und Masse des Alterthums, Berol. 1838, pag. 51 — 65.

Sicli argentei apud Phoenices quoque usitati erant, vid. inscr. Massil. lin. 7. Cf. Movers. phoenic. Texte, II. p. 75. E graeco *σίκλος* assumtum est aeth. ሰቅል: v. Ludolf. lex. aeth.

אַשְׁקְלוֹן (forma insolita, fortasse Philistaeorum dialecto accommodata, qs. אֶשְׁקַל cum terminat. וֹן — cf. אַכְזָרִי, אַכְזָר, significatio aeque incerta, fort. pendula, ut ad moenia et munimenta urbis in montis dorso pendentia nomen spectet, a proprio radicis שָׁקַל significatu, sec. Io. Simon., Gesen., all. migratio, a syr. ܫܩܠ migravit, ut fuerit urbs Philistaeorum exulum, cf. פְּלֶשֶׁת, sec. Hitzig. de Philist. p. 74 i. q. sanscr. *askhalan* i. e. non vacillans, immota, ut bene munita vel maris undis resistens) n. pr. *Ascalon* una ex quinque Philistaeorum urbibus primariis, quae tribui quidem Judae videtur adiudicata fuisse (Jos. XIII, 3 cf. vs. 9), sed vix unquam ab Israëlitis expugnata (Iud. I, 18 pro אַשְׁקְלוֹן primitus אַשְׁדּוֹד scriptum fuisse suspicio est, v. Jos. XV, 45 sqq. cf. Iud. III, 1 — 3), certe non diu possessa, sed Philistaeorum regno addicta Iud. XIV, 19. 1 Sam. VI, 17. 2 Sam. I, 20. Am. I, 8. Zeph. II, 4. Jer. XXV, 20. XLVII, 5. 7. Zach. IX, 5. Gr. *Ἀσκάλων*, *Ἀσκαλώνιον*. Apud Arabes scriptores vocatur عَسْقَلَان. Ad maris litus sita erat inter bina montium iuga, quae ad mare usque pertinent, et in quorum summo urbis munimenta exstructa erant (Joseph. bell. iud. III, 2, 1: *ἐπιτείχιστο καρτερῶς*). Ab Hierosolymis DXX stadiis (= XIII mill. germ.), a Gaza circiter quinque horis distabat (v. Joseph. l. c., Robinson. Palaest. II, 629). A Lydio quodam exstructa esse ferebatur (v. Steph. Byz. s. v. cf. Ewaldi hist. pop. Isr. I, 372. ed. 2) et imprimis Dercetus sive Veneris Uraniae templo per orbem antiquum celebrata erat (Herodot. I, 105. Diod. Sic. II, 4). Hodie rudera tantum supersunt, quae describuntur a Richardsone (Travels, vol. II. p. 202 sqq.), cf. Poujoulat correspondance d'Orient V. p. 417. Praeterea vid. Reland. Palaest. p. 586 sqq., Rosenmüller. bibl. Alterthumsk. II, 2. p. 377 sqq., Winer. bibl. Realwörterb. I, 98 sq. ed. 3. — Nomen gent. articulo auctum est הָאֶשְׁקְלוֹנִי (sic, non הָאַשְׁ׳) Jos. XIII, 3.

מִשְׁקָל m. 1) *ponderatio* (das Wägen, Abwägen). 2 Reg. XXV, 16: לֹא הָיָה מִשְׁקָל לִנְחֹשֶׁת *aes ponderari non poterat*, tam erat copiosum, et eodem sensu אֵין מִשְׁקָל 1 Par. XXII, 3. 14. מֹאזְנֵי מִשְׁקָל libra ponderationis Ez. V, 1 graviter dictum est pro libra qua iusto pondere res librantur, v. Hitzig. ad h. l. — 2) *pondus* (Gewicht, bestimmte Schwere). 1 Reg. VII, 47: מִשְׁקַל הַנְּחֹשֶׁת *pondus aeris*. Jos. VII, 21: *lamina aurea* חֲמִשִּׁים שְׁקָלִים מִשְׁקָלוֹ *cuius pondus* erat *quinquaginta siclorum*. Gen. XXIV, 22. Num. VII, 13 sqq. Iud. VIII, 26. 1 Sam. XVII, 5. 2 Sam. XXI, 16. 1 Reg. X, 14. Iob. XXVIII, 25: לַעֲשׂוֹת לָרוּחַ מִשְׁקָל *attribuit* (Deus) *vento pondus* i. e. certam vim et iustam mensuram. בְּמִשְׁקָל vel בַּמִּשְׁקָל pondere, ad pondus (an Gewicht) Lev. XXVI, 26. 1 Par. XXVIII, 14. 15. 17. 18. Esr. VIII, 34. Ez. IV, 16. (Arab. مِثْقَال pondus, libramentum, et pondus definitum unius drachmae cum dimidio, denique nummus aureus qui دينار alias vocatur, chald. מַתְקַל in Targg. pro hebr. מִשְׁקָל et pro אֶבֶן ubi est pondus vel libramentum Deut. XXV, 15. 2 Sam. XIV, 26. Prov. XI, 1 al., syr. ܡܰܬܩܳܠܳܐ id. et pro siclo etiam Gen. XXIII, 15 al.)

מִשְׁקוֹל m. i. q. מִשְׁקָל *pondus* Ez. IV, 10.

מִשְׁקֶלֶת f. in pausa מִשְׁקָלֶת Jes. XXVIII, 17 et

מִשְׁקֹלֶת f. 2 Reg. XXI, 13 *perpendiculum*, quo utuntur in rebus complanandis et aequandis, hinc in ll. cc. metaph. *norma*. Targ. in 2 Reg. מַתְקַלְתָּא, in Jes. אַבְנֵי מַשְׁקוֹלְתָּא. Syr. ܡܰܬܩܽܘܠܬܳܐ et ܡܰܬܩܠܬܳܐ. LXX *στάθμιον* et *σταθμός*. Theodot. in Jes. *σήκωμα*, Symm. *διαβήτης*. Saad. verbo rabbinico magis quam arabico utitur شاقول.

שָׁקַם verbum inusit., cuius significatio, si ex cognatis radd. שָׁכַם, שָׁקַף, שָׁכַב et similibus coniecturam capere licet, in inclinatione vel contractione posita esse videtur.

שִׁקְמָה f. (quae sing. forma in Mischna legitur tr. Demai c. 1. §. 1. Kilaïm c. 1. §. 8. Baba mezia c. 9. §. 9. Baba bathra c. 2. §. 11. 13) in V. T. tantum plur. **שִׁקְמִים** 1 Reg. X, 27. Am. VII, 14. Jes. IX, 9. 1 Par. XXVII, 28. 2 Par. I, 15, semel **שִׁקְמוֹת** Ps. LXXVIII, 47 *sycomorus* (Ficus sycomorus Linn.), gr. *συκόμορος* (Aqu. Symm.), *συκομορέα* Luc. XIX, 4, vel *συκάμινος* (sic LXX, quanquam hoc morum quoque indicat), arbor in depressioribus Palaestinae regionibus (1 Reg. l. c.: שִׁקְמִים אֲשֶׁר בַּשְּׁפֵלָה) perfrequens et in Aegypto (Ps. LXXVIII, 47, cf. Diod. Sic. I, 34, Forsk. Flor. 180, in monumentis hieroglyphicis ,,terra sycomori" est Aegyptus, Zoëg. de orig. et usu obelisc. p. 655, Champoll. gramm. aegypt. p. 150, eiusd. diction. p. 432), foliis, magnitudine et adspectu morum referens, fructibus ficui similibus, praedulcibus, iisque ex ipso trunci et ramorum ligno provenientibus, qui artificiosa quadam vellicatione maturantur (בּוֹלֵס שִׁקְמִים Am. VII, 14, v. בָּלַס). —

Chald. שִׁקְמִין in Targ. pr. hebr. ll. cc., Syr. ܫܩܡܐ in Pesch. ibid., Saad. جُمَّيز. Et hoc quidem commune huius arboris nomen apud Arabes est, Forskål. tamen in Arabia audivit nomen „sokam سقم“ Flor. p. CXXIV, quod Freytag. in Lex. componit cum „السُّوقَم“ arbores magnae“. — Etymon valde dubium est; nonnulli provocarunt ad arab. سقم aegrotavit, et hinc appellatam putarunt sycomorum, quippe cuius fructum Dioscorides I, 181 *ἄτροφον* et *κακοστόμαχον* dixerit; E. Meier in lex. radd. a ligno duro et condenso ducit. — Ceterum vid. de sycomoro disserentes Theophrast. hist. plant. I, 24. IV, 2, Prosper Alpin. plant. Aegypt. c. 6, Ol. Celsius hierobot. I. p. 310 sqq., Warnekros. hist. natur. sycomori in Eichhorni Repertor. XI. p. 224 sqq. XII. p. 81 sqq., Hasselquist. itin. p. 535—538. Cf. Forsk. Flora p. 180. Abdullatif. descr. Aeg. lib. I. c. 2. p. 20 ed. Oxon. et De Sacy in Relation de l'Égypte par Abdallat. p. 19. 82 sqq. Kazwini ed. Wuestenf. I. p. 252. Winer. bibl. Realwb. II, 62. Rauwolf itiner. p. 57. Sonnini voyage T. I. p. 382. Cotovici itiner. p. 335. Norden voyage d'Égypte et de Nubie ed. Par. T. I. p. 85, ubi et icon arboris exhibetur tab. 38.

שָׁקַע (cogn. rad. שָׁכַךְ, nec non שָׁקַק, ut proprie videatur significare: in fissura demergi) *sedit* (sidere), *desedit, resedit* aqua, v. Hiph. no. 1, ignis Num. XI, 2 (cf. רָפָה Jes. V, 24. Ovid. metam. XIII, 408: neque adhuc consederat ignis); it. *demersa est* (terra) Jer. LI, 64. Am. IX, 5: שָׁקְעָה כִּיאֹר מִצְרָיִם *demergitur sicut flumine Aegypti.* (Chald. שְׁקַע Ithpe. submersus est, rabb. et. occidit sol, שְׁקִיעָה immersio, שְׁקִיעַת הַחַמָּה occasus solis, nasor. שקע Aph. submersit.)

Niph. submersa est (terra) Am. VIII, 8 Keri. In Kethib pro נִשְׁקְעָה est נִשְׁקָה elisione litterae ע contractum, sed nescio an נִשְׁקְעָה reponendum sit in ipso textu, uti est in codd. non paucis, cf. שָׁקְעָה IX, 5. Ad שָׁקָה vix referri potest, alioqui נִשְׁקְתָה auctor scripsisset.

Hiph. 1) *fecit ut desideret* aqua Ez. XXXII, 14. — 2) *demersit, depressit* Iob. XL, 25 (al. 20): בְּחֶבֶל תַּשְׁקִיעַ לְשֹׁנוֹ num *fune deprimis linguam eius?* i. e. sec. Gesen.: num fune ceu freno in os eius (crocodili) ingesto eum domabis? Vult poëta lineam piscatoriam hamo alligatam (die Angelschnur), qua pisces, non autem crocodili capiantur. J. D. Michaëlis supplemm. p. 2349, Aquilam et Vulg. secutus, coll. samar. ∇Pᵚ (vincire Lev. VIII, 13 pro חָבַשׁ): num fune ligabis linguam eius? Quod vix probabile est.

מִשְׁקָע m. *ἅπ. λεγ.* nomen verb. *quod residit* aqua (Abklaerung). Ezech. XXXIV, 18: מִשְׁקַע־מַיִם תִּשְׁתּוּ qs. defaecationem aquae i. e. *aquam puram bibitis.* Vulg.: *aquam purissimam.*

שְׁקַעֲרוּרֹת (quadril. ortum ex rad. שָׁקַע adiecta ר littera eaque duplicata, qua ratione ad קָעַר accedit) *ἅπ. λεγ.* pl. f. *loca depressiora et exesa* in pariete (Mauerfrass) Lev. XIV, 37. LXX. *κοιλάδες*, Vulg. *quasi valliculae*, Syr. ܩܠܦܐ cortices, Saad. خطوط lineae. Targ. פַּחְתִּין foveolae (cf. hebr. פְּחֶתֶת de simili re in vestibus). Abulwalid.: שקערורות تفسيره شقوق وقد فسر فيه خطوط والشقوق اليق به لان الخطوط تقال على الشقوق وتقال ايضا على غير الشقوق اعنى على الخطوط التى لا تتجاوز سطح الجرم الى عمقه والمراد بשקערורות انما هى خطوط الجارية فى الجرم والدليل على ذلك قوله ומראיהן שפל מהקיר ومما يؤيد هذا التفسير قول الתרגו' פחתין المشتق من פחות الذى هو النقصان والمجانس لقوله באחת הפחתים فهذا ما اراه وان كان غيرنا قد استشهد ايضا بقول الתרגו' على ترجمته فيه خطوطا i. e. ש' *est i. q.* شقوق (fissurae). *Alii quidem exponunt* خطوط (lineae), *sed hoc minus aptum est quia non solum sensum verbi* شقوق *habet sed de lineis quoque dicitur, quae per superficiem corporis transcurrunt absque depressione, quum* שְׁקַעֲרוּרֹת *eas tantum lineas significet quae corpus ipsum intrent: argumento sunt verba* (quae sequuntur) וּמַרְאֵיהֶן שָׁפָל מִן־הַקִּיר, *praeterea haec ratio confirmatur Targumistae auctoritate, qui posuit verbum* פחתין (sic) *ductum a* פְּחוֹת *quod est defectus et simili verbo hebraeo in loco* בְּאַחַת הַפְּחָתִים 2 Sam. XVII, 9. *Hoc est quod ego statuo, licet alii, qui lineas* (خطوط) *interpretantur, eadem Targumistae auctoritate utantur.*

שָׁקַף in Kal inusit. propr. *inclinavit* (cf. שָׁכַב, שָׁכַב et arab. أسقف longus simulque incurvus, de collo struthionis), tum *superimposuit* (überlegen, darüberlegen), *superstravit*, spec. tigna, trabes et asseres, *contignavit.* Hinc derivv. שֶׁקֶף, שְׁקֻפִים et מַשְׁקוֹף, it. arab. سَقْف tectum, سَقَّف tecto instruxit, it. سَاكِف limen portae superius et أُسْكُفَّة limen portae inferius, chald. סְקוּפָא limen, trabs, nasor. אסקיפתא limen cod. Nasar. T. II. p. 58 l. 2, talm. שְׁקוֹף et chald. שַׁקְפָא superliminare. Gesenius etiam graec. *σκεπάω*, *σκεπάζω* ad hanc radicem revocabat.

Niph. se proclinavit, pronus fuit, prominuit (sich vorn überlegen, sich vorbiegen, *προκύπτειν*), max. ad prospectandum, hinc *prospexit, prospectavit* (cf. צָפָה) Cant. VI, 10: מִי זֹאת הַנִּשְׁקָפָה כְּמוֹ שָׁחַר *quaenam est haec* (puella), *quae prospectat aurorae instar*, spec. e fenestra (בְּעַד הַחַלּוֹן) Iud. V, 28. 2 Sam. VI, 16. 1 Par. XV, 29. Prov. VII, 6, etiam de monte, qui *prominet* in planitiem eive *imminet* Num. XXI, 20. XXIII, 28, et de regione terminali, quae *spectat* ad vallem conterminam 1 Sam. XIII, 18. Metaph. Jer. VI, 1: רָעָה

נִשְׁקְפָה מִצָּפוֹן *calamitas imminet* vel ingruit *a septentrione.* Ps. LXXXV, 12: *fides e terra progerminabit* וְצֶדֶק מִשָּׁמַיִם נִשְׁקָף *et iustitia de coelo prospectabit.*

Hiph. הִשְׁקִיף (sive ellipt. pro הִשְׁקִיף רֹאשׁוֹ vel הִשְׁקִיף פָּנָיו coll. הִקְשִׁיב attendit, sive propr. est: pronam inclinationem fecit, ut הֶחֱרִישׁ silentium fecit, arab. أَشْرَفَ imminuit al.) *prospectavit* 2 Sam. XXIV, 20: וַיַּשְׁקֵף . . וַיַּרְא *et prospectavit . . et vidit,* per fenestram (בְּעַד הַחַלּוֹן) Gen. XXVI, 8, 2 Reg. IX, 30. 32, sq. עַל־פְּנֵי *prospicere in* regionem Gen. XVIII, 16. XIX, 28. הִשְׁקִיף יְיָ מִן־הַשָּׁמַיִם prospexit Deus de coelo Ps. XIV, 2 (LIII, 3). CII, 20. Exod. XIV, 24. Deut. XXVI, 15. Thren. III, 50.

שֶׁקֶף *ἅπ. λεγόμ.* m. *contignatio*, impr. superna, i. q. graec. *μέλαθρον*. 1 Reg. VII, 5: *omnes ianuae cum postibus* erant רְבֻעִים שָׁקֶף *quadratae contignatione* i. e. superne directis tignis tectae (non cameratae), et propterea formae quadratae. LXX. *τετράγωνοι μεμελαθρωμέναι.*

שְׁקֻפִים m. pl. *trabes superstratae.* 1 Reg. VII, 4. VI, 4: חַלּוֹנֵי שְׁקֻפִים אֲטֻמִים *fenestrae trabibus clausis* et utrinque muro infixis. Cf. rad. אָטַם p. 77. F. Boettcher. specc. p. 318.

מַשְׁקוֹף m. *superliminare*, *limen* ostii *superius* (ut arab. سَاكِفٌ, v. rad. et librum meum de orig. et indole arab. ll. hist. interpr. p. 39) Ex. XII, 7. 22. 23.

שָׁקַץ in Kal inusit. pr. i. q. שָׁקַט deiectus fuit, dein *abiectus* i. e. *turpis, impurus, abominandus fuit.* (Arab. سقط decidit, IV abiecit, reiecit, verwerfen, pass. contemtus fuit, سُقَاطٌ id quod abiicitur, Abfall, Auswurf, dedecus, chald. Pa. i. q. hebr. Pi., שִׁקְצָא et שִׁקּוּץ res abominabilis.)

Pi. 1) *abiecit, reiecit, contemsit* Ps. XXII, 25, *abominatus est, detestatus est* rem impuram Lev. XI, 11. 13. Deut. XVII, 26. שִׁקֵּץ אֶת־נַפְשׁוֹ *se contaminavit* aliqua re, sq. בְּ rei Lev. XI, 43. XX, 25.

שֶׁקֶץ m. *abominatio*, *res abominanda*, dicitur de rebus impuris, spec. de cibis, quos ne ederent Israëlitis lege interdictum erat Lev. XI, 10. 11. 12. 13. 20. 23. 41. 42. Jes. LXVI, 17, semel שֶׁקֶץ טָמֵא Lev. VII, 21, et alteri substantivo appositum Ez. VIII, 10: בְּהֵמָה שֶׁקֶץ animal abominandum, vetitum. LXX ubique *βδέλυγμα.*

שִׁקּוּץ vel **שִׁקֻּץ** pl. שִׁקּוּצִים m. *abominandum*, *res abominanda* (Luth.: *Greuel*), dicitur de rebus quibuscunque impuris Nah. III, 6, de carnibus *εἰδωλοθύτοις* Zach. IX, 7, maxime autem de idolis ipsis, v. c. 1 Reg. XI, 5: מִלְכֹּם שִׁקֻּץ עַמֹּנִים *Milcom idolum Ammonitarum,* vs. 7: כְּמוֹשׁ שִׁקֻּץ מוֹאָב *Camos idolum Moabitarum,* 2 Reg. XXIII, 13: עַשְׁתֹּרֶת שִׁקֻּץ צִידֹנִים *Astarte idolum Sidoniorum*, et saepe plur. שִׁקּוּצִים idola Deut. XXIX, 16. 2 Reg. XXIII, 14. Jer. IV, 1. VII, 30. XIII, 27. XVI, 18. XXXII, 34. Ez. V, 11. VII, 20. XI, 18. 21. XX, 7. 8. 30. XXXVII, 23. Jes. LXVI, 3. 2 Par. XV, 8, semel de hominibus idololatris Hos. IX, 10.

שָׁקַק fut. יָשֹׁק propr. fidit (ut שׁוּק, arab. شَقَّ, syr. ܫܩܩ Cast. ex Judith. IX, 6. ܫܩܩܐ fissura. Novar.), dein ex hoc ductum (v. שָׁגַג) vel forte a divaricatione crurum (cf. שׁוֹק crus, et פָּשַׂע) 1) *discurrit, discursitavit*, max. de iis qui cupide et avide quaerunt, de locustis Joël II, 9, *incurrit* in praedam, sq. בְּ Jes. XXXIII, 4: כְּמַשַּׁק גֵּבִים שֹׁקֵק בּוֹ *ad instar incursionis locustarum incurrit in eam* (praedam). — Hinc. 2) *avidus fuit* (cf. שׁוּק no. 3), de urso Prov. XXVIII, 15, de homine sitiente Jes. XXIX, 8: נַפְשׁוֹ שׁוֹקֵקָה *anima eius avida est.* נֶפֶשׁ שֹׁקֵקָה anima avida, sc. siti pressa Ps. CVII, 9.

Hithpalp. הִשְׁתַּקְשֵׁק *discursitavit,* de curribus bellicis Nah. II, 5.

מַשָּׁק, quod Dav. Kimchi aliique huc olim retulerunt, v. s. rad. מָשַׁק pag. 829.

מַשָּׁק (more aramaeo pro מַשָּׁק) m. *discursitatio, incursio* Jes. XXXIII, 4. vid. rad. no. 1.

שָׁשַׁק (sec. Jo. Simon. contr. ex שַׁקְשַׁק desiderium) n. pr. m. 1 Par. VIII, 14. 25.

שָׁקַר fut. יִשְׁקֹר *mentitus est*, sq. לְ pers. *fidem fefellit* alicui Gen. XXI, 23. (Chald. Pa. שַׁקַּר i. q. hebr. Pi., שְׁקַר, שִׁקְרָא mendacium, שַׁקָּר mendax. Syr. Pa. ܫܩܪ mentitus est, Ethpe, i. q. arab. تُزُوِّرَ pass. a زَوَّرَ adornavit mendacium [Kam. = زَيَّنَ الكَذِبَ], ܫܩܪܐ syr. et nasor. mendax, ܫܘܩܪܐ mendacium, perfidia. Apud Arabes huius significationis vestigium superesse videtur in proverbiali dicto جَاءَ بِالسُّقَرِ وَالبُقَرِ vel ut alii tradunt جَاءَ بِالشُّقَرِ وَالبُقَرِ vel بِالصُّقَرِ وَالبُقَرِ i. e. dixit mendacium Harir. p. 345 sq. ed. 1. Sacyan. Freytag. provv. arab. I. p. 309, praeterea شُقَارَى mendacium esse tradunt lexx. — Originem Franciscus Tsepregi in dissertatt. Lugdun. I. p. 154 posuit in fucando coll. arab. شَقِرَ rubicundus fuit, شُقْرَةٌ rubedo nitens, ita ut color fucusque ad mendacium transferatur, quam sententiam dudum praeivit Mutarrizi scholiasta illud proverbium explicans ap. Harir. l. c.; addunt alii chald. סְקַר rubro pinxit,

fucavit, cf. Sap. XIII, 14, ubi verba φύκει ἐρυθήνας χρόαν αὐτοῦ Syrus interpretatur ܣܡܩܬ ܒܐܦܘܗܝ fuco rubrum fecit. Multi hoc probavere, ut Gesen. in lex. man., Ewald. ad Jes. III, 16, all. E. Meier lex. radd. p. 169 coll. סָכַךְ originem ponit in condensando et tegendo, Maurer in perforando coll. זָכַר, a quo ductam putat corruptionem vel depravationem mendacem).

Pi. mentitus est, perfide egit 1 Sam. XV, 29. Jes. LXIII, 8, erga aliquem sq. בְּ pers. Lev. XIX, 11, it. sq. בְּ rei *fefellit*, שִׁקֵּר בִּבְרִית fefellit foedus i. e. perfide fregit, violavit foedus Ps. XLIV, 18, שׁ׳ בֶּאֱמוּנָה fidem fefellit LXXXIX, 34.

שֶׁקֶר in pausa שָׁקֶר, pl. שְׁקָרִים, c. Suff. שִׁקְרֵיהֶם Jer. XXIII, 32 m. 1) *mendacium*, verba commenticia, non vera Ps. LII, 5 (opp. דַּבֵּר צֶדֶק). Iob. XXXVI, 4. דְּבַר־שֶׁקֶר verbum mendax Ex. XXIII, 7. Pr. XIII, 5. Jer. IX, 4. דִּבְרֵי שֶׁקֶר verba mendacia Ex. V, 9. Jer. VII, 8. דַּבֵּר שֶׁקֶר mendacia loqui Mich. VI, 12. Jes. LIX, 3. Jer. XL, 16. XLIII, 2 et ד׳ שְׁקָרִים id. Ps. CI, 7. Poët. לְשׁוֹן שֶׁקֶר lingua mendax Prov. VI, 17. XII, 19. 22. XXI, 6. XXVI, 28. Ps. CIX, 2 cf. Jer. IX, 2. 4 et שְׂפַת שֶׁקֶר labium mendax Ps. XXXI, 19. CXX, 2. Pr. X, 18. XVII, 7. טָפַל שֶׁקֶר suit i. e. concinnavit mendacia v. rad. טָפַל. עֵד שֶׁקֶר testis mendax Deut. XIX, 18. Ps. XXVII, 12. Pr. VI, 19. XIV, 5 et עֵד שְׁקָרִים id. Pr. XII, 17. XIX, 5. 9. עָנָה שֶׁקֶר testimonium falsum dedit Deut. XIX, 18. שְׁבֻעַת שֶׁקֶר periurium Zach. VIII, 17. נִשְׁבַּע לַשֶּׁקֶר falsum iuravit, peieravit Lev. V, 24. XIX, 12. Jer. V, 2. VII, 9. Zach. V, 4. Mal. III, 5, semel נ׳ עַל שֶׁקֶר id. Lev. V, 22. רוּחַ שֶׁקֶר spiritus mendax et fallax, qui prophetas mendaces inspirat (opp. רוּחַ יְהוָֹה) 1 Reg. XXII, 22. 23. 2 Par. XVIII, 21. 22 cf. sub v. רוּחַ dicta pag. 1272. נִבָּא שֶׁקֶר Jer. XXIX, 21 et נ׳ לַשֶּׁקֶר XXVII, 15 et saepius נִבָּא בַּשֶּׁקֶר Jer. V, 31. XIV, 14. XX, 6. XXVII, 10. 14. 16. XXIX, 9 vaticinatus est res mendaces et falsas (divinitus non acceptas), cf. Jes. IX, 14. — שֶׁקֶר absol. et in modum adverbii: *falso* (dixisti), *mendacium* est 2 Reg. IX, 12. Jer. XXXVII, 14. — Semel poët. pro concr. *mendax* Prov. XVII, 4.

2) *fallacia, fraudulentia* Jer. VI, 13: עֹשֵׂה שֶׁקֶר *faciens fraudem*, VIII, 10. Hos. VII, 1: פָּעֲלוּ שָׁקֶר *fraudulenter agunt*, Prov. XI, 18: רָשָׁע עֹשֶׂה פְעֻלַּת שָׁקֶר *impius mala fraude agit*, לֶחֶם שֶׁקֶר cibus fraudulentiae i. e. id quod aliquis fraudulentia sibi parat Prov. XX, 17. 2 Sam. XVIII, 13 Kethib: עָשִׂיתִי שֶׁקֶר בְּנַפְשׁוֹ *feci fraudem vitae eius* i. e. vitae eius insidias feci (Keri: ע׳ שׁ׳ בְּנַפְשִׁי perfide egi invito animo meo).

3) *quicquid fallit et fraudi est, vanitas.* Ps. XXXIII, 17: שֶׁקֶר הַסּוּס לִתְשׁוּעָה *fraudi est equus ad auxilium* i. e. falluntur qui ab equitatu victoriam sperant. Pr. XXXI, 30: שֶׁקֶר הַחֵן וְהֶבֶל הַיֹּפִי *vana est gratia* (venustas) *et inanis pulchritudo.* Ps. CXIX, 118: שֶׁקֶר תַּרְמִיתָם *vana* et irrita est *fraus eorum.* — Inde לַשֶּׁקֶר *frustra* 1 Sam. XXV, 21. Jer. III, 23, et שֶׁקֶר־ adverbii instar: *sine causa, immerito* Ps. CXIX, 78. 86. XXXV, 19: אֹיְבַי שֶׁקֶר *qui sine iusta causa mihi inimici sunt* (parall. שֹׂנְאַי חִנָּם), XXXVIII, 20. LXIX, 5.

שְׂרָא chald. (frequentatum in Targg., apud Samar., Syr. et Nasor., cf. hebr. שָׁרָה) 1) *solvit*, v. c. nodos, metaph. quaestiones difficiles Dan. V, 16. Part. pass. plur. שְׁרַיִן *soluti* vinculis III, 25. (Targ. pro hebr. פִּתַּח, syr. nasor. et samar. ܫܪܐ, ࠔࠓࠀ id. In lingua arabica huius significationis vestigium fortasse extat in سَرَا removit vestes exutas, curas ab aliquo. Aeth. et amhar. ሰረየ: remisit peccata, pr. solvit Iob. XLII, 9 cod. ms. Francof.: ሰረየ፡ ሎሙ፡ ኃጢአቶሙ፡ e graecis: ἔλυσε τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῖς. Ita in formula talmudica שְׁרָא לֵיהּ מָרֵיהּ absolvat eum Deus, v. Buxt. lex. talm. p. 2525). — Spec. dictum est de iis qui vespere in hospitium devertentes iumentorum sarcinas solvunt, inde 2) *devertit*, et in universum *habitavit* Dan. II, 22. (Targ. pro שָׁכַן et נוּחַ habitavit, quievit, et pro חָנָה castra posuit, מַשְׁרְיָא, מַשְׁרֵי castra. Syr. et nasor. ܫܪܐ devertit, habitavit, castra posuit, ܡܫܪܝܬܐ castra. Samar. ࠔࠓࠀ et ࠌࠔࠓࠀ habitavit, castra posuit. Synonymum est καταλύειν devertere Thucyd. I, 136. Xen. Anab. I, 8, 1, κατάλυμα deversorium Luc. II, 7. XXII, 11. Marc. XIV, 14, et frequentissimum arab. حَلَّ solvit, devertit, مَحَلّ statio, mansio, oppos. הִשְׁכִּים q. v. pag. 1406).

Pa. 1) i. q. Kal no. 1. *solvit* Dan. V, 12. — 2) *incepit* (pr. aperuit) Esr. V, 2. (Hoc sensu Targumistae frequentant Pa. שָׁרֵי, syr. Pa. ܫܪܝ incepit, samar. ࠔࠓࠀ in Pe. id., שֵׁרוּת, שֵׁרוּי, שֵׁירוּת, ܫܘܪܝܐ initium; praeterea concinit Pe. שְׁרָא aggressus est rem Targ. pro hebr. הוֹאִיל; cf. hebr. הֵחֵל solvit, aperuit, incepit a חָלַל.)

Ithpa. solutus est Dan. V, 6.

* * *

שַׁרְאֶצֶר (pers. سر آذر ex zend. *çara* et *athar* princeps ignis, sec. Philox. Luzzattum le sanscritisme de la langue assyr. p. 35 compositum e sanscr. *çara* sagitta et causat. rad. *isch* vel *ich* ire: qui iaculatur sagittas, quod artificiosum duco) n. pr. pers. 1) filii Sanheribi regis Assyriae, parricidae Jes. XXXVII, 38. 2 Reg. XIX, 37. 2) ignoti cuiusdam Israëlitae, Zachariae aequalis, qui nomen extraneum in exilio adoptavisse videtur Zach. VII, 2. Cf. נֵרְגַל שַׁרְאֶצֶר pag. 913.

שָׂרַב rad. inusit. Chald. שְׂרַב ustus est, arsit, Ithpe. exsiccatus est, שָׁרְבָא aestus, ardor, siccitas Targ.

pro hebr. חֹרֶב. Abulwalid.: شَرَب العطشة وفى كلامهم אל תאמר לו צא בצהרים שישתרב i. e. שָׁרָב *est terra sitiens. Ita loquuntur: ne dicas ei, exi meridiei tempore, ut aestuet.* Syr. ܫܪܒ siccatus, arefactus est, nasor. ܫܪܒܐ ardor, cogn. צָרַב, שָׂרַף et חָרֵב. Inde

שָׁרָב m. 1) *ardor, aestus* aëris. Jes. XLIX, 10: וְלֹא יַכֵּם שָׁרָב וָשָׁמֶשׁ *et non feriet eos aestus nec sol.* Hinc 2) phaenomenon quoddam in desertis Arabiae, in Aegypto, Persia et India satis frequens, passim etiam in Russiae et Galliae regionibus meridionalibus observatum (gall. le mirage, Physicis nostratibus *Kimmung*, *Spiegelung* vocatum), quod in eo cernitur, ut propter singularem vaporum commotionem desertum vel totum quantum patet vel pars tantum aequoris lacuumve speciem ita referat, ut vel peritissimi viatores nonnunquam fallantur. Descripserunt hanc rem et ex naturae legibus et peregrinatorum testimoniis illustrarunt Hyde ad Peritsol. itin. p. 16. Ch. B. Michaëlis in Pott. syll. commentatt. theol. III. p. 41—45. Oedmann in Verm. Samml. V, 130. De Sacy in chrestom. arab. II. p. 392. Ouseley travels Vol. I. p. 270. Erdmann in Gilbert. annal. phys. vol. XXVIII. p. 1 sqq. Gesen. ad Jes. XXXV, 7. Adde John Wilson the lands of the Bible vol. I. Edinb. 1847. p. 47. Thomson in Bibliotheca sacra vol. V. Andover 1848. p. 470, all. His praemissis lucebunt verba Jes. XXXV, 7: (*in deserto prorumpent aquae et rivi in solitudine*) וְהָיָה הַשָּׁרָב לַאֲגַם וְצִמָּאוֹן לְמַבּוּעֵי מָיִם *et desertum aquae speciem referens commutabitur in lacum* (in veram aquam) *et regio arida in fontes aquae.* Targ. et Saad. eodem verbo utuntur שְׁרוּבָא, سَرَاب. Idem voc. *srâb*, *srôb* in lingua Melit. est „oculorum perstrictio ob repercussionem lucis solaris" auctore Vassallio lex. melit. p. 620. Syr. ܫܪܒܐ Bar Bahlul ap. Castell. explicat السموم Samum ventus fervens, quem significatum loco Jes. XLIX, 10 non inepte adhibueris. Ceterum ܫܪܒܐ ܕܡܝܐ aquae fluentes in Lex. Adler. exponitur سراب. Copticum etiam ϣⲁⲣⲃⲉ „ventus urens, ardor," concinit, quanquam hoc ducunt a ϣⲁⲁⲣ percutere et ⲃⲉ ramus. E veteribus scriptoribus Curtius (VII, 5) eius rei mentionem fecit, ubi Alexandrum M. trans Oxum ad Sogdianos venisse narrat: „arenas, inquit, vapor aestivi solis accendit: quae ubi flagrare coeperunt, haud secus quam continenti incendio cuncta torrentur. caligo deinde immodico terrae fervore excitata lucem tegit, camporumque non alia quam vasti et profundi aequoris species est." Arabum poëtae saepe eandem rem memorant, quam vel communi nomine *Sarâb* سراب vocitant vel آل (quod proprie vapores indicat mane et vespere e terra surgentes, quum Sarâb meridiano tempore appareat, vid. schol. Harir. p. 314 ed. 1. Sac.) vel rarioribus nominibus يَلْمَع, لَمّاع, خَيْتَعُور, لُعَابُ الشَّمْس (saliva solis), يَهْيَر. Exemplorum largam copiam dabunt Reiske ad Taraphae Muall. p. 49. Fraehn in Gilbert. ann. l. c. Gesen. l. c. In ipso Corano sur. 24. vs. 39 impiorum opera Sarâbo comparantur, praeterea vide Harith Muall. vs. 46. Imrulkaisi Divan. ed Slane p. 33. l. 8. Alkama Divan VII, 4 Ms. Harir. makam. 5. p. 51. mak. 6. p. 64. mak. 28. p. 294. Habent Arabes proverbia أَخْدَعُ مِنْ يَلْمَع fallacior quam vapor meridianus (Freytag. Arabum provv. T. III, 1. p. 128), vel أَخْلَفُ مِنْ يَلْمَع magis spem fallens quam v. m. (ibid. p. 129), vel أَكْذَبُ مِنْ يَلْمَع mendacior quam v. m. (ib. T. II. p. 381) vel أَكْذَبُ مِنَ اليَهْيَر id. (ibid., cf. p. 419). Apud Indos Sarâb a poëtis vocatur *mriga-trischnâ* i. e. sitis antilopum Urvas. ed. Lenz. 15, 5 inf. 17, 3 inf. Bhartriharis sententiae II, 5 cf. Bohlen. ad h. l. p. 179, qui שָׁרָב et سراب vocabulum persicum esse opinatur compositum سر آب caput i. e. superficies aquae.

שֵׁרֵבְיָה vel quod codd. non pauci exhibent **שֵׁרֵבְיָה** (fort. arefecit Jehova, ut שֵׁרֵב sit Piel, vel deportavit Jehova, si certa est glossa quam Cast. e Bar Bahluli lexico excerpsit: ܐܫܬܪܒ Ethpa. deductus, deportatus est, cf. שָׁרֵי s. rad. שָׁרָה) n. pr. Levitae ex captivitate reducis Esr. VIII, 18. 24. Neh. VIII, 7. IX, 4. X, 13. XII, 8. 24.

שַׁרְבִיט (ב raphatum post ר, ut in מַרְבַדִּים) recentioris Hebraismi voc. i. q. שֵׁבֶט (inserta littera ר, qua de re v. supra dicta p. 1245) m. *sceptrum* Esth. IV, 11. V, 2. VIII, 4. (Chald. in Targ. Hieros. Lev. XXVII, 32 pro שֵׁבֶט, Ex. XXI, 20 Pseudojon. In lingua coptica quoque praeter ϣⲃⲱⲧ exstat ϣⲁⲣⲃⲱⲧ baculus, v. Ignat. Rossi etym. aegypt. p. 254, sahid. ϩⲣⲃⲱⲧ id. Zoega de obel. 339. 340, cf. ϭⲣⲏⲡⲉ sceptrum.)

I. שָׁרָה i. q. chald. שְׁרָא solvit, q. v. — יִשְׁרֵהוּ Iob. XXXVII, 3, quod ad hanc radicem referunt multi interpretes vertentes: *solvit* i. e. dimittit Deus *illud*, sc. tonitru, vid. s. rad. יָשַׁר Pi. pag. 641.

Pi. שֵׁרָה *solvit.* Jer. XV, 11 Keri: שֵׁרִיתִיךָ לְטוֹב *solvam te in bonam partem* i. e. liberabo te. Videntur Hebraei hoc verbo etiam in malam partem (לְרָע) usi esse pro deserendo, quam ob causam h. l. additum est לְטוֹב. Ita Gesenius, all. Cf. Dunasch ben Librat in edit. Lexici Kimchiani nova Berol. 1847. p. V. Sed perpendas, an praeferendum sit Kethib שרותך, de quo disputabitur s. rad. שָׁרַר no. 3, v. p. 1482.

שֵׁרוּת voc. dubium, sec. nonn. i. q. chald. שְׁרוֹ

initium Jer. XV, 11 Kethib. Sed v. rad. שָׂרָה Pi. et rad. שָׂרַר no. 3.

שָׂרוֹן *Saron*, v. s. rad. יָשַׁר.

שָׂרַי (sec. Io. Simon. solvit s. liberavit Jehova, compos. ex שָׂרָה et יְהוָֹה) n. pr. m. Esr. X, 40.

מִשְׂרָה f. *solutio, dissolutio, maceratio.* Num. VI, 3: מִשְׁרַת־עֲנָבִים *potus ex uvis solutis s. maceratis paratus* (Trauben-Auflösung). Affert iam Saadias in Hapaxlegomenis (no. 11.) usum talmudicum verbi שָׂרָה maceravit aliquid in liquore, ut vicias, colores Mischna tr. Schabbath c. 1. §. 5, מֵי הַמִּשְׁרָה aqua macerationis, in qua aliquid maceratum est tr. Berachot c. 3, 5. Cf. Ibn Esra Sephath Jether no. 56.

II. שָׂרָה i. q. שָׁרָה, שָׂרָה, כָּרָה (cogn. שָׂרַד, cf. שָׂרַר torsit) *conseruit, contexuit.*

שִׁרְיָה f. *lorica, thorax,* utpote ex filis ferreis conserta (ut arab. سَرْدٌ lorica, a rad. سرد suit, contexuit, et huic vicinum زَرْدٌ lorica) Iob. XLI, 18 (ubi alii teli genus vel spiculum interpretantur coll. arab سِرْوَةٌ sagitta, سِرْيَةٌ cuspis sagittae). LXX. θώραξ. — Ceterum Ewald. gramm. hebr. §. 163, *f.* ed. 5. שִׁרְיָה curtatum esse putat ex שִׁרְיָן (q. v. proximo loco), ut שַׂלְמָה ex שַׂלְמוֹן.

שִׁרְיָן m. id. Jes. LIX, 17. 1 Reg. XXII, 34 (= 2 Par. XVIII, 33). Hoc altero loco Ewald. (hist. populi Israël. III, 1. p. 213) os pectorale vult intelligi, ut θώραξ apud medicos graecos pectus designat. Sed vide de eo loco דֶּבֶק supra pag. 312 sq. (Chald. שִׁרְיָן, syr. ܫܪܝܢܐ lorica. Apud Samaritanos [Samaritan] pro sacerdotum femoralibus, hebr. מִכְנָסַי, ponitur Ex. XXXIX, 28. Lev. VI, 3 al. 10.)

שִׁרְיוֹן vel שִׁרְיֹן (Deut. III, 9) m. 1) id. (ut סִרְיֹן q. v. in Addendis) 1 Sam. XVII, 5. 38, pl. שִׁרְיֹנִים Neh. IV, 10, et שִׁרְיֹנוֹת 2 Par. XXVI, 14.

2) n. pr., quod Hermon mons apud Sidonios (Phoenices) gerebat, ut שְׂנִיר idem appellabatur ab Amoraeis. Deut. III, 9: צִידֹנִים יִקְרְאוּ לְחֶרְמוֹן שִׂרְיֹן וְהָאֱמֹרִי יִקְרְאוּ לוֹ שְׂנִיר *Sidonii Hermonem vocant Schirjôn et Amoraei eum vocant Senîr.* (Cf. שִׂיאֹן, quod erat tertium nomen eiusdem montis, s. rad. נָשָׂא p. 918.) Ps. XXIX, 6. Ductum hoc nomen videtur a thoracis similitudine, fere ut gr. Θώραξ dicitur de monte Magnesiae. Ps. l. c. in omnibus, quod sciam, codicibus mss. et edd. scribitur שִׂרְיוֹן *Schirjon,* in Deut. autem multi habent שִׂרְיֹן *Sirjon,* quod Phoenicum pronuntiationi et dialecto Ephraïmiticae (v. Iud. XII, 6) magis congruit, v. Norzi et J. H. Michaëlis ad locum Deut.

שָׂרוּחֶן (sec. Gesen. deversorium amoenum, a rad. שָׂרָה et חֵן gratia) n. pr. oppidi Simeonitarum Jos. XIX, 6.

שַׂרְסַי n. pr. m., v. שַׁסְרַי supra pag. 1396.

שָׂרַם rad. dubia. Arab. سرم, شرم, عرم secuit, fidit.

שְׂרֵמוֹת Jer. XXXI, 40 Kethib librarii errore ortum ex שְׁדֵמוֹת *agri*, quod est in loco gemino 2 Reg. XXIII, 4, neque non Jer. l. c. in Keri, idemque in contextis habent codd. mss. quamplures, ex editis biblia Soncin., Brix., Complut., prophetae Soncin. a. 1486, Jerem. Thessalon. 1569 all., Aqu. τὰ προαστεῖα et alius gr. intp. ἀσαδημώθ. Vid. Cappelli crit. sacr. ed. Vogel T. I. p. 233. T. II. p. 892 sq. Lilienthal. de cod. Regiom. p. 281. Vulgarem scripturam (quam LXX secuti sunt ἀσαρημώθ scribentes) defendere studuit Gerardus Kuypers in Dissertatt. Lugdun. I. p. 537; collatis enim verbis arabicis supra sub rad. memoratis שְׂרֵמוֹת exponit *agros sectos* i. e. *demessos*, quam ipsam agri demessi significationem habet arab. صريمة. Sed praestat prius.

שָׂרַע prob. sec. usum aram. lubricus fuit, unde chald שַׂרְעָתָא et מִשְׂרוּעִיתָא lubricitas, syr. ܫܪܥ lapsavit in lubrico loco i. q. arab. زَلَقَ et زَلَّ, lapsus est, peccavit, ܫܘܪܥܬܐ lubricum.

מִשְׂרָעִי n. pr. gentis e Kirjath-Je'ārim oriundae, ductum, ut videtur, a nomine oppidi מִשְׂרָע (locus lubricus, praeceps) aliunde ignoti, 1 Par. II, 53.

שָׂרַץ 1) *repsit, reptavit,* dicitur de animalibus reptilibus terrestribus et aquatilibus iisque minoribus Gen. VII, 21. Lev. XI, 29. 41. 42. 43. 46. Ez. XLVII, 9. Passim locus (terra vel mare) dicitur reptare reptilibus i. e. iis *scatere* (von etwas wimmeln), sq. acc. (cf. הָלַךְ no. 3. pag. 378, et gramm. hebr. §. 135, 3, b), velut mare bestiis aquatilibus Gen. I, 20: יִשְׁרְצוּ הַמַּיִם שֶׁרֶץ *scateant aquae animalibus*, comm. 21, Nilus fluvius vel terra Aegypti ranis Ex. VII, 28: וְשָׁרַץ הַיְאֹר צְפַרְדְּעִים *et scatebit Nilus ranis,* Ps. CV, 30. — Inde 2) *multiplicavit se,* de bestiis Gen. VIII, 17. IX, 7, et de ipsis hominibus Ex. I, 7: וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל פָּרוּ וַיִּשְׁרְצוּ *et Israëlitae multa progenie augebantur.* LXX certe in nonnullis locis: ἕρπειν. (Habent Syri hanc radicem, et verbum quidem ܫܪܨ licet in lexx. non exstet communius que sit ܪܚܫ, uno tamen loco reptandi significatu mihi occurrit, nempe ap. Ephraemum Tom. I. p. 385. D., ubi legitur de Davide noctu ad Saulis castra reptante.

ܪܚܫܐ est reptile i. q. hebr. שֶׁרֶץ, dein spec. erinaceus minor Jes. LXVI, 17 (ubi in Pesch. ponitur pro hebr. שֶׁרֶץ), vid. glossam Bar Bahluli ap. Bernst. lex. Chrestom. p. 552, et ܪܚܫܢܐ adj. reptilis Bernst. chrestom. p. 207. l. ult. Praeterea huic radici cognatum putem ܫܪܒܐ multipeda, nec non ܫܪܛܢܐ arab. سَرَطَان cancer. Aeth. ሠረጸ፡ et amhar. ሠረፀ፡ pullulavit, de plantis, ሠርጸ፡ germen, itidem a reptando. Originem autem quaero in strepitu animalium reptantium et pedibus terram radentium, quo spectare videtur huius radicis vis onomatopoëtica.)

שֶׁרֶץ m. collect. 1) *reptilia* Gen. VII, 21. Lev. V, 2. XI, 29. 31. 41. 42. 43. 44. XXII, 5. — שֶׁרֶץ הָעוֹף הַהֹלֵךְ עַל אַרְבַּע Lev. XI, 20. 21 vel שֶׁרֶץ הָעוֹף אֲשֶׁר לוֹ אַרְבַּע רַגְלָיִם ibid. comm. 23 *reptilia alata, quae quattuor (pedibus) incedunt*, sunt vespertiliones (non grylli, qui sex pedibus instructi sunt, quanquam quattuor tantum ad eundum uti dicuntur), cf. Deut. XIV, 19. — 2) *aquatilia minora* Gen. I, 20, plenius שֶׁרֶץ הַמַּיִם Lev. XI, 10.

שָׁרַק fut. יִשְׁרֹק 1) *sibilavit*, zischen, pfeifen (rad. onomatop. ut gr. συρίζω, συρίσσω, συρίττω, unde σύριγξ, σύριγμα, συρίγγιον, sanscr. *svrî* sonare, *svara* sonus). a) Sq. לְ sibilando *arcessivit*, *allexit*, ut apes, muscas (ut apiarius facit), idque per translationem dictum de Jehova, qui hostes advocat Jes. V, 26. VII, 18, vel Israëlitas fugatos et dispersos Zach. X, 8. Alibi b) est irridentium: *exsibilavit*, *sibilis explosit* (συρίττειν τινά, auszischen, auspfeifen) 1 Reg. IX, 8. Thren. II, 15. 16, sq. עַל pers. vel rei Zeph. II, 15. Jer. XIX, 8. XLIX, 17. L, 13. Ez. XXVII, 36. Iob. XXVII, 23: יִשְׁרֹק עָלָיו מִמְּקֹמוֹ *sibilis explodunt eum de loco suo* i. e. e propria sede ac domicilio eius sibilis eum depellunt. LXX plerumque συρίζειν. (Chald. שְׁרַק et שָׁרֵק sibilavit, nasor. שְׁרַק id. Cod. Nasor. ed. Norberg. II. p. 198. l. 6, syr. Aph. ܐܫܪܩ id. in Pesch. ubique pro hebr. שָׁרַק, etiam de serpentum sibilo Hexapl. Jer. XLVI, 22 pro gr. συρίζειν, Bar Ali: ܐܫܪܩ صفّر شبّب بالصّفّارة i. e. ܐܫܪܩ sibilavit, cecinit fistula, cf. no. 2, ܫܪܩܐ sibilus, ܡܫܪܩܢܝܬܐ apud grammaticos sibilantes litterae, rabb. שְׁרִיקָה et שִׁירוּק et redupl. שְׁרַקְרוּק sibilus, apud gramm. אותיות שריקה litterae sibilatae.) — 2) *fistula cecinit* (syr. Aph. id., vid. supra), scil. non ore, sed instrumento sibilavit. Inde שְׁרִיקוֹת et chald. מַשְׁרוֹקִיתָא q. v. infra.

שְׁרֵקָה f. *sibilus*, deinde *irrisio*, *ludibrium*. הָיָה לִשְׁרֵקָה pro ludibrio habitus est, in ludibrium abiit Mich. VI, 16. Jer. XIX, 8. XXV, 9. 18. XXIX, 18. LI, 37. 2 Par. XXIX, 8. LXX συρισμός, συριγμός, σύριγμα.

שְׁרִיקוֹת plur. f. *sibili*, vel potius *cantus fistulae* (v. rad. no. 2). Iud. V, 16: שְׁרִיקוֹת עֲדָרִים LXX συρισμὸς ἀγελῶν, Vulg. *sibili gregum*, quae verba referenda sunt ad pastores, qui, dum greges custodiunt, canunt fistulis. — 2) *exsibilationes*, *irrisiones* (v. rad. no. 1, b et שְׁרֵקָה) Jer. XVIII, 16 Keri (Kethib שְׁרוּקוֹת, sed Keri videtur praestare).

שְׁרוּקוֹת pl. f. Jer. XVIII, 16 Kethib i. q. שְׁרִיקוֹת q. v.

מַשְׁרוֹקִיתָא chald. *syrinx*, *fistula* Dan. III, 5. 7. 10. 15. LXX et Theodot. σύριγξ. Gr. Venet. αὐλός (praeter comm. 15, ubi male habet φόρμιγξ).

שָׁרַר 1) *in orbem vertit*, *torsit*, *contorsit* in modum funiculi. (Vicinae radd. sunt שׁוּר no. II., תּוּר, דּוּר, זוּר, סוּר, טוּר, quippe quae omnes vertendi, versandi, in orbem eundi potestatem varie inflexam habent.) Ab hac prima significatione est שֹׁר umbilicus (pr. funiculus umbilici, Nabelschnur, Nabelstrang), שְׁרִירִים nervi, שֵׁרָה, שַׁרְשְׁרָה et שַׁרְשָׁה catena (quasi funiculus e metallo factus). Contorsionis autem notio ad condensationem et confirmationem transfertur, hinc

2) *firmus*, *durus fuit*, max. in malam partem, unde שְׁרִירוּת pervicacia (cordis), pr. durities. (Chald. Pa. שָׁרַר firmavit, confirmavit, ratum fecit aliquid, v. c. subscriptione nominis vel alia quacunque testificatione, שָׁרִיר firmus, durus, talm. חיטי דשרירין grana tritici dura et sicca, מַלֵּל שְׁרִירוּתָא firmum i. e. verum loqui. Syr. et nasor. ܫܪ firmus fuit, confirmatus est Ephr. I, 531. D. Pa. confirmavit Ephr. I, 347. C. 351. E. Aph. id. Ephr. I, 542. B., ܫܪܝܪ firmus, verus, ܫܪܪܐ veritas. Aeth. ሠረረ፡ fundavit, pr. firmavit, መሠረት፡ fundamentum. Ex Arabismo praeter سرّ = שֹׁר huc referri possit سِرّ arcanum, qs. firmatum in animo et infixum, et شَرّ malus, improbus fuit, pr. durus fuit vel obfirmato animo, شَرّ improbitas, malum, شِرِّير malus.)

3) *pressit*, tum *oppressit*, *hostiliter tractavit* i. q. צָרַר no. 2, a. Huc refero Jer. XV, 11 Kethib: שָׁרוֹתִךָ לְטוֹב (sic enim efferendum cum Maurero et Ewaldo), quod interpretor: *premo*, vexo, affligo *te in bonam partem* s. *in salutem* tuam i. e. ut bene tibi vertat (cf. לְטוֹב eodem sensu dictum Ps. CXIX, 122). Maurer et Ewald: firmabo, stabiliam, corroborabo te. Alii efferunt שְׁרוֹתִךָ solvendo te, alii שֵׁרוּתְךָ initium tuum, utrumque trahentes ad rad. שָׁרָה. Keri שֵׁרִיתִךָ vid. s. rad. שָׁרָה Pi. — Part. שׁוֹרֵר, apud quosdam poetas subst. *adversarius*, *inimicus* Ps. V, 9. XXVII, 11. LIV, 7.

LVI, 3. LIX, 11. Ceterum non negligenda est sententia Ewaldi (ad Ps. XXVII, 11), qui שֹׁרֵר contractum esse putat ex מְשֹׁרֵר pr. insidiator, a rad. שׁוּר, ut שֹׁבֵב Mich. II, 4 ex מְשׁוֹבֵב, עֹלֵל ex מְעוֹלֵל.

שֹׁר m. c. Suff. שָׁרֵּךְ Ez. XVI, 4, et soluta littera geminata שָׁרְרֵךְ Cant. VII, 3 (quod alii ex plena forma שֹׁרֶר ducunt) 1) *nervus*, *musculus* (ut שָׁרִיר, cf. syr. ܫܪܝܢܐ nervus Acta martyrum ed. Assem. p. 223, aeth. ሥርው: et amhar. ሥር: radix, nervus). Collect. Prov. III, 8: רִפְאוּת תְּהִי לְשָׁרֶּךָ וְשִׁקּוּי לְעַצְמוֹתֶיךָ *sanatio* s. medela hoc *sit nervis tuis* (in his enim sedes est roboris) *et recreatio ossibus tuis*. Alii, ut Ibn Ezra, Ch. Bened. Michaëlis, umbilicum intelligunt, eumque Umbreitus pro toto ventre sumit, Maurer iccirco appellatum putat, quia ad sanandos multos, praesertim intestinorum morbos emplastra, malagmata et unguenta alvo admovere solebant veteres. LXX τῷ σώματί σου, Syr. ܠܒܣܪܟ carni tuae, ex quibus interpretamentis Ewaldus לִשְׁאֵרֶךָ i. e. לִשְׁאֵרֶךָ, Bertheau לִבְשָׂרֶךָ primitus scriptum fuisse colligunt, coll. Prov. IV, 22.

2) *umbilicus* (pr. funiculus umbilici, v. rad. no. 2, syr. ܫܪܐ id. auctore Castello s. rad. ܫܪܐ, arab. سُرّ et سُرَر id., spec. ea pars quam obstetrix resecat, et contra سُرَّة spec. pars post resectionem restans). Ez. XVI, 4: בְּיוֹם הוּלֶּדֶת אוֹתָךְ לֹא כָרַּת שָׁרֵּךְ *die, quo natus eras*, *non resectus est umbilicus tuus*. Cant. VII, 3: שָׁרְרֵךְ אַגַּן הַסַּהַר *umbilicus tuus* est velut *patella rotunda*. Intellige umbilicum cum ventris parte circumiecta, ut in lingua Melitensi *sorra* est abdomen, ima ventris pars, Vassalli lex. melit. p. 619. Alii volunt inguina vel loca genitalia, adhibito arab. سِرّ quod arcanum significat et genitalia. — Quod ad formam שָׁרְרֵךְ attinet, plurimi eam revocant ad שֹׁרֶר; ego tamen malo referre ad שֹׁר ipsum, ut fecit Ewald. gramm. hebr. ed. 5. §. 255, b, cf. עַם ,הַר ,צֵל a עַמְמֵי ,הֲרָרֵי ,צִלְלוֹ.

שָׁרָר n. pr. m. 2 Sam. XXIII, 33, corruptum, ut videtur, ex שָׂכָר, quod legitur in loco gemino 1 Par. XI, 35.

שֹׁרֶר m. i. q. שֹׁר. Sed redi ad hoc.

שֵׁרָה pl. שֵׁרוֹת f. *catenae* (a contorquendo dictae vid rad. no. 1, cf. שַׁרְשְׁרָה ,שַׁרְשָׁה et תּוֹר s. rad. תּוּר no. 2), tum *armillae* (alias צָמִיד et אֶצְעָדָה) Jes. III, 19. Targ. שֵׁירֵי יְדַיָּא catenae manuum i. e. armillae. (Idem שֵׁירָא Targ. Onk. habet pro hebr. צָמִיד Gen. XXIV, 22. 30. 47 et pro אֶצְעָדָה Num. XXXI, 50. שֵׁיר in Mischna tr. Schabb. c. 5 est catena vel collare, quod equis aliisque bestiis inditur cum funiculo, quo ducantur, arabice قَبّ dictum auctore Jehuda ben K. Cognatum est arab. سِوَار armilla. Vid. Nic. W. Schroeder de vestitu mulierum hebr. p. 56 sqq.)

שֵׁרִית f. contr. ex שְׁאֵרִית vid. s. rad. שָׁאַר pag. 1350.

שָׁרִיר adj. *firmus*, *durus* (chald. שְׁרִיר et syr. ܫܪܝܪ id., v. rad. no. 2), semel tantum in plur. et fere subst. שְׁרִירֵי בִטְנוֹ *partes firmae ventris* (hippopotami), nempe nervi, ligamenta, lacerti, tori ventris Iob. XL, 16. Fortasse שָׁרִיר specialem nervi vel musculi significationem habuit, ut syr. ܫܪܝܐ, cf. שֹׁר no. 1.

שְׁרִירוּת f. *durities*, ubique שְׁרִירוּת לֵב vel שׁ׳ לֵב רַע duritia cordis (mali) i. e. *pervicacia cordis*, *animus obfirmatus* Deut. XXIX, 19. Ps. LXXXI, 13 et octies apud Jer. III, 17. VII, 24. IX, 13. XI, 8. XIII, 10. XVI, 12. XVIII, 12. XXIII, 17. Aram. שְׁרִירוּת, ܫܪܝܪܘܬܐ in bonam partem: firmitas, veritas.

שַׁרְשְׁרָה pl. שַׁרְשְׁרוֹת f. *catenula* (forma iterativa, a multiplicata contorsione, vid. rad. no. 1), de catenulis aureis opere plexili vel tortili factis in pectorali summi sacerdotis Ex. XXVIII, 14. XXXIX, 15, de quibus locis Gesenius disputavit s. v. גַּבְלֻת supra pag. 259, et de opere catenato sive certis ornamentis ad instar catenarum factis in parietibus templi Salomonis 2 Par. III, 5, in columnarum capitulis ib. comm. 16. 1 Reg. VII, 17: מַעֲשֵׂה שַׁרְשְׁרוֹת *opus catenatum*. Inde decurtatum est שַׁרְשָׁה, quod protinus sequitur. — Frequentatur hoc voc. in ceteris linguis semiticis litterâ *r* emollita eaque partim in *l*, partim in *n* mutata, arab. سِلْسِلَة, pl. سَلَاسِل, vulgo etiam سنسلة *senseleh*, pl. سناسل *senâsil*, melit. *synslæ*, pl. *snysel*, aeth. ሰንሰል: pl. ሰናስል:, amhar. ሰንሰለት: et ሠለሰለ:, chald. שַׁלְשְׁלָא ,שַׁלְשֶׁלֶת, et priore ל elisa שִׁישְׁלְתָא, syr. ܫܫܠܬܐ, nasor. שושאלתא, samar. tum ࠔࠋࠔࠋ tum ࠔࠍࠔࠋ de catena genealogica in Gesen. carmm. sam. XII. vs. 21 et 25, talm. etiam שִׁישׁוּרָא vid. Buxt. lex. chald. talm. p. 2539.

שַׁרְשָׁה contr. ex שַׁרְשְׁרָה (q. v.) pl. cstr. שַׁרְשׁוֹת f. *catenulae* Ex. XXVIII, 22.

שָׁרַשׁ rad. onomatop. i. q. שָׁרַץ pr. rasit solum, dein *reptavit* (vid. שָׁרַץ). Hinc appellata esse possit *radix* שֹׁרֶשׁ. Cf. ሠረጸ: pregerminavit, pullulavit, ሥርጽ: germen, propago vitis, truncus. Alii שָׁרַשׁ curtatum volunt ex quadril. שׁרשׁר, quod geminatum sit e שָׁרַר, ita ut hoc vel eiusdem significationis verbum onomatopoëticum fuisse statuatur, vel radix arboris שֹׁרֶשׁ nomen traxerit a firmando. Cui sententiae favet quodammodo lingua melitensis, in qua *synslæ* est pro hebr.

שַׁרְשְׁרָה q. v.), *schenschûl* autem prima radicula herbae, et verbum *schenschel* primas radices emisit planta, Vassalli lex. melit. p. 637. Cf. etiam שֵׁבֶשׁ pag. 1359.

Pi. שֵׁרֵשׁ verb. denominat. a שֹׁרֶשׁ derivatum (cf. vic. סֵרֵס): *eradicavit, exstirpavit* (v. de hac vi formae Piël gramm. hebr. §. 51, 2, c). Iob. XXXI, 12: בְּכָל־תְּבוּאָתִי תְשָׁרֵשׁ *in omni fructu meo radices evelleret* i. e. radicitus exstirparet fructum. Metaph. Ps. LII, 7: וְשֵׁרֶשְׁךָ מֵאֶרֶץ חַיִּים *et exstirpabit te* Deus *e terra viventium.* (Fortasse cogn. chald. חֲלַשׁ evellit, exstirpavit, discerpsit, in Targg. passim pro hebr. שֵׁרֵשׁ positum.)

Pu. שֹׁרַשׁ pass. Iob. XXXI, 8: צֶאֱצָאַי יְשֹׁרָשׁוּ *germina mea exstirpentur.*

Poel שֹׁרֵשׁ verb. denominat. *radices egit* (fecit, emisit) arbor Jes. XL, 24.

Poal שֹׁרַשׁ *radicatus est*, radicibus captis fixus est in solo. Metaph. Jer. XII, 2: נְטַעְתָּם גַּם שֹׁרָשׁוּ *plantas eos* (impios), *iamque radicantur.* Cf. Nithpa. in phrasi talmudica נשתרש בחטא radicatur i. e. confirmatur in peccato.

Hiph. הִשְׁרִישׁ verb. denominat. i. q. Poel, tum addito accus. שָׁרָשִׁים Ps. LXXX, 10 de vite: וַתַּשְׁרֵשׁ שָׁרָשֶׁיהָ *et emisit radices suas*, tum absol., et metaph. quidem de homine vel populo, qui fortuna prospera utitur Jes. XXVII, 6: יַשְׁרֵשׁ יַעֲקֹב יָצִיץ וּפָרַח יִשְׂרָאֵל *radices aget Jacob, florebit et efflorescet Israël.* Iob. V, 3: אֲנִי רָאִיתִי אֱוִיל מַשְׁרִישׁ *equidem vidi stultum* (impium), *qui radices ageret* i. e. qui firmam et stabilem assequeretur prosperitatem. Cf. talm. אִשְׁתָּרֵשׁ in lucro fuit, lucratus est, pr. sibi radices cepit.

שֹׁרֶשׁ pl. שָׁרָשִׁים lege *schŏrāschîm*, Gesen. Lehrgeb. p. 572), c. Suff. שָׁרָשָׁיו, cstr. שָׁרְשֵׁי m.

1) *radix* (ut chald. שְׁרַשׁ, שָׁרְשָׁא q. v. infra, syr. ܫܶܪܫܳܐ nasor. ܫܪܫܐ id., cf. aeth. ሥርው: et amhar. ሥር: radix, nervus. Ex lingua Punica huc pertinet σουρίς i. e. שֹׁרֶשׁ, nomen radicis lanariae a fullonibus purgandis lanis adhibitae, quam Graeci στρουθίον vocabant, v. Dioscor. lib. II. c. 192. Lingua arabica vulgaris quoque habet شِرْش pl. شُرُوش radix, a Judaeis acceptum, ut puto, v. Humbert guide de la convers. arabe p. 51). Iob. XXX, 4. VIII, 17. XIV, 8. Ez. XVII, 6. 7. 9. Dicitur de planta vel arbore שִׁלַּח שָׁרָשָׁיו emittit radices suas Jer. XVII, 8, הִכָּה שׁ׳ id. (cf. germ. Wurzel schlagen) Hos. XIV, 6, יָסַף שׁ׳ propagavit radices suas 2 Reg. XIX, 30 (Jes. XXXVII, 31). Apud poëtas non raro homines et populi comparantur plantae vel arbori, inque eiusmodi descriptionibus radicis quoque praecipua fit mentio, e. c. Jes. V, 24, ubi impiorum sors describitur: שָׁרְשָׁם כַּמָּק יִהְיֶה וּפִרְחָם כָּאָבָק יַעֲלֶה *radix eorum ut putredo erit eorumque flos ut pulvis ascendet*, Hos. IX, 16 de Ephraimitis: שָׁרְשָׁם יָבֵשׁ *eorum radix exarescet*, Am. II, 9. Jes. XIV, 30. Ez. XXXI, 7. Mal. III, 19. Iob. XVIII, 16. XXIX, 19. Prov. XII, 3. 12, cf. Deut. XXIX, 17: פֶּן יֵשׁ בָּכֶם שֹׁרֶשׁ פֹּרֶה רֹאשׁ וְלַעֲנָה *ne sit inter vos radix, quae producat venenum et absinthium.* Alia genera translationis sunt haec quae sequuntur: a) *radix* rei i. q. *infima* eius *pars*, ut radix montis Iob. XXVIII, 9 (ῥίζα τοῦ ὄρους Judith. VI, 13.), radices pedum i. e. plantae pedum XIII, 17, radices maris i. e. fundus maris XXXVI, 30. Cf. syr. ܡܶܢ ܫܶܪܫܳܐ a radicibus, radicitus, funditus, de eversione aedificiorum. Porro b) radix est *genus*, *prosapia* (ut gr. ῥίζα, arab. أَصْل et عِرْق radix, stirps, genus), de bestiis Jes. XIV, 29: מִשֹּׁרֶשׁ נָחָשׁ יֵצֵא צֶפַע *e radice* i. e. e genere vel stirpe *serpentum prodit progenies viperina.* c) radix pro *sede* populi, quandoquidem populi in aliqua terra sedem figentes in ea plantari dicuntur et radices agere (v. נָטַע). Iud. V, 14 de Ephraimitis: שָׁרְשָׁם בַּעֲמָלֵק *quorum radix est in Amalek* i. e. qui in Amalecitarum ditione sedem suam fixerunt. d) שֹׁרֶשׁ דָּבָר radix causae vel litis est primum fundamentum litis, id in quo vera et principalis causa litis et accusationis sita est. (Varias et ex parte similes translationes habes in ceteris linguis semiticis, impr. in arab. أَصْل quod saepissime est pro fundamento, principio, origine rerum. Rabb. dicunt: שֹׁרֶשׁ שָׁכַחְתִּי i. e. summae rei oblitus sum, שָׁרָשִׁים iis sunt articuli fidei principales, ut arab. اَلْأُصُول, apud Syros ܫܶܪ̈ܫܶܐ ܕܝܘܠܦܳܢܳܐ sunt principia scientiae, ῥίζα σοφίας Sirac. I, 25.)

2) *turio, surculus,* qui *ex radice* provenit Jes. LIII, 2 (de servo Dei): וַיַּעַל כַּיּוֹנֵק לְפָנָיו וְכַשֹּׁרֶשׁ מֵאֶרֶץ צִיָּה *et succrescebat coram eo ut surculus et velut turio e terra sicca.* Alibi dicitur נֵצֶר שָׁרָשִׁים surculus radicum Dan. XI, 7. Inde metaph. שֹׁרֶשׁ יִשַׁי *surculus* i. e. soboles *Isaei* Jes. XI, 10 de Messia ab Isaei et Davidis genere originem trahente, synon. נֵצֶר et חֹטֶר vs. 1, cf. ῥίζα Δαβίδ Apoc. V, 5. XXII, 26.

שֹׁרֶשׁ m. chald. i. q. hebr. *radix* Dan. IV, 12. 20. 23.

שֶׁרֶשׁ (radix, i. q. שֹׁרֶשׁ, syr. ܫܶܪܫܳܐ) n. pr. m. 1 Par. VII, 11.

שְׁרֹשׁוּ (lege *schĕrōschū*), Keri **שְׁרֹשִׁי** chald. f. *eradicatio* i. e. expulsio, relegatio Esr. VII, 26, cf. X, 8. v. Pi. et שֹׁרֶשׁ no. 1, c.

שַׁרְשָׁה et **שַׁרְשְׁרָה** catenula, vid. s. rad. שָׁרַר supra pag. 1483.

שָׁרַת verbum in Kal inusit., pr., ut videtur, circumivit, obivit, hinc ministravit, ortum nimirum, ut Dietrichius (Abhandll. f. semit. Wortf. p. 65) monuit, e rad. שׁוּר no. II. (Praeter V. T. huius radicis in

linguis semiticis, quod sciam, nullus usus fuit, nisi quod Judaei recentiores verbum Piel. שֵׁרֵת retinuerunt et שֵׁרוּת tum ministerium sacrum, tum maxime functionem litterarum servilium grammaticam vocare consueverunt. Apud eosdem מַלְאֲכֵי שֵׁירוּתָא sunt angeli hominum ministerio et saluti addicti et a Deo ordinati, cf. Ps. CIV, 4.)

Pi. שֵׁרֵת inf. שָׁרֵת et tono mutato שָׁרֶת Deut. XVII, 12, fut. convers. וַיְשָׁרֶת *ministravit, ministri munere functus est, famulatus est,* sq. acc. pers. Gen. XXXIX, 4. XL, 4. Num. III, 6. 1 Reg. I, 4. XIX, 21, sq. לְ Num. IV, 9. VIII, 26. Diversum est שֵׁרֵת ab עָבַד, ita quidem ut illud sit quodammodo honorificentius officium et liberi hominis functio, עָבַד vero ad servi conditionem pertineat. Itaque מְשָׁרְתִים in Salomonis aula distinguuntur ab עֲבָדִים 1 Reg. X, 5, et ipsi nepotes ex fratribus Ahasjae regis huic ministrabant 2 Par. XXII, 8; Josephus gratiam nactus Potipharis et rei domesticae eius praepositus dicitur ministravisse domino suo (וַיְשָׁרֶת אֹתוֹ) Gen. XXXIX, 4, idemque Josephus in carcere ceteris captivis praefectus (Gen. XXXIX, 22) nihilominus iis ministrare dicitur Gen. XL, 4. — Saepe dicitur de sacerdotibus et Levitis, qui sacra curant et administrant, שֵׁרֵת אֶת־יְהוָֹה Num. XVIII, 2. Deut. XVII, 12. 1 Sam. II, 11. III, 1, semel שֵׁרֵת לַיהוָֹה 2 Par. XIII, 10, שׁ' אֶת־פְּנֵי יְהוָֹה 1 Sam. II, 18, et absol. שֵׁרֵת *sacra fecit* Ex. XXVIII, 43. XXIX, 30. XXXIX, 1. Num. III, 31. IV, 12. 14. 2 Reg. XXV, 14. 1 Par. XXVI, 12. 2 Par. XXXI, 2. Uno tantum loco de cultu idolorum Ezech. XX, 32: לְשָׁרֵת עֵץ וָאָבֶן *colere lignum et lapidem* i. e. idola lignea et lapidea. — Inf. שָׁרֵת subst. c. art. הַשָּׁרֵת *sacra, officium sacrum, cultus Dei,* λειτουργία Num. IV, 12: כְּלֵי הַשָּׁרֵת אֲשֶׁר יְשָׁרְתוּ בָם *supellectilia cultui sacro destinata, quibus sacra faciebant,* 2 Par. XXIV, 14. — Ab his distingue phrasin שֵׁרֵת בְּשֵׁם יְהוָֹה Deut. XVIII, 5. 7 i. e. coluit Jehovam eum invocando, ad analogiam formularum בֵּרַךְ, קָרָא בְשֵׁם יי. Audacius dictum Jes. LX, 7: אֵילֵי נְבָיוֹת יְשָׁרְתוּנֶךְ *arietes Nabathaeae tibi famulabuntur* i. e. ministerio sacro inservient. — Part. מְשָׁרֵת subst. *minister, famulus* Prov. XXIX, 12. 2 Sam. XIII, 17. 18. Esth. II, 2. VI, 3, ut Josua fuit מְשָׁרֵת מֹשֶׁה famulus Mosis Ex. XXIV, 13. XXXIII, 11. Num. XI, 28. Jos. I, 1, de famulo Elisaei prophetae 2 Reg. IV, 43. VI, 15, spec. de sacrorum ministris Jes. LXI, 6. Ez. XLIV, 11. XLV, 4. 5. Esr. VIII, 17. Neh. X, 37. 40. 2 Par. XXIX, 11. Joël. I, 9: מְשָׁרְתֵי יְהוָֹה, vs. 13: מְשָׁרְתֵי מִזְבֵּחַ *ministri altaris.* Fem. מְשָׁרֶת (contr. e מְשָׁרֶתֶת, v. Gesen. Lehrgeb. p. 133) *famula* 1 Reg. I, 15.

שָׁרֵת subst. m., v. infinit. in verbo Pi.

שָׁתָה vid. שָׁסָה.

שֵׁשׁ et **שִׁשָּׁה** cstr. שֵׁשֶׁת *sex,* it. **שִׁשִּׁי** *sextus,* et שִׁשָּׁה verbum denomim. v. s. rad. שָׁדַשׁ pag. 1369.

שֵׁשׁ *marmor, byssus,* v. s. rad. שִׁישׁ pag. 1384

שָׁשָׁא in Kal inusit. *incessit, ambulavit.* (Inest autem in eo reduplicatio radicis simplicioris, id quod ex aethiopicis infra afferendis lucide apparet. Cf. דָּדָה.)

Pi. שִׁשֵּׁא ἅπ. λεγ. *duxit, adduxit,* c. acc. pers. Ez. XXXIX, 2: וְשֹׁבַבְתִּיךָ וְשִׁשֵּׁאתִיךָ וְהַעֲלִיתִיךָ מִיַּרְכְּתֵי צָפוֹן וַהֲבִאוֹתִךָ עַל־הָרֵי יִשְׂרָאֵל *convertam te* (Gog et Magog) *et adducam te et sursum ducam te ex ultimo septentrione in montana Israëlis.* LXX. καθοδηγήσω σε (ed. Complut. κατάξω σε). Targ. אֲטַעֵינָךְ errantem faciam te. Vulg.: seducam te, codd. educam, all. reducam te. Ac ducendi quidem significatus ex orationis serie et continuatione satis certus est; ad originem autem anquirendam dudum est quod Lud. de Dieu Ezechielis loco illustrando adhibuit verbum simile aeth. ሰሰወ: ambulavit, ingressus est, incessit, v. c. de infante quod ambulare coepit, Vit. Sanctor. ap. Ludolf. lex. aeth. p. 177 (cf. דָּדָה), Gen. III, 10 pro περιπατεῖν, Hen. XVII, 5 (p. 11. lin. penult. ed. Dillmann.) LI, 5 (ed. Dillm. p. 28), peragravit Gen. XLI, 46 pro διέρχεσθαι, Iob. I, 7 pro ἐμπεριπατεῖν, ሰወሰወ: impr. in pl. ሰዋስው: scala, a gradiendo dicta. Aliquando mihi in mentem venit arab. شَسَّ abiit, IV removit, sed in aethiopicis illis acquiescendum est.

* * *

שֵׁשְׁבַּצַּר n. pr. pers. (dubiae significationis, sec. Bohlen. symbol. ad interpr. s. cod. ex l. pers. p. 24 fortasse contr. ex جشسبان آذر cultor ignis, pr. adhaerens igni, ut נְבוּשַׁזְבָּן Jer. XXXIX, 13 sec. Lorsbach. نبو جشسبان Nebonis cultor, sec. Philox. Luzzattum le sanscritisme de la langue assyr. p. 73: dux magnus, a rad. sanscr. *çvi* crescere, unde *çûçuva* qui crescit, turgidus, magnus, et causat. rad. *çar* ire), quod in Persia gessisse videtur Serubbabel Esr. I, 8. V, 14. In priore enim loco appellatur הַנָּשִׂיא לִיהוּדָה princeps Judaeae praepositus, sc. tempore Cyri, in altero Cyrus eum praefectum פֶּחָה Judaeae constituisse dicitur.

שִׁשָּׁה sex
שִׁשָּׁה Pi. denom. *sextam partem dedit* } v. rad. שָׁדַשׁ pag. 1369.
שִׁשִּׁי *sextus*

שֵׁשִׁי byssus
שֵׁשַׁי et **שָׁשַׁי** nn. pr. } v. rad. שִׁישׁ pag. 1384.

שֵׁשַׁךְ f. *Scheschach,* nomen *Babylonis* Jer. XXV, 26. LI, 41. Loco Jer. priore מֶלֶךְ שֵׁשַׁךְ est rex Babylonis sine ullo dubio, et in altero loco verbis נִלְכְּדָה שֵׁשַׁךְ *capta est Scheschach* correspondent verba eiusdem

commatis הָיְתָה לְשַׁמָּה בָּבֶל *desolata est Babel.* Targ. utroque loco בָּבֶל. Hoc igitur certum est, שֵׁשַׁךְ esse Babylonem, de origine autem et proprio significatu huius appellationis ambigitur. Ac Hebraei interpretes omnes eosque secutus Hieronymus שֵׁשַׁךְ pro בָּבֶל scriptum esse contendunt ad artificium illud cabbalisticum, quod Atbasch א״תב״ש vocant, quippe quo ת litteram alphabeti ultimam ponunt pro prima א, ש pro ב, ר pro ג, et sic deinceps, ita ut ששך idem valeat quod בבל, quemadmodum Jer. LI, 1 לֵב קָמָי (cor adversariorum meorum) ad eandem regulam pro כַּשְׂדִּים (Chaldaei) scriptum esse dicitur. Suspicatur Hieronymus, prophetam hoc secretum scripturae genus propter metum Chaldaeorum adhibuisse. Quod quam vanum sit, tum temporum ratio, tum vel hoc docet, quod Babylon c. LI, 41 eodem commate et בָּבֶל et שֵׁשַׁךְ vocatur. Certe talis scribendi ratio artificiosa his in locis admitti potest, si non a Jeremia, sed a recentiore quodam auctore profecta sit, id quod ab Ewaldo, Maurero et Hitzigio affirmatur ex eoque probabile fit, quod LXX. c. LI nomen שֵׁשַׁךְ et c. XXV verba וּמֶלֶךְ שֵׁשַׁךְ יִשְׁתֶּה אַחֲרֵיהֶם non expresserunt, quae scilicet in codicibus suis non repperissent. — Alii alias explicationis vias ingressi sunt. Ch. Bened. Michaëli in annotatt. ad V. T. שֵׁשַׁךְ est urbs bellatrix, coll. arab. شاك fortitudinem in bello ostendit, panoplia indutus fuit; J. D. Michaëlis *χαλκόπυλον* interpretatur, quemadmodum Babylonem vocat Abydenus ap. Euseb. praep. evang. IX, 41, coll. arab. شكّ ferro obduxit portam; Bohlenius denique ex lingua persica hodierna شه شاه „atrium regis" reddit. Quae non magis probanda sunt, quam Marshami opinio (Canon. p. 565), qui Susam urbem intelligit; ea enim Hebraeis שׁוּשַׁן dicitur, v. supra pag. 1385. Novam interpretationis rationem nuper aperuit clariss. Rawlinson, quae, si modo tuta est, ceteris omnibus praestare videatur; in Assyriis enim monumentis is repperisse sibi visus est *Scheschach* [cuneiform] nomen dei alicuius, a quo Babylon appellata esse possit, v. Journ. of the R. Asiat. Society of Great-Britain and Ireland vol. XII. p. 478.

שֵׁשַׁן n. pr. vid. rad. שׁוּשׁ pag. 1384.

שָׁשַׁק n. pr. vid. rad. שָׁקַק pag. 1478.

שָׁשַׁר rad. inusit., eiusdem significationis ac שָׁזַר, arab. شزر torsit a latere, versavit, v. c. funem, manum in torquenda hasta vel vibrando gladio (v. Reisk. ad Taraph. Muall. p. 73), hinc etiam a latere aspexit limis oculis: denique transfertur ad colorum variationem, cf. *αἰόλος* agilis, et versicolor (schillernd), ab *αἰόλλειν* versare, agitare, ap. Hesiodum *ὄμφακες αἰόλλονται* uvae colorem sumunt, variegantur. Arab. أشزر rubens, rubicundus, de oculis, lacte. Inde

שָׁשַׁר, in pausa שָׁשָׁר (ut הָשֵׁב, in p. הָשָׁב, gramm. hebr. §. 29, 4, annot.) m. *color ruber*, spec., ut videtur, *rubrica* (Röthel, Bergroth) Jer. XXII, 14: מָשׁוֹחַ בַּשָּׁשַׁר *illinere* (domum) *rubrica*, Ez. XXIII, 14 de imaginibus pictis in parietibus (quales nostris temporibus in Assyria et Babylonia multae e terra eruuntur): אַנְשֵׁי מְחֻקֶּה עַל־הַקִּיר צַלְמֵי כַשְׂדִּים חֲקֻקִים בַּשָּׁשַׁר *viri picti* (sculpti) *in pariete, imagines Chaldaeorum rubrica delineatae.* Vulg. ap. Ezech.: colores, at ap. Jerem.: *sinopis* i. e. rubrica Sinopensis, quae laudatissima erat v. Plin. hist. nat. 35, 5. s. 13. LXX. ap. Jer. *μίλτος* i. e. rubrica, tum etiam minium. Targ. utroque loco סַמְמָנִין colores, et eodem verbo Syrus ܣܡܡܢܐ, quod tamen pro *μίλτος* ponitur Sap. XIII, 14. Dav. Kimchi in lexico: שָׁשַׁר . . . ואומרין שהוא הנקרא זנגפור״ בערבי ונקרא מיני׳ [קולור״ די״ מיניאר״] בלע״ז i. e. dicunt שָׁשַׁר esse id quod arabice vocatur زنجفر [cinnabaris], in lingua vulgari minium [gloss.: color di miniar].

שְׁתוֹת *columnae,* v. rad. שִׁית pag. 1401.

שֵׁת *nates,* v. infra s. rad. שָׁתָה no. III.

שֵׁת *Seth* n. pr., v. s. rad. שִׁית pag. 1401.

שֵׁת *tumultus* v. s. rad. שָׁאָה pag. 1346.

שֵׁת chald. *sex,* v. post hebr. שֵׁשׁ s. rad. שָׁדַשׁ p. 1369.

שְׁתָא chald. *bibit,* v. s. rad. שָׁתָה no. I.

I. שָׁתָה fut. יִשְׁתֶּה apoc. יֵשְׁתְּ, inf. שְׁתוֹת, semel שְׁתוֹ Prov. XXXI, 4, cum praef. לִשְׁתּוֹת, inf. abs. שָׁתֹה, שָׁתוֹ et שָׁתוֹת Jes. XXII, 13 1) *bibit.* (Chald. שְׁתָא, שְׁתָה q. v., שְׁתִי et addito א prosthetico אִשְׁתִּי, syr. ܐܶܫܬܺܝ part. ܫܳܬܶܐ, nasor. ܫܬܐ, aeth. ሰትየ፡ id., quo pertinet voc. a Ludolfo omissum ሰት፡ papyrus planta, quod legitur Iob. XL, 21 pro gr. *πάπυρος*, scil. bibula papyrus, ut Lucanus dixit, cf. גֹּמֶא papyrus, a sorbendo, cogn. amhar. ጠጣ፡ bibit; apud Arabes haec radix non exstat, dicunt enim شَرِبَ bibit, in hodierna tamen Arabiae australis dialecto, quam Ehkili vocant, doctus Fresnel investigavit verbum شِتِى bibit, quod hebraeo שָׁתָה respondet. Synonymum est שָׁקָה in Kal et Niph. non usitatum, cuius Hiph. הִשְׁקָה ut causativum verbi שָׁתָה adhibent, in aeth. autem lingua et apud Nasoraeos in usu etiam est አስትየ፡ אַשְׁתִּי bibendum dedit.) Saepe absolute ponitur, inprimis iunctum verbo אָכַל, Eccles. II, 24. III, 13. Jes. XXIX, 8. 1 Sam. XXX, 16. Iob. I, 4. Esth. III, 15, plerumque de hominibus, sed de bestiis quoque Gen. XXIV, 22. XXX, 38. Num. XX, 11. 19. 2 Reg. III, 17. Ez. XXXIX, 17. 18. Sq. acc.

bibit potum, aquam, vinum Ex. VII, 21. XXXIV, 28. Lev. X, 9. Iud. XIII, 4. 7. 14. 1 Sam. I, 15. XXX, 12. 1 Reg. IV, 20. XIII, 8. 2 Reg. XIX, 24. Am. IX, 14. Jer. XXXV, 14. Cant. V, 1. Eccl. IX, 7, metaph. poculum bibit Jes. LI, 17. Jer. XLIX, 12, sq. מִן potius Gen. IX, 21. Ruth. II, 9. Jer. LI, 7. Iob. XXI, 20: מֵחֲמַת שַׁדַּי יִשְׁתֶּה *de ira Dei omnipotentis bibet* (cf. quae s. v. כּוֹס p. 695 dicta sunt), sq. בְּ *de* vino, addita notione voluptatis (sich *am* Weine letzen) Prov. IX, 5, it. sq. בְּ vasis, ex quo bibitur (v. בְּ A, 1, a. p. 172) Am. VI, 6: הַשֹּׁתִים בְּמִזְרְקֵי יַיִן *qui e crateribus vinum bibunt.* שֹׁתֵי יַיִן potores vini Joël. I, 5. Ps. LXIX, 13. — Metaph. Iob. XV, 16: אִישׁ שֹׁתֶה כַמַּיִם עַוְלָה *vir bibens iniquitatem ceu aquam* i. e. totus impletus et imbutus iniquitate, XXXIV, 7: יִשְׁתֶּה לַּעַג כַּמָּיִם *qui bibit sermonem impium ceu aquam* i. e. affluens sermone impio. Sed eadem formula passivo sensu legitur Prov. XXVI, 6: חָמָס שֹׁתֶה *iniuriam imbibens* i. e. iniuriam expertus, passus, cf. Iob. VI, 4: *sagittae Dei* (calamitates a Deo missae) *me vulnerarunt*, אֲשֶׁר חֲמָתָם שֹׁתָה רוּחִי *quarum venenum anima mea imbibit.* — 2) *compotavit*, *convivatus est* Esth. VII, 1. (Chald. id., cf. מִשְׁתֶּה.)

Niph. pass. Kal. no. 1. Lev. XI, 34: כָּל־מַשְׁקֶה אֲשֶׁר יִשָּׁתֶה *omnis potus, qui bibitur.*

Hiph. huius rad. non est in usu, loco eius utuntur הִשְׁקָה, q. vide s. rad. שָׁקָה.

שְׁתָה et **שְׁתָא** fut. 3. pl. יִשְׁתּוֹן, part. שָׁתֵה pl. שָׁתַיִן i. q. hebr. שָׁתָה *bibit* Dan. V, 1. 2. 23. Praet. c. Aleph. prosthet. אִשְׁתִּיו biberunt Dan. V, 3. 4, ut in Targg. saepe אִשְׁתִּי et syr. ܐܶܫܬܺܝ bibit, v. rad. hebraeam. Sq. בְּ vasis Dan. V, 2. 3. 23, ut hebr. שָׁתָה.

שְׁתִי m. *potatio*, *compotatio* Eccl. X, 17. (Aeth. ሰተ: et ሰተየ: potus, syr. ܫܬܝ potatio.)

שְׁתִיָּה f. id. Esth. I, 8.

מִשְׁתֶּה m. c. Suff. מִשְׁתָּיו Dan. I, 5. 8. מִשְׁתֵּיכֶם ib. vs. 10, מִשְׁתֵּיהֶם vs. 16 (vid. de hac singularis numeri formis gramm. hebr. §. 91, 9) 1) *potio*, *potus* (das Trinken) Esth. V, 4. 6. VII, 2. בֵּית מִשְׁתֵּה הַיַּיִן coenaculum VII, 8. יֵין מִשְׁתָּיו vinum potus sui i. e. quod (rex) bibebat Dan. I, 5. 8. 16. 2) *potio* (Trank) Dan. I, 10. Esr. III, 7. — 3) *convivium*, *epulum*, *συμπόσιον* Iud. XIV, 12. 17. 1 Sam. XXV, 36. Jes. V, 12. Prov. XV, 15. Esth. I, 9. II, 18. V, 14. VIII, 17. IX, 17. 18. 19. 22. עָשָׂה מִשְׁתֶּה convivium instruxit Gen. XXI, 8. XXIX, 22. Iud. XIV, 10. Iob. I, 4. Esth. V, 5. 12. VI, 14, saepe sq. לְ pers. cui vel cuius in honorem instruitur Gen. XIX, 3. XXVI, 30. XL, 20. 2 Sam. III, 20. 1 Reg. III, 15. Esth. I, 3. 5. V, 4. 8. (Chald. מִשְׁתֵּי q. v. infra, syr. ܡܶܫܬܽܘ emph. ܡܶܫܬܽܘܬܳܐ potio, potus, convivium, ܡܶܫܬܝܳܐ id., aeth. ምስተ: potus.)

מִשְׁתֵּי st. emphat. מִשְׁתְּיָא chald. m. i. q. hebr. מִשְׁתֶּה q. v. בֵּית מִשְׁתְּיָא coenaculum Dan. V, 10.

II. שָׁתָה verbum inusit. i. q. arab. سَتَى IV أَسْتَى = أَسْدَى, it. II سَدَّى et V تَسَدَّى *staminibus positis aptavit* telam, vel i. q. chald. שְׁתָא et syr. Aph. ܐܰܫܬܺܝ *texuit.* Cf. copt. ϣⲧⲓⲧ textor, arab. شَتَنَ texuit. Inde

שְׁתִי m. *stamen* telae (Aufzug des Gewebes, Werft) Lev. XIII, 48 sqq. LXX. *στήμων.* Subtemen (der Einschlag) hebr. vocatur עֵרֶב. (Arab. سَتَى, سَتَاةٌ, أُسْتِيّ, et سَدًى, سَدَاةٌ, أُسْدِيّ stamen, chald. שְׁתִי, שִׁתְיָא id., מַשְׁתִּיתָא tela, syr. ܫܬܳܝܳܐ textura, ܡܶܫܬܳܝܳܐ textura, it. iugum vel radius textoris.

III. שָׁתָה verbum inusit. i. q. שִׁית et שָׁתַת *posuit.* Ad hanc rad. pertinet talm. שְׁתִיָּה vel שְׁתִיָּה fundatio, unde אֶבֶן שְׁתִיָּה lapis ille fundationis, in quo nomen Dei sanctum יהוה insculptum fuisse tradunt, v. Pseudojon. Exod. XXVIII, 30. Syr. ܐܶܫܬܳܐ fundus, ima pars, de fundo foveae Jes. XIV, 15, navis Jon. I, 5, Bar Ali lex. ms.: ܐܶܫܬܶܗ ܕܝܰܡܳܐ قعر البحر fundus maris, et ܐܶܫܬܳܬܳܐ ܕܛܽܘܪܶܐ قواعد الجبال ima montium, it. de fundo lagenae. Et hinc etiam

שֵׁת *nates* (das Gesäss, cf. gall. le fondement, angl. fundament) Jes. XX, 4, pl. c. Suff. שֵׁתוֹתֵיהֶם nates eorum 2 Sam. X, 4. (Arab. اِسْتٌ et auctum littera ه in fine سَتَهٌ, سَتَهٌ pl. أَسْتَاهٌ nates, syr. pl. ܐܶܫܬܳܬܳܐ nates).

שֵׁת *Seth* n. pr. v. s. rad. שִׁית pag. 1401.

שֵׁת *tumultus*, v. s. rad. שָׁאָה pag. 1346.

שֵׁת chald. *sex*, v. post hebr. שֵׁשׁ s. rad שָׁדַשׁ pag. 1369.

שְׁתַּיִם f. *duae*, v. שְׁנַיִם s. rad שָׁנָה pag. 1449.

שָׁתַל fut. c. Suff. אֶשְׁתֳּלֶנּוּ Ez. XVII, 23, *plantavit*, voc. poët. (synon. נָטַע) Ez. XVII, 22. Part. pass. שָׁתוּל plantatus Ps. I, 3. XCII, 14. Hos. IX, 13. Jer. XVII, 8. Ez. XVII, 8. XIX, 10. 13. (Chald. שְׁתַל id., שָׁתִיל plantatus, שַׁתְּלָא plantator, syr. ܫܬܰܠ plantavit, Ethpe. pass., ܐܶܫܬܬܶܠ plantatus pr. hebr. שָׁתוּל Hos. IX, 13, ܫܶܬܠܬܳܐ plantatio, planta Ephr. I, 345. C. Deut. XXXII, 32 pro hebr. שַׁדְמוֹת, XVI, 21 pro אֲשֵׁרָה, nasor. ܫܬܰܠ plantavit, ܫܬܶܠ planta, pl. ܫܬܠܐ metaph. posteri. Arab.

شتل in libris vix legitur et apud lexicorum auctores de hac radice altum silentium est, viget ea tamen in lingua Arabum vulgari cum vi plantandi, max. ubi de herbis et oleribus agitur: German. de Silesia in Fabrica linguae arabicae p. 777 haec habet: شتل plantare herbas, مشتل plantatus, تشتيل plantatio, p. 776: شتل planta, communis solis herbis, Ellious Bocthor dictionnaire français-arabe T. II. p. 169 ed. 1.: „Plant, scion qu'on tire d'un arbre pour le planter, jeune bois, jeune verger شتل“, p. 374: „Tige de plantes droites, comme tabac, aubergines, etc. شتلة“, T. I. p. 156: „Ciboule شتل بصل“, cf. eundem s. vv. Anil, Antore, Brin de paille, Humbert guide de la conversation arabe p. 46: „une plante شتلة.“ Melit. *schytel* planta, *schyttel* arbores novellas plantavit, *myschtlæ* seminarium, Vassalli lex. melit. p. 64. 499. Ceterum affine esse videtur radici שִׁית posuit, cf. aram. נְצַב posuit, plantavit.)

שָׁתִיל m. *planta, surculus* Ps. CXXVIII, 3.

שָׁתַם prob. i. q. סָתַם, שָׂתַם *obturavit, occlusit.* Bis tantum legitur in hac formula: שְׁתֻם הָעָיִן clausus quoad oculum, vel *clauso oculo*, Num. XXIV, 3. 15: נְאֻם בִּלְעָם בְּנוֹ בְעֹר וּנְאֻם הַגֶּבֶר שְׁתֻם הָעָיִן *effatum Bileami filii Beoris, effatum viri cui clausus oculus est*, quod vel proprio sensu de oculis prophetae somno clausis accipiendum et ad visionem referendum est, — idque ego praefero cum Hupfeldo in Zeitschr. für die Kunde des Morgenl. IV, 145, cf. נֹפֵל vs. 4, — vel ad mentem Bileami antea obscuratam, scilicet cui occlusae et incognitae essent res futurae, donec Deus ei recluderet obtutum animi, ut fieret גְּלוּי עֵינָיִם talis cui aperti essent oculi XXIV, 4. 16 (cf. XXII, 8. 38. XXIII, 3. 12. XXIV, 13). Ita Vulg.: cuius obturatus est oculus. Plerique autem interpretes, maxime Judaei, significationem illi contrariam statuunt vertuntque: *aperto oculo*, ita ut שְׁתֻם הָעַיִן fere idem valeat quod גְּלוּי עֵינַיִם in iis quae sequuntur. Recurrunt hi interpretes ad talmudicum שָׁתַם, quod certe in uno loco Mischnae tr. Aboda sara c. 5. mischna 4 perforare est vel aperire; ita enim ibi bis in eodem verborum contextu de dolio vinario legitur: שֶׁיִּשְׁתּוֹם וְיִסְתּוֹם *ut perforet* (dolium) *et* rursus *obturet*. In glossa שָׁתַם exponitur נָקַב. Ita iam Saadias in hapaxlegomenis no. 34, Dav. Kimchi in lexico, qui exponit פְּתוּחַ הָעַיִן, fort. etiam LXX: ὁ ἀληθινῶς ὁρῶν, Syr. ܕܫܦܝܪ ܚܙܘܗ, et Targ. דְּשַׁפִּיר חָזֵא. Iam si perforandi significatus hebraeo verbo שָׁתַם concedatur, illustrari et quodammodo fulciri possit arabico شتم contumelia affecit, siquidem non raro hoc a vi pungendi fodiendive procedit, v. ad rad. כָּלַם p. 691 et נָקַב p. 908.

שָׁתַן rad. incerta, a qua ducunt Hiph. הִשְׁתִּין *minxit*. Vid. rad. שִׁין pag. 1397.

אֶשְׁתּוֹן n. pr. m. vid. pag. 167.

שָׁתַק fut. יִשְׁתֹּק i. q. שָׁקַט *consedit*, dein *siluit, tacuit*, de fluctibus maris Ps. CVII, 30. Jon. I, 11. 12, de iurgio Prov. XXVI, 20. (Chald. et syr. שְׁתַק s. שְׁתִיק, ܫܬܩ id., chald. שְׁדַךְ quievit, nasor. שְׁתַק siluit, שְׁדַק compescuit vocem, siluit, sam. ܫܬܩ sedavit, siluit.)

שֵׁתָר (pers. ستار, ستاره stella, vel zend. *ćithra* = چهر forma, vel, ut Benfey putat Monatsnamen p. 201, zend. *schâthrâo* qui iubet, Klenker. Zendav. III, p. 150) n. pr. principis Persarum Esth. I, 14.

שְׁתַר בּוֹזְנַי (compos. ex pers. ستار stella et بازنای splendor, siquidem باز est lucidus, نای nominibus abstractis formandis adhibetur, sec. Oppertum in Journ. asiat. 1851 April. p. 400 i. q. vet. pers. *ćithrabuzaniya*, quod tamen quid significet, dicere non audet, cf. n. pr. Μιθροβουζάνης) n. pr. praefecti persici Esr. V, 3. VI, 6.

שָׁתַת i. q. שִׁית *posuit, transposuit, collocavit.* (Utuntur Rabbini duplici forma passiva הִשְׁתַּת et נִשְׁתַּת fundatus est, et subst. מַשְׁתִּית fundamentum, Buxt. lex. talm. p. 2547, praeterea huc refer syr. ܫܬܐܤ stabilivit, fundavit, Ethpa. ܐܫܬܐܤ sec. Bar Ali i. q. تأسس استحكم تعكّز ثبت). Inde bis legitur praet. pl. שַׁתּוּ. Ps. XLIX, 15: כַּצֹּאן לִשְׁאוֹל שַׁתּוּ *gregis instar* eos *collocant in orco* i. e. propellunt, detrudunt eos in orcum (cf. Psalm. LXXXVIII, 7: שַׁתַּנִי בְּבוֹר תַּחְתִּיּוֹת collocasti me in fovea infima). LXXIII, 9: שַׁתּוּ בַשָּׁמַיִם פִּיהֶם *coelis admovent os suum* i. e. coelum adoriuntur et quasi provocant superbe et impie dictis.

Praeterea sunt, qui ad hanc radicem referant formas נִשְׁתּוּ Jes. XIX, 5, נָשַׁתָּה Jes. XLI, 17 et נָשְׁתָה Jer. LI, 30, sed v. rad. נָשַׁת supra pag. 925.

ת

Taw (Tau), tertia et vicesima eaque ultima alphabeti littera, ubi numeri nota est i. q. *quadringenti*. De significatione nominis v. infra תָּו s. rad. תָּוָה no. I.

Ad pronunciationem quod attinet, ת raphatum (תׄ) est littera aspirata et blaesum fere sonum habuisse videtur, instar gr. ϑ et *th* Anglorum; Dagesch leni munitum (תּ) est t tenue, quod quomodo differat a ט, v. p. 541. In lingua arabica ei respondet ت, ut in תֶּבֶן تِبْن, תַּחַת تَحْتَ, תַּיִשׁ تَيْس, תָּמַם تَمَّ etc., rarius ث, ut in תָּקַף ثَقِفَ, תָּוָה no. III ثَوَى, nonnunquam utrumque, vid. radd. תָּעַע et תָּלַם. Passim permutatur cum שׁ (pag. 1344), ט (p. 541) et ד (p. 309, adde תּוֹף arab. دُفّ). Aramaeos saepe ת habere, ubi in lingua hebraea est שׁ, in arabica ث, supra dictum est s. litt. שׁ pag. 1344. Aliqua litterae ת cum spiritu א cognatio videtur intercedere in initio vocum, v. c. in שׁוּב, תּוּב, אָב آبَ rediit, תָּוָה et אָוָה habitavit, it. designavit; et sic in Arabismo quoque: modo autem haec permutatio causam suam rationemque habet in derivatione (v. rad. תָּאַב no. I), modo ita facta est, ut ת amitteret sonum suum proprium (ut in תָּב = אָב). In fine vocum ת littera nonnunquam abiicitur, ut in רִבּוֹת, רִבּוֹ (p. 1255), בֵּית, בֵּי (p. 175), מַלְכוּת aram. מַלְכוּ, ת = *at* terminatio feminina fit ה ָ *ā* (gramm. hebr. ed. 16. §. 44, 1. §. 79, 2).

תָּא *conclave*, v. infra s. rad. תָּוָה no. I, p. 1495.

I. תָּאַב vel **תָּאֵב** *desideravit*, *expetivit*, sq. לְ rei Ps. CXIX, 40. 174. Praeterea non legitur. (Chald. et nasor. תָּאַב id.). Haec radix secundaria videtur esse, orta videlicet ex Hithpa. radicis אָבָה, ut arab. تَخِذَ ex اتَّخَذَ VIII rad. أخذ, تَجَرَ aram. תְּגַר ex rad. أجر, تقى ex rad. وقى, تُجَاه ex rad. وجه, vid. Andr. Theoph. Hoffmann. comm. in bened. Mosis ad Deut. XXXIII, 2, cf. rad. תָּבַן.

תַּאֲבָה f. *desiderium*, semel legitur Ps. CXIX, 20. (Chald. תֵּיאוּבְתָּא id. in Targ. Onk. pro hebr. תְּשׁוּקָה Gen. III, 16.)

II. תָּאַב emollitum ex תָּעַב (v. s. litt. א p. 2), non legitur nisi in

Pi. part. מְתָאֵב i. q. מְתַעֵב *aversatus*, *abominans* Am. VI, 8 (parall. שָׂנֵא). Ita vett. intpp. omnes. LXX βδελύσσομαι, Vulg. detestor, Syr. ܡܣܠܐ, Targ. מְנַבֵּל. Dav. Kmichi hanc vim a תָּאַב no. I ducit per antiphrasin (הפך הענין), idemque faciunt aliis adhibitis artificiis Gussetius, Storrius. Verum habent Raschi, Kromayer, alii.

I. תָּאָה i. q. תָּוָה no. I (cogn. rad. אָוָה, v. supra dicta s. litt. ת) designavit, tantum in

Pi. (תֵּאָה) fut. 2. pl. תְּתָאוּ Num. XXXIV, 7. 8 *designavit*, *delineavit*, *definivit*, *determinavit*, de finibus terrae constituendis Num. l. c.: מִן־הַיָּם הַגָּדֹל תְּתָאוּ לָכֶם הֹר הָהָר: מֵהֹר הָהָר תְּתָאוּ לְבֹא חֲמָת *a mari magno* (mediterraneo) *fines constituetis vobis Horum montem, ab Horo monte fines constituetis usque ad Hamatham*. Comm. 10 eodem contextu habes הִתְאַוִּיתֶם Hithpa. verbi אָוָה no. III. LXX καταμετρήσετε. Syr. ܬܬܚܡܘܢ determinabitis. Saad. تُحَدُّون id., Kimchi in lex. i. q. תְּגַבִּילוּ. Alii alia tentavere, de quibus breviter disseruit b. Gesenius s. rad. אָוָה no. III pag. 39 sq.

II. תָּאָה rad. inusit. Arab. تَأَى sec. Kamus. i. q. سبق cursu antevertit. Inde ducitur

תְּאוֹ Deut. XIV, 5 et contr. **תּוֹא** Jes. LI, 20 *dorcadis species* a cursus velocitate, ut videtur, nomen habens. Est animal quod reti capitur Jes. l. c., et inter ea enumeratur, quae Hebraeis edere licebat Deut. l. c. Et *orygem* quidem intellexerunt LXX et Vulg. in Deut. et *oi γ'* apud Jes., item Saadias utrobique تَيْتَل et Syr. quoque in Deut. vertens ܬܘܐ i. e. oryx vel ibex. Samar. ࠓࠀࠌࠌࠓ = رِئم dorcas vel = רְאֵם bubalus. Bovem silvestrem vel bubalum (Antilope bubalis, „barbarische Kuh", Oken. Naturgesch. VII, 2. p. 1388) dant etiam Gr. Ven. ἀγριόβους et Onk. תּוֹרְבַּלָּא i. e. תּוֹר בַּלָּא bos silvae, Pseudoj. תורבר id. (rabb. שׁוֹר הַבָּר id., ut dicitur עִזֵּי דְבַלָּא caprae silvestres in Talm. tr. Cholin fol. 80, 1). Inepte LXX ap. Jes. σευτλίον, eosque secuti Syrus et Arabs ܣܠܩܐ; سلق i. e. beta, cuius defensionem in se susceperat Anonymus quidam in Miscell. Duisburg. T. I. p. 519 sq.; prorsus inepte etiam Targ. Jes. מִזְרְקִין phialae. Vid. Bocharti Hieroz. lib. III. c. 28. T. II. p. 367 sqq. ed. Lips.

תַּאֲוָה *desiderium*, v. rad. אָוָה no. I. Sunt autem, qui תַּאֲוַת Gen. XLIX, 26 terminum exponant a rad. תָּאָה no. I. Ita Ewald. gr. hebr. ed. 5. p. 354 cf.

eiusd. hist. populi Israël. I, 524. ed. 2, eumque sequutus Delitzschius ad l. l.

תַּאֲלָה *exsecratio*, v. rad. אָלָה.

תָּאַם pr. coniunctus, consociatus fuit, spec. de binis rebus, hinc *geminus, duplex fuit*. Part. pl. תֹּאֲמִים duplices, de binis asseribus consertis Ex. XXVI, 24. XXXVI, 29, cf. de his ll. Ewald. antiquitates Israëlit. p. 331 sq. (Ut apud Hebraeos in Hiph. et in nominibus derivatis, ita in ceteris quoque linguis semiticis haec radix praecipue partus communitatem designat, unde hebr. תְּאֹם gemellus, ut chald. et rabb. תְּאֹם, תְּיוֹם, syr. ܬܐܘܡܐ, nasor. ܬܐܘܡܐ, arab. تَوْأَم, dual. تَوْأَمَان gemelli, melit. *tevmi* gemellus, arab. تَآمَ socium habuit in partu fratrem. Quandoque tamen etiam in aliis rerum combinationibus adhibetur, ut hebraice תֹּאֲמִים de asseribus duplicibus dicitur; est enim arab. تَأَمَ III una vice post alteram cucurrit equus, it. duplicato stamine et subtegmine texuit vestem, تَوْأَم serie continua consequens, v. c. de noctibus et diebus continuis Labid. Muall. vs. 45, et ex rad. cogn. وَأَمَ III consensit, رَجُلٌ وَأْمَةٌ vir qui facit dicitve quod faciunt dicuntve alii, compar, chald. et rabb. אִתְאֵים, התאם geminus fuit, syr. Aph. ܐܬܐܡ geminavit, samar. ࠕࠀࠕ id. Ex. XXVIII, 14. 22. Quod attinet ad originem, nescio an huic radici aliqua affinitas sit cum עָמַם et אָמַם, cognatae etiam videri possint radd. arab. ضَعَفَ duplicavit, تَأَمَ unus alterius sororem in matrimonium duxit, fortasse etiam تَخَمَ continuavit, aeth. et amhar. ደገመ: iterum fecit, iteravit, ዳግም: alter, secundus.)

Hiph. gemellos peperit (sive est pr. geminavit partum, sive denomin. a תְּאוֹם ductum) Cant. IV, 2, VI, 6. (Arab. تَأَمَ IV et melit. *tevvem* id.)

תְּאוֹם m. *gemellus*, tantum pl. תְּאוֹמִים Gen. XXXVIII, 27, contr. תוֹמִם Gen. XXV, 24, constr. תְּאוֹמֵי Cant. IV, 5. (Arab. et aram. id., vid. rad.) — Hinc est n. pr. *Θωμᾶς*, Thomas = *Δίδυμος*.

תְּאֹם vel תְּאֹם id., unde pl. constr. תָּאֳמֵי *gemelli* Cant. VII, 4.

תָּאֹם m. id., unde pl. תַּמִּים contr. ex תְּאֹמִים *gemini* Ex. XXVI, 24. XXXVI, 29. Fortasse scribendum est תֹּמִים contr. ex תֹּאֲמִים (ut Gen. XXV, 24), vel potius תֹּאֲמִים quod utroque loco in eodem commate antecedit et hic denuo in cod. samar. apparet (ࠕࠀࠌࠉࠌ). LXX *ἴσοι*. Onk. etiam bis eodem vc. מְכַוְּנִין utitur. Ad תַּמִּים referunt Vulg.: una omnes, et Gr. Venet.: *τέλειον*.

תָּאַן rad. inusit., prob. i. q. תָּנַן extendit, ita ut תְּאֵנָה ficus arbor a proceritate vel a ramis surculisque porrectis et diffusis dicta videatur.

תְּאֵנָה c. Suff. תְּאֵנָתִי pl. תְּאֵנִים constr. תְּאֵנֵי f. *ficus* arbor et fructus, Ficus Carica Linn. (ut chald. תְּאֵינָא et תֵּינָא, pl. תְּאֵנִין et תֵּינִין, syr. ܬܐܢܐ emphat. ܬܐܢܬܐ contr. ܬܬܐ Ephr. III, 634. C. et ܬܬܐ, pl. ܬܐܢܐ, samar. ࠕࠀࠍࠄ, arab. تِين nom. unit. تِينَة id.)

a) de ficu arbore Num. XIII, 23. XX, 5. Deut. VIII, 8. Iud. IX, 10. 11. Joël. I, 7. 12. II, 22. Amos. IV, 9. Hos. IX, 10. Hab. III, 17. Jes. XXXIV, 4. Hagg. II, 19. Prov. XXVII, 18. Cant. II, 13. Ps. CV, 33. Proverbialis locutio est יָשְׁבוּ אִישׁ תַּחַת גַּפְנוֹ וְתַחַת תְּאֵנָתוֹ *sub vite quisque et ficu sua sedebant* i. e. tranquillam et felicem vitam degebant 1 Reg. V, 5. Mich. IV, 4, cf. Zach. III, 10 et 2 Reg. XVIII, 31 (Jes. XXXVI, 16). Uno in loco Gen. III, 7, ubi primi homines in paradiso degentes e ficuum foliis (עֲלֵה תְאֵנָה) perizonia sive subligacula sibi consuisse dicuntur, interpretes non pauci, recentiores potissimum, ut Ol. Celsius, Gesenius, Tuchius, alii (cf. Leo Afr. descr. Africae lib. IX, c. 64), non ficum intelligi volunt, sed *Musam Paradisiacam*, India oriundam (arab. مَوْز, malaice پيسڠ Pisang, nobis Adamsfeige, gall. figuier d'Adam vocatam), cuius folia quinque vel sex cubitorum longitudinem et unius cubiti latitudinem habent; sed folia tantae magnitudinis non erat cur consuerentur, ac praeterea illa arbor ne pertinet quidem ad ficuum genus et vix תְּאֵנָה appellari poterat.

b) de ficu fructu (cf. בִּכּוּרָה et פַּג) Num. XIII, 23. Nah. III, 12. 2 Reg. XX, 7 (cf. דְּבֵלָה). Jer. VIII, 13. IX, 17. XXIV, 1 sqq. Neh. XIII, 15. — V. Ol. Celsii hierobot. T. II. p. 368—399. Rosenmuelleri Handbuch d. bibl. Alterthumsk. IV, 1. p. 285 sqq. Wineri bibl. Realwörterb. I. p. 366 sq. ed. 3.

תַּאֲנָה *occursus*, et תֹּאֲנָה *occasio*, v. s. rad. אָנָה no. II, pag. 124.

תַּאֲנִיָּה *luctus*, vid. s. rad. אָנָה no. I. pag. 123.

תְּאֻנִים *labores*, v. s. rad. און pag. 53.

תָּאַר proprie, ut puto, i. q. תּוּר (rad. תור q. v.) *circuivit*, dein *cucurrit, porrectus est, pertinuit*, de termino terrae vel regionis (ut cognato verbo دَارَ, اِسْتَدَارَ

et synonymo أَحَاطَ geographi Arabes utuntur in finibus describendis, Chaldaeusque interpres in libro Josuae saepe in tali re adhibet אַסְחַר i. e. circumivit), sq. מִן loci, a quo procedit, et אֶל loci ad quem pertinet terminus Jos. XV, 9: וְתָאַר הַגְּבוּל מֵרֹאשׁ הָהָר אֶל־מַעְיַן וגו׳ *et pertinet terminus a vertice montis ad fontem* cet., sq. accus. loci ibid.: וְתָאַר הַגְּבוּל בַּעֲלָה *et pertinet terminus* (ad) *Baalam*, max. cum ־ָה locali vs. 11: וְתָאַר הַג׳ שִׁכְּרוֹנָה *et pertinet terminus usque ad Siccuronem*. XVIII, 14: וְתָאַר הַגְּבוּל וְנָסַב וגו׳ *et porrigitur terminus et vergit* cet., comm. 17: וְתָאַר מִצָּפוֹן וְיָצָא וגו׳ *et currit* (terminus) *a septentrione et prodit* cet. (Targ. in his duobus locis retinet verbum תְּאַר, in tribus prioribus autem habet סְחַר vel אַסְחַר, quod proprie est circuivit, aptum ad etymon a nobis propositum. Rabb. Pi. תֵּיאֵר definivit, formavit, Hithpa. הִתְאַר et Pu. תּוֹאַר pass., syr. Ethpa. ܐܬܬܐܪ determinatus est.)

Pi. circum signavit, designavit, descripsit, delineavit Jes. XLIV, 13 (de artifice qui dei simulacrum fabricatur: חָרַשׁ עֵצִים נָטָה קָו יְתָאֲרֵהוּ בַשֶּׂרֶד יַעֲשֵׂהוּ בַּמַּקְצֻעוֹת וּבַמְּחוּגָה יְתָאֳרֵהוּ *faber lignarius tendit funiculum mensorium, delineat illud* (simulacrum) *stilo, parat scalpro, et circino illud describit*. Et altera quidem forma יְתָאֳרֵהוּ ab analogia declinans in Masora et codicibus optimis mss. et edd. sic legitur cum Chateph-Kamess post א litteram, cuius soni obscuri occasionem dedit sonus antecedentis vocalis ־ָ quippe qui ad o inclinaret ($j^e tā^o rēhu$); sunt tamen codices, in quibus scriptum extat יְתָאֲרֵהוּ, quod editiones nostri sub initio commatis habent, vel adeo יְתָאֲרֵהוּ. Vid. J. H. Michaëlis annot. crit. et Salomo Norzi ad h. l. (Ad hanc huius radicis significationem refero samar. ࠌࠕࠕࠓ part. pass. descriptum, delineatum vel definitum, non ad rad. תּוּר, ut fecit Gesenius reddens exploratum, carmm. samar. II, 11.)

Pu. pass. Pi. *signatus est*, vel i. q. Kal *porrectus est* (terminus) Jos. XIX, 13: וְיָצָא רִמּוֹן הַמְּתֹאָר הַנֵּעָה *et procedit* (terminus) *versus Rimmonem, porrectus ille ad Neam*. Recte Chald. intp. מסתחר, ut videre est in Raschi commentario, ubi haec: הַמְּתֹאָר הַנֵּעָה המוסב אל נעה כלומר משם תאר הגבול לנעת וכן תירג׳ יונתן ונפיק לרמון ומתמן מסתחר לנעה, dum in nostris Targumi edd. post לרמון interiectum legitur דמתואר. Male LXX. Syr. Vulg. Luther. all. הַמְּתֹאָר pro nomine proprio habuerunt.

תֹּאַר c. Suff. תָּאֳרוֹ (pro תָּאֳרוֹ, v. gramm. hebr. §. 91, 6 annot. 3), תָּאֳרָם m. *forma* corporis (pr. descriptio, Umriss, v. rad.) Iud. VIII, 18. 1 Sam. XXVIII, 14. Thren. IV, 8. Jes. LII, 14. יְפֵה תֹאַר et fem. יְפַת תֹּאַר pulchrae formae vir, femina Gen. XXIX, 17. XXXIX, 6. Deut. XXI, 11. 1 Sam. XXV, 3. Esth. II, 7, etiam טוֹב תֹּאַר 1 Reg. I, 6, it. de bestiis יְפֵה תֹאַר Gen. XLI, 18 et רַע תֹּאַר deformis ib. comm. 19. Spec. תֹּאַר nonnunquam est *forma pulchra, venusta* (ut gr. μορφή, lat. forma, unde formosus i. q. εὔμορφος, arabicum quoque صُورَةٌ forma exponitur جمال وبهاء pulchritudo et venustas apud Nabigham carm. VIII. vs. 9 ms.: أَلَمْ تَرَ أَنَّ اللّٰهَ أَعْطَاكَ صُورَةً *nonne vides, quod deus tibi dedit formam*, all. legunt سورة) Jes. LIII, 2: לֹא תֹאַר לוֹ וְלֹא הָדָר *non forma ei est nec decus*, Jer. XI, 16, ubi פְּרִי תֹאַר *fructus pulchrae formae*, et 1 Sam. XVI, 18: אִישׁ תֹּאַר *vir formae* i. e. formosus.

תֵּאָרֵעַ n. pr. m., v. s. rad. אָרַע pag. 153.

* * *

תֵּבָה f. voc. aegypt. *cista, arca*, de navigio Noachi in modum arcae constructo Gen. VI, 14 — IX, 18, et de arcula in qua Moses puer expositus est, nempe תֵּבַת גֹּמֶא arcula papyracea Ex. II, 3. 5. LXX. in historia Noachi reddunt κιβωτός, Ex. l. l. θίβη v. infra. Vulg. *arca*. Luth.: Kasten, apud nos vulgatum *Arche*, quod et arcam et aquae receptaculum e ligno vel lapide factum, nec non navigium arcae simile denotat (v. Adelung. s. v.). Falsi sunt, qui etymon in linguis semiticis quaererent, velut Fürstius, qui ad excavandi, Böttcher specc. p. 298, qui ad recondendi notionem recurrit sumta nescio qua radice תָּבָה, et Gesenius, qui in schedis posthumis non sine dubitationis nota scripsit: „a rad. יבה = בוא?“ A vero abest etiam Bohlenius ad Gen. VI, 14, qui confert sanscr. *pota* olla et navigium. Mihi vero certum videtur, Hebraeos hoc voc. ab Aegyptiis accepisse. (In vetere lingua aegypt. *tba* cista et sarcophagus Bunseni Aegypt. ed. Angl. vol. I. Lond. 1848, p. 482 no. 517, *tb* vasis species ibid. no. 516 et *tpt* „a boat, hull“ ibid. p. 483 no. 549, copt. ⲑⲉⲃⲓ, ⲑⲏⲃⲓ arca, in vers. copt. Exod. II, 3. 5, it. arca sepulcralis, ⲧⲁⲏⲃⲓ arca, capsa et arca sepulcralis, ut et ⲧⲏⲃⲉ. LXX. Ex. II, 3 et 5 pro hebr. תֵּבָה dant θίβη, codd. θῆβη, ubi schol.: κιβωτὸς παπύρου, ἡ ὑδρία, ἡ πλατυσμός, ἣν τινες καλοῦσι σιτην. Chald. תֵּיבוּתָא in Targg. pro hebr. תֵּבָה et pro אַרְגַּז, arab. تَابُوتٌ et melit. *tybût*, *tebût* arca, spec. feralis, aeth. ታቦት፡ est arca, cista, de arca Noachi, de arca foederis et arca ferali, spec. de mensa vel tabula sive lignea sive lapidea, cuius in sacra coena usus est, vid. Ludolfi lex. aeth. p. 262 sq. Rüppelli itiner. in Habessin. vol. I. p. 333. vol. II. p. 10. Isenbergi lex. ambar. p. 97 et 213).

תֻּבַל Gen. X, 2. Ez. XXXII, 26. XXXIX, 1 et **תּוּבַל** Ez. XXVII, 13. XXXVIII, 2. 3. Jes. LXVI, 19 n. pr. gentis Japheticae (Gen. l. c.), plerumque cum מֶשֶׁךְ coniunctae (Ez. ll. cc.), cuius invasio a septentrione cum exercitu regis Gog et Magog exspectatur (Ez. XXXVIII, 2. XXXIX, 1), et quae Tyri mercatum adibat mancipia vendens et vasa cuprea (Ez. XXVII, 13). Iam quum in מֶשֶׁךְ dudum Moschos agnovissent alii, primus Bochartus תֻּבַל *Tibarenos* esse dixit, qui ad Ponti Euxini

litus australe orientem versus in vicinia Moschorum sedem habebant (cf. מֶשֶׁךְ no. 3 p. 827), *Τιβαρηνοί* a Graecis vocati, subinde etiam *Τιβαροί* (Hecat. ap. Steph. Byz. v. *Χοιράδες*, Euseb. praep. evang. I, 4). Vid. Herodot. III, 94. VII, 78. Xenoph. Anab. V, 5, 2. Diod. Sic. XIV, 30 sq. Strab. II. p. 129. XII. p. 548. 555. Plin. hist. nat. VI, 4. *Tubal* et *Misek* coniuncta nomina etiam in monumentis Assyriis monstravit cl. Rawlinson, v. Journal of the Roy. Asiat. Soc. vol. XII. p. 442. — *Iberes* volebat Josephus antiq. I, 6, 1, nempe Iberes illos qui inter Pontum Euxinum et mare Caspium habitabant (Strab. XI. p. 499. 527. Plin. VI, 11), vix autem Iberes Hispaniae incolas, quos huc trahunt Hieronymus quaest. in Gen. X, 2 et Knobelius in libro: Die Völkertafel der Genesis, Giess. 1850, p. 109 sqq. Vid. praeterea Bochart. Phaleg III, 12, J. D. Michaëlis spic. geogr. Hebr. ext. I. p. 44 sqq., Rosenm. bibl. Alterthumsk. I, 1. p. 248 sqq., Wineri bibl. Realwb. II, p. 618 ed. 3.

תּוּבַל קַיִן (prob. scoriarum faber, vel faber ferrarius, compos. ex arab. قَيْن faber, et pers. توبال scoria ferri, توبال aes ap. Avicenn. I. p. 266, genitivo praemisso, quod originem persicam sapit) n. pr. *Tubalkain*, Lamechi filius, rei ferrariae auctor Gen. IV, 22. Buttmanni lusus, qui Vulcani nomen et *Τελχῖνας* daemonemque Dvalinn comparabat, v. in eius Mythologo I. p. 164.

תֵּבֵל *orbis terrarum*, v. sub rad. יָבַל pag. 561.

תֶּבֶל *contaminatio*, v. rad. בָּלַל pag. 212.

תַּבְלֻל *conspersus*, v. rad. בָּלַל pag. 213.

תַּבְלִית *consumtio*, v. rad. בָּלָה pag. 211.

תָּבַן rad. incertae significationis, de qua vide תֶּבֶן, quod sequitur.

תֶּבֶן m. *stramen*, idque triturâ (quae fit tribulo) dissectum, hinc potius *stramenta minutim concisa* (germ. Häcksel), vel etiam *palea*, s. *acus* (-ĕris), gr. *ἄχυρον*, quo LXX. utuntur (arab. تِبْن stramen, palea, تِبْنَة pars stramenti, stipula, melit. *tyben* stramen, palea, chald. תִּבְנָא et syr. ܬܒܢܐ id., quae ubique leguntur in Targg. et apud intpp. syros pro hebr. תֶּבֶן) Jer. XXIII, 28. Iob. XLI, 19. XXI, 18: יִהְיוּ כְּתֶבֶן לִפְנֵי רוּחַ *sunt ut palea a vento agitata* (in altera commatis parte: ut gluma מֹץ a turbine rapta), de stramentis luto mixtis ad ducendos lateres (lutum aceratum. Fest. ex Lucilio) Ex. V, 7. 10. 11. 13. 16. 18, ib. vs. 12: קַשׁ לַתֶּבֶן colligebant *stipulam* ut haberent *stramenta* sc. ex stipulâ minutim concisâ facta ad lateres formandos, porro de stramento pabulo boum Jes. XI, 7. LXV, 25, nec non camelorum Gen. XXIV, 25. 32 (תֶּבֶן וּמִסְפּוֹא), asinorum Iud. XIX, 19 (גַּם תֶּ' גַּם מִסְפּוֹא), equorum 1 Reg. V, 8 (הַשְּׂעֹרִים וְהַתֶּבֶן), ubi stramenta hordeis, farragini aliique pabulo admista indicantur (quo sensu Arabes ad hunc diem *tibn* dicunt), minime vero, quod aliis placuit, stramenta animalibus substrata.

Annot. De origine vocis תֶּבֶן ambigunt, siquidem verba denominativa sunt arab. تَبَّنَ stramen pro pabulo dedit, stramen vendidit, et talmud. הִתְבִּן stramine conspergi. Ac Gesenio non improbabile videbatur, תֶּבֶן dictum esse pro תַּבְנָה a rad. בָּנָה, et aedificandi materiam designare; respiciebat enim ad aedificia ex opere latericio facta, coll. Ex. V, 7 sqq., ut volebat idem ducere אֶבֶן a rad. אָבַן = בָּנָה. Sed hoc arcessitum est. Ernestus Meierus in lex. radd. p. 197 radici תֶּבֶן significationem contrahendi tribuit, ut תֶּבֶן proprie pabulum siccatum et torrefactum esset. Equidem suspicor, radicem תָּבַן aliquo modo cohaerere cum rad. בִּין, quae discretionem et partium separationem notat, dein ad mentis intelligentiam transfertur (cf. تَبِنَ intelligens fuit, nec non طَبِنَ id.), ut תֶּבֶן proprie rem in frusta dissectam et separatam significaverit.

תִּבְנִי (fort. Tibnita, gentil. vel patronym. a תֶּבֶן ut nomine loci alicuius nobis incogniti [hodie Tibneh vocatur oppidum תִּמְנָה, v. Robins. Palaest. II, 598], vel nomine viri cuiusdam, sec. Gesen. Lex. man. pro תַּבְנִיָּה aedificatio Jehovae, a rad. בָּנָה) n. pr. viri, qui Omrii (עָמְרִי) aemulus erat in regno appetendo 1 Reg. XVI, 21. 22.

מַתְבֵּן ἅπ. λεγ. m. (deriv. a nomine תֶּבֶן) collect. *stramen, acervus straminis* Jes. XXV, 10.

תובנה v. rad. בִּין pag. 204.

תַּבְנִית f. *structura*, v. s. rad. בָּנָה pag. 220.

תֶּבֶץ n. pr. oppidi, v. s. rad. יָבַץ pag. 562.

I. **תָּבַר** rad. inusit., prob. i. q. סָבַר (q. v.) et צָבַר *aggessit, coacervavit*, sam. ܛܘܪ mons, chald. et syr. טוּר, ܛܘܪܐ id., aeth. ደብር: mons, rabb. טִיבּוּר umbilicus. Inde

תָּבוֹר (locus aggestus, editus, fort. umbilici instar, *λόφος μαστοειδής*, v. Polybii locum infra laudatum, sec. al. lapicidina a rad. chald. תְּבַר i. q. שָׁבַר fregit) n. pr. 1) montis in confiniis agri Sebulonitarum et Issascharitarum, in planitiei Esdreloniticae parte orientali siti, e media planitie fere in mille pedum altitudinem assurgentis, rotundae formae, arboribus, maxime quercubus

tecti, graece Ἰταβύριον (LXX. Hos. V, 1. Joseph. antiq. jud. V, 1, 22. 5, 3. al.) vel Ἀταβύριον (Polyb. V, 70, 6 cf. Reland. Palaest. p. 599, uti et mons Rhodi vocatur et mons Siciliae), ab Arabibus hodieque dicti جبل طور Gebel Tôr. הַר תָּבוֹר mons Tabor Iud. IV, 6. 12. 14, et simpl. תָּבוֹר Jer. XLVI, 18. Hos. V, 1. Ps. LXXXIX, 13, fort. etiam Jos. XIX, 22 et Iud. VIII, 18, quanquam his in locis facile urbem cognominem (v. no. 2) indicari dixeris. Vid. Relandi Palaest. p. 331—336, Korte itin. p. 226 sq., Burckhardti itiner. Syr. ed. germ. p. 579 sqq., Robinson Palaest. III. p. 416. 451 sqq. 461 sqq., Winer bibl. Realwb. II. p. 595. Delineationem montis dat Bartlettus in libro „The Christian in Palestine" ad p. 60. — 2) urbis Levitarum in monte cognomine sitae (Polyb. l. c.) 1 Par. VI, 62 et, ut videtur, Jos. XIX, 22 et Iud. VIII, 18, ubi alii montem agi putant. Hunc adeo 1 Par. l. c. vult intelligi Movers de libr. Paralip. p. 210. Sed vid. כִּסְלֹת תָּבוֹר Jos. XIX, 12 sub rad. כָּסַל pag. 702 et Addenda ad eum locum. — 3) אֵלוֹן תָּבוֹר 1 Sam. X, 3 quercus Taboris vel quercetum Taboris, n. pr. arboris singularis vel silvae in agro Benjaminitarum, ex Ewaldi coniectura (hist. pop. Israël. II. p. 464 cf. Kitto's Journal of sacred Literature 1850 Octobr. p. 408.) scribend. אַלּוֹן בָּכוּת = אֵלוֹן תָּבוֹר quercus luctûs Gen. XXXV, 8, sub qua Debora, Rebeccae nutrix, sepulta erat, ita ut תָּבוֹר ex alicuius regionis dialecto nihil aliud sit quam nomen דְּבֹרָה. Mihi, siquidem unus idemque locus fuerit revera, alterum nomen ex altero potius corruptum videatur.

II. תְּבַר chald. i. q. hebr. שְׁבַר *fregit*. (In Targg. frequens est pro hebr. שָׁבַר, חָתַת all., syr. et nasor. ܬܒܪ, samar. ࠕࠁࠓ id.) Part. pass. תְּבִיר *fractus*, it. *fragilis* Dan. II, 42.

* * *

תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר n. pr. *Tiglathpileser*, rex Assyriae, Phulis successor, qui ab Ahaso, rege Judaeae, c. a. 741 a. Chr. n. advocatus Damascum partemque regni Ephraimitici expugnavit 2 Reg. XV, 29. XVI, 10. Idem nomen scribitur **תִּגְלַת פִּלֶסֶר** 2 Reg. XVI, 7, **תִּלְּגַת פִּלְנְאֶסֶר** 1 Par. V, 6. 2 Par. XXVIII, 20, et **תִּלְּגַת פִּלְנֶסֶר** 1 Par. V, 26 (quanquam et in his Paralipom. locis codices non pauci habent תִּגְלַת פ'). LXX Θαλγαθφελλασάρ, Θαγλαθφελλασάρ. Nuperrime Rawlinsonus, monumentis assyriis nixus, Tiglathpileserem eundem regem fuisse contenderat ac Sargonem (Jes. XX, 1) et Salmanassarem, v. The twenty-ninth annual Report of the R. Asiat. Soc. 1852 p. XXVI sqq. Sed mox vir illustris hanc opinionem ipse mutavit, ac Tiglathpileserem sui iuris regem restituit, postquam in Nini ruinis et eo quidem loco, qui Nimrud hodie vocatur, nova monumenta repperit, ex quibus res ab hoc rege gestae egregie illustrari posse litteris significavit ad societatem Asiaticam Londinensem datis, vid. Athenaeum Londin. 1852. mens. Jul. p. 802. Idem in libello supra laudato p. XXVII de nominis significatione agens *Tiglath* vel *Tilgath* factum esse ait ex Tarkat vel Targat i. e. Derceto, Atergatis; *pil* ducit ab aram. פְּלַח serviit, coluit, et *eser* vult esse Assyriorum deum *Assur* (= Assarak, נִסְרֹךְ). Gesenio prior nominis pars idem valere videbatur quod *Diglath* Tigris fluvius [v. חִדֶּקֶל] pr. acer, celer; posterior, quae etiam in nomine *Nabo-polasaris* comparet, pers. بالاسر magnus rex, coll. sanscr. *pâla* dominus, rex, a rad. *pâl* custodire, regere, vel *Pilesar* et *Polasar* esse i. q. sanscr. *purah-sara* antecedens, dux, ut integrum nomen significaret *dominum Tigridis*. Philox. Luzzatto (Le Sanscritisme de la langue assyrienne, Pad. 1849, p. 17 sqq.) nomen Tiglathpileser compositum videtur e sanscr. rad. *tig* acuere, suffixo *lat* = *vat*, unde *tiglat* acer, fortis, *pîl* defensor coll. sanscr. *pîl* arcere, et *eser* i. q. sanscr. *çira* caput, princeps.

* * *

תֹּגַרְמָה Gen. X, 3 vel **תּוֹגַרְמָה** 1 Par. I, 6 et בֵּית תּוֹגַרְמָה Ez. XXVII, 14. XXXVIII, 6 n. pr. regionis et gentis septentrionalis a Gomer (Cimmeriis) oriundae (Gen. et 1 Par. ll. cc. cf. Ez. XXXVIII, 6), quae equis mulisque abundabat eosque in nundinis Tyriis venumdabat (Ez. XXVII, 14). LXX. litteris transpositis Θοργαμά, Θοργομά vel Θεργαμά, Joseph. Θυργάμμης, codd. Θοργάμμης, adeoque unus et alter cod. hebr. in Ezech. תורגמה. Intelligenda videtur *Armenia* equis feracissima (ἱππόβοτος σφόδρα Strab. XI, 13 §. 9, cf. Xenoph. exped. Cyri IV, 5, 24), saltem pars eius: quae etiam traditio vel potius opinio est ipsorum Armeniorum, qui Haicum, suae gentis conditorem, faciunt filium Thorgomi, nepotem Tirasi (תִּירָס), pronepotem Gomeri (גֹּמֶר), abnepotem Japheti (hoc scilicet modo genealogiam Gen. X propositam confundentes), seque տունն Թորգոմայ (Toun Thorgomai) i. e. *domum Thorgomi* (sic enim interpres Armenus Ezech. ll. cc.) appellant. Armenios primo loco nominat schol. graec. ad Ezech.: κατὰ μέν τινας Ἀρμενίους καὶ Ἴβήρας, κατὰ δ' ἑτέρους, Καππαδόκας καὶ Γαλάτας. Cappadoces defendere ausus est Bochartus (Phaleg lib. III. c. 11), Phryges nomine Thogarma indicari putabat Josephus antiq. jud. I, 6, 1, cf. Hieron. quaest. in Gen. X, 3. Fuerunt etiam, qui de Trocmis cogitarent, gente gallica Asiae minoris; adeo non defuere, qui Turcas vellent intelligi. Recentiores post J. D. Michaëlem (Spicileg. geogr. Hebr. exter. I. p. 67—78) Armenios intelligunt, ut Gesenius in lex., Winer bibl. Realwb. Art. Armenien, Knobel die Völkertafel der Genesis, Giess. 1850, p. 53 sqq. (qui tamen Phryges, utpote Armeniorum genti cognatos, non excludit). Cf. etiam Car. Ritter Erdkunde vol. X. p. 358. 585.

תִּגְרָה f. *lis*, v. s. rad. גָּרָה no. II. p. 301.

תַּדְמֹר n. pr. urbis Palmyrae, v. s. rad. דָּמַר p. 345.

תָּהָה rad. inusit., i. q. chald. תְּהָא *vastus, rudis, inanis, desertus fuit*, unde תְּהִי, תַּהְיָא vastus, inanis, desertus, eodemque pertinet chald. et nasor. תְּהָא i. q. תָּוָה, syr. ܬܗܐ obstupuit (ut ch. שְׁהָא et hebr. שָׁמֵם utrumque significant), nasor. ܬܗܐ vastatio, arab. تَهِيَ vacuus, quod e lingua persica petitum esse possit, ubi تُهِي est vacuus, inanis, ut etiam تَه, تِى, تهان, تهك, item تهيدن vacuum esse, quanquam apud Arabes etiam exstat quadril. تَيْهَنَ se applicuit ad res vanas, تَيْهَانَة res vanae et futiles, et rad. affinis تَاهَ attonitus erravit in terra vasta, تِيهٌ desertum, spec. تِيهُ بَنِى إِسْرَائِيل et التِّيهُ *κατ' ἐξοχὴν* desertum illud quod interiacet Palaestinam et Aegyptum, et adj. quoque أَرْضٌ تِيهٌ et أَرْضٌ تَيْهَاءُ terra deserta. Cognata videtur rad. שָׁאָה.

תֹּהוּ (Mil'el, forma segolata) m. 1) *vastitas*, concr. *vastum, vacuum* Gen. I, 2 de terra recens creata: וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ *et erat terra vastum et vacuum* (Syr. hebraeas voces tenens ܬܘܗ ܘܒܘܗ quae Ephraemus explicat ܫܘܡܐ ܘܣܪܝܩܐ, Aqu. *κένωμα καὶ οὐδέν,* Theodot. *κενὸν καὶ οὐδέν*), quod imitatur Jer. IV, 23 in descriptione terrae Judaeae vastandae. Iob. XXVI, 7: נֹטֶה צָפוֹן עַל־תֹּהוּ *extendit* Deus *septentrionem super vasto* spatio (altera pars comm.: suspendit terram super nihilo i. e. super vacuo). Inde a) *vastum desertum* Deut. XXXII, 10. Iob. VI, 18. XII, 24: יַתְעֵם בְּתֹהוּ לֹא־דָרֶךְ *facit ut errent in deserto invio,* Ps. CVII, 40, b) *vastatio* Jes. XXXIV, 11: קַו־תֹהוּ *funiculus vastationis* (vid. קַו s. rad. קָוָה pag. 1201), XXIV, 10: קִרְיַת תֹּהוּ *urbs vastata.* Cf. Jer. IV, 23. — 2) *inanitas, vanitas*, et concr. *res inanis, inane* (synon. הֶבֶל, רוּחַ, אָוֶן) Jes. LIX, 4. XLI, 29: רוּחַ וָתֹהוּ *halitus et vanitas*, XLIV, 9 de idolorum fabricatoribus: כֻּלָּם תֹּהוּ *cuncti vani sunt*, 1 Sam. XII, 21 (bis), de mendaciis et fallacia Jes. XXIX, 21; *nihil* Jes. XL, 17. 23 (parall. אַיִן). — 3) לְתֹהוּ Jes. XLIX, 4 et acc. תֹּהוּ adv. *frustra* Jes. XLV, 18. 19.

תְּהוֹם *oceanus*, v. s. rad. הוּם pag. 371.

תְּהִלָּה *laus*, et

תָּהֳלָה *error* v. s. rad. הָלַל pag. 382.

תּוֹא v. תְּאוֹ s. rad. תָּאָה pag. 1489

תּוּב fut. יְתוּב chald. i. q. hebr. שׁוּב *redire, reverti* Dan. IV, 31. 33. (Frequens in Targg., syr. ܬܳܒ, arab. ثَابَ, تَابَ, v. שׁוּב.)

Aph. הֲתִיב fut. יְתִיב Esr. V, 5 et יַהֲתִיב VI, 5 i. q. hebr. הֵשִׁיב *reddidit, restituit* Esr. VI, 5. הֲתִיב פִּתְגָם i. q. hebr. הֵשִׁיב דָּבָר responsum dedit, sq. acc. pers. Esr. V, 11. Dan. III, 16. הֲתִיב עֵטָא וּטְעֵם consilium et sapientiam reddidit i. e. consulto et sapienter respondit, sq. לְ pers. Dan. II, 14, cf. הֵשִׁיב טַעַם Prov. XXVI, 16. הֲתִיב נִשְׁתְּוָנָא reddidit epistolam, respondit per litteras Esr. V, 5.

תּוּבַל et **תּוּבַל קַיִן** v. תֻּבַל supra pag. 1491 sq.

תּוּגָה *moeror*, v. rad. יָגָה no. I, pag. 564.

תּוֹגַרְמָה v. תֹּגַרְמָה pag. 1493.

תּוֹדָה *confessio, gratiarum actio*, v. rad. יָדָה p. 569.

תְּוַהּ chald. *obstupuit, expavit, trepidavit* Dan. III, 24. (In Targg. pro hebr. חָרַד et פָּחַד, syr. ܬܘܗ id., vic. sunt arab. تَاهَ attonitus fuit, stupuit, chald. תְּהָא id. et hebr. תָּמַהּ q. v.)

I. תָּוָה (cf. אָוָה no. III et quae supra dicta sunt s. litt. ת p. 1489) in Kal inusit. i. q. תָּאָה no. I *signavit, designavit, signa delineavit.*

Pi. id. 1 Sam. XXI, 14 de Davide insaniam simulante: וַיְתָו עַל־דַּלְתוֹת הַשַּׁעַר *et signa* notasve *pingebat in valvis portae*, more puerorum petulantium. Ita haec verba accipiunt Chald.: וּמְסָרֵט עַל דָּשֵׁי תַרְעָא et lineas duxit super valvis portae, Raschi: וַיְתָו ויכתוב, Levi ben Gerson: הָיָה מְתַוֶּה תָו וְרוֹשֵׁם, Dav. Kimchi in commentar.: היה כותב על דלתות השער או משרט שריטות, כי השרטים גם כן נקראת תָו, et habet haec interpretatio praesidium quoddam suum in certo usu formae Hiph. et in nomine תָּו q. v. Nihilominus tamen Ewald. (hist. populi Israëlit. T. II. p. 539) תָּוָה h. l. pro תָּפַף esse contendit, quod pulsandi significatum habeat ut תָּפַף, et iam ante eum Thenius in comment. ad h. l. scribi iubet וַיָּתָף (et pulsabat) secundum LXX., apud quos in codd. et edd. duplex interpretamentum legitur, unum *καὶ ἐτυμπάνιζεν*, alterum *καὶ ἔπιπτεν*, pro quo legendum *ἔτυπτεν*, Vulg.: et impingebat in ostia portae. Habet haec quoque sententia, quo se commendet, sed tamen utrum insaniae magis conveniat fores pulsare an puerili modo scalpere characteres, ego non diiudico.

Hiph. הִתְוָה תָו *signum fecit* sq. עַל in (fronte alicuius) Ez. IX, 4.

תָּו m. *signum*, spec. cruciforme, a) in fronte alicuius factum Ez. IX, 4, b) libello actionis nominis loco subscriptum, hinc *subscriptio* Iob. XXXI, 35 (parall. סֵפֶר). „Etenim — Gesenii verba sunt — quod in synodo Chalcedonensi aliisque maxime Orientis synodis adeo episcopis accidisse perhibetur, ut scribendi artis ignari crucis signum pro nomine pingerent, quodque hodie in iudiciis a plebeiis fieri solet, id in illa artis scribendi infantia non potest non ita usitatum fuisse ut in linguae usum reciperetur.“ (Chald. תָּו, תָּוָא in Targ. loco utroque, praeterea תְּוָוָא signum s. terminus, arab. تَوٌّ signum crucis forma equorum et camelorum femori collove inustum, cf. تَوَّة, ثَوِي et تُوِيَة signum viae humilius. Hinc תָּו est nomen litterae ת, quae in vetere scriptura semitica crucis formam refert (v. Gesen. monumm. phoen. p. 47).

II. תָּוָה i. q. syr. ܬܘܐ *poenituit* eum, *doluit*, *aegre tulit*. (Syri et Peal ܬܘܐ et Ethpe. ܐܬܬܘܝ hoc sensu dicunt, idque Bar Ali exponit نَدِمَ poenituit eum, et أَسِفَ doluit, Aph. ܐܬܘܝ reversus est moestus sec. Castell., ܬܘܝܐ poenitentia Ephr. I, 380. D., ܬܘܝܬܐ id. Ephr. I, 346. C. 362. D. II, 243. F. 250. C. III, 332. A. Vicina est rad. chald. תְּהָא poenituit eum.)

Hiph. causat. *fecit ut doleret* vel *poenitentia duceretur*, *dolorem fecit* alicui, *afflixit*, *irritavit* aliquem. Ps. LXXVIII, 41: וַיְנַסּוּ אֵל וּקְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל הִתְווּ *et tentarunt Deum et sanctum Israelitarum numen irritarunt*, vel *fecerunt ut Deum poeniteret* beneficiorum in ipsos collatorum. Sic primus, quod sciam, hunc locum ex lingua syriaca illustravit Moerlius in Scholiis philol. eumque secutus est Jo. Simonis in lex. hebr., cui deinceps Dathius, Gesenius et paene omnes interpretes recentiores adstipulati sunt. Vide quae de usu syriaco dixi s. Kal, inprimis autem notandum Pa. ܬܘܝ 1 Sam. XXIV, 8, ubi ponitur pro hebr. שִׁסַּע בַּדְּבָרִים verbis dilaceravit i. e. increpuit, ibidemque comm. 6, qui locus ex Ephr. I, 380. C. sic restituendus est: ܘܬܘܝܗ ܠܒܗ ܠܕܘܝܕ et Davidi ipsum cor suum poenitentiam vel dolorem fecit. Eodem collineat interpretatio LXX. παρώξυναν, Vulg. *exacerbarunt*, Syr. ܐܪܓܙܘ provocarunt, Luther. in prima edit.: sie reizeten. Alii olim exposuerant sec. rad. תָּוָה no. I.: limitibus circumscripserunt, acsi Deum metiri vellent suo modulo, ad quam interpretationem nuper rediit Stier in Siebzig ausgewählte Psalmen (Hal. 1834. 8.) p. 118.

III. תָּוָה rad. inusit. i. q. אָוָה no. I, et arab. ثَوَى *substitit* loco, *divertit*, *commoratus est*, unde مَثْوًى i. q. مَأْوًى mansio, hospitium, ثَاوَة, ثَايَة et ثُوِيَّة mansio pecorum, stabulum. Inde

תָּא (ortum ex תָּו) m. pr. mansio, hinc *conclave*, de cubiculo cursorum s. militum praetorianorum in palatio regis, ubi clypei depositi erant (hinc Vulg. armamentarium), 1 Reg. XIV, 28. 2 Par. XII, 11, de thalamis quibusdam lateralibus in portis templi ab Ezechiele descripti Ez. XL, 7. 12. 13, plur. תָּאִים ibid. vs. 7. 16, cstr. תָּאֵי vs. 10, c. suff. תָּאָו vs. 21. 29. 33. 36, semel pl. תָּאוֹת vs. 12. (Chald. תָּוָא et תְּוָן id. pro hebr. תָּא ap. Ezech. et alibi nonnunquam pro חֶדֶר, syr. ܬܘܐ, ܬܘܢܐ conclave, thalamus Iud. III, 24. XVI, 9. 1 Reg. XX, 30. XXII, 25. 2 Reg. IX, 2. Ephr. II, 438. E. De arabicis v. rad., cf. تَوٌّ structura, aedificium). LXX. verbum hebraeum retinent τὸ Θεέ, Aqu. in libro Reg. θάλαμος, Symm. ap. Ezech. non male αἱ παραστάδες. Rabbini explicare solent יָצִיעַ vel חֶדֶר. Vid. Boettcheri specc. p. 298 sqq.

תּוּחַ rad. inusit. i. q. שׁוּחַ *desidere*, *subsidere*, *demergi*, *inclinari deorsum* (arab. تَاخَ et ثَاخَ med. Waw immersus est), hinc *demissus*, *depressus*, *inferior fuit*. Cf. תָּחָה.

תּוֹחַ (fort. inclinatus vel submissus) n. pr. m. 1 Par. VI, 19, si scriptura certa, sed vs. 11 pro eo legitur נַחַת et 1 Sam. I, 1 תֹּחוּ.

תַּחַת in paus. תָּחַת pr. subst. (form. נַחַת a rad. נוּחַ, שַׁחַת a rad. שׁוּחַ, רַחַת a rad. רוּחַ) 1) *pars inferior, quod infra est*. (Arab. تَحْتٌ id., v. c. التَّحْتُ das Unten, opp. الفَوْقُ Abulfid. geogr. ed. Paris. p. 3; denominativa sunt aeth. አትሐተ: submisit, depressit, ተተሐተ: pass., ትሑት: humilis, melit. *tahhat* supponere, prosternere, et arab. التُّحُوت infimae conditionis homines). Inde in accusativo positum תַּחַת Adverb. *infra*, *subter*, *subtus* (arab. تَحْتُ id.) Gen. XLIX, 25. Deut. XXXIII, 13, מִתַּחַת id. (ut arab. مِن تَحْتُ, syr. ܡܢ ܠܬܚܬ, cf. מִן no. 3, h) Exod. XX, 4. Jos. II, 11. Iud. VII, 8. In statu cstr. תַּחַת (pro quo semel לְ תַּחַת Cant. II, 6) et c. Suff. iisque plerumque pluralis formae תַּחְתֵּי subiunctis תַּחְתַּי, תַּחְתֶּיךָ, תַּחְתָּיו, תַּחְתֶּיהָ, תַּחְתֵּינוּ, תַּחְתֵּיכֶם, תַּחְתֵּיהֶם, raro singg. ut תַּחְתֵּנִי 2 Sam. XXII, 37. 40. 48, תַּחְתֶּנָּה Gen. II, 21 (text. sam. תַּחְתֶּיהָ), תַּחְתָּם novies, תַּחְתֵּיהֶם ter tantum (cf. gramm. hebr. §. 101)

Praep. *sub, infra*, gr. ὑπό (arab. تَحْتَ, aeth. ታሕተ: id., aram. v. infra). תַּחַת הַשָּׁמַיִם sub coelo Dan. IX, 12, תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ sub sole (v. שֶׁמֶשׁ), תַּחַת הָהָר infra mon-

tem, ad radices montis Ex. XXIV, 4. תַּחַת הַלָּשׁוֹן sub lingua Ps. X, 7. LXVI, 17 et תַּחַת שְׂפָתַיִם sub labiis CXL, 4 i. e. in ore. תַּחַת יַד פ׳ sub manu i. e. in potestate alic. 1 Sam. XXI, 9. De muliere dicitur: scortatur, adulteratur sub marito Num. V, 19. Ez. XXIII, 5 i. e. scortatur ista, dum viro nupta est, cuius imperio subiecta est. (Sic Arabes dicunt: امرأة كانت تحته mulier quae ei nupta erat.) תַּחַת אָוֶן sub calamitate, sc. minitante et imminente Hab. III, 7. Ibid. vs. 16: תַּחְתַּי אֶרְגָּז *subter me* (in inferioribus meis) *tremo*, i. e. genua pedesque mihi tremunt. — Cum verbis *motûs* est: a) *sub*, *infra* aliquem vel aliquam rem. 2 Sam. XXII, 37. 40. 48. Gen. XVIII, 4. Iud. III, 30. b) *κατά*, *deorsum*, i. q. מַטָּה. Am. II, 13: אָנֹכִי מֵעִיק תַּחְתֵּיכֶם pr. *ego vos deprimam deorsum*. Iob. XL, 12: הֲדֹךְ רְשָׁעִים תַּחְתָּם *impios praecipites prosterne*.

Cum praeff.:

α) מִתַּחַת adv. *infra* (v. supra), praep. *ὑπ' ἐκ unter* (etwas) *hervor, heraus, hinweg,* dicitur de iis qui (quae) fuerunt *sub* aliqua re et inde recedunt vel removentur. (cf. angl. from under his arm.) Ez. XLVII, 1: *aquae exibant* מִתַּחַת הַמִּפְתָּן *sub limine*. Prov. XXII, 27: *quare auferant tibi lectum* מִתַּחְתֶּיךָ quod *sub te* est? i. e. cui incumbis. Ex. VI, 6. Deut. VII, 24. Inde זָנָה מִתַּחַת פ׳ v. זָנָה. — Rarius pro מִתַּחַת לְ *infra* (aliquid). Iob. XXVI, 5. Ez. XLII, 9. Aliud מִתַּחַת (e loco) v. no. 2.

β) מִתַּחַת לְ (opp. מִמַּעַל לְ) *infra* aliquam rem, velut מִתַּחַת לָרָקִיעַ infra firmamentum Gen. I, 7. Ex. XXX, 4, מִתַּחַת לְבֵית אֵל ad radices Bethel (in monte siti) Gen. XXXV, 5 cf. 1 Sam. VII, 11.

γ) לְמִתַּחַת לְ i. q. praecedens, post verbum motûs 1 Reg. VII, 32.

δ) אֶל־תַּחַת *sub*, *subter* (c. acc.) Jer. III, 6. Zach. III, 10, אֶל־תַּחַת לְ Ex. X, 2; (c. abl.) 1 Sam. XXI, 4.

2) *quod sub aliquo est, locus*, in quo quis stat, constitutus est. Zach. VI, 12: מִתַּחְתָּיו יִצְמָח *e loco suo crescet*, cf. Ex. X, 23. Inde a) in acc. *in loco*. Ex. XVI, 29: שְׁבוּ אִישׁ תַּחְתָּיו *manete quisque suo loco*. Iud. VII, 21. 1 Sam. XIV, 9. 2 Sam. II, 23. VII, 10. 1 Par. XVII, 9. Iob. XXXVI, 16: רַחַב לֹא מוּצָק תַּחְתֶּיהָ *spatium amplum*, *ubi* (pr. quo loco) *angustiae nullae*. — b) *loco, pro* (anstatt), de iis qui in alterius locum succedunt. Levit. XVI, 32. Esth. II, 17. Ps. XLV, 17: תַּחַת אֲבֹתֶיךָ יִהְיוּ בָנֶיךָ *in locum patrum tuorum succedant filii tui*. Inde de rebus inter se permutatis, de pretio (*pro*) Gen. XXX, 15. 1 Sam. II, 20. 1 Reg. XXI, 2, et post verba rependendi 1 Sam. XXV, 21. תַּחַת מָה pro quanam re? Jer. V, 19.

Addita conj. relat. **תַּחַת אֲשֶׁר** *α*) *loco* eius *quod* (anstatt dass) Deut. XXVIII, 62.

β) *eo quod* i. e. quia Deut. XXI, 14. 2 Reg. XXII, 17. תַּחַת כִּי id. Deut. IV, 37. Idem valet תַּחַת sq. inf. Jes. LX, 15, cf. Iob. XXXIV, 26: תַּחַת רְשָׁעִים pro pleniore תַּחַת הֱיוֹתָם רְשָׁעִים *eo quod impii sunt*.

3) n. pr. (statio, locus) a) stationis Israëlitarum in deserto Num. XXXIII, 26. b) virorum quorundam *α*) 1 Par. VI, 9. 22. *β*) et *γ*) VII, 20.

תְּחֵת chald. i. q. hebr. תַּחַת *infra, sub*. Dan. IV, 11: מִן תְּחֹתוֹהִי i. q. hebr. מִתַּחְתָּיו. Usitatior forma in chaldaismo est תְּחוֹת, apud Syros ܬܚܝܬ, c. Suff. ܬܚܘܬ.

תְּחוֹת chald. praep. *sub*, i. q. hebr. תַּחַת Dan. VII, 27. Jer. X, 11, c. Suff. תְּחֹתוֹהִי sub eo Dan. IV, 9. 18. (Syr. ܬܚܘܬ id., c. Suff. ܬܚܘܬܘܗܝ.)

תַּחְתּוֹן m. **תַּחְתּוֹנָה** f. adj. *inferior*, *infimus*, *a* i. q. תַּחְתִּי Jos. XVIII, 13. 1 Reg. VI, 6. Jes. XXII, 9. Ez. XL, 18. 19. XLI, 7. XLII, 5. 6. (Arab. تحتاني id.)

תַּחְתִּי m. ־יָּה et ־ית f. adj. *inferior*, *infimus*, *a*. Deut. XXXII, 22. Psalm. LXXXVI, 13. Gen. VI, 16. פֶּלַח תַּחְתִּית lapis molaris inferior Iob. XLI, 16. תַּחְתִּית הָהָר infima pars i. e. radices montis Ex. XIX, 17. תַּחְתִּיּוֹת־אֶרֶץ inferiora, infima terrae, orcus Ps. LXIII, 10. Jes. XLIV, 23, poët. de loco occulto, nempe de utero matris Ps. CXXXIX, 15. De orco etiam אֶרֶץ תַּחְתִּיּוֹת Ez. XXVI, 20. XXXII, 18. 24, cf. בּוֹר תַּחְתִּיּוֹת fovea profundissima Ps. LXXXVIII, 7. Thren. III, 55.

תּוּךְ rad. inusit., i. q. תּוּחַ (ut שׁוּחַ et שָׁחַח eiusdem significationis sunt atque שָׁכַךְ) *demersus*, *immersus fuit* in rem. Inde

תָּוֶךְ cstr. תּוֹךְ, c. Suff. תּוֹכִי, תּוֹכְכֶם, תּוֹכָם m. *interior pars*, *id quod intra*, *intus* vel *intrinsecus est*, *medium* rei. תּוֹךְ הַבַּיִת media pars aedium, fort. impluvium 2 Sam. IV, 6 (sed dubium est, num h. l. impluvium agatur, certe vs. 7 simpliciter legitur הַבַּיִת intro in domum, et alibi תּוֹךְ הַבַּיִת est interior pars domus 1 Reg. VI, 19. XI, 20; magis etiam dubium, num תָּוֶךְ impluvium sit in loco difficili et fortasse mendoso Jes. LXVI, 17, de quo vid. F. Böttcher specc. p. 30 sqq.). בַּתָּוֶךְ in medio, in medio spatio inter duas res Iud. XV, 4: בֵּין שְׁנֵי הַזְּנָבוֹת בַּתָּוֶךְ *inter binas caudas* vulpium colligatas *in medio*. Jos. VIII, 22. Num. XXXV, 5: וְהָעִיר בַּתָּוֶךְ *et* ipsa *urbs in medio* hoc spatio. Gen. XV, 10: וַיְבַתֵּר אֹתָם בַּתָּוֶךְ *et dissecabat* victimas *in medio* i. e. in partes dimidias. Nomini in genit. postponitur Iud. XVI, 29: עַמּוּדֵי הַתָּוֶךְ *columnae mediae*.

Cum praefixx. 1) בְּתוֹךְ a) *in media* (aliqua) *re*, ut בְּתוֹךְ הַבַּיִת in media domo 1 Reg. VI, 19. XI, 20, בְּתוֹךְ יְרוּשָׁלַיִם Neh. IV, 16. Zach. VIII, 8. בְּתוֹךְ הַיָּם in medio mari Ex. XIV, 22, בְּתוֹךְ הַגָּן in medio horto Gen. II, 9. III, 3, בְּתוֹךְ הַשָּׂדֶה in medio campo XXXVII, 7, בְּתוֹךְ הַלַּיְלָה in media nocte 1 Reg. III, 20, יָשַׁב בְּתוֹךְ הָאֵפֶר sedit (lugens) in medio cinere i. e. totus cinere conspersus Iob. II, 8, et post verba motûs: בְּתוֹךְ הָעִיר in mediam urbem (venire) 1 Sam. IX, 14. Passim non

multum differt a בְּ *in* (aliquo loco) Gen. IX, 21. XVIII, 24. 26. Am. III, 9, *in* (aliquem locum) Ps. LVII, 7. עָבַר בְּתוֹךְ transiit per mediam rem Ez. IX, 4. Ex. XIV, 29. Num. XXXIII, 8. b) ubi refertur ad plures: *inter* (pr. inter medios). בְּתוֹךְ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל inter Israëlitas Num. I, 49. IX, 7, בְּתוֹכְכֶם inter vos, in medio vestrum Gen. XXXV, 2. XXIII, 10. Prov. XVII, 2. Ez. II, 5, i. q. בֵּין *inter* (duas res) Ex. XXXIX, 25, adeoque pro בֵּין, ubi discrimen exprimitur Gen. I, 6: בְּתוֹךְ הַמָּיִם *inter aquas* (terrestres et coelestes).

2) מִתּוֹךְ *e medio*, *ex media re*, et simpl. *ex* Jer. LI, 6. Ex. XXXIII, 11 et saepe.

3) אֶל־תּוֹךְ *in mediam* rem Num. XVII, 12. XIX, 6. Cf. synon. קֶרֶב.

תִּיכוֹן m. **תִּיכֹנָה** f. adj. (a תָּוֶךְ ductum) *interior*. הָעִיר הַתִּיכֹנָה interior pars urbis 2 Reg. XX, 4, *medius*, *a*, *um* Ex. XXVI, 28. Iud. VII, 19. 1 Reg. VI, 6. 8. Ez. XLI, 7. XLII, 5. 6.

תּוֹךְ *vexatio*, v. תֹּךְ s. rad. תָּכַךְ.

תּוּכִּיִּים *pavones* 2 Par. IX, 21, v. תֻּכִּיִּים infra p. 1502.

תּוֹלָל *vexator*, v. s. rad. יָלַל pag. 596.

תּוֹמִם *gemelli*, v. תְּאוֹם s. rad. תָּאַם pag. 1490.

תּוֹמָן (תֵּימָן) Gen. XXXVI, 15 Kethib i. q. תֵּימָן, v. rad. יָמַן pag. 600.

תּוֹעָה f. *error*, *damnum*, v. s. rad. תָּעָה.

תּוּף verbum inusit., pr., ut videtur, tundere, trudere (cf. תָּפַף et רָקַק no. I et II), eiicere, spec. *sputum eiicere*, *exspuere*, ut talm. תּוּף, cogn. aeth. ተፍአ: spuit, Lud. lex. aeth. p. 270. Cf. rad. תָּפַל, et arab. تَفٌ sordes unguium, quisquiliae, تُفًّا adv. detestandi et despicandi: phy, أُفّ تُفّ id. Harir. 12. pag. 124 ed. Sacy. تَفَّفَ II dixit تُفًّا in aliquem, detestatus est eum. Adde aegypt. ⲧⲁϥ, ⲧⲁⲁϥ sputum Peyron. lex. p. 257.

תֹּפֶת f. pr. *sputum*, *sputamen*, inde 1) *qui* vel *quod conspuitur*. Iob. XVII, 6: תֹּפֶת לְפָנִים אֶהְיֶה *talis fio, cui in faciem inspuunt* i. e. pro sputalicio habeor, *κατάπτυστος*, omnium mortalium vilissimus et contemtissimus sum, cf. *ῥακά* Matth. V, 22, siquidem hoc ducitur a rad. רָקַק spuit.

2) c. art. הַתֹּפֶת (ter sine art. Jer. VII, 32. XIX, 11. 12, ubi tamen videtur restituendus esse) n. pr. loci in valle Ben-Hinnom (v. sub. גַּיְא supra pag. 280) prope Hierosolyma, sacrificiis humanis Molocho oblatis (a Josia rege demum abrogatis) famosi 2 Reg. XXIII, 10. Jer. VII, 32. XIX, 6. 11. 12. 13. 14. בָּמוֹת הַתֹּפֶת Jer. VII, 31 tumuli (artificiosi) s. sacraria, in quibus illa sacrificia peragi solebant. Hieronymus ad h. l. Jer.: „*Topheth*, quae est in valle filiorum Ennom, illum locum significat, qui Siloë fontibus irrigatur, et est amoenus atque nemorosus, hodieque hortorum praebet delicias.“ Eusebius in Onomastico: *Ταφέθ, ἐν φάραγγι τῶν υἱῶν Ἐννόμ. ἔνθα εἰδωλολάτρει ὁ λαὸς ἐν προαστείοις Ἱερουσαλήμ*, et alibi: *Θοφέθ, Βωμὸς τοῦ Ταφὲθ ἐν Ἱερεμίᾳ, ἐν προαστείοις Αἰλίας εἰς ἔτι νῦν δείκνυται ὁ τόπος οὕτω καλούμενος, ᾧ παράκειται ἡ κολυμβήθρα τοῦ κναφέως καὶ ὁ ἀγρὸς τοῦ κεραμέως ἢ τὸ Ἀχελδαμὰ χωρίον*. Cf. J. Wilson lands of the Bible vol. I. p. 499. — Quod ad etymon attinet, erant inter Judaeos, qui illum locum a תֹּף tympano dictum putarent, quod dum infantes manibus Molochi igne candentibus impositi essent, ne eorum ciulatus audirentur parentesve misericordia flecterentur, tympana pulsarentur. Quod aeque fictitium est atque Hieronymi (ad Jer. VII, 31) opinio, qui nomen illud ad rad. פָּתָה referens latitudinem significare ait. Rosenmueller. schol. ad Jer. 7. a rad. יָפָה ducit ob loci amoenitatem ab Hieronymo laudatam. Ewald. ad Jer. 7. radici תּוּף accendendi significationem tribuit coll. שְׁבִיב flamma Iob. XVIII, 5, ut תֹּפֶת bustum sive area fuisset, in qua sacrificia comburerent (vid. תָּפְתֶּה). Noldius in Vindiciis p. 948, Lorsbachius in Ephemerid. litter. Jenensibus 1815 no. 59, Gesenius, aliique eandem significationem voci תֹּפֶת vindicant ex lingua persica, in qua تافتن est accendere, ardere, comburere, a zend. *tap* ardere. Boettcherus de inferis I. §. 168, 176, Hitzig. ad Jer. 7 et Thenius ad 2 Reg. 23 hoc quidem probant, sed ita tamen, ut vocabulum peregrinum ab Assyriis acceptum Hebraeos ita conformavisse dicant, ut locum consputum et abominatum intelligerent. Equidem תֹּפֶת vocem mere hebraicam duco eiusdem significatûs, quo Iob. XVII, 6 legitur, idque nominis ab austeris Jehovae cultoribus loco, ubi invidiosum Molochi sacellum stabat, inditum esse ut tali, quem abominandum et consputandum ducerent. Ceterum varias sententias vid. apud Seldenum de dîs Syris p. 172 sqq., Nic. Panecii diss. de Topheth valle Hinnom, Viteberg. 1694, repetit. in Thesauro theol. philolog. Vet. T. I. p. 818 sqq., Carpzovii apparatum antiquitatum s. cod. p. 484 sqq., inprimis Boettcher. l. c.

תָּפְתֶּה *ἅπ. λεγ. ustrina*, *bustum*, de loco, ubi Assyriorum occisorum cadavera crematum iri praedicit Jes. XXX, 33: כִּי עָרוּךְ מֵאֶתְמוּל תָּפְתֶּה גַּם־הִוא לַמֶּלֶךְ הוּכָן הֶעְמִיק הִרְחִב מְדֻרָתָהּ אֵשׁ וְעֵצִים הַרְבֵּה *nam dudum aptata est ustrina, eaque regi etiam* Assyriorum *parata, alta et lata; rogus in ea* posita *ignem et ligna multa habet*. Vult propheta, ni fallor, hoc vocabulo תָּפְתֶּה, quod ipse fortasse ad hunc finem excogitavit, locum designare aeque impurum et squalidum atque illum, qui הַתֹּפֶת appellabatur et in quo horrenda Molochi sacrificia comburebantur. תָּפְתֶּה enim, ex תֹּפֶת deductum, rem huic similem et eiusdem fere generis significat, quemadmodum אִשֶּׁה ab אֵשׁ ductum ignem sacrificum denotat. Itaque תָּפְתֶּה, licet aream combustioni cadaverum aptam signi-

ficet, ad persicum تافتن ardere non videtur referendum esse, quia haec significatio ex similitudine tantum illius areae famosae, quae הַתֹּפֶת nomen nacta erat propter abominationem, ipsi indita est.

תּוּר 1 sing. perf. תַּרְתִּי 2 plur. fut. תְּתוּרוּ (at יְתוּר est nomen subst., quod quaere infra suo loco) 1) *torqueri in orbem*, *in gyrum agi* (v. radd. vicinas דּוּר, שׁוּר, תָּאַר, דָּהַר, דָּרַר, טוּר no. II, שָׁיַר) unde fortasse est תּוֹר turtur, q. v.

2) *circuire* (i. q. דּוּר et שׁוּר no. II, arab. تَارَ id.), nempe

a) negotiandi causa *peregrinari* (cf. רָכַל, סָחַר) 1 Reg. X, 15 (et l. parall. 2 Par. IX, 14): אַנְשֵׁי הַתָּרִים *viri de circuitoribus* i. e. mercatores peregrinatores (non institores, ut Dav. Kimchi in comm. הסוחרים הקטנים, sed ut Levi ben Gerson הסוחרים הגדלים). Ceterum Thenius in comm. ad ll. Reg. p. 159 haec verba affecta et sic corrigenda esse putat עָנְשֵׁי הָרְדוּיִם i. e. pecuniae a subiectis exactae, auctoribus LXX. intpp., qui habent *φόροι τῶν ὑποτεταγμένων* (in Paralip. tamen: *ἄνδρες τῶν ὑποτεταγμένων*) et Syri intp. in Paralip.: ܡܟܣ̈ܐ ܕܡܕܝܢ̈ܬܐ vectigalia urbium. Ex parte huic coniecturae faveret etiam Targ.: אֲגַר אוּמָּנַיָּא lucrum artificum, nisi haec potius arbitraria interpretatio dicenda esset.

b) explorandi causa *peragrare*, *explorare* terram (cf. רגל Pi.), sq. acc. Num. XIII, 2. 16. 17. 21. 25. 32. XIV, 6 (ubi cod. Samar. male האחרים *loca* pro הַתָּרִים *qui exploraverant*), it. vs. 7. 34. 36. 38.

c) quaerendi causa, hinc *exquirere* alicui aliquid, sq. acc. rei et לְ pers. Deut. I, 33. Num. X, 33. Ez. XX, 6. Metaph. *anquirere*, *investigare*, *indagare* v. c. sapientiam, sq. acc. Eccl. VII, 25, et sq. עַל Eccl. I, 13, it. תּוּר בְּלִבִּי mente agitare aliquid, subductis rationibus apud animum statuere aliquid faciendum, sq. gerundio Eccl. II, 3.

d) sq. אַחֲרֵי *sequi*, *sectari* aliquid. Metaph. Num. XV, 39: לֹא תָתוּרוּ אַחֲרֵי לְבַבְכֶם וְאַחֲרֵי עֵינֵיכֶם *ne sectemini cor vestrum et oculos vestros* i. e. ne indulgete cupiditatibus vestris.

Hiph. causat. Kal 2, b *explorare sivit*, *misit exploratores* in locum, c. בְּ loci Iud. I, 23: וַיָּתִירוּ בֵית־יוֹסֵף בְּבֵית־אֵל *et Josephidae miserunt exploratores Bethelam*. Alii, ut Tanchum. Hieros., i. q. Kal 2, b: exploraverunt Bethelam. — Praeterea ad Hiph. huius radicis referre licet יָתֵר pro יָתִיר Prov. XII, 26, ubi verte verba יָתֵר מֵרֵעֵהוּ צַדִּיק *ducit socium* s. amicum *suum probus*. Nempe a circumeundo (Kal no. 2) Hiph. causat. est *circumducere* aliquem, spec. ad viam ei monstrandam in locis minus cognitis, et metaph. ducere aliquem in vitae ratione instituenda. Cf. chald. תַּיָּר ductor, conductor viae Targ. Iob. XXIX, 15. Talm. Baba kamma fol. 116, b, ubi תַּיָּר in glossa exponitur מראה להם הדרך monstrans eis viam, it. תִּיוּר et תְּיָרָה salvus conductus, deductio in via, Buxt. lex. chald. et talm. col. 2577. Ita post Syrum interpretem Gesenius, Umbreit., all., eodemque sensu illa verba accipiunt Ewald. et Bertheau, dum יָתֵר Hiph. rad. תָּרַר = תּוּר esse malunt. Insulse Chald. et Rabbini, quos Ch. Bened. Michaëlis, Lutherus, Rosenm. sequuntur, יָתֵר pro adiectivo radicis יָתַר habent et sic exponunt: probus excellens est prae (מִן־רֵ׳ = מֵרֵ׳) socio suo, sc. quamvis hic sit opulens. Alii aliter locum tractant. — Denique huc Gesenius traxit וַיַּתֵּר 2 Sam. XXII, 33 positum pro וַיַּתֵּר (ut יַנִּיחַ pro יָנִיחַ a rad. נוּחַ, v. gramm. hebr. ed. 16. §. 71, annot. 9), ut verba quae ibi leguntur וַיַּתֵּר תָּמִים דַּרְכּוֹ significent: *et ducit* Deus *integrum viam suam*, monstrat homini integro viam, qua incedendum est. Sed in loco gemino Ps. XVIII, 33 pro וַיַּתֵּר legitur וַיִּתֵּן, quam scripturam veram appellare vix dubito, postquam Clericus, Thenius, alii eandem iam sententiam dixere.

תּוֹר 1) pl. תֹּרִים f. *turtur* (a gyrando dictus, ut videtur, cf. דְּרוֹר hirundo a דָּרַר in gyrum volavit, طَارَ et طَيْر avis a طَارَ med. ي volavit, med. و obivit, vel, ut alii volunt, a sono quem edit hoc columbarum genus, quemque reddit etiam graecum *τρυγών* a v. *τρύζειν* et latinum nomen turtur cum reduplicatione, ut in sanscr. kôkila, cuculus, in arab. هُدْهُد upupa, gr. *κούκουφος* = *ἔποψ*, in lat. ulula all., et sane ipsa gyrandi et torquendi significatio primitus a sono videtur provenire, quem res in orbem tortae, v. c. fusus, gladius agitatus, edunt, cf. praeter ea, quae supra p. 355 s. rad. דָּרַר allata sunt, arab. تَرَّ tinnivit gladius, melit. *tartîr* sonus aures offendens, *tartar* murmurat in nendo fusus distortus, Vassalli lex. melit. p. 81; itaque תּוֹר possit etiam redire ad rad. תָּרַר) Gen. XV, 9. Lev. I, 14. V, 7. 11. XII, 6. 8. XIV, 22. 30. XV, 14. 29. Num. VI, 10. Jer. VIII, 7, blande dictum de amica Cant. II, 12 (ut יוֹנָה ibid. vs. 14. V, 2. VI, 9), de populo Israëlitico Ps. LXXIV, 19: ne pessumdes, o Deus, תּוֹרֶךָ *turturem tuum*, h. e. populum tibi praecipue gratum, qui nunc est afflictus et timidus. (Samar. ࠕࠅࠓ id. in Pent. locis iis, in quibus hebr. תּוֹר legitur, praeter Gen. XV, 9, ubi Samar. intp. ponit aram. שפנינך, ut Onk. Syr. Saad. et Abu Sa'îd ubique habent שַׁפְנִין, ܫܦܢܝܢ, شفنين turtur.)

2) תֹּר *ordo*, maxime qui in orbem it (germ. die Reihe, Reihenfolge in die Runde) Esth. II, 12. 15: בְּהַגִּיעַ תֹּר אֶסְתֵּר לָבוֹא *quum Estheram tangeret ordo in-*

trandi. (Cf. angl. it is my turn, gall. à mon tour, arab. تَوْرًا et تَارَةً una vice, تَارَ IV fecit aliquid vice post vicem, iteravit.)

3) pl. תּוֹרִים *linea margaritarum*, vel *globulorum* ex auro (תּוֹרֵי זָהָב Cant. I, 11) argentove factorum, torquis genus ornando capiti adhibitum, ut de genis dependeret Cant. I, 10. 11. (Cf. טוּר series gemmarum, et שַׁרְשֶׁרֶת catenula.)

Aliud תּוֹר 1 Par. XVII, 17 i. q. תּוֹרָה in loco parallelo 2 Sam. VII, 19 *modus et ratio*, modo genuina est scriptura, supra sub rad. יָרָה ponendum fuisset, v. Addenda. — Chaldaeum תּוֹר *bos*, v. infra.

יְתוּר (ad formam יְקוּם a rad. קוּם) m. ἅπ. λεγ. *pervestigatio*, meton. id quod aliquis pervestigando reperit Iob. XXXIX, 8 de onagro: יְתוּר הָרִים מִרְעֵהוּ וְאַחַר כָּל־יָרוֹק יִדְרוֹשׁ *quod in montibus pervestigat, est pabulum eius, et omne virens sectatur.* Alii יְתוּר 3. pers. sing. fut. more chaldaeo pro יָתוּר scriptam habent, et hoc quidem bene conveniret verbo יִדְרוֹשׁ in altera commatis parte, quapropter alii scribi malunt יָתוּר. Abiicienda autem est eorum sententia, qui יְתוּר idem esse dixerunt quod יֶתֶר abundantia, a rad. יָתַר.

תּוֹר chald. *bos*, i. q. hebr. שׁוֹר q. v. supra pag. 1382. Pl. תּוֹרִין boves Dan. IV, 22. 29. 30. V, 21. Esr. VI, 17. VII, 17. בְּנֵי תוֹרִין vituli Esr. VI, 9.

תּוֹרָה *lex*, v. s. rad. יָרָה pag. 627.

תּוּשִׁיָּה s. rad. יָשָׁה pag. 638.

תּוֹתָח v. s. rad. יָתַח pag. 644.

תָּזַז pr., ut videtur, *feriit, tutudit*, dein *discussit*, et *deiecit*, ut cogn. נָטַשׁ, cf. נָחַשׁ et arab. طَشَّ lite impugnavit aliquem, ad silentium redegit, in aquam immersit aliquem, quae significationes ad contusionem videntur redire (Mutanabbius adeo طَشَّ dixit de contusione lapidum i. q. دَقَّ, quocirca vituperatur a Tha'âlibio in Jatima lib. 1. c. 7).

Hiph. הֵתַז in pausa הֵתָז (form. הֵרַק, gramm. hebr. §. 66, annot. 6 coll. §. 29 ex.) i. q. Kal. Jes. XVIII, 5: וְכָרַת הַזַּלְזַלִּים בַּמַּזְמֵרוֹת וְאֶת־הַנְּטִישׁוֹת הֵסִיר הֵתַז *et abscindet flagella vitis falcibus, et palmites removebit* (scil. abscissos, cf. 2 Sam. V, 6), *abiiciet.* Non male Vulg.: excutientur, et Syr. ܢܦܨ excutiet. — Plerique autem interpretes הֵתַז exponunt *abscidit, resecuit*, provocantes ad talmudicum הֵתִיז vel ut efferre solent, maxime Rabbini Hispani, הִתִּיז, quod in Mischnae loco Cholin 2, 3 ter legitur de eo qui mactat animal הִתִּיז אֶת־הָרֹאשׁ resecuit caput, et sic fere in aliis locis Talmudis, quae affert Buxtorf. lex. chald. talm. p. 2579. Hunc usum talmudicum tuentur Saadias in ἅπαξ λεγομένοις no. 52, Jehuda ben K., qui exponit نزع وقلع, R. Jona, Raschi (כרת וקצץ), R. Dav. Kimchi (ענינו כרת), etiam LXX.: ἀποκόψει, cod. Alex. κατακόψει, et inter recentiores J. Simon. Gesen. Hitz. Ewald. all. Praeterea Gesen. comm. in Jes. T. II. p. 590 hanc sententiam defendit collato arab. تَازَ med. ى mortuus est, V dimotus fuit in incessu (= تَقَلَّعَ, non autem propter luxatum membrum, ut Gesenius opinatur, cui verbum خَلَعَ obversabatur), تَيَّازٌ brevis, nanus: quae omnia Gesenius ad resecandi significatum redire putat. Sed hoc valde dubium, deiiciendi autem excutiendique notio etymologicis rationibus magis consentanea est; usus vero talmudicus aut ex his iusta ratione prodiit, ita ut „deiicere caput" diceretur, aut ex levi Jesaiani loci interpretatione fluxit. Knobelius in comm. ad Jes. l. c. novam viam ingressus significationem repetit a chald. נְתַז diffusus, dispersus est. Sunt autem, qui הֵתַז ad radicem תּוּז vel תִּיז referre malint, quemadmodum הֵנֵץ referunt ad נוּץ, הֵפֵר ad פּוּר, sed praetuli תָּזַז cum Jehuda ben K. et Dav. Kimchio, quanquam non nego extitisse radicem תִּיז (cf. תִּישׁ), ex qua talmudicum illud הִתִּיז fortasse manavit.

תַּזְנוּת f. *scortatio*, v. rad. זָנָה pag. 423.

תֹּחוּ n. pr., vide תֹּחַ supra pag. 1495.

תְּחוֹת chald. *sub*, v. rad. תַּחַת pag. 1496.

תַּחְמָס m. *struthio*, v. s. rad. חָמַס pag. 492.

תַּחַן n. pr. cum patron. תַּחֲנִי v. s. rad. חָנָה pag. 496.

תְּחִנָּה f. *misericordia*, v. s. rad. חָנַן pag. 501.

* * *

תַּחְפַּנְחֵס Ez. XXX, 18 et **תַּחְפַּנְחֵס** Jer. XLIII, 7. 8. 9. XLIV, 1. XLVI, 14, it. II, 16 Keri (ubi Kethib habet תחפנס) n. pr. urbis in Aegypto, non exiguae, ut videre licet in loco Ezech. laudato, ubi cum ea nominantur Thebae, Memphis, Tanis, Heliopolis; habebat palatium regium (Jer. XLIII, 9) et laterarias (ibid.), in eaque Jeremias propheta cum colonia Judaeorum consedit (ib. vs. 6. 7 cf. XLIV, 1). LXX reddunt Τάφνη, Τάφναι, quae haud dubie est *Daphne*, urbs munita prope Pelusium (Herodot. II, 30. 107), idque verum videtur. Ac Jablonskius (Opuscc. p. I, 343) eius urbis nomen aegyptiace scriptum fuisse coniicit ⲧⲁϥⲉ-ⲉⲛⲉϩ h. e. *ca-*

put vel *principium seculi*, quod nos diceremus initium mundi s. terrae (qs. orbis aegyptiaci). „Sic responderet, inquit, urbi *Syenae* [v. supra סְוֵנֵה p. 942], quae Aegyptum claudit versus Aethiopiam . ., quemadmodum Taphnae Aegyptum claudebant versus Syriam et Arabiam.“ Golius ad Alfrag. p. 148 sine idonea causa volebat Damiatam دمياط, ap. Steph. Ταμίαθις.

תַּחְפְּנֵיס (caput seculi? v. praec.) n. pr. reginae aegyptiacae, cuius soror Hadado Idumaeo nupsit, quum in Aegyptum fugisset tempore Davidis regis 1 Reg. XI, 19. 20. (Idem n. pr. deae Aegyptiorum est, Paschtae similis, v. Rosellini monum. storici II. p. 74 sq. et Wilkinson manners and customs of the ancient Egyptians, vol. V. p. 38.)

תַּחְרָא m. *lorica*, et תַּחֲרָה Tiph. verbi חָרָה, v. s. hac rad. p. 518. 519.

תַּחְרֵעַ n. pr., v. s. rad. חָרַע supra p. 522, cf. תַּאְרֵעַ s. rad. אָרַע p. 153.

תחשׁ rad. incerta, e qua duci possit תַּחַשׁ, quod protinus sequitur, si habeat significatum *intrudendi* vel *irrumpendi* et *penetrandi*, quem Maurerus statuit in Lexico, coll. دحس, دخس, دحص et similibus aliis radicibus arabicis, ita ut תַּחַשׁ aut meles sit, a terrae penetratione dictus, quae Maureri sententia est, aut, quod ego praefero, phoca aliave bestia marina (cf. arab. دُخَس vel تُخَس delphinus), sic appellata ab immersione, qua aquam subit, quasi irrumpens in aquam.

תַּחַשׁ in pausa תָּחַשׁ m. vocabulum obscurum, 1) appellat., ubique hoc nexu: עוֹר תַּחַשׁ pellis Tachasch Num. IV, 6. 8. 10. 11. 12. 14, plur. עֹרֹת תְּחָשִׁים pelles T. Ex. XXV, 5. XXVI, 14. XXXV, 7. 23. XXXVI, 19. XXXIX, 34, et in eandem sententiam simpl. תַּחַשׁ Num. IV, 25. Ez. XVI, 10, et in Pentat. quidem locis laudatis (מִכְסֵה הַתַּחַשׁ, מִכְסֵה עוֹר תַּחַשׁ) de tegumentis tabernaculi sacri, arcae foederis aliorumque supellectilium sacrorum ex hoc pellis genere paratis, apud Ezech. autem de calceis mulierum inde confectis. Vett. interpretes (LXX. δέρματα ὑακίνθινα. Aqu. et Symm. ἰάνθινα. Hieron.: pelles ianthinae. Chald. et Syr. סַסְגּוֹנָא, ܣܣܓܘܢܐ *hysginum*, *rubrum*, Saad. quoque, qui vertit جُلُودْ دَارِش i. e. nigro colore tincta coria vervecina, hoc enim est دارش e persica lingua assumtum voc., quod pro תַּחַשׁ ponit etiam intp. Ezech. cod. ms. Huntingd. 206, intp. Pentat. ms. ap. Bochart. T. II. p. 392: جلود من لون السماء pelles coloris coelestis, et alter ibid.: ادماء رنكج coria nigra, e pers. رنك; it. intp. Samar., qui vertit illud ࠎࠌࠌࠀࠎ i. e. מְאָפַם denigratum, nigro colore tinctum, vel ࠎࠌࠌࠀ*) nigrum), quos Bochartus (Hieroz. P. I. lib. 3. c. 30. Tom. II. p. 387 sqq. ed. Lips.), Oedmannus verm. Sammlungen P. III. p. 26 sqq. aliique sequuntur, corii colorem interpretati sunt, quod b. Gesenius eos mera coniectura ductos et absque ullo vel etymi vel linguarum cognatarum praesidio fecisse arbitrabatur; Talmudistae contra et Hebraei interpretes tantum non omnes תַּחַשׁ animal esse volunt, cuius pelles et tabernaculo sacro tegendo et calceis conficiendis adhibitae sint. Ac huic quidem sententiae Gesenius accedere et praeeunte R. Salomone ad Ez. l. c. cum Luthero aliisque multis interpretibus *taxum* s. *taxonem* (*melem* Varr. Plin.) vel etiam *phocam* intelligere, se non magnopere dubitare ait. „Praeter contextum, inquit, qui animal paene flagitat, haec sententia commendatur a) Talmudistarum auctoritate, qui (tract. Sabb. cap. 2 fol. 28) multis de hac bestia disputantes animal *viverrae* (תלא אילן) simile esse tradunt (v. Bochart. l. l.), quod in melem bene cadit; b) linguarum consensu, cuius in animalium et plantarum nominibus permagna est auctoritas. Arabicum تُخَسٌ et دُخَسٌ *delphinum* quidem interpretantur Lexicographi [i. q. دلفين sec. Ĝauhar., Firusabad., Damirium, all., cf. Niebuhr. descr. Arab. p. 178], sed hoc nomen latius patuisse et *phocas* (meli in multis similes) etiam comprehendere in peninsula sinaitica frequentes (Strab. XVI p. 776) dudum observatum est (v. Beckmann. ad Antigonum Carystium c. 60). Latinum autem *taxus* et *taxo* (unde in linguis recentioribus hisp. *taxon*, *tasugo*, ital. *tasso*, gall. *taisson*, *Dachs*) ante Augustinum quidem [vel potius ante auctorem libri De mirabilibus Scripturae, qui inter Augustini opera habetur et septimo aut octavo seculo videtur scriptus esse] non reperitur in scriptoribus latinis, neque tamen propterea hoc vc. censendum est nove fictum, sed ex lingua vulgari receptum et peregrinae originis. c) Etymo, quod lingua hebraea satis probabile offert. Namque תַּחַשׁ dictum esse potest pro תַּחְשָׁה a rad. חָשָׁה quievit (ut תַּחַן n. pr. pro תַּחֲנָה a rad. חָנָה), ita ut *taxus* dictus sit a somno ferme semestri, qui in proverbium fere abiit: neque minus somnolentae sunt *phocae*. d) Et melis et phocarum pelles tum tabernaculo tegendo tum calceis elegantioribus adhiberi potuisse, nemo dubitabit: phocarum pelles hodieque calceis adhibentur. Ut dicam quod sentio, Hebraei hoc uno vc., quod apud Arabes et Occidentales deinde certis tantum speciebus tributum est, *phocam*, *melem* et similes bestias (quas minus accurate et noverant et distinguebant) simul

---

*) In Bibl. Polyglott. passim corruptum ࠎࠌࠌࠀ, et hoc et ࠎࠌࠌࠀ a Castello in Lex. heptagl. exponitur taxus (!), in Annot. Samarit. tamen ad Exod. XXXV, 7 veriora docet.

designasse videntur." Haec Gesenius, cuius argumentationem in hac quaestione difficillima integram malui servare, quam interpositis turbare dubitationibus, quae sponte se offerunt. Etsi quis enim largiatur, phocas et delphinos uno nomine appellari potuisse, idem tamen nomen meli quoque inditum esse, vix credibile est (ab Arabibus meles vocatur عَنَاقُ ٱلْأَرْض et غُنْجُل). Pellibus phocarum veteres sua texisse tabernacula, quo a fulminum radiis tuta praestarentur, tradit Plinius hist. nat. II, 56 cf. Plutarchi sympos. V, 9. Sueton. Octav. c. 90; itaque iam Seb. Ravius in Diss. de iis quae ex Arabia in usum tabernaculi fuerunt petita, Ultraj. 1753, cap. 2 תַּחַשׁ *phocam* potissimum significare dixit, eique Faber in Archaeol. Hebr. I. p. 15 adstipulatus est. Et quum calcei elegantiores quoque ex huiusmodi pellibus aliqua arte facti esse possint (Ezech. l. c.), haec sententia mihi non admodum displicet, modo phocarum significatio certo constaret. Sed habet etiam *melis* villosa pellis suam commendationem, praesertim si cui Maureri de etymo vocis coniectura placuerit (v. in rad.). Theodoro Hasaeo auctore (Diss. philol. syllog. diss. X. §. 17, Mus. Bremens. vol. II. p. 312) תַּחַשׁ fuerit *Trichechus Manatus* Linn., aliis *vacca marina* vel *homo marinus*, arab. انسان الماء Kazwini ed. Wüstenf. T. I. p. 130, gall. *Lamantin* vocatus, ex cuius cute crassa et dura hodiedum Arabes calceorum soleas faciunt teste Rüppell. itin. Nub. etc. p. 187. 196, qui in itin. Habessin. vol. I. p. 243 et 254 idem narrat de alii huius animalis specie Dugong (arab. طويلة longa) appellata. Cf. similia apud Burckhardt. itin. Syr. ed. germ p. 861 et Ed. Robinson. Palaest. I. p. 190. Propter solam nominis similitudinem Weilius in ephemerid. Hidelberg. litterar. a. 1842 p. 206 et Lebrechtus in annl. Berol. 1842. p. 79 huc referunt animal *Tahesch* vocatum, Hyaenae grandis genus, ut videtur, de quo Bott Arabes loquentes audivit (v. P. E. Botta, relation d'un voyage dans l'Yemen, Paris 1841). Magis fortasse in hunc censum venerit lutra (die Fischotter, arab. كلب الماء canis aquaticus, Kazwini I. p. 142. Journ. asiat. 1849. Jun. p. 549), cuius pellis magno aestimatur (تصطاد لاجل جلدها Kazw. l. c.).

2) n. pr. m. Gen. XXII, 24.

תַּחַת praep. *infra*, v. s. rad. תחה pag. 1495.

תִּיז, vide תָּזַז.

תִּיכוֹן *medius*, v. s. rad. תוך p. 1497.

תִּילוֹן n. pr., v. s. rad. נָיַל p. 923.

תֵּימָא n. pr., et תֵּימָן *auster*, it. n. pr., v. s. rad. יָמַן pag. 600.

תִּיץ rad. dubia, ad quam referre licet

תִּיצִי n. pr. gentil. *Thizaeus* 1 Par. XI, 45, a nomine loci תִּיץ aliunde non cogniti. Jo. Simonis in onomast. hoc pro נְתִיץ esse coniicit a rad. נָתַץ.

* * *

תִּירָס m. Gen. X, 2 n. pr. gentis septentrionalis a Japheto oriundae, prob. *Thraces*, *Θρᾶκες*, ut exponunt illud Josephus antiq. jud. I, 6, 1, Hieronymus, Targ. Hieros. et Pseudojon., Cosmas Indicopleustes lib. II. p. 131. D., assentientibus Bocharto in Phaleg lib. III. c. 2, J. D. Michaël. spic. geogr. Hebr. ext. I, 55 sq., Gesenio aliisque plurimis. Sec. nonn., ut Schulthess de paradiso p. 194, conferendus Tyras fluvius (Dniester), cuius accolae *Τυρῖται* vocantur Herodot. IV, 51. F. Tuch. comm. ad Gen. l. c. vult *Τυρσηνούς* s. *Τυῤῥηνούς*, qui piraticam olim faciebant in archipelago graeco, cf. Herodot. I, 57. 97. Thucyd. IV, 109.

תִּירוֹשׁ m. *mustum*, v. s. rad. יָרַשׁ pag. 633.

תִּירְיָא n. pr., v. Addenda ad rad. יָרֵא.

תִּישׁ rad. inusit., prob. i. q. תִּיז vel תָּזַז (q. v.) et נָטַשׁ *feriit*, *contudit*. Inde

תַּיִשׁ m. pl. תְּיָשִׁים *caper*, *hircus*. Prov. XXX, 31. Gen. XXX, 35. XXXII, 15. 2 Par. XVII, 11. (Arab. تَيْس caper, et capreolus, chald. תֵּישׁ, תֵּישָׁא hircus, syr. ܬܝܫܐ et sec. Ferrar. et Castell. etiam ܬܝܫ id., samar. ࠕࠉࠔ id.)

תָּכָה in Kal inusit., sec. Rabbinos: *adiunctus, coniunctus fuit*, quod mere arbitrarium est, rectius alii, ut Luther., Lud. de Dieu, Clericus, Castellus, J. D. Michaëlis, Rosenm., Gesen., A. Theoph. Hoffmann comm. in bened. Mosis p. I. p. 35, alii: *innixus fuit, procubuit*, coll. arab. وكأ, conj. VIII et inde ducto تُكَأَة (quo in IV conj. utuntur causat. أَتْكَأَ).

Pu. uno in loco Deut. XXXIII, 3: וְהֵם תֻּכּוּ לְרַגְלֶךָ *et illi* (Israëlitae) *procubuerunt ad pedes tuos*, h. e. ad Sinai montis radices. J. Sev. Vater: *manent*, coll. syr. ܬܟܐ mansit, ubi scribi deberet תָּכוּ. Aliorum sententias percenset Hoffmannus l. c.

תָּכַךְ rad. inusit., pr. *conculcavit*, deinde *oppressit*, *vexavit*, arab. تَكَّ pedibus conculcavit donec confringeret rem, quadril. تَكْتَكَ id., cf. syr. ܬܟ laesit, damno affecit pro hebr. גָּזַל Ezech. XVIII, 7. 16. 18, ܬܘܟܣܐ damnum, chald. תַּךְ damno affecit, mulctavit, תְּכָא mulcta, vic. דָּכַךְ, דָּקַק, דָּחָה, nec non תָּעַע, תָּעָה.

תְּכָכִים m. pl. *oppressiones*, *vexationes*. Prov. XXIX, 13: אִישׁ תְּכָכִים *vir oppressionum* i. e. oppressor, vexator, ut אִישׁ חֲמָסִים vir violentus, א׳ מִדְיָנִים vir contentiosus. Indicatur l. c. vir opibus valens, qui vexat pauperes. In loco simili XXII, 2 est עָשִׁיר dives et utroque loco opponitur רָשׁ pauper. Ewaldus, radicem תָּכַךְ cum נָשַׁךְ componens, תְּכָכִים fenus, usuram interpretatur et אִישׁ ת׳ feneratorum, ut LXX. δανειστής, Vulg. creditor. Equidem etiamsi feneratorem non excipio, verbum hebraeum tamen latius patere dixerim. (LXX. etiam תּוֹךְ τόκον interpretati sunt Ps. LXXII, 14, sono verbi decepti, nam Ps. loco usuram nullo modo aptaveris). Arguta denique et putida est sententia, quam Schultensius ex arab. تَكَّةٌ extorsit, אִישׁ ת׳ esse virum amplas fascias gerentem i. e. divitem, qui opponatur pauperi pannoso.

תֹּךְ m., semel plene scriptum תּוֹךְ Ps. LXXII, 14, *oppressio*, *vexatio* Ps. X, 7. LV, 12.

* * *

תֻּכִּי m. pl. **תֻּכִּיִּים** 1 Reg. X, 22, et **תּוּכִּיִּים** 2 Par. IX, 21 *pavones*. Sic enim optimo iure hanc vocem explicant Targ. utroque loco (טַוְסִין), Syr. (ܛܘܣܐ) et qui ex Syr. pendet in Regum non minus quam in Paralip. libro Arabs intp., item Hieron., Abulwalid. et Tanchum Hieros. (طواويس), Dav. Kimchi, Raschi, Levi ben Gerson. Apud LXX. ταῶνες certe in Reg. libro in cod. Alex. comparet, quamquam cetera turbata sunt. Hoc plurimorum interpretum vetustiorum consensu permotus pavonum significationem strenue defendit Bochartus in hieroz. T. II. p. 709 sqq. ed. Lips., eumque recentiores secuti sunt interpretes fere omnes. In eo tamen Bochartus erravit, quod תוכיים transpositum e כותיים esse et proprie aves Cuthaeas designare putavit, quemadmodum apud Graecos scriptores pavo ὄρνις Περσικός vel Μηδικός audit. Recte iam Mercerus vocem תֻּכִּיִּים peregrinam dixerat, et quum קֹפִים simiarum nomen indicum antecedat, תֻּכִּיִּים etiam ex India oriundum esse exspectaveris. Et revera est indicum, nempe tamulicum *tôgai* pavo, quod primus inter nos, quod sciam, indicavit Beniam. Walther in Relat. Malabar. continuat. 38. p. 230 et contin. 39. p. 428, cf. Adelung. Mithridat. T. I. p. 172. Sed quum viri docti non pauci (Winer., Keil., Pott., all.) illud *tôgai* tanquam incertum addubitarint, non ingratum mihi facere videor, si ad confirmandum vocabulum aliqua testimonia afferam, quae Herm. Brockhaus, harum rerum arbiter maxime idoneus, benigne mecum communicavit. „In lingua Tamulica *tôgai* s. *tôghai* est pavo, v. Lex. ling. Tamul. antiquum auct. Divâgaram (Çendań ṛivâgaram. Madras 1839. 8.) cap. III, sûtra 145. p. 67, ubi explicatur verbo synonymo et magis vulgato *mayil* [sanscr. mayura], item Lex. auct. Çûḍâmaṇi (Çûḍâmaṇi nigaṇḍu. Madras 1839. 8.) cap. III. vs. 50. p. 74, Rottler, Tamil Dictonary. Madr. 1834. 4. s. v. *tôgai*, ubi etiam penna pavonina explicatur.“ Accedit, quod pavo avis in India indigena est. Vocabulum sanscritum, quod illi *tôgai* ad amussim respondeat, nobis non innotuit. Afferunt quidem *çikhin* cristatus, dein pavo (v. Lassenii antiq. Ind. I. pag. 252. 538), sed hoc sono admodum distat ab illo. Vid. Pott. in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. T. IV. p. 29. Ex domestico illo pavonis nomine *tôgai* praeter hebraeum ortum esse posset gr. ταώς, ταῶς (v. Athen. IX. p. 397), ut ex hoc est arab. طَاوُوس, chald. טַוָס et syr. ܛܘܣܐ, et vel lat. *pavo* (t et p mutatis, cf. λᾶας, lapis, λίθος). Vid. praeter Bochartum et Pottium ll. cc. etiam A. Benary in Annal. litter. Berolin. 1831. no. 96, Winer bibl. Realw. II. p. 240. — Pauci sunt viri docti, qui alia ratione hoc nomen explicaverunt. Nonnullis inter Judaeos tete Kimchio in lex. placuerunt simiae, et ea quidem species quae גאטו מיימון vocatur, i. e. ital. *gattomammone* *, eandemque sententiam secutus est Jac. Hasaeus in Biblioth. Brem. class. II. fasc. 3 p. 468 sqq. et in Ugolini thesaur. T. VII. p. 424 sqq. De psittacis verbum accipiunt Huetius diss. de navigat. Salom. c. 7. §. 6, Ursinus in Analect. ss. l. III. c. 22 et l. V. c. 31, et Relandus in Dissert. miscell. P. I. p. 183 sq. Aves denique Numidicas, quae apud Romanos in deliciis habebantur, dedita opera infert Keil. in diss. de Ophira p. 104 sq. et in comm. in ll. Regum p. 157, easque תֻּכִּיִּים apellatas vult a Tucca urbe Numidica (cuius nomen Gesenius monumm. phoenic. p. 429 ducit a תקע tentorium gere, nunc vero scribitur دُقَّة, v. Temple in Journ. R. Asiat. Soc. vol. IV. p. 135).

תָּכַל rad. insit., prob. i. q. שָׁחַל no. II decorticavit, unde est שְׁחֵלֶת de conchylii specie. Idem proprie valebat

תְּכֵלֶת f. *concylium*, spec. *conchylium proprie dictum*, *Helix ianthine* Linn., i. e. conchae s. buccini

*) Sic in lexici Kimchiani recentissima editione legitur et apud Bochartum l. c., ceterae edd. habent מיימון, quod arab. مَيْمُون simiam esse videri possit.

species in mari mediterraneo (cf. Ezech. XXVII, 7) reperta, petris adhaerens circaque scopulos lecta (Plin. hist. nat. IX, 36. §. 61), testâ violaceâ („color obscure-violaceus", ut ait Forskâlius in Descript. animal. p. 127), rabbin. חלזון dicta (v. infra), ex qua purpura caerulea conficiebatur, hinc ipsa *purpura caerulea* (coeli sereni colorem caeruleum saturatiorem nigricantemque habens, germ. tiefblau, gall. bleu foncé, angl. dark-blue), et *panni, vestes, fila hac purpurâ tincta, ianthina*, inprimis adhibita tabernaculi sacri aulaeis et stragulis, quae ex his caeruleis, purpureis rubris (אַרְגָּמָן), coccineis (תּוֹלַעַת שָׁנִי) et auri filis contextae erant Ex. XXVI, 1. 31. 36. XXVII, 16, בֶּגֶד תְּכֵלֶת pannus s. stragula ianthina tegendis vasibus sacris Num. IV, 6. 7. 9. 11. 12, לֻלְאֹת תְּכֵלֶת laqueoli ianthini aulaeis colligandis Ex. XXVI, 4. XXXVI, 11. Eadem purpurae caeruleae, rubrae, cocci aurique textura constabat humerale sacerdotis summi Ex. XXVIII, 6. 8. 15. 28. XXXIX, 2. 5. 8, eiusdemque pallium totum caeruleum erat (מְעִיל הָאֵפוֹד כְּלִיל תְּכֵלֶת) XXVIII, 31. XXXIX, 22. Vid. etiam Ex. XXV, 4. 5. XXVIII, 33. XXXV, 6. 23. XXXVI, 8. XXXIX, 24. Praeterea panni vestesque eiusmodi pretiosae memorantur Ezech. XXIII, 6. XXVII, 7. 24. Jer. X, 9. Esth. VIII, 15. פְּתִיל תְּכֵלֶת filum ianthinum, funiculus ex hac purpura factus Ex. XXVIII, 37. XXXIX, 21. Num. XV, 38, cf. Ex. XXXV, 25 (מַטְוֶה netum). רֹקֵם בַּתְּכֵלֶת textrinum huiusmodi callens ibid. vs. 35 et XXXVIII, 23, cf. XXXIX, 3. 2 Par. II, 6. 13. — LXX uno in loco Num. IV, 7: (*ἱμάτιον*) *ὁλοπόρφυρον*, ed. Compl. *πορφυροῦν*, alibi ut et Gr. Venet. Aqu. Symm. et Theodot.: *νάκινθος, ὑακίνθινος*, Vulg.: *hyacinthina*: quae verba apposite reddunt hebraeum תְּכֵלֶת, quippe quae notant colorem hyacinthi floris caeruleum (coelestis luminis hyacinthus, Colum. IX, 4, 4). Saad. et Ar. Erpen. اسمانجون i. e. coeli colorem habens. Concinunt Philo, Joseph. antiq. jud. II, 8, 1 et Rabbini. Syrus intp. dat ܬܟܠܬܐ hebraeo verbo consonum, idemque faciunt Targg.: תַּכְלָא, eumque colorem esse e conchylio חלזון factum, aperte dicit Pseudojon. ad Deut. XXXIII, 19: „Habitant Sebulonitae ad litus maris magni (mediterranei) . . . וחלזונא יאחדון יצבעין מאדמיה תיכלא לחוטי גולייתהון *et* חלזון *capiunt, cuius sanguine* תיכלא *tingant ad fila vestium suarum.* In lexico Aruch de חלזון legitur: בדמה צובעים תכלת לפיכך דמיו יקרים i. e. *sanguine eius tingunt* תְּכֵלֶת*, propterea sanguis eius in pretio habetur.* Tanchum Hieros. quoque in Lex. talmud. ms.: . . חלזון هو الحلزون العربي . . وامّا דם חלזון שצובעין בו התכלת فهو ايضا نوع من الحلزون دمه اسود واذا صبغ به شي ظهر له لون ازرق صاف مشرق في اعظم صفاء ان يكون ولا يفسد ولا يكبا ولا يتغير كما تحول بقية الاصباغ اذا طالت عليها الايام وهو في هذه الايام مجهول لا نعرف شخصه i. e. חלזון *est arab.* حلزون . . *et sanguis* חלזון *etiam, quo tingunt* תְּכֵלֶת*, est species ex* حلزون *genere, cuius sanguis niger quidem est, sed si quid eo tingitur, fit color caeruleus summa puritate splendens, isque numquam perit, nec pallescit, nec deterior fit, ut reliqui colores mutantur temporis diuturnitate; his nostris autem diebus ignotus est et prorsus nos latet.* Arab. حَلَزُون est limax, et cochlea purpuraria Eutych. I. p. 174, spec. Helix desertorum, folia astralagi devorans, auctore J. Wilsone (The Lands of the Bible I. p. 127), cf. Forskal. descr. anim. p. 127 (idem vult Firusabadius his verbis non valde perspicuis: الحلزون دابة تكون في الرمث او من جنس الاصداف i. e. ج animal quod est in astralago herba vel species cochlearum). Syri quoque habent ܚܠܙܘܢܐ conchylium. — Male Ibn Esra colorem viridem (יָרֹק) dicit, ut et Raschi ad Exod. XXV, 4: תְּכֵלֶת צמר צבוע בדם חלזון וצבעו ירוק. Lutherus adeo: „gele Seiden", in quo, si sericum flavum significat, dupliciter errat; fortasse autem caeruleum colorem vult, nam in glossariis medii aevi legitur: ceruleus *ghele*, it. ceruleus *eyn gel duk*. Absurda sunt quae J. D. Michaëlis docet in supplemm. p. 2367, תְּכֵלֶת nomen esse piscium atramentum effundentium, sepiae scilicet et loliginis, ut ductum sit a rad. arab. كلت effudit. — Docte de his rebus disputarunt Bochartus in Hieroz. P. II. lib. V. c. 10 et 11. Tom. III. p. 655 — 678 ed. Lips. et Braunius de vestitu sacerdotum p. 187 — 200.

תִּכְלָה f. et **תַּכְלִית** f. *perfectio*, v. s. rad. כָּלָה p. 687

תָּכַן 1) pr. *aequavit, complanavit* (vic. תָּקַן). Vid. Niph. — 2) *libravit, pependit* (ab aequilibrio lancium), metaph. *examinavit*. Prov. XVI, 2: תֹּכֵן רוּחוֹת יְהוָה *Deus examinat animos*. XXI, 2: תֹּכֵן לִבּוֹת יְיָ id. XXIV, 12.

Niph. נִתְכַּן pr. *complanata, aequa fuit* via, transl. *recta fuit* agendi ratio (cf. יָשַׁר). Ez. XVIII, 25. 29. XXXIII, 17. 20. 29. 1 Sam. II, 3. Cf. Kal.

Pi. תִּכֵּן 1) *libravit, pependit* (abwägen) v. c. aquam Iob. XXVIII, 25, deinde *examinavit* Jes. XL, 13: מִי תִכֵּן אֶת־רוּחַ יְהוָה *quis spiritum Dei unquam examinavit?* — 2) *mensus est*. Jes. XL, 12: *quis coelum spithamâ mensus est?* in altero membro מָדַד ,שָׁקַל. — 3) *statuit*, ad libellam disposuit (columnas) Ps. LXXV, 4.

Pu. *appensa est* (pecunia). Part. מְתֻכָּן 2 Reg. XII, 12.

תֹּכֶן m. 1) *pensum* (quotidianum) Ex. V, 18. — 2) *mensura* Ez. XLV, 11. — 3) n. pr. oppidi Simeonitarum 1 Par. IV, 32.

תָּכְנִית f. 1) *mensura, structura, dispositio* Ezech. XLIII, 10. — 2) *forma perfecta, partibus suis apte disposita* Ez. XXVIII, 12.

מַתְכֹּנֶת f. *mensura* Ez. XLV, 11, de *penso* quotidiano Ex. V, 8, (ut תֹּכֶן ibid. vs. 18). Ex. XXX, 32: בְּמַתְכֻּנְתּוֹ *secundum mensuram eius* h. e. proportionem partium, quibus componitur. Vs. 37. 2 Par. XXIV, 13: *et exstruxerunt aedem dei* עַל מַתְכֻּנְתּוֹ *secundum mensuram eius* (pristinam).

תָּלָא i. q. תָּלָה 1) *suspendit*. 2 Sam. XXI, 12 Keri: תְּלָאוּם *suspenderant eos* (Kethib תְּלוּם a rad. תָּלָה). — Part. pass. תָּלוּא a) *suspensus* Deut. XXVIII, 66: וְהָיוּ חַיֶּיךָ תְּלֻאִים לְךָ מִנֶּגֶד *et erit vita tua suspensa ante oculos tuos* h. e. quasi filo pendens in praesentissimo periculo semper versabitur. b) sq. לְ *adhaerescens* alicui rei (cf. תָּלָה no. 2, germ. anhängen, nachhängen). Hos. XI, 7: עַמִּי תְּלוּאִים לִמְשׁוּבָתִי *populus meus adhaeret* i. e. indulget *defectioni a me*. Praeter hos tres locos non legitur.

תְּלָאָה *molestia*, v. rad. לָאָה pag. 736.

* * *

תְּלַאשָּׂר 2 Reg. XIX, 12 et **תְּלַשָּׂר** in loco gemino Jes. XXXVII, 12 (ubi codd. nonnulli תְּלַסָּר) n. pr. regionis in Assyria vel Mesopotamia, quod praeterea in Targ. Hieros. Gen. XIV, 1. 9 legitur pro hebr. אֶלָּסָר et ibid. et apud Jon. Gen. X, 12 pro hebr. רֶסֶן. (In syllaba תל latere videtur תֵּל collis, fort. i. q. תֵּל אַשּׁוּר collis Assyriorum). Ewaldus hist. pop. Israël. III, 1. p. 301 urbem fuisse coniicit eandem, quae in Tabula Peutinger. Theleda inscripta est prope Palmyram, Tellethera in mappa Berghausiana, Thelsea corrupt. pro Theleser in Notitia Dignitatum Orientis ed. Böcking. p. 84. Rawlinsonus eandem putat atque Larissam Xenophontis eo loco sitam, ubi nunc sunt ruinae Nimrud appellatae.

תְּלַג rad. chald. inusit., unde

תְּלַג chald. m. *nix* i. q. hebr. שֶׁלֶג (q v.) Dan. VII, 9.

תִּלְגַת פִּלְנֶסֶר n. pr., vid. תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר supra pag. 1493.

תָּלָה 1) *suspendit*. (Aram. תְּלָא, ܬܠܐ id. Origo est in laxo, pendulo, vid. שָׁלָה, שָׁלַל, שׁוּל, תָּלַל. Cf. gr. τλάω in libra suspendo, unde τάλαντον). 2 Sam. XVIII, 10. Iob. XXVI, 7. Ps. CXXXVII, 2. Cant. IV, 4. Ez. XV, 3. תָּלָה פ׳ עַל הָעֵץ in patibulo aliquem suspendit, in crucem egit, supplicii genus apud Israëlitas Jos. VIII, 29. X, 26. Deut. XXI, 22, cf. 2 Sam. IV, 12, Aegyptios Gen. XL, 19. 22. XLI, 13, Persas Esth. V, 14. VI, 4. VII, 9. 10. VIII, 7. IX, 13. 14. 25. (Chald. תְּלָא עַל קֵיסָא et syr. ܬܠܐ ܒܙܩܝܦܐ Ephr. I, 342. C. vel ܬܠܐ ܒܨܠܝܒܐ id. Act. Mart. II, 223). — 2) intrans. *adhaesit*, sq. עַל Jes. XXII, 24. (Syr. Ethpe. ܐܬܬܠܝ adhaesit, affixus est).

Niph. pass. Thren. V, 12. Esth. II, 23.

Pi. i. q. Kal Ez. XXVII, 10. 11.

תְּלִי m. (ad formam דְּלִי a rad. דָּלָה) ἅπ. λεγόμ. Gen. XXVII, 3 prob. *pharetra*, sic dicta, quia pendet ab humeris vel a cingulo. Ita LXX et Gr. Venet. φαρέτρα, Pseudoj. בֵּית גִּרִּי domus sagittae i. e. pharetra, Samar. ⟨Samaritan⟩ quod Abu Sa'id vertit جعبة pharetra, Vulg. *pharetra*, eaque iuxta arcum (קֶשֶׁת) posita huic loco, ubi de armis venatoris agitur, optime convenit (cf. Jes. VII, 24). Alii *ensem* volunt intelligi, ut Onk. סַיְפָא, Syr. ܣܝܦܐ, Abulwalid. السيف, quod multis iisque non satis idoneis argumentis defendere studuit Nic. Fullerus in Miscell. lib. I. c. 17. Ibn Esra et Dav. Kimchi inter utrumque haesitant, ille enim in comment. ad h. l. ait: ת׳ האשפה התלויה ששם החצים או ת׳ כמו חרב, hic in lexico: ת׳ והוא האשפה שבו החצים שהוא נתלה באזור האדם או הוא הסייף כמו שאמר התרגום סייפך כי גם הוא נתלה.

תְּלִית f. in cod. Sam. Gen. XXVII, 3 pro תְּלִי *pharetra*, ut vertit intp. Samar. eumque secutus Abu Sa'id. Vid. תְּלִי.

תָּלַח rad. inusit., talm. fractus, ruptus est, fortasse vicina arab. تلع et تلغ fregit caput, chald. תְּלַח fidit.

תֶּלַח (fractura) n. pr. m. 1 Par. VII, 25.

תָּלַל 1) *nutavit, vacillavit* (vic. סָלַל, זָלַל, דָּלַל quae vid., itemque תָּלָה, arab. تلّ laxavit demisitve funem in puteo, تلتل commovit, agitavit, concussit, aeth. ተለተለ vacillavit Ps. LXXII, 2. Iob. XII, 25, cf. gr. ταλαντεύεσθαι, ταντάλεύεσθαι nutare. Inde תַּלְתַּלִּים.

2) *extulit*, *sustulit* (pr. rem vacillantem, laxam, solutam), inde *aggessit* (schütten, z. B. lockere Erde, gr. χόω, χώννυμι, unde χῶμα), et gener. *cumulavit* (cf. סָלַל id., סֹלְלָה agger). Part. pass. תָּלוּל *aggestus, elatus*, de monte Ez. XVII, 22. (Chald. תְּלִיל elatus, aggere munitus, syr. ܡܬܠܠܐ erectus, cf. arab. تلّ infudit vel iniecit terram in puteum, Erde in den Brunnen schütten, effudit nummos, hinschütten, V destructa et subversa fuit domus, تلّ fudit, praeterea ثلّ et تلّ dirutus fuit, concidit, interiit, et. trans. diruit, deiecit v. c. thronum Zuhair carm. II. vs. 30 cod. Goth.: ثلّ عرشها ubi al. تلّ, v. no. 3). Inde תֵּל.

3) *proiectus, prostratus est*, vel trans. *deiecit, stravit humi, prostravit*, ut arab. تَلَّ et hebr. הֵטִיל et טִלְטֵל a rad. vicina טוּל. Inde

Hiph. הֵתֵל tono mutato הֵתַל Gen. XXXI, 7, 2 sing. perf. הֵתַלְתָּ Iud. XVI, 10. 13. 15, inf. הָתֵל Ex. VIII, 25. Iob. XIII, 9, fut. 2 pl. תְּהָתֵלּוּ (cf. יְהוֹשִׁיעַ, יְהוֹדֶה) Iob. XIII, 9 ante pausam (codd. nonnulli sine Dag. תְּהָתֵלוּ) et neglecto Dagesch יְהָתֵלּוּ Jer. IX, 4 sub accentu magno (ubi vice versa nonnulli habent Dag. יְהָתֵלּוּ), immo etiam וַיְהָתֵל (ac si esset Pi. verbi הָתַל et ה radicale, cf. syr. ܗܰܝܡܶܢ = hebr. הֶאֱמִין, fut. ܢܗܰܝܡܶܢ, et arab. هَرَاقَ = hebr. הֵרִיק, fut. يُهَرِيقُ, أَرَادَ = هَرَادَ fut. يُهَرِيدُ) 1 Reg. XVIII, 27 (vid. annot.) pr. prostravit aliquem (supplantavit), hinc 1) *fefellit, decepit, dolo lusit* aliquem (cf. רִמָּה decepit, pr. deiecit, et σφάλλειν, fallere, cf. طَلَّ fraudavit, خَتْلٌ fraus), sq. בְּ pers. Gen. XXXI, 7. Iud. XVI, 10: הֵתַלְתָּ בִּי וַתְּדַבֵּר אֵלַי כְּזָבִים *fefellisti me et mendacia mihi dixisti*, vs. 13. 15. Iob. XIII, 9. Jer. IX, 4: אִישׁ בְּרֵעֵהוּ יְהָתֵלּוּ וֶאֱמֶת לֹא יְדַבֵּרוּ לִמְּדוּ לְשׁוֹנָם דַּבֶּר־שֶׁקֶר *unus alterum decipit, et verum non loquuntur, linguam suam assuefaciunt loqui mendacium.* — 2) *illusit, delusit, ludibrio habuit* aliquem, et fere *cavillatus est* 1 Reg. XVIII, 27. Cf. derivv. הֲתֻלִּים et מַהֲתַלּוֹת.

Hoph. הוּתַל *deceptus est*, de corde Jes. XLIV, 20.

Annot. Alii הֵתֵל, הוּתַל et derivv. הֲתֻלִּים et מַהֲתַלּוֹת referunt ad rad. הָתַל, sed iam Abulwalides verum vidit, ait enim in Lex. ms.: הֵתֵל فعل ثقيل. Vid. inprimis Ewald. krit. Gramm. d. hebr. Spr., 1827, p. 487 einsdemque Lehrbuch d. hebr. Spr. ed. 5. §. 127, d.

תֵּל m. c. Suff. תִּלָּהּ (a rad. no. 2) *collis* Jos. XI, 13, max. *acervus ruderum* Deut. XIII, 17. Jos. VIII, 28. Jer. XXX, 18. XLIX, 2. (Arab. تَلّ collis, cumulus terrae, chald. תִּלָּא et syr. ܬܶܠܳܐ et ܬܶܠ id., etiam aegypt. ⲧⲁⲗ, ⲑⲁⲗ, ⲑⲉⲗ id. Peyron lex. copt. p. 51. 238). Inde sunt haec urbium Babyloniarum nomina, a *collibus* vel aggeribus vicinis dicta (ut alia multa oppidorum vel ruderum nomina *Tell* praepositum habent, v. Assemani bibl. orient., ind. geogr. T. III, 2 p. 784 sqq., Burckhardti itin. Syriae I, 253 sqq., Jakut Muschtarik ed. Wuestenf. p. 83 s. v. تل: ٱلتُّلُول كثيرة جدًا, Marasid ed. Juynboll. vol. I. p. 209 sqq., Robinson Palaest. III, 2. p. 1075):

1) תֵּל אָבִיב (collis spicarum) Ez. III, 15 ad Chaboram fluvium, Geses. auctore fort. Thal-labba in d'Anvillei tabula l'Euphrate et le Tigre, de quo tamen dubito, quia hoc nomen scribitur طلبة vel adeo طلبان Assem. bibl. orient. T. II. p. 222. 226

2) תֵּל חַרְשָׁא (collis silvae, v. חֹרֶשׁ) in Babylonia Esr. II, 59. Neh. VII, 61.

3) תֵּל מֶלַח (collis salis) ibid. Esr. II, 59. Neh. VII, 61.

תּוֹלָל *vexator*, v. sub rad. יָלַל pag. 596.

תַּלְתַּלִּים m. plur. *spathae palmarum* pendulae (a rad. no. 1), quibuscum Cant. V, 11 cincinni defluentes comparantur. LXX. ἐλάται. Vulg. *elathae palmarum*. Cf. זַלְזַלִּים palmites, סַנְסִנִּים rami palmarum. Arab. تَلْتَلَةٌ sec. Kam. Turc. corbis ex spathis texta. Ed. Is. Magnus comm. in Cant. p. 134 vult racemos palmarum. Al. al.

הֵתֵל tantum in plur. **הֲתֻלִּים** vel (ut in aliis libris est) **הֲתֻלִים** m. *illusiones, ludibria* Iob. XVII, 2. Vid. rad. no. 3. Hiph.

מַהֲתַלּוֹת pl. f. (a rad. no. 3. Hiph.) *illusiones*, vel potius *falsa* Jes. XXX, 10.

תָּלַם rad. inusit., i. q. arab. ثَلَمَ *fregit, rupit, incîdit*, spec. incisuram vel fracturam fecit in ora vel margine rei, v. c. gladii, vasis, ثَلِمَ (etiam ثَلِبَ) fractus fuit in hunc modum vel incisus, V et VII id. Zuhair. Muall. vs. 5. Harir. 11. p. 107 ed. Sac. 1, ubi vid. schol., ثَلْمٌ et ثُلْمَةٌ incisura s. crena in margine gladii vel vasis, ثَلْمٌ pars exesa vel diffracta de ora fluvii. His adiungendum, licet littera ت scriptum, تَلْمٌ sulcus terrae vomere factus, vel generatim omnis fissura terrae.

תֶּלֶם m. *sulcus* Hos. X, 4. XII, 12. Iob. XXXI, 38. XXXIX, 10. Ps. LXV, 11. Arab. تَلْمٌ, chald. תְּלַם, תַּלְמָא, aeth. et amhar. ትልም: id., cf. aeg. ⲑⲗⲟⲙ, ⲧⲗⲟⲙ sulcus Peyron. lex. p. 51. 239. Simile etymon habes in גְּדוּד sulcus a rad. גָּדַד incîdit. Errat autem Kimchius in lexico scribens: בקעי החרישה יקראו גדודים והגבוה יקרא תלם i. e. fissurae aratione factae vocantur גדודים, et altum (vult terram inter binos sulcos aratione aggestam) vocatur תלם. Quod Kimchii dictum Fuerstium commovisse videtur, ut in Concordantiis bibl. p. 1225 תֶּלֶם duceret a תֵּל collis. Non nego, Hebraeos, ubi de sulcis loquerentur, simul comprehendere potuisse porcam (ita rustici romani appellabant terrae tractus inter sulcos porrectos); sed si quid differentiae esset inter voces, contrarium potius concludi posset e verbis Ps. LXV, 11: תְּלָמֶיהָ רַוֵּה נַחֵת גְּדוּדֶיהָ.

תַּלְמַי (fort. sulcatus, incisuram habens) n. pr. 1) regis Geschuri, soceri Davidis 2 Sam. III, 3. XIII, 37. — 2) viri Enacitae, qui cum fratribus Ahimano et Se-

saeo Hebronem possidebat, donec a Calebo eiiceretur Num. XIII, 22. Jos. XV, 14. Iud. I, 10. (Hinc nomen pr. Θολομαῖος apud Joseph. antiq. iud. XIV, 8, 1 et Βαρθολομαῖος i. e. בַּר תַּלְמַי Matth. X, 3. al., nam LXX passim habent Θολμί vel Θολομαί.)

תָּלַע rad. in Kal inusit., arab. تَلَعَ i. q. طَلَعَ extulit se, caput exseruit, تَلِعَ longo collo fuit homo, it. longum fuit collum, IV protendit collum, تَلِيعٌ procerus, longum collum habens. Hinc multi ducunt תּוֹלָע, תּוֹלֵעָה s. תּוֹלַעַת *vermis*, ut in longum protensum animal. Alii, ut Io. Simonis in lex., E. Meier. in lex. radd. hebr. p. 325 et Maurer. in lex. s. v. תָּלַע, referunt ad arab. ثَلَغَ et ثَلَعَ fregit caput (adde chald. תְּלַע fidit, cf. תָּלַח), idque ad corrosionem trahunt, quum vermis plantas rodendo comminuat, cf. Deut. XXVIII, 39. Jon. IV, 7. Certe hoc aptum quoque est ad מְתַלְּעוֹת *dentes*, ut frangentes et comminuentes cibum, quod Alb. Schultens ad Iob. XXIX, 17 exponit dentes prominentes et itidem refert ad تَلَعَ extulit et cogn. طَلَعَ prodiit dens. Gesenius hoc potius litterarum transpositione ex מַלְתְּעוֹת ortum censuit eamque ob causam sub rad. לָתַע = لَدَغَ (momordit) posuit supra pag. 764, illud תּוֹלָע autem cum femininis תּוֹלֵעָה et תּוֹלַעַת Redslobium secutus ablegavit ad rad. יָלַע linxit, deglutivit, pag. 597, quae radix quum aliis multis sub לוּעַ commemoratis illustratur, tum maxime arabico وَلَغَ exserta lingua linxit et deglutivit aquam canis, et hebraeo בָּלַע deglutivit. Sub eadem rad. יָלַע invenies etiam מְתֻלָּעִים (cocco induti) part. Pu. verbi denominativi a תּוֹלָע.

תָּלַף rad. inusit., arab. تَلِفَ periit, IV perdidit, et in versu Farazdaci poëtae أَتْلَفَ الْمَنَايَا exitiale comperit vel effecit fatum sec. Kam., تَلَفٌ interitus, exitium. Ab hac radice Gesenius duci arbitrabatur difficile vocabulum

תַּלְפִּיּוֹת f. pl. ἅπ. λεγόμ., auctore Gesenio pr. *exitialia* (ab adj. תַּלְפִּי exitialis, rad. תָּלַף periit), poët. pro *armis*. Cant. IV, 4: כְּמִגְדַּל דָּוִיד צַוָּארֵךְ בָּנוּי לְתַלְפִּיּוֹת *est collum tuum ut turris Davidis exstructa pro armis*, i. e. in qua arma suspenderentur. Sequuntur verba: אֶלֶף הַמָּגֵן תָּלוּי עָלָיו כֹּל שִׁלְטֵי הַגִּבּוֹרִים *mille clypei in ea suspensi sunt*, *omnia scuta heroum*, et antiquis populis morem fuisse, ut arma suspenderent in templis, turribus et muris, probatur loco Ezech. XXVII, 10. 11, cf. 1 Reg. X, 16. XIV, 26. 1 Macc. IV, 57. VI, 2. Plin. hist. nat XXXV, 3, all. — Aliis תַּלְפִּיּוֹת compositum videtur esse ex תֵּל (a rad. תָּלָה suspendit) et פִּיּוֹת ora h. e. acies (gladiorum, cf. פִּי חֶרֶב acies gladii, חֶרֶב פִּיּוֹת gladius anceps Prov. V, 4 et חֶרֶב פִּיפִיּוֹת id. Psalm. CXLIX, 6), ut sint loci, ubi arma suspendantur, *armamentaria*. Vulg. propugnacula. Ex תָּלָה et אָלַף conflatum putabat olim F. Boettcher (specc. p. 23 sqq.), sed postea sententiam mutavit, v. infra. Aqu. et Gr. Venet. ἐπάλξεις i. e. pinnae. Pinnas Dav. Kimchi quoque exponit in lex. s. rad. תלל, et s. rad. אלף esse quosdam ait, qui לְתַלְפִּיּוֹת ex לְתַאַלְפִּיּוֹת ortum dicant vel, ut R. Jona, ex לְאַלְפִּיּוֹת, ita ut ad rad. אָלַף referant et turrem faciant exstructam ad disciplinam artificum vel praetereuntium, qui eam tanquam opus pulchrum admirarentur: quae admodum frigida et insulsa sunt. Novam interpretationem feliciter excogitavit Ewaldus ad Cant. l. c., cui nuper astipulatus est F. Boettcher. in Spicileg. (Lips. 1849). Hi viri docti תַּלְפִּיּוֹת trahunt ad radicem quandam לָפָה, cui significationem tribuunt arabici verbi لَفَّ convolvit, coniunxit, congregavit. Itaque turrem intelligunt exstructam *catervis* militum, ubi eorum arma asservarentur. Id vero non solum ad sententiam verborum satis idoneum, sed etiam linguae legibus cummaxime consentaneum est; nam תַּלְפִּיּוֹת accommodate dixeris pluralem esse a תַּלְפִּיָּה ad formam תַּאֲנִיָּה, vel a תַּלְפִּית ad formam תַּבְנִית, et usus quoque verbi لَفَّ apprime quadrat in rem, est enim: miscuit duas cohortes in pugna, VIII confluere ad aliquem, spec. ad belli ducem, ut me legere memini الْتَفَّتْ عَلَيْهِ الْقَبَائِلُ et his similia, et لَفٌّ congregatum agmen. — Minus placet E. Meieri sententia, cui suffragatur Maurer. in lex., ex qua בָּנוּי לְתַלְפִּיּוֹת est: aedificata per gradus s. descensiones, germ.: in Abstufungen. Similem explicationem dat Doederlein.: per varios flexus exstructa, coll. לָפַת flexit. H. A. Hahn comm. in Cant., Vratisl. 1852, p. 98 vertit: Alabasterstücke, a rad. לָפָה, cui albedinis significatum tribuit coll. לָבַן. Norbergius denique in lexidio codicis Nasaraei p. 268 תַּלְפִּיּוֹת frustra illustrare studet voce nasor. ܠܒܦܐ, quam tabernaculum vertit.

תַּלְשַׁר vid. תְּלַאשַּׂר supra pag. 1504.

תְּלָת iunctum femininis, תְּלָתָה, תְּלָתָא masc. chald. *tres*, i. q. hebr. שָׁלֹשׁ, שְׁלֹשָׁה (q. v.), Esr. VI, 4. Dan. III, 24. VI, 3. 11. 14. VII, 5. 8. 20. 24. יוֹם תְּלָתָה dies tertius (mensis). Cum Suff. תְּלָתְהוֹן *tres illi* Dan. III, 23. — Plur. תְּלָתִין *triginta* Dan. VI, 8. 13.

תַּלְתָּא m. *tertius* Dan. V, 29: שַׁלִּיט תַּלְתָּא בְּמַלְכוּתָא *praefectus tertius in regno*, nempe tertius a rege et proximus a regis ministro primario, vs. 16. Forma תַּלְתָּא praeter hos locos Danielis in aramaismo inaudita, communis po-

tius forma est תְּלִיתַי tertius, v. reliqua supra s. v. שְׁלִישִׁי. Significatio tamen certa est, neque תַּלְתָּא adhibendum, quod tertiam partem notat in Targg., neque Gesenio concedendum, qui, תַּלְתָּא „ordinem tertium" esse arbitratus, שַׁלִּיט תַּלְתָּא vertit: princeps tertii ordinis, coll. hebr. מִשְׁנֶה, et vs. 16 ellipsin statuit.

תְּלִתַי m. *tertius* Dan. V, 7. Et haec forma, ut תַּלְתָּא, in libris aramaicis alias nusquam legitur.

תְּלִיתַי, st. emphat. תְּלִיתָאָה m. *tertius* Dan. II, 39. Haec forma in Targg. usitata est. תַּלְתָּא, תְּלִתַי et hebr. שְׁלִישִׁי.

תַּם chald. adv. i. q. hebr. שָׁם *ibi*, ubique addito ־ָה locali **תַּמָּה** i. q. hebr. שָׁמָּה no. 2 *illic* Esr. V, 17. VI, 12. מִן־תַּמָּה inde, ab illo loco Esr. VI, 6. (In Targg. תַּמָּן, ut syr. ܬܡܢ, in Talm. תַּם et הָתָם vel הָתָם id.). Ceterum vide שָׁם supra pag. 1430.

תֵּמָא n. pr. Iob. VI, 9, i. q. תֵּימָא, q. v. sub rad. יָמַן pag. 600.

תָּמִיד m. *perpetuum*, v. s. rad. מוּד pag. 775.

תָּמַהּ *obstupuit, miratus est.* (Chald. תְּמַהּ et litteris labialibus permutatis תְּוַהּ id., v. supra p. 1494, et non aliter syr. ܐܬܬܡܗ et ܬܘܗ, nasor. ܬܡܗ et ܬܘܗ, nec non transpositis litteris ܬܗܘ id., cf. תָּהָה supra p. 1494, et quod attinet ad originem, v. rad. דָּמַם p. 344 et שָׁמַם p. 1435. Ponitur absol. Jes. XXIX, 9, sq. עַל causae Eccl. V, 7, praegn. Jes. XIII, 8: אִישׁ אֶל־רֵעֵהוּ יִתְמָהוּ *stupentes se invicem intuentur,* cf. Gen. XLIII, 33. Passim gravius: attonitus haesitavit, timore et terrore perculsus est Ps. XLVIII, 6. Jer. IV, 9 (parall. נָשַׁם). Eccl. V, 7, poët. de columnis coeli Deo increpante perculsis Iob. XXVI, 11.

Hithp. הִתַּמַּהּ id. Hab. I, 5.

תְּמַהּ chald. m. *res stupenda, miraculum,* pl. תִּמְהִין, st. emphat. תִּמְהַיָּא Dan. III, 32. 33. VI, 28. (Frequens est in Targg., syr. ܬܗܪܐ et nasor. transpos. ܬܗܡܐ id.)

תִּמָּהוֹן m. st. constr. תִּמְהוֹן *stupor, terror, pavor* Zach. XII, 4. תִּמְהוֹן לֵבָב stupor et pavor animi Deut. XXVIII, 28.

* * *

תַּמּוּז c. art. הַתַּמּוּז *Tammûs* n. pr. numinis Phoenicum, quod a Graecis Romanisque vocabatur *Adonis* (i. e. אֲדֹנִי) et a mulieribus Hebraeis quoque planctu solenni colebatur, cuius rei testis est Ezech. VIII, 14: וְהִנֵּה שָׁם הַנָּשִׁים יֹשְׁבוֹת מְבַכּוֹת אֶת־הַתַּמּוּז *et ecce ibi* (ad portam templi borealem) in visione spectavi *mulieres sedentes* et *lugentes Tammusum* s. Adonidem. LXX. Θαμμούς. Adonidem explicabant Cyrill. Alex. in Jes. 18 et Hieron. ad Ezech. l. c., Vulg. *Adonis.* Idque verum est, quicquid contra dicat Benfeyus (Monatsnamen p. 164 sqq. 173), et mensis Tammûsi תַּמּוּז ܬܡܘܙ (i. e. mensis a novilunio Julii incipientis) nomen Syris recentioribusque Judaeis usitatum sine dubio cum cultu illius dei connexum est. Hoc mensis nomen in Hemerologio Florentino scribitur Θαμίζα, v. Sainte-Croix in Mém. de l'acad. des inscript. T. XLVII. p. 66 sqq., Ideler chronolog. I. p. 440. Praeterea dei תאמוז eiusque cultus mentio fit apud Nasoraeos in libro Adami ed. Norberg. II. p. 178. lin. 12. In margine Psalteri syriaci ms., quod Halis in bibliotheca Orphanotrophei asservatur, ad Ps. XXIX, 8 adscriptum est: ܥܘܡܐ ܐܡܪ ܕܗܘ ܩܕܫ ܐܝܟ ܕܬܡܘܙ (vult glossator hebraeum קָדֵשׁ). De Adonide eiusque festo apud Phoenices, maxime Bybli urbe, Syros et Graecos celebrato vide Lucian. de dea syra §. 6 sqq., Theocrit. idyll. 15, Strab. lib. XVI. p. 755, Ammian. Marcell. XIX, 1. §. 11. Macrob. Saturn. I, 21, Selden. de dis syris II, 31, Creuzer. Symbol. II. p. 91 sqq. ed. 2, Movers. Phoenic. I. p. 191 sqq. et in Encyclopaed. Halens. s. v. Phönizien, sect. III. vol. XXIV. p. 389 sq., Winer. bibl. Realwb. II. p. 601 sq. ed. 3, W. H. Engel Kypros II. p. 536—643, H. Brugsch die Adonisklage und das Linoslied, Berol. 1852. Ceterum de luctu Adonidis etiam Zach. XII, 11 agi docent Movers. Phoenic. I. p. 196 atque Hitzig. comm. ad h. l. et comm. in Jes. XVII, 8. — Etymon quaerenti respondeo, sine dubio vocem תַּמּוּז, si modo est semitica, ad rad. מָזַז = מָסַס referri contractamque esse ex תַּמְזוּז (cf. תַּמְרוּר a rad. מָרַר), quod non pavorem vel pavidum interpretor, ut volebat Gesenius, sed diffluentiam i. e. dissolutionem, decessionem s. ἀφανισμὸν Ἀδώνιδος cum Haevernickio comment. in Ezech. p. 112.

תָּמַח rad. inusit., samar. ࠕࠌࠇ risit. Hinc fort.

תֶּמַח (risus) n. pr. m. Esr. II, 53. Neh. VII, 55.

תָּמַךְ fut. יִתְמֹךְ (cogn. סָמַךְ) 1) *prehendit*, v. c. manum alicuius, sq. acc. Gen. XLVIII, 17. Prov. V, 5: שְׁאוֹל צְעָדֶיהָ יִתְמֹכוּ *inferna prehendunt*, s. attingunt *gressus eius* (adulterae) i. e. in perniciem ruit, it. sq. בְּ Jes. XXXIII, 15. Prov. XXVIII, 17. Iob. XXXVI, 17: *si es in culpa*, דִּין וּמִשְׁפָּט יִתְמֹכוּ *ius et iudicium prehendent* s. arripient, sc. te. (Male Gesen. Hirzel. alii: causa et iudicium *sese excipient,* reciproca enim significatio aliena est.) Eodem possit pertinere Ps. XVI, 5: אַתָּה תּוֹמִיךְ גּוֹרָלִי *tu*, o Deus, *prehendis* i. e. ducis *sortem meam*, si modo licet תּוֹמִיךְ accipere pro participio תּוֹמֵךְ vel תּוֹמִיךְ, ut סוֹבִיב 2 Reg. VIII, 21, sed vid. in-

dicem analyt. — 2) *assecutus est*, *consecutus est*, *accepit*, v. c. honorem, sq. acc. Prov. XI, 16, XXIX, 23. — 3) prehensum *tenuit*, sq. acc. Prov. XXXI, 19 de muliere frugi: *digitos suos applicat colo*, וְכַפֶּיהָ תָּמְכוּ פָלֶךְ *et manus eius tenent fusum* i. e. manibus suis tractat fusum. III, 18. תּוֹמֵךְ שֵׁבֶט sceptrum tenens i. e. princeps Am. I, 5. 8, cf. homer. σκηπτοῦχος βασιλεύς. Metaph. Prov. IV, 4: יִתְמָךְ־דְּבָרַי לִבֶּךָ *teneat cor tuum verba mea.* Huc etiam pertinet locus Psalm. XVII, 5: תָּמֹךְ אֲשֻׁרַי בְּמַעְגְּלוֹתֶיךָ *gressus mei tenuere vestigia tua* i. e. constanter te secutus sum. Infinitivus enim vel verbi finiti vicem implet (gramm. hebr. §. 128, 4, b), vel adverbialiter positus est, quasi dicatur: tenaciter et perseveranter gressus mei erant in vestigiis tuis, eis inhaerescebant. T. Roorda (Orientalia. T. II. p. 89) coniicit תָּמַךְ אֲשֻׁרַי בְּמ׳ tenuit gressus meus vestigia tua. Alii praeeunte Chaldaeo תְּמֹךְ pro imperativo poni putant, ut verba illa hoc indicent: sustenta, o Deus, gressus meos in orbitis tuis. — 4) prehensum *sustentavit*, sq. בְּ Ex. XVII, 12: תָּמְכוּ בְיָדָיו *sustentarunt manus eius* porrectas. Saepius Deus dicitur aliquem sustentare, sq. בְּ pers. Jes. XLII, 1. Ps. XLI, 13. LXIII, 9, sq. acc. pers. Jes. XLI, 10.

Niph. pass. no. 3. Prov. V, 22.

תְּמוֹל adv. *heri*, i. q. אֶתְמוֹל, אִתְמוֹל, v. sub. rad. מוּל pag. 777.

תָּמַם 3 sing. perf. תַּם, 1 pl. תַּמְנוּ Num. XVII, 28 (sed תַּמְנוּ pro תַּמּוּ Thren. III, 22 v. in indice analyt.), inf. תֹּם c. Suff. תֻּמִּי (cf. תֹּם subst. infra), fut. יִתֹּם, semel תַּתֹּם Ez. XXIV, 11, 1 sing. semel אֵיתָם pro אֶתֹּם Ps. XIX, 14, pl. יִתַּמּוּ Deut. XXXIV, 8 saepius יִתַּמּוּ (quod alii ad Niph. trahunt) Num. XIV, 35. Jer. XIV, 15. XLIV, 12. Ps. CIV, 35, in pausa יִתָּמּוּ vel ut est in codd. יִתַּמּוּ Ps. CII, 28 1) *perfecit*, *absolvit* Ps. LXIV, 7. Jer. XXVII, 8: עַד־תֻּמִּי אֹתָם בְּיָדוֹ *donec absolverim eos* i. e. donec eos omnes tradiderim *in manum eius.* Sq. לְ c. inf. *finivit* s. *desiit* facere aliquid Jos. III, 17: עַד אֲשֶׁר תַּמּוּ לַעֲבֹר אֶת־הַיַּרְדֵּן *donec finiissent transire Jordanem* i. e. donec omnes transiissent, IV, 1. 11. 2 Sam. XV, 24. Jos. V, 8: כַּאֲשֶׁר תַּמּוּ כָל־הַגּוֹי לְהִמּוֹל *quum populus totus circumcisus esset.* Deut. II, 16: תַּמּוּ לָמוּת *omnes mortui erant.* Saepius intrans. *perfectus*, *absolutus est* 1 Reg. VII, 22: וַתִּתֹּם מְלֶאכֶת הָעַמּוּדִים *et absolutum est opus columnarum.* Jes. XVIII, 5. עַד תֻּמָּם usque ad absolutionem eorum, h. e. prorsus Deut. XXXI, 24. 30. 1 Reg. VI, 22: *et omnem aedem auro obduxit* עַד־תֹּם כָּל־הַבַּיִת *donec perfecisset* obducendo *omnem aedem* i. e. prorsus omnem aedem. Jos. III, 16: *aquae* תַּמּוּ נִכְרָתוּ *prorsus divisae sunt.* (Arab. تَمَّ et melit. *temm* id. trans. et intrans. Origo haud dubie est in *claudendo*, nostr. *abschliessen*, *abgeschlossen seyn*, cf. radd. vicinas דָּמַם, חָתַם, אָטַם, שָׁמַם, et eandem originem in synon. כָּלָה).

2) *peractus*, *finitus est*, *finem habuit*, *desiit* Ps. IX, 7. Jes. XVI, 4 (parall. כָּלָה et אָפֵס). Jos. IV, 10. Thren. IV, 22: תַּם עֲוֹנֵךְ *finita est culpa* i. e. poena *tua*, max. de tempore Gen. XLVII, 18: וַתִּתֹּם הַשָּׁנָה הַהִוא *et peractus erat hic annus.* Lev. XXV, 29. Deut. XXXIV, 8. Jer. I, 3. Ps. CII, 28: שְׁנוֹתֶיךָ לֹא יִתָּמּוּ *anni tui finem non habent.* Ez. XLVII, 12: וְלֹא יִתֹּם פִּרְיוֹ *cuius fructus nunquam cessabunt.* Iob. XXXI, 40 in subscriptione: תַּמּוּ דִּבְרֵי אִיּוֹב *finitae sunt orationes Iobi.* (Cf. tritissimum illud تَمَّ *explicit* in subscriptionibus librorum arabicorum. Ps. LXXII, 20: כָּלּוּ תְפִלּוֹת דָּוִד).

3) *consumtus est* i. q. כָּלָה no. 3, de pane Jer. XXXVII, 21, de argento Gen. XLVII, 15, 18, de libro igne consumto Jer. XXXVI, 23, de aerugine ollae aestuantis Ez. XXIV, 11; *absumtus*, *exhaustus est* Lev. XXVI, 20: וְתַם לָרִיק כֹּחֲכֶם *et frustra vis vestra exhaurietur.* Num. XIV, 35. XXXII, 13: עַד־תֹּם כָּל־הַדּוֹר *donec absumta erit tota generatio.* Deut. II, 14. Jer. XIV, 15. XXVII, 8. Ps. CIV, 35; *periit* (ut כָּלָה no. 3) 2 Reg. VII, 13 (oppos. נִשְׁאַר superstes fuit). Jos. V, 6. Ps. LXXIII, 19. Jer. XLIV, 12. 18. 27. עַד־תֻּמּוֹ 1 Reg. XIV, 10, et עַד תֻּמָּם Deut. II, 15. Jos. VIII, 24. X, 20. Jer. XXIV, 10 usque ad internecionem eius, eorum i. q. עַד־כַּלֵּה, v. כָּלָה no. 3.

4) *integer fuit* a) numero. 1 Sam. XVI, 11: הֲתַמּוּ הַנְּעָרִים *num hi cuncti sunt pueri?* (sind das alle Knaben?) b) animo, *insons fuit* Ps. XIX, 14. Num. XVII, 28: הַאִם תַּמְנוּ לִגְוֹעַ *num, etiam si insontes fuerimus, moriendum* nobis *est?* (הַאִם num si, num etiamsi, eodem modo interpretor in loco vexato Iob. VI, 13; alii vertunt: num integro numero i. e. omnes nos moriemur? vid. sub litt. a). Cf. תָּם, תָּמִים.

Niph. Ad Niph. multi referunt formam יִתַּמּוּ, sed pertinet ea ad Kal, q. v.

Hiph. הֵתֵם (semel inf. הַתִּימְךָ pro הֲתִמְּךָ Jes. XXXIII, 1) fut. יָתֵם 1) i. q. Kal no. 1, sed trans. tantum, *perfecit*, v. c. carnes (i. e. *percoxit*) Ez. XXIV, 10, consilium 2 Sam. XX, 18. — 2) *finivit*, *desiit.* Jes. XXXIII, 1: כַּהֲתִימְךָ שׁוֹדֵד *ubi desieris* esse *vastator.* Causat. *fecit ut desineret*, sq. מִן *removit* ab aliquo. Ez. XXII, 15. — 3) *integrum fecit*, *complevit*, a) numerum. Dan. VIII, 23: כְּהָתֵם הַפֹּשְׁעִים *ubi peccatores compleverint* sc. scelerum suorum numerum. IX, 24 Keri (de quo loco vid. rad. חָתַם no. 3 pag. 558), inde *persolvit* (pecuniam) i. q. שִׁלֵּם 2 Reg. XXII, 4. b) vitae rationem. Iob. XXII, 3: כִּי תַתֵּם דְּרָכֶיךָ *si integre vivis.*

Hithpa. הִתַּמָּם *integrum se exhibuit praestavitque*, *integre egit* cum aliquo, sq. עִם Ps. XVIII, 26 (= 2 Sam. XXII, 26).

תָּם m. תַּמָּה f. adj. *integer*, ubique sensu ethico Iob. I, 1. 8. II, 3. VIII, 20. IX, 20. 21. 22. Ps. LXIV, 5. Prov. XXIX, 10. Singulare est Gen. XXV, 27:

וְיַעֲקֹב אִישׁ תָּם יֹשֵׁב אֹהָלִים *Jacobus erat vir integer, in tentoriis degens*, ubi תָּם mitius et placidum Jacobi ingenium indicare videtur, opp. ferociori, quae Esavo erat, indoli. Neutr. abstr. *integritas* Ps. XXXVII, 37. — Fem. תַּמָּתִי integra mea, blanda vox de puella amata Cant. V, 2. VI, 9.

תֹּם (semel תּוֹם Prov. X, 9) sq. Makk. תָּם־, c. Suff. תֻּמִּי m. (cf. inf. תֹּם s. rad.) *integritas* 1) numeri et mensurae, *plenitudo*. Jes. XLVII, 9: כְּתֻמָּם *plenâ mensurâ*. — 2) fortunae, *incolumitas*, *prosperitas* i. q. שָׁלוֹם Iob. XXI, 23: בְּעֶצֶם תֻּמּוֹ *in ipsa prosperitate sua*. — 3) *integritas* animi, *innocentia*. Ps. VII, 9. XXV, 21. XLI, 13. Prov. XIII, 6. Iob. IV, 6. תָּם־לֵבָב integritas animi Gen. XX, 5. 6. 1 Reg. IX, 4. Psalm. LXXVIII, 72. הָלַךְ בַּתֹּם Prov. X, 9 vel ה׳ בְּתֻמּוֹ Prov. XXVIII, 6. Ps. XXVI, 1. 11 vel הֹלְכֵי תֹם Prov. II, 7 vel הִתְהַלֵּךְ בְּתָם־לְבָבִי Ps. CI, 2 integre vixit. De animi simplicitate, quae ab insidiis et pravo consilio aliena est, 1 Reg. XXII, 34: *arcum tetendit* לְתֻמּוֹ *in simplicitate suâ*, animo ab insidiis alieno (in seiner Unschuld). 2 Sam. XV, 11: הֹלְכִים לְתֻמָּם *euntes* (cum eo) *animo simplici*, pravi consilii non conscii. — 4) pl. תֻּמִּים *veritas* (LXX. ἀλήθεια) v. אוּרִים sub rad. אור pag. 54 sq.

תָּם, תָּמָה adv chald. v. supra pag. 1507.

תֻּמָּה f. i. q. masc. תֹּם *integritas*, *innocentia* Iob. II, 3. 9. XXVII, 5. XXXI, 6.

תָּמִים m. תְּמִימָה f. adj. 1) *perfectus*, *absolutus* Ps. XIX, 8: תּוֹרַת יְהוָה תְּמִימָה *lex Dei perfecta est*. Iob. XXXVI, 4: תְּמִים דֵּעוֹת *perfectus intelligentiâ*. XXXVII, 16. — 2) *integer*, *totus* Lev. III, 9. שָׁנָה תְמִימָה annus integer Lev. XXV, 30. כְּיוֹם תָּמִים per totum diem Jos. X, 13. — 3) *integer* a) *labis expers*, de victimis Ex. XII, 5. XXIX, 1. Lev. I, 3. 10. III, 1. 6. IV, 23. V, 15. IX, 2. 3. XIV, 10. XVIII, 25. XXII, 19. 21. XXIII, 12. 18. Num. VI, 14. XIX, 2. XXVIII, 3. 9. 11. 19. 31. XXIX, 2. 8. 13 sqq. Ez. XLIII, 22. 23. XLV, 18. 23. XLVI, 4. 6. 13. b) *integer moribus*, *innocens*, *probus* Gen. VI, 9. XVII, 1. Iob. XII, 4. Prov. I, 12. II, 21. XI, 5. XXVIII, 10. Ps. XXXVII, 18. (Syr. ܬܡܝܡܐ id., etiam in Targ. Proverb.). תְּמִימֵי־דָרֶךְ integri vitae Prov. XI, 20. Ps. CXIX, 1. תָּמִים עִם אֵל integer erga Deum, h. e. Deo plane deditus Deut. XVIII, 13. Ps. XVIII, 24. (2 Sam. XXII, 24 sq. לְ). Cf. שָׁלֵם no. 3. Neutr. subst. *integritas* Jos. XXIV, 14. Iud. IX, 16. 19. Itaque הֹלֵךְ בְּתָמִים Ps. LXXXIV, 12 vel הֹלֵךְ תָּמִים Ps. XV, 2. Prov. XXVIII, 18 vel הֹלֵךְ בְּדֶרֶךְ תָּמִים Ps. CI, 6 integre vixit. Cf. הָלַךְ בַּתֹּם. c) *verus*, subst. *verum*, *veritas*. Amos. V, 10: דֹּבֵר תָּמִים *qui verum loquitur*. 1 Sam. XIV, 41: הָבָה תָמִים *cedo veritatem!*

תָּמִים pl. contr. ex תְּאֹמִים *gemini*, v. s. rad. תָּאַם pag. 1490.

מְתֹם m. *integritas*, *integrum*, *pars integra s. sana* (corporis) Ps. XXXVIII, 4. 8: אֵין מְתֹם בִּבְשָׂרִי *nihil sani est in corpore meo*. Jes. I, 6. — Iud. XX, 48 pro מְתֹם reponendum מְתִם vel מְתִים *viri*, ut complures libri scripti exhibent.

תֵּימָן et **תֵּימָנִי** v. תֵּימָן s. rad. יָמַן pag. 600.

תִּמְנָה, תִּמְנָתָה n. pr. loci, v. rad. מָנָה.

תְּמוּנָה f. *species*, v. rad. מִין.

תֶּמֶס v. rad. מָסַס pag. 809.

תָּמַר rad. inusit., proprie, ut videtur, *striduit*, *concrepuit* (knarren), cogn. radicibus זָמַר, אָמַר et similibus (de quibus vide Addenda ad rad. זָמַר), deinde *prominuit*, *in altum exstitit*, quia res, quae in altum eminent, ut perticae, arbores, facile vibrantur et concrepant, cf. תֹּרֶן pertica, malus navis, a rad. רָנַן striduit, אָמִיר cacumen arboris a rad. אָמַר. Inde תָּמָר palma, תִּימָרָה columna fumi, תַּמְרוּרִים columnae viae indices, arab. تَامُور et تَامُورَة turris templi Christianorum (hoc et تَأْمُور scribitur et sub vicina radice אמר ponitur), اِتْمَأَرَّ longus et durus fuit, riguit hasta, membrum virile, et r in l mutato اِتْمَأَلَّ et اِتْمَهَلَّ id., مُتْمَئِلّ procerus staturâ vir, vel longus, erectus. De usu Talmudistarum v. infra תִּימָרָה. Cf. etiam תָּמַר sub rad. דָּמַר positum pag. 345, et cogn. סָמַר horruit, horripilavit.

תָּמָר m. 1) *palma*, spec. Phoenix dactylifera, arbor perpetuo virens, procera (chald. תְּמַר id., raro tamen adhibitum vel potius ex hebr. sumtum Cant. VII, 8, commune enim palmae nomen est דִּקְלָא, sunt autem תַּמְרִין et תּוּמְרִין dactyli, fructus palmae, ut syr. ܬܡܪܐ, it. arab. تَمْر dactylus, arbor autem نَخْل, aeth. tamen ተመርት፡ palma. Phoenicium תָּמָר in nomine Δημαροῦς ap. Philon. Bybl. ed. Orell. p. 34 et in fluvii nomine Ταμύρας indagasse sibi visus est Ewaldus Abhandl. über die phönik. Ansichten v. d. Weltschöpfung 1851. p. 23 sq.). Joël I, 12. Ps. XCII, 13 (ubi homo iustus et pius comparatur palmae virescenti) Cant. VII, 8. 9 (ubi palma staturae pulchrae puellae imago est). Plur. תְּמָרִים palmae Exod. XV, 27. Lev. XXIII, 40. Num. XXXIII, 9. Neh. VIII, 15. De palma, arbore pulcherrima et utilissima, quae olim, ut nunc fit in Arabia et Aegypto, haud dubie in Palaestina quoque, certe in depressioribus regionibus ad Jordanis ripas et maris mortui litora sitis diligenter curabatur et frequens erat („Judaea inclyta palmis" Plin.), his vero temporibus negligitur, exstirpatur, eoque rarior facta est, vid. Theophr. hist. plant. II, 6. Plin. hist. nat. lib. XIII,

c. 4. Strab. XVI, 41. XVII, 15. Diod. II, 48. 53. XIX, 98. Kaempfer amoenitt. exot. p. 677 sqq. Hasselquist. itin. pag. 224. Celsii hierobot. II, 566 sqq. Rosenm. antiq. bibl. IV, 1. p. 297 sqq. Winer. bibl. Realwörterb. s. v. Dattelpalme.

2) n. pr. locorum, nempe a) oppidi in australibus Palaestinae finibus Ez. XLVII, 19. XLVIII, 28, prob. eiusdem, quod apud Ptolemaeum V, 16 appellatur *Θαμαρώ*, item in tabula Peutinger. *Thamaro*, et *Thamara* in Onomastico Eusebiano, ubi s. v. *Ἀσασανθαμάν* (Hazazon Thamar) memoratur: *λέγεται δέ τις Θαμαρὰ κώμη διεστῶσα μόλις* [cod. *Μόλις*, Hieron.: a Memphis oppido, lege *Μαλάθων*] *ἡμέρας ὁδὸν ἀπιόντων ἀπὸ Χεβρὼν εἰς Αἰλὰμ* [Elath, Aelanam], *ἥτις νῦν φρούριόν ἐστι τῶν στρατιωτῶν.* Ruinas oppidi Ed. Robinson (Palaest. vol. III. p. 179. 186) agnovit in eo loco, qui hodie Kurnub appellatur et tribus milliariis german. sive unius diei itinere abest ab al-Milh (i. e. Malatha) austrum versus, ad viam quae Hebrone ducit Aelanam. — b) i. q. תַּדְמֹר Palmyra (q. v. sub rad. דָּמַר p. 345) 1 Reg. IX, 18 Kethib. — c) בַּעַל תָּמָר, v. בַּעַל p. 225. — d) חַצְצֹן תָּמָר, v. s. חָצַץ p. 512. — e) עִיר הַתְּמָרִים urbs palmarum i. e. Hiericho, v. עִיר p. 1006.

3) n. pr. feminarum: nurus Judae filii Jacobi patriarchae Gen. XXXVIII, 6. *Θάμαρ* Matth. I, 3. — b) filiae Davidis regis 2 Sam. XIII, 1. 1 Par. III, 9. — c) filiae Absalomis 2 Sam. XIV, 27. — Cf. אִיתָמָר n. pr. m., p. 38.

תֹּמֶר m. *palma.* תֹּמֶר דְּבוֹרָה *palma Deborae*, inter Ramam et Bethelam, subter qua Debora ius dicere solebat Iud. IV, 5. Praeterea legitur de trunco palmae s. columna e palmae trunco excisa Jer. X, 5. Cf. Epist. Jerem. comm. 70.

תִּמֹּרָה pl. תִּמֹּרוֹת et תִּמֹּרִים *palma artefacta, figura palmae sculpta*, architecturae ornamentum 1 Reg. VI, 29. 32. 35. 36. Ez. XL, 16. 22. 26. 31. 34. XLI, 18. 19. 20. 25. 26. LXX. *φοίνιξ.*

תִּמָרָה f. (pertinens ad m. תֹּמֶר ut נְקָמָה ad נָקָם) *columna*, bis legitur in pl. constr. hoc nexu: תִּמֲרוֹת עָשָׁן *columnae fumi* ascendentis, poët., Cant. III, 6. Joël. III, 3 (al. II, 30), alias dicitur עַמּוּד עָשָׁן Iud. XX, 40, ut עַמּוּד עָנָן et עַמּוּד אֵשׁ. Sed pro תִּמֲרוֹת utroque loco multi codices tam mss. quam impressi habent תִּימֲרוֹת vel תִּימֲרוֹת littera י inserta, vel certe תִּֽמֲרוֹת ascripto Metheg. Vid. De Rossi var. lectt. et Norzi ad Cant. l. c. Ut illud תִּמֲרוֹת a nomine תִּמָרָה e rad. תָּמַר orto commode duci potest, sic ut צִדְקוֹת a צְדָקָה, ita ceterae formae, in quarum prima syllaba vocalis î longa exstat, aequo iure trahi possunt ad rad. יָמַר (ut תִּירוֹשׁ ad rad. יָרַשׁ), cuius significatio vix diversa fuit a significatione radicis תָּמַר, q. v. In Talmude legitur תִּימוּר שֶׁל חַמָּה columna solis orientis, et תִּימוּר שֶׁל לְבָנָה columna lunae, tr. Joma fol. 28, b, quod aequo iure ad rad. תָּמַר atque ad rad. יָמַר referas, quia secundum recentiorem scribendi modum pro תִּמּוּר esse possit; praeterea in tr. Berachoth fol. 43 et Cholin fol. 111 legitur תָּעֲלָה תִּמַּרְתּוֹ ascendit columna eius, scil. fumus suffitûs rectà ascendens, et est etiam verbum Piel. תִּמֵּר in modum columnae ascendere, itidem de suffitu dictum tr. Joma fol. 28, b. et fol. 38, a. Sed ut haec e voce biblica fingi poterant, ita fieri quoque potuit, ut biblicum תִּמֲרוֹת accommodate ad recentiorem scripturam mutaretur in תִּימֲרוֹת (cf. Gesen. Lehrgeb. p. 145), ita ut ambiguum sit, utrum ad rad. תָּמַר pertineat, an ad יָמַר, quanquam illud ego verisimilius duco. Significatio autem extra dubium posita est. Chald. in l. Joël. יְטוּרִין דִּתְנַן (idem ponit pro עַמּוּד עָנָן Iud. XX, 40). Graec. Venet. in Cant. *φοίνικες καπνοῦ.*

תַּמְרוּרִים *ἅπ. λεγόμ.* m. pl. elationes, scil. *columnae erectae, cippi*, vel *lapidum acervi*, utpote itineris indices Jer. XXXI, 21 (parall. צִיֻּנִים). (Eandem signif. habent arab. أَمَرَةٌ, أَمَارَةٌ et pl. تَآمِيرُ cippi, signa in desertis.) — Aliud est תַּמְרוּרִים amaritudines, a rad. מָרַר.

תָּנָא rad. incerta, v. תָּנָה s. rad. תָּנַן.

תְּנוּאָה f. *abalienatio*, v. s. rad. נוּא pag. 859.

I. תָּנָה *porrexit, dedit, dona distribuit*, max. quibus aliquis conduceret homines, hinc fere *mercede vel pretio conduxit.* (Vicina sunt תָּנַן no. I. q. v., נָתַן dedit, יָתַן extensum fuit temporis spatium). Semel legitur Hos. VIII, 10: גַּם כִּי־יִתְנוּ בַגּוֹיִם *etiamsi* Ephraïmitae *dona distribuant* sive conducant *inter gentes*, nempe ut ab his, spreto Deo suo, auxilium nanciscantur. Alii legunt יִתְּנוּ dant, a rad. נָתַן quod reiiciendum est, cf. הִתְנוּ vs. 9. Vulg. recte: et quum mercede conduxerint nationes. Quinta: *ἀλλὰ καὶ ὅταν μισθώσηται ἔθνη.* (Apud Rabbinos et Talmudicos habes Hiph. vel Aph. הִתְנָה, אַתְנֵי pactus est cum aliquo sq. עִם pers. et עַל rei, v. Buxt. lex. rabb. p. 2614 sq., cf. Hiph., item תְּנָאָה, תְּנַאי pactum, conditio, syr. ܬܢܐܝ id., vid. Bernstein. lex. chrestom. syr. p. 566.)

Hiph. i. q. Kal (q. v.), uno loco legitur Hos. VIII, 9: אֶפְרַיִם הִתְנוּ אֲהָבִים *Ephraïmitae* pretio *conducunt amores* i. e. consuetudinem iungunt, nempe cum Assyriis. Vulg.: munera dederunt amatoribus.

אֶתְנַן et **אֶתְנָן** (Ez. XVI, 34. 41) m. (pro תֵּנָן c. Aleph prosthet.) constr. אֶתְנַן, c. Suff. אֶתְנַנָּהּ 1) *donum, praemium, merces*, spec. אֶתְנַן זוֹנָה Deut. XXIII, 19. Mich. I, 7 et absol. אֶתְנַן *quaestus meretricius* Ez. XVI, 31. 34. Metaph. ita appellantur opes ab idololatris partae Jes. XXIII, 17. 18. Hos. IX, 1 (cf. II, 14). Mich. I, 7. LXX. plerumque *μίσθωμα.*

2) n. pr. m. 1 Par. IV, 7.

אֶתְנָה f. (fortasse curtatum ex אֶתְנַן, ut שִׁרְיָה ex שִׁרְיֹן) *donum, merces*, spec. *quaestus meretricius* Hos. II, 14 (al. 11). Abulwalid.: אֶתְנָה هو ما يبذل للزانية من الجعل i. e. א׳ *est id quod datur meretrici pro mercede.*

אֶתְנִי (fort. munificus, ab אֶתְנָה donum, munus) n. pr. m. 1 Par. VI, 26.

יִתְנָן (fort. donatus) n. pr. oppidi in tribu Judae. Jos. XV, 23.

יַתְנִיאֵל (quem Deus donat) n. pr. m. 1 Par. XXVI, 2.

II. תָּנָה i. q. שָׁנָה et aram. תְּנָא, ܬܢܳܐ *iteravit*.

Pi. pr. multum iteravit, renarravit, hinc *commemoravit, laudavit, celebravit*, sq. acc. rei Iud. V, 11: שָׁם יְתַנּוּ צִדְקוֹת יי *ibi celebrant iuste facta* s. beneficia *Dei*, it. sq. לְ pers. Iud. XI, 40: *quoquo anno conveniunt* לְתַנּוֹת לְבַת־יִפְתָּח *ad celebrandam* memoriam *filiae Jiphtahi.* Cf. angl. *to commemorate* solemnia in memoriam rei celebrare. (Chald. Pa. תַּנֵּי narravit, indicavit, in Targg. pro hebr. הִגִּיד et סִפֵּר, syr. ܬܢܳܐ et Pa. ܬܰܢܺܝ id., ut et samar. ࠕࠍࠄ, arab. ثنى II, IV et X laudavit, laude celebravit aliquem vel aliquid sq. على, ثَنَاء laudatio, encomium.) — De תְּנָה Ps. VIII, 2 vid. ind. analyt. — תְּנוּ Prov. XXXI, 31, quod haud pauci exponunt *celebrate*, potius referendum est ad rad. נָתַן.

תְּנָה chald. *iteravit*, i. q. hebr. שָׁנָה q. v.

תִּנְיָן chald. *secundus* Dan. VII, 5. Vid. ad שְׁנַיִם et שֵׁנִי s. rad. שָׁנָה pag. 1449. 1450.

תִּנְיָנוּת pr. iteratio, dein adv. *iterum, secunda vice* Dan. II, 7. (In Targg. id.)

תָּנַךְ verbum inusit. Syr. Ethpa. ܐܶܬܬܰܢܰܟ defecit, desiit, sec. Cast. i. q. ܒܨܰܪ, sec. Lex. Adler. i. q. نقص, فنى. Hinc

תְּנוּךְ vel **תְּנוּךְ** m. *extremitas*, ubique תְּנוּךְ אֹזֶן *extrema auris, auricula* (cf. gall. bout de l'oreille) Ex. XXIX, 20. Lev. VIII, 23. 24. XIV, 14. 17. 25. 28. LXX. et Gr. Venet. λοβὸς τοῦ ὠτός, Vulg. extremum auriculae, Syr. ܫܶܚܡܳܐ ܕܶܐܕܢܳܐ, Saad. شحمة الاذن pinguedo auris i. e. auricula, aliter Onk. רוּם אוּדְנָא et Sam. ࠓࠅࠌ ࠀࠃࠍ i. e. superior pars auris, Pseudojon. חסחוס אודנא cartilago auris. Dav. Kimchi in lex.: הוּא תְּנוּךְ אשר בקצה האזן כו״ל טינירו בלע״ז i. e. tenerum in extrema aure, vulgo *mol* (gall.), *tenero* (ital.). — Maurer. in lex. auriculam תְּנוּךְ a dependendo dictam esse opinatur, coll. arab. دنج, hoc autem non est dependere, sed se demittere, v. c. de homine qui portat onus.

I. תָּנַן verbum inusit., cuius nativa potestas, ut ex nominibus derivatis et radicibus cognatis colligitur, est *extendit, in longum traxit* (germ. dehnen, recken, strecken), cf. aeth. ትንን: longitudo Ex. XXX, 2 sec. Ludolf. lex. p. 264 (frequentior vox est ኑኃ:), נָתַן et תְּנָה (quae vid.) dedit, pr. manum extendit, porrexit (coll. יָד a rad. יָדָה), יִתַּן extensum fuit spatium temporis, perduravit, perennis fuit. Ex linguis indogermanicis sono concinunt sanscr. *tan*, gr. τείνω, τανύω, τιταίνω, ταναός, lat. *tendo* (cf. dissertt. Lugdun. II, 852), unde *tenuis* (sanscr. *tanu*, germ. vet. *dunni*, nostr. *dünn*), *tener*, goth. *thanjan*, nostr. *dehnen*, cum multis affinibus, ut germ. vet. *tanna* abies (v. Pott, etymol. Forsch. I. p. 253 sq. Bopp. glossar. sanscr. ed. 2. p. 148). Haec *extensionis* notio quomodo in rerum appellationibus adhibita et varie translata fuerit, vide in singulis derivatis.

תַּן vel **תָּן** pl. tantum תַּנִּים (nomen sing. תַּנִּים v. infra), semel aramaea forma תַּנִּין (Thren. IV, 3 Kethib) m. bestia quaedam deserticola Jes. XIII, 22. XXXIV, 13. XXXV, 7. XLIII, 20 (unde מְקוֹם תַּנִּים Ps. XLIV, 20 et מְעוֹן תַּנִּים Jer. IX, 10. X, 22. XLIX, 33. LI, 37 de deserto), pullos lactans Thren. IV, 3, ululatum edens, qui, aeque ut vox struthionis, cum hominum eiulatu comparatur Iob. XXX, 29. Mich. I, 8, nempe *thos, canis ferus*, fortassis etiam *Canis aureus* Linn. (Schakal), quam bestiam alias אִי pl. אִיִּים vocatam (cf. שׁוּעָל) cum illa saepe confundunt, quia sibi invicem simillimae sunt, quan quam תַּנִּים et אִיִּים iunguntur Jes. XIII, 22. Hanc veram esse vocis interpretationem, post Ed. Pocockium (commentar. in Mich. I, 8) solidis argumentis evicit Schnurrerus in Dissertatt. p. 323 sqq., quem Chr. Thom. Tychsen. ad Dav. Michaëlis Supplemm. p. 2371, Rosenmueller. in Scholiis ad ll. cc. (secus in adnotatione Bocharti hierozoico adiecta T. III. p. 223), Gesenius ad Jes. XIII, 22 et in Lex., ceterique interpretes et lexicographi recentiores secuti sunt. Tuetur hanc sententiam iam Syrus intp. plerumque vertens ܝܳܪܽܘܪܳܐ (sec. Bar Ali, Bar Bahlul et Lex. Adler. i. q. arab. ابن آوى i. e. canis aureus, cf. Bernstein. lex. ad Chrestom. syr. p. 7. 77. 220) et Targ. passim יָרוֹרָא (quod male in edd. scribitur ירודא et inconsiderate exponitur draco). Cf. arab. تِنَّان lupus. Eandem sententiam commendat R. Tanchum Hieros. compluribus locis (ad Mich. I, 8. Jer. IX, 10. Thren. IV, 3. Mal. I, 3), v. c. in commentar. ad Thren. l. c. (ed. Cureton, Lond. 1843, p. 35): ת׳ هو حيوان يعرف بابن اوى كثير العويل . . . وليس يصح تفسيره

بالعربى فان العربد نوع من الحيات والحيات ليس لها ת' i. e. اثدا ولا ترضع كما قال חָלְצוּ שַׁד הֵינִיקוּ גּוּרֵיהֶן *est animal* ابن اوى (*canis aurei*) *nomine notum, quod multum ululat . . . Falso explicant* عربد *quod est serpentis species, serpentes enim non habent ubera neque pullos lactant, ut legitur* (Thren. l. c.): *protrahunt ubera, lactant catulos suos.* Haec contra Abulwalidem eiusque assectatores videtur dictum, ille enim Saadiam secutus תַּנִּים de serpentibus عربد accipit et canem ferum ابن اوى recusat. Atque haec olim sententia vulgatior fuerat, nata illa quidem ex similium vocum תַּנִּים et תַּנִּינִים confusione. Iam LXX. compluribus locis habent δράκοντες (alibi σειρῆνες, ἐχῖνοι, στρουθοί), Vulg. dracones (Thren. l. c. lamiae). Frustra in hac sententia defendenda laboravit doctus Bochartus hieroz. T. III. p. 222 sqq., ubi תַּנִּים confundit cum תַּנִּינִים et utrumque tum dracones tum cetos significare contendit, ita ut Iob. XXX, 29 et Mich. I, 8 serpentum sibilum eiulationi comparatum dicat, Thren. l. c. autem balaenam intelligat: quorum prius praeter naturam est, alterum vero nimium discrepat a sensu scriptoris, qui animal quoddam saevum potius, nihilominus tamen pullorum amans pingit.

Quod ad etymon attinet, canis ferus vix a corporis extensione nomen nancisci potuit (v. תַּנִּין sequens), sed vis radicis תָּנַן aut ad *currendi contentionem* cursumque citatum, qui collo protenso fit, quae Gesenii sententia est, aut, ut alii volunt, ad *vocis contentionem sonumque protractum* translata est, ita ut canis ferus aut a cursu celere (ut gr. θώς probabiliter est a θόω curro), aut ab ululatu nomen acceperit; etenim aequo fere iure *ταννύδρομος* ac *ταννύφθογγος* poterat vocari. Equidem illud praefero.

תַּנָּה tantum pl. תַּנּוֹת f. prob. *domicilia, mansiones.* Legitur uno loco Mal. I, 3: וָאָשִׂים אֶת־הָרָיו שְׁמָמָה וְאֶת־נַחֲלָתוֹ לְתַנּוֹת מִדְבָּר *et feci montana eius* (Esavi, i. e. Idumaeam) *vastitatem et possessionem eius* (feci) *domicilia deserti.* Ita LXX. δώματα ἐρήμου, et Syr. ܕܝܪ̈ܐ ܕܡܕܒܪܐ, inter recentiores Gesen. Maur. all. Ac facile talis notio e radice תָּנַן potuit manare, sive domicilia dicta sunt ab *extensione* tractuum habitatorum (germ. Strecke Landes), sive a *duratione* mansionis et commorationе, coll. rad. יָתַן. Arabes habent finitimam radicem تنأ substitit, commoratus fuit, habitavit, unde تناءة mansio, habitatio, تانئ incola. Itaque b. Gesenius coniecit, תַּנּוֹת esse pro תַּנְאוֹת (Dag. fort. euphon.), ut מִקְשָׁה pro מִקְשָׁאָה arab. مقثأة, מִכְלָה pro מִכְלָאָה, ita ut ad rad. תָּנָא pertineret. — Aliis, ut Vulg., Judaeis intpp., Rosenm., Dathio, Ewaldo, Hitzigio, תַּנּוֹת est i. q. תַּנִּים vel תַּנִּינִים, iique verba לְתַנּוֹת מִדְבָּר explicant: thoibus deserti, vel draconibus deserti.

תַּנִּים sing. Ez. XXIX, 3 *serpens magnus*, bellua marina i. q. תַּנִּין (quod complures codd. habent), ex quo haec forma vel a scriptore vel a librariis, quibus pl. תַּנִּים a sing. תַּן ductus obversabatur, neglecto etymo depravata est. Vid. תַּנִּין no. 2.

תַּנִּין pl. תַּנִּינִים s. תַּנִּינִם m. arab. تِنِّين et aram. תַּנִּין, ܬܢܝܢܐ 1) *bellua marina, piscis ingens*, gr. κῆτος Gen. I, 21. Iob. VII, 12. Ps. CXLVIII, 7. Nomen habet a longitudine corporis protensa, ut *ταινία* piscis longus, taenia, a verbo τείνω, cf. arab. تُنّ thunnus piscis, gr. θύννος, hispan. *atun*, ital. *tonno*, gall. *thon*, angl. *tunny*, germ. Thunfisch. Hunc piscem, thunnum, qui hominis longitudinem aequat, in mari mediterraneo crebro capitur et iam ab antiquis temporibus inter delicias habetur, primitus nomine תַּנִּין appellatum esse, coniecit Gesenius in adnotatione lexico suo ascripta, vid. Aristot. hist. anim. VIII, 15. Plin. hist. nat. IX, 15. Aelian. hist. anim. XV, 5 et Schneideri notas ad h. l., cf. Boettigeri Amalthea II, p. 303 sqq. — Fabulas Arabum de pisce تنّين vid. apud Kazwin. ed. Wuesteuf. T. I. p. 132 sq. — 2) *serpens* (ob similem longitudinem, ut vice versa δράκων est piscis marinus) Ex. VII, 9. 10. 12 (in eodem verborum contextu נָחָשׁ vs. 15 et IV, 3). Deut. XXXII, 33: חֲמַת תַּנִּינִם *virus serpentum* (parall. רֹאשׁ פְּתָנִים). Ps. XCI, 13 (parall. פֶּתֶן), *draco* Jer. LI, 34. — Denique 3) תַּנִּין appellatur etiam *crocodilus* (ut bellua Nili incola, nam appellationem crocodili vernaculam linguae semiticae, praeter aethiopicum ሐርገጽ፡ et amhar. ሐዞ፡ vel አዞ፡, non habent: syr. ܩܪܘܩܕܝܠܐ ex persico نهنگ ortum, ܩܘܪܩܕܝܠ lacerta est, Hebraei praeterea לִוְיָתָן adhibent, quod pr. serpens est, v. Iob. XL, 25 sqq., ubi Syrus intp. substituit ܬܢܝܢܐ, et ipsi Arabes aegyptiacum تمساح adoptant, praeterea dicunt ثعبان الماء i. e. draco aquae, et subinde الفرعون Pharao) Jes. XXVII, 1. LI, 9. Ez. XXIX, 3 (ubi תַּנִּים q. v. vulgo legitur pro תַּנִּין). XXXII, 2. Ps. LXXIV, 13. His omnibus locis crocodilus Aegypti vel regis aegyptii imaginem refert (etiam Jes. XXVII, 1, ubi alii belluam Babylonis symbolum esse contendunt). — עֵין הַתַּנִּין fons draconis prope Hierosolyma, v. עַיִן p. 1019 (ubi corrige errorem, v. Addenda).

II. תְּנַן chald. i. q. Syr. ܬܢܢ fumavit, unde aeth. ጢስ፡ ἀτμίς, vapor, chald. תְּנָנָא, syr. ܬܢܢܐ, ܬܢܢܐ, samar. ࠕࠍࠍࠀ fumus, nasor. תאנא fornax Cod. Nasar. ed. Norberg. T. II. p. 114. l. 7. 8, et

אַתּוּן chald. *fornax*, „pro אַתְנוּן ut יַדָּק pro יַרְקָק.

Constr. plerumque cum fem. Dan. III, 6 sq., cum masc. tamen Vers. 19. 22. Syr. ܐܰܬܽܘܢܳܐ, arab. أَتُّون et minus accurate أَتُون, auctore Golio etiam أَتُن et أَتُّون id. Arabum Lexicographi veras vocabuli origines, quae in Aramaismo quaerendae sunt, ignorasse videntur, idque ad rad. أتن referunt, veram autem derivationem ipse prodit Pluralis fractus أَتَاتِين, qui Singularem postulat أَتْتُون." Haec Gesenius in schedis posthumis scite notavit *). Ceterum أَتُّون potissimum fornax calcaria vocatur (hebr. כִּבְשָׁן), nec non vitriaria, balnearia, ut كُور fornax fabri ferrarii, فُرْن propria pistoris fornax, تَنُّور usibus domesticis destinata. Aethiop. etiam እቶን፡ fornax Henoch. LIII, 6. Iob. XLI, 12, et ambar. እቶን፡ id. Isenberg. lex. ambar. p. 124. Denique Persae quoque pro fornace utuntur vocabulo تون, quod ex اتون videtur curtatum esse.

תַּנּוּר hebr. (ex תַּן i. q. nasor. תאנא, de quo v. rad., chald. אַתּוּן et נוּר pr. fornax ignis) pl. תַּנּוּרִים m. (fem., ut videtur, Hos. VII, 4) *fornax*, *furnus*, *clibanus* Gen. XV, 17. Jes. XXXI, 9. Ps. XXI, 10. Thren. V, 10. Mal. III, 19, max. furnus coquendo pani atque placentae aptus Ex. VII, 28 (al. VIII, 3). Lev. II, 4 (מַאֲפֵה תַנּוּר). VII, 9. XI, 35, et non solum is quo pistor utitur Hos. VII, 4. 6. 7, sed talis etiam, in quo mater familias panem coquit Lev. XXVI, 26. Aram. תַּנּוּרָא, ܬܰܢܽܘܪܳܐ, arab. تَنُّور id. v. c. Hamas. p. 792, ubi scholiasta frustra anquirit etymon. Transiit etiam in linguam zendicam *tanura*, v. Vendidad. fargard. VIII. §. 254 cf. Spiegel Avesta übersetzt. vol. I. p. 12. 155. Golius in lex. arab. p. 398: „Est similis illi, qui أَتُّون vocatur; estque plerumque in fundo amplior, superne, ubi orificium, angustior: in quo panem coquunt fere lateribus applicari solitum, etiam verubus affixas carnium partes assant; فُرْن autem est furnus, fornicato structus opere, cuius fundo imponuntur panes." Saepe furni Orientalium magnae ollae formam referunt, ut Graecorum *κλίβανοι*. Vid. Schneideri et Passov. lexx. s. h. v., Jahnii archaeolog. bibl. T. I, 1. p. 213 et 2. p. 182, Beckmanni Beiträge zur Geschichte der Erfindungen T. II. p. 419, d'Arvieux merkw. Nachrichten ed. germ. T. III. p. 227 sqq., Niebuhrii Beschreibung von Arabien p. 51, ubi in tab. I. s. litt. F. imaginem furni habes, Rüppelli Reise nach Abyssinien T. I. p. 199, Eli Smith et Dwight researches in Armenia (Boston. 1833. 8. T. II. p. 40 sq. (Ceterum تَنُّور vocatur et lychnuchus magnus, ut syr. ܬܰܢܽܘܪܳܐ, v. Barhebr. chron. p. 282, De Sacy Druzes vol. I. p. CCCXLIV. CCCLXV.). — מִגְדַּל הַתַּנּוּרִים (turris furnorum) n. pr. turris in moenibus vel prope moenia Hierosolymorum Neh. III, 11. XII, 38.

תָּעַב in Kal inusit. (cf. תָּאַב no. II). Haec radix in ceteris linguis semiticis, certe ea significatione, quae apud Hebraeos valuit, vix usitata fuit, si excipias unum locum cod. Nasor. T. III. pag. 286. l. 1, ubi ܬܥܒ legitur, praeterea chald. Aph. אַתְעֵיב pro hebr. Hiph. positum Ez. XVI, 52 et nomen תּוֹעֵבְתָּא, תּוֹעֲבְתָא saepius in Targg. hebraeo תּוֹעֵבָה substitutum: quae tamen ex hebraea lingua videntur mutuata esse. Notio autem primaria posita in *extrudendo*, *propulsando*, *amovendo*, eaque ad reiectionem, reprobationem et abominationem translata est. Aliquatenus huc pertinere dixerim arab. تَغْب turpitudo, scandalum, crimen, تَغَب corruptela, pernicies, et verbum تَغِبَ periit, nec non تَعِبَ labore et molestia gravatus fuit.

Pi. תִּעֵב 1) *abominatus est* Deut. VII, 26. XXIII, 8. Am. V, 10. Mich. III, 9. Iob. XIX, 19. XXX, 30. Ps. V, 7. CVI, 40. CVII, 18. LXX. *βδελύσσεσθαι*. — 2) causat. *fecit ut abominaretur*, *horrorem incussit* alicui. Jes. XLIX, 7 de servo Dei: מְתָעֵב גּוֹי *horrorem incutiens populo*, qui abominationi est populo. — 3) item causat., sed ratione a no. 2 diversa: *detestabilem fecit* aliquem Iob. IX, 31: *etsi lavarer ac mundarer, tu, o Deus, immergeres me in foveam lutulentam*, וְתִעֲבוּנִי

---

*) Illam pluralis formam أَتَاتِين praebent German. de Silesia in Fabrica ling. arab. p. 483, Kam. ed. Calcutt. Vol. II. p. 1715 lin. ult., Giggeius, Castellus, Golius in Lexicis suis; أَتَاتِين vero est apud Gauharium (certe in cod. Berolinensi optimo. in Lugdunensibus aliisque), in Zamakhscharii Mukaddima ed. Wetzstein. p. 21. lin. 9, in Lexicis quibusdam manuscriptis minoribus, quae ex Gauharii auctoritate pendent, et in ipsa Kamusi editione Turcica Freytagique lexico. In lexici Gauhariani compendio, cui المختار inscribitur, أتاتين quidem legitur, ut apud Gauhar. ipsum, sed tamen in huius compendii exemplo, quod penes cl. Fleischerum est, a recentiore manu alteri ت superscripta est littera ذ. Atque ad grammaticae arabicae normam ex أَتُّون formari debebat plur. أَتَاتِين, sed si unquam forma أَتْتُون extitit quae in أَتُّون contraheretur, illud أَتَاتِين iusto modo inde formari poterat, et etymon a Gesenio propositum eo fit probabilius.

Hhhhh hhhhh 2

שַׂלְמוֹתָי *et* ipsae *vestes meae* squalore contaminatae *me detestabilem facerent*, it. *detestabile fecit* aliquid Ezech. XVI, 25: תְּתַעֲבִי יָפְיֵךְ *detestabilem facis pulchritudinem tuam.* Cf. Hiph.

Hiph. detestabile, turpe fecit. Psalm. XIV, 1 (cf. LIII, 2): הִתְעִיבוּ עֲלִילָה *turpe faciant facinus*, turpiter agunt, deinde omisso עֲלִילָה id. 1 Reg. XXI, 26: וַיַּתְעֵב מְאֹד לָלֶכֶת אַחֲרֵי הַגִּלֻּלִים *et turpissime egit in eo quod idola sectaretur.* Ez. XVI, 52: בְּחַטֹּאתַיִךְ אֲשֶׁר הִתְעַבְתְּ מֵהֵן *peccatis tuis, quae turpiora perpetrasti, quam illae sorores tuae.* Cf. הִשְׁחִית ,הֵרַע.

Niph. abominationi fuit, detestabilis fuit 1 Par. XXI, 6. Part. נִתְעָב detestabilis Iob. XV, 16, abiectus ut inutilis Jes. XIV, 19.

תּוֹעֵבָה f. cstr. תּוֹעֲבַת, plur. תּוֹעֵבוֹת cstr. תּוֹעֲבוֹת nomen particip. pr. id quod abominationem creat, *res abominanda, detestabilis, foeda et nefaria, horrenda, horror, abominatio* (LXX plerumque βδέλυγμα, in nonnullis locis ἀνομία, ἀκαθαρσία, all., Gr. Venet. saepe μύσος, Luther.: Greuel). Prov. XXVI, 25: ne confidas delatori, כִּי שֶׁבַע תּוֹעֵבוֹת בְּלִבּוֹ *nam septem res nefariae sunt in corde eius.* Maxime de iis, quae ex religionis decretis impura, illicita, reiicienda et abominanda sunt Prov. XXI, 27: זֶבַח רְשָׁעִים תּוֹעֵבָה *victima ab improbis oblata res est detestabilis.* XXVIII, 9. Lev. XVIII, 22. 26—30. Gen. XLIII, 32: Aegyptii cum Hebraeis edere non possunt, כִּי תוֹעֵבָה הִוא לְמִצְרָיִם *nam res exsecranda est Aegyptiis*, hoc facere eis religio est. XLVI, 34. Deut. XIV, 3: לֹא תֹאכַל כָּל־תּוֹעֵבָה *non edes ullam rem abominandam* (legibus interdictam), XXII, 5. XXIII, 19. עָשָׂה תוֹעֵבָה vel עָשָׂה תוֹעֵבוֹת perpetravit foeda, nefaria Lev. XX, 13. Jer. VI, 15. VIII, 12. Ezech. XVI, 50. XVIII, 13. 24. XXII, 11. XXXIII, 26. תּוֹעֵבָה לִפְנֵי יְהוָֹה Deut. XXIV, 4 et saepius תּוֹעֲבַת יְהוָֹה res quae Deo est abominationi Prov. VI, 16. XI, 1. XV, 8. 9. 26. XX, 10. 23 cf. Jes. I, 13, it. de homine quem Deus reprobat Deut. XXV, 16: תּוֹעֲבַת יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ כָּל־עֹשֵׂה אֵלֶּה *abominatur Deus omnem qui talia facit.* Prov. III, 32. XI, 20. XVI, 5. XVII, 15. XXIX, 27: תּוֹעֲבַת צַדִּיקִים אִישׁ עָוֶל וְתוֹעֲבַת רָשָׁע יְשַׁר דָּרֶךְ *horror iustorum est homo improbus, et horror improbi est qui recta via incedit.* Semel plur. תּוֹעֵבוֹת non sine vi acriore dicitur de uno homine Ps. LXXXVIII, 9: שַׁתַּנִי תוֹעֵבוֹת לָמוֹ qs. d. fecisti ut omni exsecrationis genere me persequantur (inimici). Prov. XVI, 12: תּוֹעֲבַת מְלָכִים עֲשׂוֹת רֶשַׁע *horror regum est facere impietatem* i. e. regum est vitare et detestari impietatem. VIII, 7: תּוֹעֲבַת שְׂפָתַי רֶשַׁע *abominatio labiorum meorum est impietas* i. e. ab impie dictis abhorreo. XXIV, 9. Spec. autem dicitur de rebus quae ad idolorum cultum pertinent (synon. שִׁקּוּץ ,שֶׁקֶץ.) Deut. VII, 25. 26. XII, 31. XIII, 15. XVII, 1. 4. XX, 18. XXXII, 16. 1 Reg. XIV, 24. 2 Reg. XVI, 3. XXI, 2. 11. Jer. II, 7. VII, 10. XXXII, 35. XLIV, 22. Ez. V, 11. VIII, 6. 9. 13. 15. 17. XVI, 2. XVIII, 12. XXIII, 36. Malach. II, 11. Esr. IX, 1. 11. עַמֵּי תוֹעֵבוֹת gentes idololatriae deditae Esr. IX, 14. Atque e gentilium iudicio de ipsis Hebraeorum sacris Ex. VIII, 22: תּוֹעֲבַת מִצְרַיִם נִזְבַּח לַיהוָֹה *victimas Jahvae offerimus, quas* (offerre) *Aegyptii abominationi habent* s. verecundantur, nempe animalia, quibus tanquam diis Aegyptii cultum adhibent. Denique de ipsis quoque idolis dicitur Jes. XLIV, 19. Jer. XVI, 18. Ez. XI, 21. Deut. XXVII, 15 (תּוֹעֲבַת יי). 2 Reg. XXIII, 13: מִלְכֹּם תּוֹעֲבַת בְּנֵי־עַמּוֹן *Moloch idolum Ammonitarum* (ut in eodem commate כְּמוֹשׁ שִׁקֻּץ מוֹאָב et עַשְׁתֹּרֶת שִׁקֻּץ צִידֹנִים). Cf. Ezech. VII, 20: צַלְמֵי תוֹעֲבֹתָם שִׁקּוּצֵיהֶם et XVI, 36: גִּלּוּלֵי תוֹעֲבוֹתַיִךְ.

תָּעָה fut. יִתְעֶה apoc. יֵתַע pr. huc illuc trusus est, cf. תָּעַע, cogn. תָּעַב q. v. et syr. ܛܥܐ titubavit, erravit, arab. تعس id., tum, ut rarius verbum טָעָה, *erravit, oberravit.* (Chald. תְּעָא id., sed multo frequentius טְעָא, et sic syr. et nasor. quoque ܛܥܐ erravit, ܛܘܥܝܝ et ܛܘܥܝܬܐ error, aberratio, samar. ࠈࠏࠄࠄ error, arab. طغا et طغى modum excessit in impietate vel iniustitia, it. exundavit aqua, torrens, طاغ et طاغية tyrannus, cf. تعى sec. Kam. i. q. عدا transiit, transgressus est.) Dicitur de hominibus Jes. XXXV, 8. XLVII, 15, de bestiis Ex. XXIII, 4. Jes. LIII, 6. Ps. CXIX, 176: תָּעִיתִי כְּשֶׂה אֹבֵד *deerravi ut ovis perdita*, etiam de avibus Iob. XXXVIII, 41, sq. בְּ loci Gen. XXI, 14. XXXVII, 15. Ps. CVII, 4. Sq. acc. loci *pererravit*, metaph. de palmitibus per desertum luxuriantibus Jes. XVI, 9. Spec. dicitur a) de ebriis, qui potu graves caeco gressu huc illuc titubant et oberrant. Jes. XXVIII, 7: תָּעוּ בַּשֵּׁכָר et ibid. תָּעוּ מִן־הַשֵּׁכָר *potu graves oberrant, ex vino vacillant*, et translatione ab ebriis facta XXI, 4: תָּעָה לְבָבִי *cor meum vertigine corripitur;* b) de animo, qui a virtutis et pietatis semita aberrat Ps. LVIII, 4. Ez. XLVIII, 11 bis, cf. תֹּעֵי לֵבָב Ps. XCV, 10, תֹּעֵי רוּחַ Jes. XXIX, 24, sq. מִן v. c. a praeceptis Dei Ps. CXIX, 110, cf. Prov. XXI, 16, sq. מֵעַל יְהוָֹה Ez. XLIV, 10. 15, sq. מֵאַחֲרֵי יְהוָֹה a Deo colendo Ez. XIV, 11. Cf. chald. טְעָא quod spec. est: idolorum cultui deditus fuit, טָעוּת ,טְעוּ error, idolum, arab. طاغوت idolum, aeth. ጣዖት: id. et verbum አምለከ: idola coluit, syr. ܛܥܝܐ haereticus fuit. Rabbinis quoque תּוֹעֵי רוּחַ (ex Jes. XXIX, 24) vocantur haeretici et subinde Christiani. c) Singulariter dictum est de iis qui aberrant a scopo, quem sibi proposuerant, et qui excidunt ausis suis Prov. XIV, 22: הֲלוֹא יִתְעוּ חֹרְשֵׁי רָע *nonne aberrabunt* a scopo, *qui malum meditantur.* Gesen. et Maurer. h. l. תָּעָה i. q. אָבַד esse opinati exponunt: pereunt, sed sine idonea causa. Gesenius quidem accersivit arab. طغى periit,

quod Golius in lex. affert e Gaubarii opere, sed in optimo codice Berolinensi eiusmodi vocabulum non exstat, et vereor, ne Golius erraverit.

Niph. oberravit (pr. reflex., cf. nostr. sich verirren), de ebrio Jes. XIX, 14. Metaph. *deceptus est, erravit,* sensu ethico Iob. XV, 31.

Hiph. fut. apoc. יַתַּע 1) *fecit ut erraret* vel *oberraret* Iob. XII, 24. Jes. XIX, 13. 14. Ps. CVII, 40. Jer. L, 6, ebrii instar Iob. XII, 25, *iussit ut oberraret* Gen. XX, 13: כַּאֲשֶׁר הִתְעוּ אֹתִי אֱלֹהִים מִבֵּית אָבִי *postquam Deus me, e domo patris mei* egressum, *oberrare iusserat.* רֶסֶן מַתְעֶה frenum ita adhibitum ut aberrationem efficiat Jes. XXX, 28. Metaph. *fecit ut aberraret* populus a virtute et pietate ad impietatem et scelera Jes. III, 12. IX, 15. Am. II, 4. Hos. IV, 12. Mich. III, 5. Jer. XXIII, 13. 32, vel ad idolorum cultum 2 Reg. XXI, 9. 2 Par. XXXIII, 9, sq. מִן Jes. LXIII, 17. — 2) intrans. *erravit* (pr. errationem fecit vel aluit) Prov. X, 17. Jer. XLII, 20 Keri.

תּוֹעָה f. bis legitur 1) *error* in rebus sacris, *impietas* Jes. XXXII, 6. Vid. rad. sub litt. b. — 2) *perturbatio* (Irrung = Verwirrung) Neh. IV, 2 (al. 8.): *coniurabant de Hierosolymis oppugnandis,* לַעֲשׂוֹת לוֹ תּוֹעָה *ut ei* (scil. Nehemiae) *perturbationem facerent.* Vulg.: insidias.

תֹּעוּ (error) n. pr. regis Hamathae s. Epiphaniae tempore Davidis 1 Par. XVIII, 9. 10, quod תֹּעִי scribitur 2 Sam. VIII, 9. 10.

תֹּעִי (error) n. pr., vid. תֹּעוּ.

תְּעָלָה f. *canalis,* et *fascia vulneri obligata,* vid. s. rad. עָלָה pag. 1032.

תָּעַע in Kal inusit. pr. trusit, illisit (stossen), ut תָּעָה, cf. תָּכַךְ. Arab. تعّ et قعّ vomitus, pr. eruptio, دعّ trusit, cf. دعب, دعث, دعث et plures radd. similes, quae idem denotant, تعتع huc illuc commovit agitavitque aliquem.

Pilp. תִּעְתַּע part. מְתַעְתֵּעַ *irrisit, illusit* Gen. XXVII, 12, pr. vel erupit in risum, ut arab. تغى, vel, quod in formam verbi duplicatam magis videtur quadrare, balbutivit (anstossen mit der Zunge, cf. לָעַג), ut arab. تعتع, تغتغ et تغتغ, melit. *taghtagh.*

Hithpalp. pr. exhibuit se ludificatorem, hinc *illusit, ludificatus est* aliquem, sq. בְּ pers. 2 Par. XXXVI, 16. (Arab. تتعتع balbutivit.)

תַּעְתֻּעִים m. pl. *illusiones* Jer. X, 15. LI, 18, ubi idola dicuntur מַעֲשֵׂה תַּעְתֻּעִים LXX. ἐμπεπαιγμένα, Hieron. *opus risu dignum,* rectius: opus illusionis s. deceptionis. Alii, ut Rosenm. et Ewald.: opus errorum, a תָּעָה erravit. Gesen. in schedis mss. coniecturam proponit מַעֲשֵׂה צַעֲצֻעִים opus statuarium (2 Par. III, 10); equidem prophetam potius תַּעְתֻּעִים scripsisse dixerim, illud autem tecte et subtiliter significasse non sine quodam lusu verborum.

תָּעַר verbum inusit. i. q. שָׁעַר (q. v.) et arab. ثغر fidit, ثغر fissura, hiatus, rima. Inde b. Gesenius in notis mss. ducit

תַּעַר c. Suff. תַּעְרָהּ m. pr. fissura, rima, hinc *vagina* gladii (ut nostr. Scheide, vet. germ. sceida, suec. skida, anglosax. scadha, sceadh, angl. sheath, a verbo sceidan dirimere, cf. pers. جين شمشير vagina, pr. plica ensis Ang. a St. Joseph gazophylacium p. 124) 1 Sam. XVII, 51. XX, 8. Jer. XLVII, 6. Ez. XXI, 8. 9. 10. 35. Alii תַּעַר ducunt a rad. עָרָה, ita ut vaginam ab evacuando dictam esse putent. Fuerstius quoque in Concordantiis hoc תַּעַר sub rad. עָרָה ponit, cui tamen vim cavandi capaxque faciendi tribuit, coll. אָרוֹן et מְעָרָה. — Ceterum alterum תַּעַר *novacula,* quod Gesenius supra attulit s. rad. עָרָה, non minus commode huc trahi potest, atque ad findendi vel scindendi notionem referri, ut fecit Fuerstius in Concord. s. rad. תָּעַר, quanquam ipsum affert etiam s. rad. ערה et ad detondendi significationem trahit.

תַּפּוּחַ m. *pomum, malum,* v. s. rad. נָפַח p. 896.

תָּפֵל rad. inusit. 1) i. q. תּוּף (q. v.) et arab. تفل eiecit sputum, exspuit, تفل male olnit propter neglectum aromatum usum, hinc *foetidus, olidus, inconditus, insipidus fuit* (cf. רִיר חַלָּמוּת Iob. VI, 6). Vid. תָּפֵל no. 1 et תִּפְלָה. Vicina sunt تفن auctore Firusabadio i. q. وسخ foetor, spurcities, et تفه, تافه insipidus.

2) i. q. טָפַל *concinnavit, agglutinavit.* Talmud. תפל et frequentius טפל adhaesit, adiunctus fuit, תְּפִילָה, תפלות, תפלות adhaesio, coniunctio, et טָפַל illevit, oblevit luto, argillâ, all. Vid. תָּפֵל no. 2. Cogn. תָּפַר.

תָּפֵל m. 1) *insulsum* aliquid, *inconditum, fatuum* Iob. VI, 6: הֲיֵאָכֵל תָּפֵל מִבְּלִי מֶלַח *num editur fatuum sine sale?* Symm. ἀνάρτυτον h. e. incompositum, inconditum, Syr. ܕܠܐ ܡܬܒܠ quod Arabs reddidit البشع insipidum, Hier.: *insulsum.* R. Jona in lexico ms.: ת' هو الطعام المسيخ وهو الذى لا ملح فيه وذلك شى فاسد

i. e. 'ת *est cibus insipidus, in quo sal non est, res corrupta.* Similiter Tanchum Hieros. ad Thren. II, 14: 'ת هو المسيخ الذي لا طعم له i. e. 'ת *est insulsum, quod non habet saporem.* In Talm. tr. Schabbath fol. 128 a legitur דָּג תָּפֵל piscis insulsus (opp. דָּג מָלִיחַ piscis salitus), item tr. Nedarim fol. 51 b de caseo insulso. Vid. rad. no. 1. — Metaph. *insipidum, ineptum, falsum* Thren. II, 14: נְבִיאַיִךְ חָזוּ לָךְ שָׁוְא וְתָפֵל *vates tui tibi vaticinati sunt falsa et inepta.* LXX. *μάταια καὶ ἀφροσύνην.* Tanchum Hieros.: الزور والباطل. Cf. תִּפְלָה.

2) *tectorium* (Tünche), *calx tectoria,* qua paries tegitur vel oblinitur (vid. rad. no. 2). Dicitur - טָח אֶת הַקִּיר תָּפֵל oblevit murum tectorio Ez. XIII, 10—15 (de quo loco v. rad. טוּחַ p. 547). XXII, 28. (Chald. טְפֵיל hoc sensu legitur in Targ. Jer. XLIII, 9 pro hebr. מֶלֶט. Rabbinis טְפֵילָה est tectorium s. crusta parietis, it. טִפּוּל, quod et de illinimento alio legitur tr. Pesachim fol. 42 b. Vid. Buxt. lex. talm. Arab. طُفَال et طَفَل in Kamuso explicatur طِينٌ يَابِسٌ lutum siccum, spec. autem sic vocari „a detritus of the feldspar of granite", auctor est Burckhardtus itin. Syriae ed. Lond. p. 488, cf. J. Wilson The Lands of the Bible (1847. 8.) vol. I. p. 254. Melit. *tafal* terra lutumve ex quo vasa fictilia finguntur, creta, argilla, Vassalli lex. melit. p. 64.

תֹּפֶל (fort. calx, cf. תָּפֵל no. 2) n. pr. loci in deserto sinaitico vel potius in Idumaea ex adverso regionis Paran siti Deut. I, 1. Probabiliter est hodiernum *at-Tafîla* الطفيلة, oppidum primarium provinciae Gebâl, a quo vallis Wâdi at-Tafîla nomen habet. Vid. Robinson. Palaest. ed. germ. T. III. p. 125 et 160 coll. p. 19. 31. 39. 42. 104. 106. 156. Burckhardti itiner. Syr. ed. germ. p. 677 sqq. Videtur nomen traxisse a calcaria ibi inventa, ac similem originem fortasse habet melit. *Râs yt-tafal,* nomen loci in insula Gaulo, v. Vasalli lex. melit. p. 64. (Alia significatio postulatur in n. pr. אֲחִיתֹפֶל, q. v. pag. 66.)

תִּפְלָה f. pr. insulsitas (v. תָּפֵל no. 2), deinde *ineptum, absurdum, stultum,* adeoque *impium* aliquid (cf. נְבָלָה). Iob. XXIV, 12: לֹא יָשִׂים אֱלוֹהַּ תִּפְלָה *non respicit Deus absurdum* i. e. absurdam et iniquam agendi rationem, qua homines libere utuntur. Jer. XXIII, 13: בִּנְבִיאֵי שֹׁמְרוֹן רָאִיתִי תִפְלָה *in prophetis Samariae vidi ineptum,* nam vaticinabantur pro Baale et seducebant populum, ut ait in commatis parte altera. LXX. *ἀνομήματα.* Vulg.: fatuitatem. נָתַן תִּפְלָה לֵאלֹהִים dare i. e. edere impie dicta in Deum Iob. I, 22. Praeterea non legitur in S. S. Talmudici תִּפְלוּת eodem sensu dicunt, v. c. Pesachim fol. 91: mulieres et servi non coniungendi in uno contubernio מִשּׁוּם תִּפְלוּת. Vid. Buxt. lex. talm. p. 2620 sq., cf. Wagenseil. ad Sotam p. 497.

תְּפִלָּה f. *precatio,* v. rad. פָּלַל pag. 1106.

תֻּפִינִים *coctiones,* vid. s. rad. אָפָה pag. 136.

תִּפְסַח n. pr. *Thapsacus,* v. s. rad. פָּסַח p. 1115.

תָּפַף *tudit, pulsavit,* spec. tympanum. Ps. LXVIII, 26: עֲלָמוֹת תּוֹפֵפוֹת *puellae pulsantes tympana.* Vicina sunt דָּפָה, דָּפַק, דָּפַף, הָדַף, נָדַף, دَفَّ all., nec non sanscr. *tup* caedere, et gr. *τύπτω,* rad. *τυπ,* unde *τύμπανον* i. q. hebr. תֹּף. Melit. *taptab* illisit pede vel manu, *teftef* palpavit.

Po. pulsavit, feriit pectus, sq. עַל Nah. II, 8.

תֹּף m. pl. תֻּפִּים *tympanum* (arab. دُفّ, unde hisp. *adufe* tympanum mauritanum), in oriente plerumque a mulieribus saltatricibus pulsatum, orbe ligneo constans membranâ obducto et crepitaculis aeneis instructo Ex. XV, 20. Iud. XI, 34. 1 Sam. X, 5. 2 Sam. VI, 5. Jes. V, 12. XXX, 32. Jer. XXXI, 4. Iob. XXI, 12. Ps. LXXXI, 3. CXLIX, 3 (cf. Ps. LXVIII, 26). Varias tympani species in oriente usitatas descripsit Niebuhrius itiner. T. I. p. 180 sq. earumque imagines dedit ibidem in tab. XXVI s. litt. P. Q. R. et S. Cf. Isidori origg. III, 21, 10. Ant. Theod. Hartmann die Hebräerin T. III. p. 372 sq. Harmari observatt. III, 120 sqq. Winer bibl. Realwörterb. I. p. 461 sq. — Uno loco sane difficillimo Ez. XXVIII, 13 Gesenius תֻּפִּים cum Hieronymo interpretabatur *tympana gemmae* i. e. *palas,* quibus gemmae continentur. Hitzigius ad h. l. vult *Stempel, Gepräge,* coll. arab. سِكَّة nota et signum monetae, Maurer. in lex. hebr. ornatum circuli vel tympani formâ; alii in communi tympani significatu acquiescunt, ut Haevernickius in comment. ad h. l.

תָּפַר *consuit* Gen. III, 7. Iob. XVI, 5. Eccl. III, 7, i. q. טָפַל et תָּפַל no. 2. (Apud Judaeos scriptores recentioris aetatis תּוֹפֵר sartor, תְּפִירָה sutura.)

Pi. id. Ez. XIII, 18.

תָּפַשׂ fut. יִתְפֹּשׂ (i. q. chald. תְּפַס) 1) *prehendit* aliquem, sq. acc. Gen. XXXIX, 12 (addito בְּבִגְדוֹ veste). Deut. XXII, 28. 1 Reg. XIII, 4. XVIII, 40. Ps. LXXI, 11. Jer. XXVI, 8. XXXVII, 13. 1 Reg. XX, 18: תִּפְשׂוּם חַיִּים *prehendite eos vivos.* 2 Reg. VII, 12. X, 14, rarius sq. בְּ pers. Jes. III, 6. Jer. XXXVII, 14; aliquid sq. בְּ Deut. IX, 17. Ez. XXIX, 7. XXX, 21. 1 Reg. XI, 30. Inde *bello cepit* homines Jos. VIII, 23. 1 Sam. XXIII, 26. 2 Reg. VII, 12. XIV, 13, urbes Jos. VIII, 8. Deut. XX, 19. 2 Reg. XIV, 7. XVI, 9. XVIII, 13.

Translate dicitur תָּפַשׂ שֵׁם יְ׳ Prov. XXX, 9 manus intulit nomini divino i. e. Deum violavit eum abnegando et peierando, bene Luth.: sich an dem Namen Gottes vergreifen (cf. כַּחֵשׁ in priori hemistichio). — 2) *tenuit*, ut urbem Jer. XL, 10, locum editum, munitum XLIX, 16, dein *gessit*, *tractavit* (germ. etwas führen, handhaben), velut falcem Jer. L, 16, scutum Jer. XLVI, 9, gladium Ezech. XXXVIII, 4, arcum Am. II, 15. Jer. XLVI, 9: תֹּפְשֵׂי דֹּרְכֵי קָשֶׁת *qui gerunt tenduntque arcum*, it. remum Ez. XXVII, 29, instrumentum musicum, velut tibiam, citharam Gen. IV, 21. Sic תֹּפְשֵׂי הַמִּלְחָמָה sunt milites qui stipendia fecerunt Num. XXXI, 27, תֹּפְשֵׂי הַתּוֹרָה qui tractant legem (sacerdotes) Jer. II, 8. — 3) auro *inclusit* (in Gold *fassen*), *obduxit*. Part. pass. תָּפוּשׂ זָהָב וָכֶסֶף auro et argento obductus Hab. II, 19. Cf. אָחַז no. 5. 6.

Niph. pass. Kal no. 1. *comprehensus est* Num. V, 13. Ez. XXI, 23, *captus est*, de hominibus Ps. X, 2. Jer. XXXIV, 3. XXXVIII, 23. Ez. XII, 13. XVII, 20. XIX, 4. 8, de urbibus Jer. XLVIII, 41. L, 24. 46. LI, 32. 41.

Pi. i. q. Kal no. 1, sed iterativ. *prehendit* Prov. XXX, 28: שְׂמָמִית בְּיָדַיִם תְּתַפֵּשׂ וגו׳ *stellio manibus suis prehendit*, palpat, et *est in palatiis regum*.

תֹּפֶת et תָּפְתֶּה v. s. rad. תּוּף pag. 1497.

תִּפְתָּיֵא chald. v. s. rad. פְּתָה pag. 1138.

תְּקָא vel **תָּקָה** rad. inusit. Arab. تقى timuit, cavit, v. n. pr. אֶלְתְּקָא, אֶלְתְּקֵה supra pag. 102.

תִּקְוָה *funis*, et *spes*, v. rad. קָוָה.

תְּקַל chald. *pependit*, *ponderavit*, i. q. hebr. שָׁקַל (q. v.), pro quo poni solet in Targg. Part. pass. תְּקֵל pro תְּקִיל pensus, ponderatus Dan. V, 25. 27. Praet. Peil 2. sing. m. תְּקַלְתָּא sive, ut scriptum est in aliis codicibus תְּקִלְתָּא (conflatum ex part. pass. et pronom. 2. pers.) pensus es, ponderatus es Dan. V, 27.

תָּקַן *rectus fuit* vel *factus est* (vic. תָּכַן) Eccles. I, 15: מְעֻוָּת לֹא יוּכַל לִתְקֹן *perversum non potest esse* vel fieri *rectum*. (Est radix recentiori hebraismo et aramaeis linguis fere propria (v. infra rad. chald.), in V. T. praeter Dan. locum non extans nisi in libro Ecclesiastis; arab. أتقن firmiter et solide fecit v. c. aedificium, recte et bene tractavit negotium, مُتقَن firmus.)

Pi. תִּקֵּן *rectum fecit* aliquid, quod curvum vel pravum erat, sq. acc. Eccles. VII, 13, *recte disposuit* (parabolas) XII, 9.

תְּקַן chald. id. (In Targg. Pa. תַּקֵּן et Aph. אַתְקֵן firmum et rectum fecit, recte disposuit, frequentantur pro vicinis hebr. תִּכֵּן, הֵכִין et כּוֹנֵן, nec non pro הֵיטִיב et similibus, תַּקִּין firmus, rectus, aptus, item apud Rabbinos Pi. et Hiph. eodem significatu, תִּקּוּן dispositio, correctio, syr. ܬܩܢ firmus stetit, Pa. et Aph. i. q. chald., nasor. ܬܩܢ Pa. id.).

Hoph. הָתְקַן (hebraeo more formatum) *firmatus*, *dispositus est*, spec. *restitutus est* Dan. IV, 33 (al. 36).

תָּקַע fut. יִתְקַע 1) *feriit*, *percussit*, spec. addito כַּף *manus complosit*, quod est a) laetantium Ps. XLVII, 2, max. de alterius calamitate, sq. עַל Nah. III, 19: *omnes qui de tuo exitio audiunt* תָּקְעוּ כַף עָלֶיךָ *manum complodunt super te*. b) spondentium Prov. XVII, 18. XXII, 26, sq. לְ pro aliquo Prov. VI, 1: תָּקַעְתָּ לַזָּר כַּפֶּיךָ *spondes pro peregrino*. Omisso כַּף id. Prov. XI, 15. — 2) *feriendo fixit* (einschlagen), veluti clavum, paxillum Iud. IV, 21: וַתִּתְקַע אֶת־הַיָּתֵד בְּרַקָּתוֹ *et infixit paxillum in tempus capitis eius*. Jes. XXII, 23. 25, *affixit* rem clavo 1 Sam. XXXI, 10: וְאֶת־גְּוִיָּתוֹ תָּקְעוּ בְּחוֹמַת בֵּית שָׁן *et cadaver eius* (Sauli) *affixerunt in muro urbis Bethsan*. 1 Par. X, 10: וְאֶת־גֻּלְגָּלְתּוֹ תָקְעוּ בֵית דָּגוֹן *cranium eius affixerunt templo Dagonis*. Iud. XVI, 14; (unde תָּקַע אֹהֶל clavis vel paxillis in terram infixis collocavit tentorium Gen. XXXI, 25. Jer. VI, 3, ut Arabes dicunt ضرب بيتا; *infixit*, *adegit* v. c. hastam, ensem in ventrem Iud. III, 21. 2 Sam. XVIII, 14; adeoque *iniecit* (in mare) Exod. X, 19: וַיִּתְקָעֵהוּ יָמָּה סּוּף *et proiecit* Deus agmen locustarum *in mare rubrum*. — 3) תָּקַע בַּשּׁוֹפָר Jos. VI, 4. 8. 13. 16. 20. Iud. III, 27. VI, 34. VII, 18. 19. 20. 1 Sam. XIII, 3. 2 Sam. II, 28. XVIII, 16. XX, 1. 22. 1 Reg. I, 34. 39. 2 Reg. IX, 13. Neh. IV, 12. Zach. IX, 14. Ez. XXXIII, 3. 6 et ת׳ שׁוֹפָר Ps. LXXXI, 4. Jes. XVIII, 3. Hos. V, 8. Joël. II, 1. 15. Jer. IV, 5. VI, 1. LI, 27. Iud. VII, 22, nec non תָּקַע בַּחֲצֹצְרָה Num. X, 3. 4. 8. 10. 2 Reg. XI, 14. 2 Par. XXIII, 13 *tubam inflavit* (semel), tubâ signum dedit (nostr. in die Trompete *stossen*, arab. ضرب البوق), quod quomodo differat a הֵרִיעַ et תָּקַע תְּרוּעָה classicum cecinit, v. הֵרִיעַ p. 1277, cf. Num. X, 7: תִּתְקְעוּ וְלֹא תָרִיעוּ.

Niph. 1) pass. Kal no. 1, b Iob. XVII, 3: מִי־הוּא לְיָדִי יִתָּקֵעַ *quis est, qui cum manu mea complodat*, h. e. quis dextrâ datâ pro me spondeat? — 2) pass. no. 3. Jes. XXVII, 13. Am. III, 6.

תֵּקַע m. Ps. CL, 3 *clangor* tubae.

תְּקוֹעַ pr. inf. *inflare tubam*, subst. c. art. Ezech. VII, 14. Cf. שָׁרֵת c. art. p. 1485.

תְּקוֹעַ (fixio sc. tentoriorum, vel clangor tubae,

cf. Jer. VI, 1) *Thecôa* n. pr. urbis munitae, Amosi prophetae patriae (Am. I, 1), in finibus tribus Judae (2 Par. XI, 6), sex milliar. roman. ad euronotum Bethlehemi in monte sitae ad marginem magni deserti (מִדְבַּר תְּקוֹעַ 2 Par. XX, 20, ἡ ἔρημος Θεκωέ 1 Macc. IX, 33), 2 Sam. XIV, 2, Jer. VI, 1 (ubi lusus verborum: בִּתְקוֹעַ תִּקְעוּ שׁוֹפָר). Am. I, 1, gr. Θεκωέ 1 Macc. IX, 33, apud Josephum modo Θεκωέ, modo Θεκώς, modo Θεκόα. Praeterea nomen תְּקוֹעַ bis legitur 1 Par. II, 24 et IV, 5 in genealogia tribus Judae hoc nexu, ut filius Hezronis posthumus, Calebi frater, nominetur אַשְׁחוּר אֲבִי תְקוֹעַ *As'chur pater Thecoae*, quo significari videtur, eum conditorem vel certe possessorem eius urbis fuisse, cf. מָכִיר אֲבִי גִלְעָד 1 Par. II, 21 coll. vs. 22. In libro Josuae XV, 60 Thecoa, quod mirare, inter Judae urbes non memoratur, habent autem ibi nomen Θεκώ Alexandrini interpretes. Hieron. in Jerem. c. 6: Thecuam, inquit, viculum in monte situm et XII mill. ab Hierosolymis separatum, quotidie oculis cernimus (sc. Bethlehemo, ubi Hieronymus degebat, dum haec scriberet). Commemoratur Thecoa تقوع in Vita Salad. ed. Schultens. p. 237 cf. Schult. ind. geogr. v. Tekoa. Ruinae ibi superstites hodieque nomen antiquum *Tekûa* تقوع retinuerunt. Vid. Relandi Palaest. p. 1028 sq., Von Troilo itiner. p. 314. Legh in Macmichael journey p. 196. Irby and Mangles p. 341, Ed. Robinson Palaest. II. p. 406 sqq., Gust. Baur comm. in Amos. p. 42 sq., Winer bibl. Realwb. II. p. 606, Tobler Denkblätter aus Jerusalem (St. Gallen 1853. 8.) p. 682 sqq. — Gentil. est תְּקֹעִי 2 Sam. XXIII, 26, fem. תְּקֹעִית 2 Sam. XIV, 4. 9, plur. תְּקוֹעִים Neh. III, 5.

תָּקַף pr. contudit, detrusit, illisit (cf. תָּקַע), hinc *valide et cum vi oppressit* aliquem, sq. acc. pers. Iob. XIV, 20. XV, 24, *invasit, adortus est* Eccles. IV, 12. (Haec radix, rari et fere sequioris usus apud Hebraeos, frequentissima est in Aramaismo, v. infra rad. chald.; arab. ثقف offendit, invenit, germ. worauf stossen, prehendit aliquem, aliquo potitus fuit.)

Hiph. sec. nonnullos Eccles. VI, 10 Kethib, sed vid. תַּקִּיף.

תְּקֵף et **תְּקִף** verbum chald. *validus fuit* vel *factus est*, de arbore Dan. IV, 8, de rege ibid. vs. 19, in malam partem de animo obfirmato V, 20. (Exempla ex Targg. larga manu dedit Buxt. lex. chald. et talm. p. 2634 sqq., syr. ܬܩܦ et samar. ࠕࠒࠐ id.).

Pa. infin. תַּקָּפָה *firmare, confirmare* Dan. VI, 8.

תֹּקֶף m. *robur, potentia* Esth. IX, 29. X, 2. Dan. XI, 17: לָבוֹא בְּתֹקֶף כָּל־מַלְכוּתוֹ *ad obtinendam totius regni sui potestatem.*

תְּקָף m. chald., st. constr. תְּקַף (Dan. IV, 27, ubi alii habent תְּקָף, alii תְּקַף), st. emphat. תָּקְפָּא (Dan. II, 37) id. Dan. ll. cc. (In Targg. תְּקוֹף, תּוּקְפָּא, syr. et nasor. ܬܘܩܦܐ id.).

תַּקִּיף m. adj. *validus, fortis.* Eccles. VI, 10 Kri: שֶׁתַּקִּיף מִמֶּנּוּ *qui fortior est quam ille* (Kethib: שֶׁהתקיף מִמֶּנּוּ eodem sensu, graece dixeris ὅς ἐστιν ὁ κραταιότερος ὑπὲρ αὐτόν, vult Deum homine validiorem. Fuerstius in Concordantiis s. h. v. proponit lectionem שֶׁהִתְקִיף idque Hiph. intrans. interpretatur coll. הִגְבִּיר Ps. XII, 5, sed vereor ut hoc verum sit iccirco quia ne in Aramaismo quidem formae Aphel vestigium exstat).

תַּקִּיף m. chald. i. q. hebr. *validus, fortis* Dan. II, 40. 42. III, 33. (Et hoc adj. in Targg. valde usitatum est, syr. et nasor. ܬܩܝܦ id.).

תְּקוּפָה f. *circuitus*, v. s. rad. קוּף pag. 1208.

תֹּר, v. תּוֹר s. rad. תּוּר pag. 1498 sq.

תַּרְבּוּת *soboles*, et **תַּרְבִּית** fenus, v. s. rad. רָבָה pag. 1257.

תִּרְגֵּל v. s. rad. רָגַל pag. 1261.

תַּרְגֵּם v. s. rad. רָגַם pag. 1264.

* * *


תְּרָא Sub his litteris pono


תְּרֵין chald. cstr. תְּרֵי *duo* Esr. VI, 17. Dan. IV, 26. Fem. תַּרְתֵּין *duae* Esr. IV, 24. Dan. VI, 1. De linguarum consensu v. synonymum hebr. שְׁנַיִם s. rad. שָׁנָה pag. 1449.

* * *

תִּרְהָקָה *Tirhâka*, n. pr. regis Aethiopiae et Thebaidis 2 Reg. XIX, 9 (= Jes. XXXVII, 9), Τεάρκων ὁ Αἰθίοψ Megasthenis (ap. Strabon. XV, 1. §. 6), Manethonis Ταρακός sec. Euseb. vel Τάρκος sec. Jul. Afric., dynastiae XXV. rex tertius (v. Syncell. chronogr. ed. Paris. p. 74. 75, ed. Dindorf. p. 139. 140), qui Hiskiae tempore cum Assyriis bellum gessit et viginti annos regnavit. LXX. Θαρακά. Monumenta huius regis hodie supersunt tum in Aethiopia ad montem Barkal, tum in Thebarum ruinis. Et illa quidem primus Richardus Lepsius penitus perscrutatus est (vid. Lepsius, Briefe aus Aegypten, Aethiopien und der Halbinsel des Sinai, Berol. 1852, pag. 238 sqq., eiusdemque Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien, Abtheilung V); Thebis autem, ubi nunc est Madinat-Habu, et imago Tirhacae regis (vid. Rosellini monumenti storici tab. 13

p. 49) et eius nomen invenitur litteris hieroglyphicis ita scriptum





V. Rosellini monumenti storici II, 109 sqq. tab. 8. no. 141. 141a. Wilkinson manners and customs of the ancient Egyptians vol. I. p. 140 sqq. C. Leemans lettre à M. Fr. Salvolini sur les monumens portant des légendes royales, Leid. 1838, p. 118. Cf. Champollion gramm. égypt. pag. 142.

תָּרַז verbum inusit. i. q. arab. تَرَزَ et تَرِزَ *durus, firmus, rigidus fuit,* تُرُوزٌ crassities et firmitas duritiesve, cf. تَرَصَ firmus fuit, IV firmavit, it. rectificavit libram, aram. תְּרֵיץ, ܬܪܨ direxit, recta tetendit, ܬܪܝܨ rectus, a rigore, ut puto. Inde

תִּרְזָה f. Jes. XLIV, 14 arboris species, a duritie dicta, fere ut lat. *robur*. Aqu. et Theodot. ἀγριοβάλανος, Vulg. *ilex*, quod recte defendit Ol. Celsius hierobot. P. II. p. 269 sqq. Iuxta positum est אַלּוֹן quercus. Ilex autem arbor in Palaestina frequens est. Dav. Kimchi ad Jes. l. c. speciem esse ait arboris sterilis, quae arabice סנאבר dicatur. Vult صَنَوْبَر i. e. pinus vel potius pinaster. Idem صنوبر dant Saad. et Abulwalides. Buxtorf. in lex. talm. p. 2647: „alii cupressum, alii fagum [sic Luther.: Buechen], alii ilicem reddunt.“ In ceteris linguis vix usitatum est vocabulum. Unus Chald. intp. reddidit תְּרַז, sed hoc ex hebraeo mutuatum videtur, quum alibi nusquam exstet. Praeterea in interpretatione amharica expressum est ተረዝ፡ quod Isenberg. in lex. amhar. p. 96 ex Jes. loco citat et certam arborem duri ligni esse autumat, apponens arab. تَرْزَة, quod unde cognitum habeat, nescio.

תְּרַח rad. inusit., chald. תְּרַח *moratus est*, qua significatione passim in Talmude legitur. Glossa ad tr. Gittin fol. 68, b: תרח בלשון ארמי איחור. — Ewald. hist. populi Israël. T. I. ed. 2. p. 366 coniicit, תֶּרַח esse i. q. אָרַח iter fecit.

תֶּרַח (iter vel mansio itineris) n. pr. 1) stationis Israëlitarum in deserto Sinaïtico Num. XXXIII, 27. 28. LXX. Θαράθ. — 2) patris Abrahami Gen. XI, 24 sqq. Jos. XXIV, 2. LXX. Θάρα, cf. Luc. III, 34. (Pro Θάρα etiam scribitur Ἀθάρ, ex qua depravatione ortum est arab. آزَر tanquam nomen patris Abrahami Cor. sur. 6. vs. 74. Vid. scriptionem meam Versuch über die Himjarit. Schriftmonumente, Hal. 1841. 8., p. XVI sq.).

תְּרֵין chald. *duo*, v. s. rad. תרא pag. 1518.

תַּרְמָה et **תַּרְמִית** *fraus*, v. s. rad. רָמָה p. 1290.

תֹּרֶן *malus*, v. s. rad. רָנַן pag. 1293.

תְּרַע rad. chald., in Targg. *fidit, rupit, perrupit, disrupit* (i. q. hebr. שָׁעַר no. I, q. v.), תַּרְעָא ruptura, item syr. ܬܪܥ rupit, fidit, aperuit, ܬܘܪܥܬܐ fissura, rima. Inde

תְּרַע m. chald. i. q. hebr. שַׁעַר *porta, ostium*, ut fornacis Dan. III, 26. (Phoen. *thera* id. Plaut. Poen. V, 1, 10, in Targg. תְּרַע st. emphat. תַּרְעָא pro hebr. שַׁעַר et פֶּתַח solet poni, syr. ܬܪܥܐ, ܬܪܥܐ et arab. تُرْعَة id.). — תְּרַע מַלְכָּא *porta regis* est *aula regia*, pluribus palatiis constans muro cinctis, ad quae per unam portam aditus esse solet Dan. II, 49. Eandem significationem habet hebr. שַׁעַר־הַמֶּלֶךְ Esth. III, 2 sqq., v. שַׁעַר no. 1, cf. arab. باب, pers. درگاه et turc. قپو, quae portam indicant et de aula Chalifarum, regum et imperatorum Persicorum Turcicorumque dicuntur, ut αἱ θύραι de aula Persica apud Xenoph. Cyrop. I, 3. §. 2. VIII, 3. §. 2. 11 et 6. §. 7, et apud nos *die hohe Pforte, la Sublime-Porte.* Sic in inscr. Darii magna Behistun. col. 2. §. 13 legitur *duvarayâmai* in porta mea.

תָּרָע m. chald. (pro תַּרָּע ad formam צַיָּד, מַלָּח) *ianitor, ostiarius* Esr. VII, 24.

תִּרְעָתִי n. gentil. a nomine alias ignoto תִּרְעָה (porta) 1 Par. II, 55.

תָּרַף rad. inusit., cui varias viri docti significationes vindicarunt, ex quibus vocem תְּרָפִים explicarent. Ac 1) multi olim Edmundo Castello accesserunt, qui in Lexico heptaglotto h. v. syriaco ܬܪܦ *percontandi* vim falso tribuerat, sumtam quidem e Bar Bahluli lexico, cuius tamen verba male et legerat et intellexerat, ut inanis esset inde ducta opinio, Teraphim simulacra nomen ex eo habuisse, quod ea de rebus dubiis et occultis percontarentur et consulerent (Ez. XXI, 26. Zach. X, 2). Ipsam Bar Bahluli glossam accurate transscriptam Gesenius attulit tum in praefatione Lexici minoris (ed. 3. p. XXI, ed. 4. p. XVII), tum in Commentatione de Bar Alio et Bar Bahlulo part. II. p. 29. Est autem

haec: ܬܪܦܐ تترك وتهمل : ܬܪܦܐ ترخى : ܬܪܦ ܐܡܪ ܒܪ ܣܪܘܫܘܝ ܗܢܘ ܛܒܠ يغوص وينقا. ܬܪܦ ܒܗ ܡܒܥܐ ܒܗ ܘܡܦܩ ܥܠܘܗܝ ܒܠܗ يطيف اليه ويشيع عليه اقوال منكر باطل i. e. ܬܪܦܐ *remittis et omittis*, ܬܪܦܐ *remittis* [scil. Aph. rad. ܪܦܐ]. ܬܪܦ *sec. Bar Seruschwai: qui baptizatur, se demergit et purificatur*, it. ܬܪܦ *sq.* ܒ *pers. qui inquirit in aliquem et contra eum spargit famam, qui ambit aliquem et spargit contra eum sermones iniquos et mendaces.* Vides in his verbo ܒܨܐ Castellum inductum esse, quod est inquirere, explorare; eodem iure oraculis penatum aliquis adhibuerit notionem indicandi, manifestandi portendendique, quae inest in verbo ܒܨܐ, sed verbi ܬܪܦ vim propriam B. Bahlulus potius in calumniando ponit, cf. ܬܘܪܦܐ, hebr. טָרַף et חֵרֵף. — 2) Ludov. de Dieu ad Gen. XXXI, 19, Albert. Schultens ad Harir. consess. III. p. 155, Eichhornius, Gesenius et recentiores plerique recurrerunt ad arab. تَرِفَ bonis commodisque vitae affluxit vel iis fruitus et laetatus est, IV vitae commoda largitus est, تُرْفٌ et تُرْفَةٌ commoditas fortunae ac vitae, تَرِيفٌ delicatus, bonus, مُتْرَفٌ bonis commodisque vitae abundans (cf. vic. radd. رفغ et رفه), et inde deos penates תְּרָפִים dictos esse putarunt ut vitae fortunaeque commodioris praesides et largitores, qui ad amplificandam et tuendam rem domesticam colerentur. Ipse etiam Castellus l. c. hanc sententiam obiter tangit. Adde aeth. ተረፈ: superfuit, ትሩፍ: abundans, unde ትሩፋት: opera supererogationis. — 3) Fuerstius in Concordantiis h. v., cui nuper accessit Delitzsch. comm. in Genes. p. 410, תְּרָפִים explicat altores et nutritores, coll. הַטְרִיפֵנִי Prov. XXX, 8, quod arcessitum est, quum הַטְרִיפֵנִי illud pertineat ad טָרַף discerpere sc. dentibus cibum. — 4) Aeque languidum est atque a consueta litterarum permutatione abhorrens, quod Lud. de Dieu l. l. memoravit, nuperque defendit Hofmannus (Schriftbeweis I. p. 328), תְּרָפִים esse eosdem cum שְׂרָפִים angelis. — 5) Adhibito aeth. ተረፈ: superfuit, remansit, E. Meier in Lex. radd. hebr. p. 382 *Teraphim* esse putat simulacra relicta maiorum, qui e vita excesserunt, coll. arab. طُرَفٌ proximi parentes, ut pater, mater, fratres, patrueles, cf. ትሩፋት: reliquiae Sanctorum, quanquam ሕሉ : ተርፉ potius sunt superstites, non mortui. Sam. Lee quoque in Lex. hebr.: „Possibly the meaning might originally be Relics." — 6) Maurer. ad Hos. III, 4 et in Lex. hebr.: תָּרַף i. q. טָרַף decerpsit, arab. صَرَمَ resecuit, amputavit, ut תְּרָפִים sint „simulacra pectore tenus efficta, hermarum e genere", pr. trunci, caudices, ut Aquila Hos. III, 4 vertit *προτομαί* sec. notam marg. codicis Coisl. — 7) Levis est quorundam Judaeorum interpretatio (vid. Tanchum. Hieros. ad Iud. XVII et 1 Sam. XV, Pocock. comm. in Hos. p. 147 sq.), qui turpes, foedos reddunt ascito chald. תּוּרְפָא turpitudo, foeditas, ut שִׁקּוּץ et תּוֹעֵבָה de diis fictitiis dicuntur. — 8) Hitzigius, qui antehac cum J. D. Michaëli (diss. de Teraphis, Commentatt. in Soc. Reg. Gotting. prael.) Teraphos cum Silenis composuerat nomenque ad gr. *τράγος* traxerat (comm. in proph. min. ed. 1. ad Zach. X, 2), mox hoc abiecit (comm. in Ezech. p. 149) et תְּרָפִים idem esse coniecit quod gr. *θέραπες*, quia dei quoque *θεραπεύουσι τοὺς ἀνθρώπους* (Xeroph. memor. Socr. I, 4, 10). — 9) Ewaldus denique (antiq. pop. Israël. p. 232) תְּרָפִים faciem, personam, larvam proprie notasse suspicatur, coll. arab. اشرف et طرف, et iccirco tale nomen simulacris illis esse inditum, quia capiti eorum persona adiecta esset. Sed neque hoc constat, Teraphos personatos fuisse, neque etymon illud certis stat rationibus. — Hae sunt potiores maxime doctorum recentiorum de hac re sententiae, reliquas ut coniecturas incertissimas manifestosve errores praetermitto. Et ego quidem illarum sententiarum nullam admodum probo, quanquam lubenter profiteor, certiora mihi quoque non suppetere, quibus haec quaestio difficillima dirimatur. Verum ut dicam, quid in hac causa existimem, ea sententia quam secundo loco posui, ceteris mihi videtur esse anteponenda.

תְּרָפִים m. plur. *dii domestici*, quasi *penates* veterum Hebraeorum, ex Aramaea advecti (Gen. XXXI, 19 cf. Ez. XXI, 26), fort. sic dicti ut vitae commodioris lautiorisque praesides et largitores (vid. rad. no. 2). Etsi lege non sanciti essent, tamen antiquis praesertim temporibus mirifice colebantur (v. Iud. XVII et XVIII). Erant autem simulacra fatidica, quae de rebus dubiis et occultis responsa reddere credebantur (Ez. XXI, 26. Zach. X, 2), habebantque, certe a capite facieque, figuram humanam (1 Sam. XIX, 13). Id vero ex 1 Sam. l. l. certa ratione non apparet, num totam corporis humani staturam habuerint, an hermarum in modum pectore tenus efficta fuerint, nec hoc scimus, utrum magnitudine nunquam non aequaverint corpus hominis, an diversae fuerint molis. Ut enim in loco Sam. laudato simulacrum agitur maioris moduli, ut homini simile esset, ita contra Gen. XXXI, 34 simulacra minora videntur indicari, utpote quae in pilento camelino reposita Rahela in iis considens celavit. Constr. cum plur. Gen. l. c., sed tamen 1 Sam. l. c. plurali תְּרָפִים una statua appellatur. Sed, age, locos singulos deinceps percurramus. Primum Gen. XXXI, 19 narratur, Rahelam e domo patria cum Jacobo coniuge egressam patris sui Labani Teraphos surripuisse secumque duxisse (ut penatiger Aeneas) et in pilento camelino occultasse vs. 34. 35. Ibidem vs. 30 Labanus eos vocat deos suos, Jacobusque eos mox cum ceteris idolis a suis e Mesopotamia advectis videtur concremasse XXXV, 4. Porro eorum mentio fit in libro Iud. c. XVII et XVIII.

Micha quidam in montanis Ephraimi habebat aedem sacram (בֵּית אֱלֹהִים) cum idolo, et confecit אֵפוֹד וּתְרָפִים XVII, 5, praefecitque eis sacerdotem Levitam, sperans fore ut Jahve ipsi propitius esset (ibid. vs. 7, 13). Postea Danitae coloniam deducentes devenerunt domum Michae illius eiusque deos (XVIII, 24), אֵפוֹד וּתְרָפִים XVIII, 14, אֶת־הַפֶּסֶל וְאֶת־הָאֵפוֹד וְאֶת־ וּפֶסֶל וּמַסֵּכָה הַתְּרָפִים וְאֶת־הַמַּסֵּכָה vs. 17. 18. 20, una cum sacerdote deprehenderunt secumque abduxerunt in novas sedes, urbem Lais sive Dan. Damnatur cultus Teraphorum 1 Sam. XV, 23, ubi Samuel Saulum increpat: כִּי חַטַּאת קֶסֶם מֶרִי וְאָוֶן וּתְרָפִים הַפְצַר *nam repugnantia est* ut *veneficii peccatum, et pervicacia* ut *idololatria et Teraphim*. Memorabilis est locus 1 Sam. XIX, 13—16, ubi Michal, simulans Davidis morbum, תְּרָפִים (plur.) h. e. simulacrum eiusmodi in lecto ponit eoque Sauli legatos decipit. Hos. III, 4: *per longum temporis* (exilii) *spatium Israëlitae non habebunt regem, nec principem, nec sacrificium, nec statuam,* וְאֵין אֵפוֹד וּתְרָפִים *neque Ephod et Teraphim*. 2 Reg. XXIII, 24: *Josias rex necromantes et hariolos,* וְאֶת־הַתְּרָפִים *et Teraphos et omnem idolorum squalorem exterminavit e terra Judaea et Hierosolymis*. Zach. X, 2: הַתְּרָפִים דִּבְּרוּ אָוֶן *Teraphi* (ubi eos consulunt de rebus futuris) *loquuntur vana* (in altera versus parte הַקּוֹסְמִים חָזוּ שֶׁקֶר). Denique Ez. XXI, 26 rex Babylonis praeter sortilegia et extispicia sciscitatur Teraphos de eo quod sibi agendum sit (קִלְקַל בַּחִצִּים שָׁאַל בַּתְּרָפִים רָאָה בַּכָּבֵד). — De variis etymi exquirendi periculis v. radicem. Verss. vett. nihil frugi dant. LXX vel hebraeum transscribunt Θεραφείν, vel reddunt εἴδωλον, γλυπτόν, τὰ δῆλα (ut אוּרִים), ἀποφθεγγόμενοι adeoque κενοτάφια. Aquila aliquoties habet μορφώματα, in Hos. φωτισμούς, Symm. et Gr. Venet. εἴδωλα. Sic et Chaldaei interpretes צַלְמָנַיָּא imagines, simulacra, semel ap. Hos. מְחַוֵּי indicans sc. futura. Recentiorum Judaeorum de Teraphis commenta putidasque fabulas exposuit Buxtorf. lex. talmud. pag. 2660 — 2664. Multi quoque olim fuerunt, qui data opera de Teraphis scripsere, ut Pfeifferus in exercitatt. bibl. p. 1 — 28, Wichmannshausen. de Teraphim in Ugolini thesaur. T. XXIII, n. 7, Ed. Pocockius comm. in Hoseam (Oxon. 1685. fol.) p. 142 — 156, Jurieu histoire critique des dogmes et des cultes p. 456 sqq., cf. Carpzov. apparat. antiquit. s. cod. p. 537 — 540, it. Hottinger. hist. orient. p. 296 sq., Selden. de dis Syris syntagm. I, c. 2, aliosque, quos nominat Jo. Simonis arcan. form. p. 256 et onomast. p. 624.

תִּרְצָה n. pr., vid. s. rad. רָצָה pag. 1307.

תָּרַר. Ad hanc rad. referri possit יָתֵר Prov. XII, 26, sed v. rad. תּוּר Hiph. p. 1498.

* * *

תֶּרֶשׁ n. pr. pers. (تُرُس acer, austerus, vel تُرُس durus, vel تَرَس metus) eunuchi in aula Xerxis Esth. II, 21. VI, 2.

תִּרְשָׁתָא ubique addito art. הַתִּרְשָׁתָא titulus praefecti Judaeae persici. Et Nehemiae quidem, nomini postponitur Neh. VIII, 9: נְחֶמְיָה הוּא הַתִּרְשָׁתָא et X, 2: נְחֶמְיָה הַתִּרְשָׁתָא, coll. XII, 26 (ubi pro eo est הַפֶּחָה). In ceteris locis nullo nomine addito ponitur הַתִּרְשָׁתָא Esr. II, 63. Neh. VII, 65. 70, ibique Serubbabel videtur indicari. (Est sine dubio vc. persicum, quod plerique referunt ad pers. تُرُش acer, austerus, monentque de severitate, quam Nehemias saepius prodidit (Neh. V, 6 sq. XIII, 8. 11. 17. 21. 25. 28), inepte, quum non sit cognomen Nehemiae, sed titulus, quem praeter Nehemiam, ut dictum est, Serubbabel quoque gerebat. Itaque alii illud compararunt appellationi „gestrenger Herr, Ew. Gestrengen", quo tanquam titulo olim in Germania urbium liberarum et imperialium consules solebant ornari. Novam ex lingua zendica interpretationem attulit Benfey (Monatsnamen p. 196), qui תִּרְשָׁתָא confert cum zend. *thvôrestar*, nominat. *thvôrestâ* i. e. praefectus, penes quem est imperium, a rad. *thvereç* ordinare, imperare, cf. Burnouf comm. sur le Yaçna, not. pag. XLVI.

תִּרְשִׁישׁ v. sub. rad. רָשַׁשׁ pag. 1315.

תַּרְתָּן *Tartan*, n. pr. praefecti militum Sargonis Jes. XX, 1 et Sanheribi 2 Reg. XVIII, 17, Assyriae regum. (Si persicae originis sit, facile compositum dixeris ex تار *târ* i. q. تاریک niger, et تن *tan* [sanscr. et zend. *tanu*] corpus, persona, ut hominem nigrum significet, fort. mancipium Africanum, vel ex تار *târ* vertex, et *tan*, vel ex تارا *tara* [sanscr. *târa*] i. q. ستاره stella, et *tan*, cf. sanscr. *târârûpa* stellae formam habens).

תַּרְתָּק n. pr. idoli Avvaeorum (עַוִּים) 2 Reg. XVII, 31. (In lingua pehlevica *tar-thakh* esse possit profunda caligo aut heros caliginis. Gesen.).

תִּשְׁבִּי n. pr. v. sub rad. שָׁבָה pag. 1352.

תֵּשַׁע rad. incertae significationis, unde

תֵּשַׁע constr. תְּשַׁע (numerandis femininis) et **תִּשְׁעָה** constr. תִּשְׁעַת (numerandis masculinis adhibitum) *novem* Gen. XI, 19. Deut. III, 11. Jos. XV, 44. 2 Sam. XXIV, 8 et alibi passim. (Arab. تِسْعٌ, تِسْعَةٌ, aram. תְּשַׁע, תִּשְׁעָא,

ܬܫܥ, ܬܫܥܐ, in numis pehlev. תשא, aeth. ትስዕ:, ተስዓቱ:, ትስዓ: id.). תְּשַׁע מֵאוֹת nongenti Gen. V, 5. Iud. IV, 3. בְּתִשְׁעָה לַחֹדֶשׁ (die) nono mensis Lev. XXIII, 32. 2 Reg. XXV, 3. Jer. XXXIX, 2.

תְּשַׁע־עֶשְׂרֵה et תִּשְׁעָה עָשָׂר *novendecim* Gen. XI, 25. Jos. XIX, 38. 2 Reg. XXV, 8. 2 Sam. II, 30.

Pl. תִּשְׁעִים (et masculinis et femininis iunctum) *nonaginta* Gen. XVII, 1. 17. Ez. IV, 5. XLI, 12.

תְּשִׁיעִי m. ־ִית f. *nonus*, *a* Esr. X, 9. 1 Par. XII, 12. XXVII, 12. Jer. XXXVI, 9. Zach. VII, 1. (Aram. תְּשִׁיעַי, תְּשִׁיעָאָה, ܬܫܝܥܝܐ, arab. تَاسِعٌ, aeth. ታስዕ: id.). בַּיּוֹם הַתְּשִׁיעִי die nono Num. VII, 60. Jer. XXXIX, 1: בַּשָּׁנָה הַתְּשִׁיעִית לְצִדְקִיָּהוּ *anno nono* (regni) *Zedekiae*. 2 Reg. XVII, 6: בִּשְׁנַת הַתְּשִׁיעִית לְהוֹשֵׁעַ *anno nono* (regni) *Hoseae*.

* * *

תַּתְּנַי n. pr. praefecti persici Esr. V, 3. VI, 6. (Jo. Simonis onomast. p. 593 confert pers. دادنی datio, donatio, Bohlenius symbol. p. 24 دانا doctus.)

FINIS.

Typis Guil. Vogelii Filii.

GVILIELMI GESENII

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORIS, BORVSSIAE REGI A CONSILIIS IN SENATV SACRO, THEOLOGIAE IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA PROFESSORIS PVBLICI ORDINARII, ACADEMIARVM REGIAE BORVSSICAE ET INSCRIPTIONVM LITTERARVMQVE HVMANIORVM PARISIENSIS, SOCIETATVM ASIATICARVM PARISIENSIS ET ANGLICANAE, SOCIETATIS SCIENTIARVM REGIAE VPSALIENSIS, NVMISMATICAE LONDINENSIS, PHILOSOPHICAE CANTABRIGIENSIS, HISTORICAE THEOLOGICAE LIPSIENSIS SOCII

THESAVRVS

PHILOLOGICVS CRITICVS

LINGVAE HEBRAEAE ET CHALDAEAE

VETERIS TESTAMENTI.

TOMI TERTII FASCICVLVS NOVISSIMVS,

QVO CONTINENTVR

INDICES, ADDITAMENTA ET EMENDATIONES.

DIGESSIT ET EDIDIT

AEMILIVS ROEDIGER

PHILOS. ET THEOL. DOCTOR. LITTERARVM ORIENTALIVM IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS.

EDITIO ALTERA SECVNDVM RADICES DIGESTA PRIORE GERMANICA LONGE AVCTIOR ET EMENDATIOR.

LIPSIAE 1858

SVMTIBVS FR. CHR. GVIL. VOGELII.

Praefatio Editoris.

Prodit nunc denique fasciculus Thesauri Geseniani novissimus, quo huius libri tomus tertius adiunctis indicibus, additamentis et emendationibus suppletur. Ac primus quidem index, qui grammaticus est, ex Gesenii ille lexico sumtus, a me recognitus et aliquantulum auctus est. Indicem latinum et eum qui locos S. S. enumerat, conficiendi curam b. Gesenius demandaverat Gustavo Brueckneko, viro docto, qui tum temporis ad studia theologica incumbebat, nunc apud Perlebergenses munere sacro fungitur, isque praeceptoris sui mandata religiose persecutus multum laboris summamque diligentiam in hoc opere consumsit.

Iam consideranti mihi quibus rebus Thesaurus augendus, quibus in partibus emendandus esset, non tam proclive iudicatu fuit, quodnam esset in hac re aptum atque conveniens, quodve a recta ratione alienum, qui modus rei sequendus, qui fines praescribendi, quos ultra egredi non oporteret. Ac postquam diu multumque mecum dubitaram, ita apud animum constitui, ut omni ex parte intra angustos fines me continerem, proprias Gesenii sententias opinionesque fere intactas relinquerem, neque ea quae de etymis vocum significationumque ordinibus constituendis sibi persuasisset, ipse labefactarem, multo etiam minus in iis quae de singulorum S. S. locorum interpretatione statuisset, quidquam mutarem, quamvis magnopere a multis eius sententiis discederem. Etenim si expromere voluissem omnia quae ipse sentirem quaeve collecta haberem, plane nova volumina scribenda fuissent. Neque opportunum locum censebam esse ad excutiendas congerendasque sententias virorum doctorum, qui post Gesenium in his litteris colendis amplificandisque operam locarunt. Horum enim scripta ante omnium oculos posita sunt nec a quoquam eorum negliguntur, qui in harum rerum studio versantur.

Itaque id cummaxime curavi, ut in hoc volumen reciperentur omnia quae Gesenius ipse in libro suo correxisset vel in margine schedisve adiectis notavisset; nec quidquam eius generis sciens neglexi, si modo aliquis usus esse posset, paucis tantum exceptis, quae festinante calamo scripta vel in errore versarentur vel scriptione non magnopere digna essent. Plurima Gesenius in primoribus libri partibus meliora fecit, quorum capita praecipua iam inseruerat Lexico Manuali tum quum novam pararet editionem, quae post eius decessum Hoffmanni viri S. V. cura prodiit anno MDCCCXLVII. Ex eodem Lexico Manuali alia quoque supplenda erant, velut nominum propriorum in Thesauro praetermissorum numerus haud exiguus, in quibus colligendis sua sponte opem tulerunt duumviri clarissimi mihique amici S. P. Tregelles Anglus et F. Boettcher Dresdensis.

Habemus igitur opus morte quidem auctoris sui interruptum, quum propemodum ad finem perductum esset, eiusdem tamen auctoris curis, ut aiunt, posterioribus auctum et emendatum, varia doctrina refertum et Thesauri nomine plane dignum: in quo si non omnia instar auri sunt, tamen insunt ingenii copiae atque acerrimi studii specimina multa, rerum denique ad S. S. interpretationem utilium largus apparatus, quo non sine fructu utare.

Mea qualiacunque sunt, parca manu contuli, neque omnia tetigi quae minus placerent, sed tantum, ut ferebat occasio, aliqua certe Gesenii notationibus adieci vel interposui. Quod nolim ita accipiant harum rerum arbitri, ut me credant probare omnia, quae intacta reliqui. Magis enim ex aequo bonoque fiet, si me existiment ex iis quae proposui, quam si de eiusmodi rebus mecum expostulent, quae malui nunc tacere. Ac ne apertos quidem errores correxi omnes, utpote qui saepe sunt tam leves tamve manifesti, ut eorum, qui tali libro utantur, neminem fugiant, neminem impediant, velut siquid in verbis latinis sive auctoris inconsiderantia sive operarum culpa peccatum est. Praecipue autem meum esse arbitrabar, ut ea denuo percenserem et, si qua opus esset, corrigerem, quae Gesenius e codicibus manuscriptis protulerat, quo pertinent loci sumti ex scriptis Abulwalîdis, Iudae ben Karîsch, Tanchûmi Hierosolymitani, Bar Alîi, aliorum; idque studiose feci, quoniam plerisque ad hos codices non patet aditus. Atque eadem de causa quum ex his codicibus mss., tum ex nonnullis libris rarioribus passim quaedam additamenta adieci: id quod palam hic profiteor, ne negligentiae insimuler, si libris aliis quibusdam optimis iusto rarius uti videar.

Quod Gesenius promiserat, quum tomi primi fasciculum alterum emitteret, se subsidiorum huic operi adhibitorum indicem esse daturum, id consilium postea videtur abiecisse. Certe nihil eiusmodi, ac ne inchoatum quidem, ab eo relictum habemus, praeter pauca de libris manuscriptis notata, v. c. de operibus Abulwalîdis, Tanchûmi, Bar ʿAlîi, Bar Bahlûli. Sed haec partim a Gesenio ipso alibi et separatis libellis, velut in praefatione lexici hebraei et in binis commentationibus de Bar Alìo et Bahlûlo editis, partim post eius obitum ab aliis viris doctis dedita opera descripta vel excussa sunt. Tametsi igitur haec omitti necesse fuit, tamen pietatis officio hac in re non videbimur defuisse.

Dabam Halis Saxonum m. Decembr. a. MDCCCLVII.

Aem. Roediger.

INDICES.

Index I.

grammaticus et analyticus.

Paginarum notationes in hoc indice spectant ad ipsum Thesaurum, litterae „Lgb." ad Gesenii grammaticam ampliorem (Lehrgebäude der hebr. Sprache. Lips. 1817. 8.), litterae „Gramm." ad grammaticam hebraeam Gesenianam XVI. a me editam Lipsiae 1851. Caeterum in verborum nominumque exemplis. Praefixa solo Schewa munita, Waw conversivum (וַ, וְ), articulus et id genus alia omissa sunt.

Aem. Roediger.

א

אֵילְכָה *ibo* Mich. 1, 8 pro אֵלְכָה, quod in multis codd. est. Illius autem scripturae causam quodammodo praebuisse videtur antecedens אֵילִילָה.

אֵיתָם Ps. 19, 14 in pausa i. q. אֵתַם, quod quinque codd. Kennicott. exhibent, 1 fut. (A) Kal a rad. תָּמַם, *integer sum*. Lgb. 52. 366.

אֲכוֹת 1 fut. Kal a כָּתַת, Gramm. §. 66, 5. Lgb. 370. 371.

אֲכַל c. Waw conv. וָאֲכַל 1 fut. apoc. Pi. a rad. כָּלָה Ez. 43, 8.

אֲכַלְּךָ *perdam te* Ex. 33, 3 pro אֲכַלְּךָ 1 fut. Pi. (rad. כָּלָה) c. Suff., ubi Pathach emisso Dagesch in Segol mutatum est (v. Gramm. §. 27 not. 2, a). LXX. ἐξαναλώσω σε. Vulg. *disperdam te*. Lgb. 169. 433. Male olim nonnulli hoc ad Hiph. v. אָכַל referebant.

אִכַּף pro אֶכַּף 1 fut. Niph. a כָּפַף. Micha 6, 6.

אֶכְּרֶהָ pro אֶכְרֶהָ 1 fut. Kal c. Suff. a כָּרָה *emit*, cum Dag. forti euphon. Hos. 3, 2. Lgb. 87.

אֶמְאָסְאךָ c. Waw conv. וָאֶמְאָסְאךָ *et ego repudiabam te* Hos. 4, 6, 1 fut. Kal (a מָאַס) c. Suff. pro וָאֶמְאָסְךָ, quod in quamplurimis (plus centum) codd. mss. nec non in veteribus quibusdam edd. reperitur. Et hoc quidem quin verum sit, non multum dubito, ita ut א illud ante ךָ casu vel errore quodam irrepsisse facile credam. Eandem scripturam spectat nota in margine librorum et mss. et edd. adiecta יתיר א׳, vel, ut in nonnullis legitur, וָאֶמְאָסְךָ קרי. Sunt autem docti homines non pauci, qui litteram א ut genuinam defendere varioque modo explicare studuerunt. Nic. Guil. Schroeder in Institutt. l. hebr. ed. 3. Ulm. 1792. p. 201 וָאֶמְאָסְאךָ pronuntiandum sumit esse fut. emphat. אֶמְאֲסָה c. Suff., „He paragogica, quia in media voce non quiescit, in vicinam Aleph transeunte.“ Ita Gesen. quoque in Lex. man. et Hitzigius. At Gesen. in prima Lexici editione et in Lgb. p. 209, Ewald. gramm. ed. 5. §. 247 e, Maurer. ad Hos. l. c. legunt וָאֶמְאָסְאֵךְ, ־ֵאךְ more aramaeo pro ־ֵךְ dictum putantes, quanquam alibi talis forma ־ֵךְ scribitur sine א.

אַמְהוֹת pl. ab אָמָה *ancilla*, q. v. p. 109.

אִנְבֵּהּ chald. Dan. 4, 9 sqq. pro אִבֵּהּ *fructus eius*, Dag. soluto, a nomine אֵב, rad. אָבַב p. 4.

אֵנְדַע, v. יְנְדַּע.

אֲסָעֲרֵם nempe praefixo Waw וְאֲסָעֲרֵם (sic duplice accentu insignitum) *et iactabam eos* Zach. 7, 14, 1 fut. Pi. c. Suff., forma ex וַאֲסַעֲרֵם vel וָאֲסָעֲרֵם Syrorum more facta. v. Gramm. §. 23, 4 not. 2. Lgb. 152. Cf. Ewald. gramm. ed. 5. §. 235 b.

אֹסִפְךָ *tollam te e medio* 1 Sam. 15, 6, 1 fut. Kal c. Suff. ab אָסַף; sed 2 Reg. 22, 20 eadem forma est particip. Kal c. Suff. Vid. p. 130.

אֶסֳּרֵם *castigabo eos* Hos. 10, 10, 1 fut. Kal c. Suff. a rad. יָסַר. Gramm. §. 70. Lgb. 390.

אַפְאֵיהֶם *difflabo eos* Deut. 32, 26, 1 fut. Hiph. a rad. פָּאָה, c. Suff. ־ֵהֶם. Vid. p. 1086.

אֵפוּ imp. Kal pro אֱפוּ *coquite* Ex. 16, 13, a rad. אָפָה, forma syrissans, Gramm. §. 23, 2 not. 3.

אֶפְּתְ, cum ו conv. וָאֶפָּת Jer. 20, 7, 1 fut. Niph. apoc. ex אֶפָּתֶה a rad. פָּתָה.

אַצִּיעָה Ps. 139, 8. 1 fut. Hiph. a יָצַע. Gramm. §. 70.

אֶצֹּק 1 fut. Kal a יָצַק, Gramm. §. 70.

אֶצָּרְךָ *fingerem te* Jer. 1, 5 Keri (Kethib אצורך) 1 fut. Kal c. Suff. a יָצַר, Gramm. §. 70. Eandem formam אֶצָּרְךָ multi interpretes, inter quos ipse fuit Gesenius (v. p. 618), agnoscunt Jes. 42, 6. 49, 8, ubi mihi videtur ad נָצַר pertinere.

אֶקַּח 1 fut. Kal a לָקַח *sumsit*.

אֶקְחָה „Jes. 56, 12 in nonnullis codd. i. q. אֶקְחָה 1 fut. Kal a rad. לָקַח, v. sequentem formam.“ Haec Gesenius in Lex. et Lgb. 286. At אֶקְחָה illud mendosum est, in bonis edd. omnibus legitur אֶקְחָה. Habet quidem Simonis ed. אֶקְחָה, sed hoc typothetarum errori tribuendum est.

אֶקְרָאָה 1 Sam. 28, 15 pro אֶקְרָא cum ־ָה emphat. (pro ־ָה), Gramm. §. 48, 3. Lgb. 286.

אֶרְאֶלָּם Jes. 33, 7, v. אֲרִאֵל s., rad. אָרָה p. 146.

אָרָה in verbis אָרָה־לִּי (lege *ŏra-lli*, cf. קָבָה) *exsecrare mihi* Num. 22, 6. 23, 7 imp. Kal a rad. אָרַר.

אֲרוֹמָם *memet extollam* Jes. 33, 10. 1 fut. Hithpal. in pausa pro אֶתְרוֹמָם a rad. רוּם. Gramm. §. 53, 2, b. Lgb. 246.

אֲרַיָּוֶךְ *irrigabo te* Jes. 16, 9 sec. plurimos transpositum pro אֲרַוָּיֵךְ 1 fut. Pi. c. Suff. a רָוָה. V. Gesen. s. rad. רָוָה p. 1269 et Lgb. 146. 431. Alii, ut Hitzig., Maurer., Hendewerk., ductum putant a רִיָּה forma quadam intensiva radicis רָוָה. Aliis est a Pi. רִיָּה i. q. רִוָּה. Cf. Ewald. gramm. ed. 5. §. 253 a.

אַשְׁכֵּים Jer. 25, 3 inf. absol. Hiph. pro הַשְׁכֵּים a rad. שָׁכַם.

אֶשְׁעָה Ps. 119, 117 1 fut. Kal אֶשְׁעֶה aucta terminatione ־ָה a rad. שָׁעָה. Sec. al. pro ipso אֶשְׁעֶה ad analogiam verborum לא. Lgb. 432.

אשור Ez. 3, 15 in Kethib ואשר Gesen. et Hitzig. iubent legi וָאָשׁוּר *et videbam* a rad. שׁוּר II no. 3. Aliis est וָאֵשֵׁר, quod mihi quoque verum esse videtur. Keri וָאֵשֵׁב plures codd. in textu habent.

אִשְׁתִּיו chald. 3 pl. praet. Kal pro שְׁתִיו, v. שְׁתָה vel שְׁתָא p. 1487.

אֶתְוַדַּע 1 fut. Hithpa. a rad. יָדַע. Gramm. §. 68, 2.

אֱתָיוּ imp. Kal a rad. אָתָה *venit*, pro אֱתָיוּ ex Syriasmo. Gramm. §. 23, 4 not. 2. Lgb. 152.

אָתָנוּ Jer. 3, 22 (codd. nonnulli אָתָאנוּ) 1 pl. praet. pro vulgari אָתִינוּ *venimus*, ab אָתָה. Imitatur formas verborum לא.

אֶתְּקֶנְךָּ (sic Mil'el, et ךּ Dag. len.) Jer. 22, 24 in pausa 1 fut. Kal a נָתַק *avulsit*, cum Nun epenthet., et Suff.

ב

בּוֹרְאָם *excogitans ea* Neh. 6, 8 contr. ex בּוֹרְאָם part. v. בָּרָא c. Suff., v. Gramm. §. 23, 2. Lgb. 150.

בַּהֵכִין 2 Par. 1, 4 pro בְּהַהֵכִין ex הֵכִין (Hiph. rad. כּוּן), הַ art. (pro relat., v. Gramm. §. 107 init. Lgb. 655) et בְּ, cf. הַהֵכִין 2 Par. 29, 36.

בַּהֲלֹל v. הָלַל.

בֵּהָרֵג Ex. 26, 15 contr. ex בְּהֵהָרֵג pro בְּהִהָרֵג inf. Niph. a rad. הָרַג (Dag. forti implic.). Lgb. 331.

בָּהָשַׁמָּה Lev. 26, 43 pro בְּהָהָשַׁמָּה et hoc pro בְּהָשַׁמָּהּ inf. Hoph. c. praef. בְּ et affixo pronom. ־ָהּ a שָׁמֵם *vastatus fuit*, vid. rad. שָׁמֵם Hoph. p. 1436.

בּוֹשַׁסְכֶם *conculcatio vestra* Amos 5, 11 pro בּוֹסַסְכֶם inf. Pil. rad. בּוּס c. Suff. Aliis est inf. Po. a בָּשַׁס, aliis inf. Kal pro בָּשַׁסְכֶם (coll. מִצַּאתְכֶם). Gesenius id tractavit sub rad. בָּשַׁס p. 250, q. v.

בַּז Zach. 4, 10 i. q. בַּז a בּזז. Lgb. 406.
בִּיקְּרוֹתֶיךָ Ps. 45, 10 contr. e בִּיקְרוֹתֶיךָ, cum Dag. f. euphon. (Lgb. 86) pro בִּיקְרוֹתֶיךָ *inter caras tuas*, ab adj. יָקָר, fem. יְקָרָה.
בָּמֳתֵי pl. constr. a בָּמָה vel בָּמֶת, v. בָּמָה not. 3. p. 189. Lgb. 541. Cf. Ewald. gramm. ed. 5. §. 22, a et §. 211, d.
בָּנוּ pro בָּאנוּ *venimus* a בּוֹא. 1 Sam. 25, 8. Gramm. §. 73 not. 4.
בְּנוֹתַיִךְ *aedificatio tua* pro בְּנוֹתֵךְ Ez. 16, 31, forma vitiosa, quae inde orta esse videtur, quod terminatio ־ית pluralis fem. esse videbatur, quamvis h. l. revera non sit. Lgb. 215. 463.
בְּצֵאתַיִי pro בְּצֵיתָיו v. בִּצָּה.
בָּרָם, לְבָרָם Eccles. 3, 18 inf. Kal a בָּרַר, c. Suff. ־ָם.
בְּשַׁגַּם v. sub שַׁל p. 1346.

ג

גַּל imp. Kal a גָּלַל *volvit* Ps. 119, 22 (cf. Jos. 5, 9), sed vs. 18 eadem forma est pro גַּלֵּה imp. Pi. a גָּלָה *aperuit*.
גַּעַת inf. Kal a נָגַע *tetigit*.
גַּשׁ, גֶּשׁ־, גְּשָׁה imp. Kal a נָגַשׁ, sed Jos. 3, 9 et 1 Sam. 14, 38 in plur. habes גֹּשׁוּ (*góschu*).
גֶּשֶׁת inf. Kal a נָגַשׁ *appropinquavit*.
גִּתָּה 1 Reg. 2, 40, vel ut in aliis codd. scriptum reperitur גַּתָּה vel etiam גִּתָּה (vid. J. H. Michaëlis ad h. l.) *Gatham*, n. pr. urbis Gath c. ־ָה locali.

ד

דַּלְיוּ Prov. 26, 7 sec. Gesen. pro דַּלּוּ 3 praet. Kal a rad. דָּלַל. Alii aliter. vide pag. 340 sq.
דַּע imp. Kal a יָדַע.
דְּעֶה Prov. 24, 14 imp. Kal a יָדַע cum ־ָה emphat. Inde כֵּן דְּעֶה חָכְמָה לְנַפְשֶׁךָ *talem* (quale mel est, v. vs. 13) *cognosce sapientiam animo tuo*, i. e. aeque dulcem, ac mel, experieris sapientiam esse animo tuo. LXX. αἰσθήσῃ. „Tamen imperandi modus praegnantior est, q. d. da operam, ut experiaris etc." Ch. Bened. Michaëlis. Cf. Lgb. 286.
דְּרֵיוֹשׁ nempe לִדְרֵיוֹשׁ *ad inquirendum* Esr. 10, 16 Gesenius supra p. 357 cf. p. 340 inf. Pi. verbi דָּרַשׁ esse dixit, ita tamen ut falsam scripturam suspicaretur, cf. Lgb. 304 (aliter statuit ibid. p. 864). Ex לִדְרוֹשׁ corruptum esse, Ewaldus quoque iudicat gramm. ed. 5. p. 449, et recte quidem, licet לִדְרוֹשׁ in paucissimis tantum codd. scriptum sit.

ה

הֶאֱזְנִיחוּ forma parum emendata et vix sana Jes. 19, 6 pro הִזְנִיחוּ, v. זָנַח Hiph. p. 423. Cf. Lgb. 463 et Ewald. gramm. ed. 5. §. 126 b.
הַב, הָבָה, fem. הָבִי, plur. הָבוּ imp. a יָהַב. Vid. p. 575.
הִבְאִישׁ forma abnormis Jes. 30, 5, ubi contextus flagitat הוֹבִישׁ *pudore affectus est*, quod ipsum in 12 codd. scriptum extat. Et Gesenius quidem suspicabatur, primitus scriptum fuisse הִאבִישׁ pro הוֹבִישׁ (cf. בִּצֹּאת pro בִּצּוֹת), unde הבאיש (quasi esset a rad. בָּאַשׁ), quod deinde utcunque medelam parantes vocalibus formae הוֹבִישׁ munierunt Grammatici. Mihi non improbabile, הבאיש ex הֹבִישׁ ita produisse, ut *hob'isch* interiecto halitu pronuntiarent pro *hôbîsch*, similiter atque 2 Sam. 11, 24 legitur וַיֹּראוּ הַמּוֹראִים pro וַיֹּרוּ הַמּוֹרִים.
הֵבוּ in verbis אָהֲבוּ הֵבוּ Hos. 4, 18. Rosenmueller. in scholl. ad h. l. et Gesenius הֵבוּ largiuntur dici potuisse pro יְהֵבוּ *dant* (coll. רֵד pro יְרֵד, תֵּת pro נְתֵת), et אָהֲבוּ הֵבוּ *amant dant* pro: amant dare, coll. אַל־תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ 1 Sam. 2, 3. Ita Hieron. *dilexerunt afferre*. Sed, „Nescio, inquit Gesenius in lex. man., an auctor scripserit אֲהַבְהֵבוּ Conj. Ketaltal (dedecus amant principes eius), quod deinde separatim scriptum est אהב הבו (ut חֲפַר־פֵּרוֹת Jes. 2, 20, פְּקַח־קוֹחַ et alia), unde ortum אהבו הבו." Ewaldus gramm. ed. 5. §. 120 a et Maurer ad Hos. l. l. verbum ex parte repetitum agnoscunt, ita ut אֲהַבוּ הֵבוּ (i. q. אֲהַבוּ אֲהַבוּ) assiduum amorem declaret. Eaque sententia tum verbis, si modo integra sunt, apprime convenit, tum eo commendatur, quod antecedens quoque verbum הַזְנֵה addito infinitivo הִזְנוּ augetur. Sed suspicio est, הבו mero librarii alicuius errore ortum esse, qui extremas verbi אהבו litteras bis scriberet. Quae suspicio dudum Gesenio inhaesit (v. rad. יָהַב p. 575), eandemque nunc Hitzigius habet (v. eius comm. in prophetas min. ed. 2. 1852. p. 23).
הִבּוֹק inf. Niph. a rad. בָּקַק.
הָבִי Ruth. 3, 15 pro הָבִיא inf. Hiph. a rad. בּוֹא *venire*.
הָבֵר inf. Hiph. a rad. בָּרַר.
הֹגֹו inf. Po. a rad. הָגָה.
הָגְלָת Jer. 13, 19 pro הָגְלְתָה 3 f. praet. Hoph. a גָּלָה, Gramm. §. 74 not. 1.
הִדּוֹשׁ Jes. 25, 10 inf. Niph. a rad. דּוּשׁ.
הֻדַּשְּׁנָה Jes. 34, 6 pro הִתְדַּשְּׁנָה 3 fem. praet. Hothp. a דָּשֵׁן *pinguis fuit*.
הוֹבָדָה inf. Aph. chald. a rad. אֲבַד *periit*.
הוּבַד chald. Hoph. a rad. אֲבַד.
הוֹדָה Hiph. rad. יָדָה.
הוּלֶּדֶת inf. Hoph. a rad. יָלַד, pro הוּלֶדֶת.
הוּלָּלוּ Ps. 78, 63, v. varias sententias supra expositas p. 596 s. rad. יָלַל Hoph.
הוֹשְׁבוֹתִים Zach. 10, 6 sec. Gesen. (p. 636) 1 praet. Hiph. c. Suff. a rad. יָשַׁב pro הוֹשַׁבְתִּים, quod nonnulli codd. exhibent (v. De Rossi scholl. critt. ad h. l.), et quod LXX expresserunt: καὶ κατοικιῶ αὐτούς, ita ut haec forma imitetur analogiam verborum ע״וּ, poetaeque aut scribae similis vox הֲשִׁיבוֹתִים obversata sit. cf. Lgb. 464. Sed, ut recte Hitzigius comm. ad h. l. monet, desideratur indicatio loci, quo habitaturi essent. Itaque satius duco, cum Hitzigio et Ewaldo (gramm. ed. 5. p. 377) legere וַהֲשֵׁבוֹתִים *et reducam eos*, quod Vulg. expressit (et convertam eos), Chald. et Syrus.
הוּתַל Hoph. a rad. תָּלַל, q. v. p. 1505.
הֲזָדָה inf. Aph. chald. a זוּד Dan. 5, 20.
הִזְדְּמִנְתּוּן praet. Ithpa. chald. a זְמַן, q. v. p. 419.

הוֹזִילוּהָ Thren. 1, 8 praet. Hiph. a זָלַל. V. Gramm. §. 71 not. 9.

הִזַּכּוּ (Milra) *purgate vos* Jes. 1, 16 pro הִתְזַכּוּ imp. Hithp. a rad. זָכָה, q. v. p. 413.

הִזָּרוֹתֵיכֶם Ez. 6, 8 inf. Niph. a זָרָה, pro הִזָּרוֹתְכֶם, cum suffixo plurali invitâ grammaticâ posito, Lgb. 215. v. בְּנוֹתַיִךְ.

הֶחְבְּאַתָה (ut Masor. praecipiunt) vel הֶחְבְּאָתָה (ut est in codd. mss. et edd. multis) pro הֶחְבִיאָה 3 fem. praet. Hiph. *abscondit* (illa) Jos. 6, 17 ad analog. formae גָּלַתְה in pausa גָּלָתְה. Lgb. 266. Ewald. gramm. ed. 5. §. 194 b. Simillimum est נִפְלְאַתָה q. v.

הֶחֳדַלְתִּי (*num missum facerem*) ter legitur Iud. 9, 9. 11. 13, forma mira, de qua quid senserit Gesenius, v. s. rad. חָדַל p. 447 not. Cf. Ewaldi gramm. ed. 5. §. 51 c, Studer et Bertheau comm. in Iud. l. c.

הֶחֱטִי 2 Reg. 13, 6 Kethib pro הֶחֱטִיא praet. Hiph. et הַחֲטִי Jer. 32, 35 pro הַחֲטִיא inf. Hiph. a חָטָא *peccavit*. Gramm. §. 73 not. 4.

הֵחֵל inf. Niph. a חָלַל *profanari* Ez. 20, 9. 14. 22. Cf. אֵחֵל et יֵחֵל.

הַט *inclina* imp. Hiph. apoc. a נָטָה pro הַטֵּה. Ps. 17, 6. 119, 36.

הִטַּתּוּ Prov. 7, 21, 3 fem. praet. Hiph. a נָטָה, cum Suff. 3 pers.

הֻטַּמָּא *pollutus est* Deut. 24, 4 Hothpaal a טָמֵא.

הֵימַן *confisus est*, chald. praet. Aph. a אֲמַן.

הֵילִיכִי Exod. 2, 9 imp. Hiph. a v. הָלַךְ, pro הוֹלִיכִי dictum propter contiguum הֵינִיקִי.

הַיְתִי chald. praet. Hiph. ab אֲתָה *venit*, Dan. 5, 3. Pass. est הֵיתַי, unde הֵיתָיִת 3 fem. praet. Dan. 6, 18 et הֵיתָיוּ 3 pl. praet. Dan. 3, 13. (Hebr. הֵתָיוּ v. infra.)

הַךְ *percute*, imp. Hiph. apoc. a נָכָה.

הֻכַּבֵּס *lavari* Lev. 13, 55. 56 inf. Hothpa. pro הִתְכַּבֵּס, Gramm. §. 53, 3.

הָכִיל Ez. 21, 33 inf. Hiph. pro הַאֲכִיל. Aliud est Hiph. a כּוּל Jer. 6, 11.

הִכְּךָ *percussit te*, praet. Hiph. a נָכָה, c. Suff. ךָ.

הִכָּם *percussit eos*, praet. Hiph. a נָכָה, c. Suff. ־ם.

הֲכִינוּ *paravimus* 2 Par. 29, 19, 1 pl. praet. Hiph. a rad. כּוּן.

הִכַּנִי *percussit me* praet. Hiph. a נָכָה, c. Suff. ־נִי.

הֶלְאַת Ez. 24, 12, 3 fem. praet. Hiph. a לָאָה, Gramm. §. 74 not. 1.

הִלּוֹ Iob. 29, 3 v. rad. הָלַל p. 380.

הֲמֵהֶם c. praef. מֵהֲמֵהֶם Ez. 7, 11, quod Gesenius reddidit: *ex opibus eorum*, v. הֵם vel הֵם s. rad. הָמָה p. 384. Alii: *ex strepitu eorum*.

הֵמִין i. q. הֵימִין v. יָמַן.

הֻמַּכּוּ pro הוּמַכּוּ Iob. 24, 24 Hoph. a מָכַךְ. Gramm. §. 66, 5. Lgb. 371.

הִמֵּס *dissolvi* 2 Sam. 17, 10. Ps. 68, 3 inf. Niph. a מָסַס, pro הִמֵּס.

הַמְסִיו ex aramaismo pro הִמְסוּ, Hiph. a מָסָה. Jos. 14, 9. Lgb. 433.

הֲמִרֹתָם Iob. 17, 2 inf. Hiph. c. Suff. a rad. מָרָה, cum Dag. forti euphon.

הִנַּבְּאוּ Jer. 28, 13 imp. Hithpa. pro הִתְנַבְּאוּ, et הִנַּבֵּאתִי Ez. 37, 10 praet. Hithpa. pro הִתְנַבֵּאתִי a rad. נָבָא. Vid. Gramm. §. 53, 2, b.

הַנַּח Ex. 6, 13. Iud. 6, 20. Hos. 4, 17 imp. Hiph. (formae B) a rad. נוּחַ. Vid. supra p. 861 sq., Gramm. §. 71 not. 9.

הִנִּיחַ praet. Hiph. (formae B) a rad. נוּחַ. Vid. ibid.

הֻנַּח Ho., vide ibid.

הַנְעֵל praet. Aph. chald. a rad. עֲלַל *intravit*, q. v.

הֲנָפָה inf. Hiph. ex chaldaismo pro הָנִיף, a נוּף. Jes. 30, 28.

הַס, הַסּוּ v. p. 387.

הֻסַּג Jes. 59, 14 Hoph. a rad. סוּג, v. supra p. 940. Lgb. 407.

הֵסִית Hiph. rad. סוּת, Gramm. §. 71 not. 9.

הַעַל imp. apoc. pro הַעֲלֵה, Hiph. rad. עָלָה *ascendit*.

הֶעֱלָה pro הֶעֱלָה Hiph. rad. עָלָה. Vid. Gramm. §. 62 not. 4. Lgb. 170. 332.

הָעֳלָה pro הָעֳלָה Hoph. rad. עָלָה. Vid. ibid.

הַפִּרְכֶם Levit. 26, 15 pro הָפֵרְכֶם inf. Hiph. rad. פָּרַר.

הִצְטַיַּד Hithpa. denom. a צֵידָה, v. p. 1153.

הַצְּפִינוֹ Ex. 2, 3 (sec. codd. mss. et edd. plurimos eosque optimos, inter quos est cod. Hillel., probantibus Dav. Kimchio, R. Jona aliisque) pro הַצְפִינוֹ cum Dag. forti euphonico (Lgb. 87), a rad. צָפַן. Vid. J. H. Michaëlis not. crit.

הֻקַּם 2 Sam. 23, 1 pro הוּקַם Hoph. rad. קוּם. Lgb. 407.

הַקְצוֹת Lev. 14, 43 inf. Hiph. pro הַקְצוֹת. Lgb. 320.

הֶרֶב imp. apoc. Hiph. pro הַרְבֵּה, a רָבָה *multus fuit*.

הַרְבָּה, הַרְבֵּה, הַרְבּוֹת formae inff. a רָבָה, usu et significatione diversae. Vid. p. 1256.

הָרָה *ad montem* Gen. 14, 10 pro הָהָרָה ex הַר et ־ה locali.

הֵרֹמּוּ Num. 17, 10 imp. Niph. a רָמַם *altus fuit*. Vid. p. 1291.

הֶרֶף imp. Hiph. apoc. a רָפָה *remissus fuit*.

הִרְצָת pro הִרְצְתָה 3 fem. praet. Hiph. a רָצָה. Levit. 26, 34.

הָשֵׁב imp. Hiph. in pausa pro הָשֵׁב, a rad. שׁוּב. Jes. 42, 22.

הִשְׁלַכְתֶּנָה vel ut in nonnullis edd. est הִשְׁלַכְתֶּנָה Amos. 4, 3, 2 pl. praet. Hiph. pro הִשְׁלַכְתֶּן, cf. אַתֵּנָה et arab. تلقن. Unus cod. apud De Rossium scholl. critt. ad h. l. habet הָשְׁלַכְתֶּנָה Hoph. Est autem illud Hiph. intransitivae significationis, ut 2 Reg. 10, 23 (v. Addenda), sec. al. הִשְׁ' dictum pro הָשְׁ', quam posteriorem sententiam dudum protulit auctor lexici hebraei סֵפֶר אֶגְרוֹן vocati, cuius haec sunt verba (a docto Judaeo mecum litteris communicata): וְהִשְׁלַכְתֶּנָה قيل وتلقون الى ارمينية فعل لم يسم فاعله وان الوجه וְהִשְׁלַכְתֶּנָה مثل לא פתחה אזנך الذى الوجه פתחה פִּתְּחָה Jes. 48, 8. Vult

הָשַׁם (hŏscham) Hoph. rad. שָׁמֵם q. v. p. 1436.

הָשַׁע *oculos averte* Ps. 39, 14 imp. apoc. Hiph. a rad. שָׁעָה no. I, v. p. 1455; sed eadem forma Jes. 6, 10 est imp. Hiph. a rad. שָׁעַע *oblevit*.

הַשְׁפֹּת Neh. 3, 13 contr. ex הָאַשְׁפֹּת, v. p. 1471.

הִשְׁתַּחֲוָה Hithpal. a rad. שָׁחָה, p. 1387.

הִשְׁתַּעְשַׁע Hithpalp. a rad. שָׁעַע, q. v. p. 1458.

הֲתָבוּתָךְ Dan. 3, 16 inf. Aph. c. Suff. chald. a rad. תּוּב *revertit*.

הִתְוַדָּה Hithpa. a יָדָה *confessus est*, *celebravit*. V. Gramm. §. 68, 2.

הִתְחַל in pausa הִתְחַל 2 Sam. 13, 5 imp. Hithpa. apoc. a חָלָה *aeger fuit*.

הֵתָיוּ 3 plur. praet. Hiph. Jes. 21, 14, nec non imp. Hiph. Jer. 12, 9 ab אָתָה *venit*, pro הַאֲתָיוּ. Lgb. 435.

הִתִּימְךָ Jes. 33, 1 pro הֲתִמְּךָ inf. Hiph. a תָּמַם, c. Suff. Lgb. 369.
הֵתַל, הֵתַלְתָּ, הֵתֵל Hiph. rad. תָּלַל, v. p. 1505.
הִתְנַבִּיתָ 1 Sam. 10, 6 praet. Hithpa. pro הִתְנַבֵּאתָ, et הִתְנַבּוֹת ib. vs. 13 inf. Hithpa. pro הִתְנַבֵּא a נָבָא, more verborum לה.

ז

זֻנָּה Ez. 16, 34 pro זֻנְּתָה Pu. a זָנָה *scortatus est.*
זַמֹּתִי Ps. 17, 3, v. זִמָּה s. rad. זָמַם p. 419.

ח

P. 126. A. אֲנָךְ. [Tanchumi verba in lexico Murschid obvia sic corrige: ר' יונה شرح في חומת אנך قصدير وهو في العربي آنك ومعنى בידו אנך هو القصدير الذي يكون في الخيط الذي يَزِن به البنّاء البناية لألّا تتعوج i. e. *R. Jona* אֲנָךְ (Am. VII. 7) *exponit* قصدير (*κασσίτερος*) *i. e. arab.* آنُك, *et in verbis* בְּיָדוֹ אֲנָךְ (ibid.) *item est* قصدير (stannum, perpendiculum) *filo appensum, quo architectus examinat aedificium, ne curvum evadat.* Et sic in glossa Judae pro אלקידיר scribe אלקזדיר i. e. القزدير i. q. القصدير, et extrema verba quae in Schnurreri apographo sunt יקאל ללקדר אלמקדרה מאנכה. meo periculo corrige: يُقال للقدر المقدرة مأنكة i. e. *λέβης κεκασσιτερωμένος* dicitur مأنكة (قدر). Roed.]

P. 126. A. אָנֹכִי, in vetustioribus V. T. libris frequentissimum, in recentioribus multo rarius invenitur quam אֲנִי, vid. Movers krit. Unters. über die Chronik p. 203. Ges.

אנן — B. אִנּוּן. Vid. Hupfeld. in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. II, p. 152 sq. Ceterum Dan. VII, 17 legitur אִנּין, non אִנִּין. Ges.

אנס — - אָנַס. [In glossa Judae post لا مُكْرِه omissum est أحدًا. Alibi idem אוֹנֵס interpretatur غاصب. Roed.]

— - אֲנַס chald. [Judae verba integra haec sunt: لا يتعب عليك لا يقهرك لا يغلبك بل سرّ من اسرار العلوم وغوامضها بل هي منقادة اليك مملوكة عندك وفي قبضتك. Roed.]

אנף P. 127. A. lin. 11 inf. scrib.: ܐܢܦܐ pro ܐܢ̈ܦܐ. Ges.

— - lin. 5 inf. [scr.: المحاباة, et lin. 2 inf.: significationem favoris. Roed.]

— B. lin. 4. [scrib.: محاباة *in favorem (eius).* Roed.]

— - אֲנָפָה. Leg.: nomen avis impurae. Ges.

אסה P. 129. B. אָסָה. Dele verba: „Fortasse — medicatus est." Aram. אַסָּא ut arab. أسى medicari, propr. restituere. Ges.

P. 132. A. אָסְפַּרְנָא. [Haugius in Ewald. Jahrb. V. 1853. p. 154 hanc proposuit sententiam: פַּרְנָא est adiectivum vel part. pass. a rad. vet. pers. *par,* zend. *pĕrĕ* perficere, compos. cum *us* (*uz*) = sanscr. *ut* super, prorsus, ita ut *usparna* pr. sit: prorsus perfecte, admodum diligenter, gnaviter. Roed.]

— - אַסְפָּתָא n. pr. pers., contr. ex *aspadâta,* اسپ داد, ab equo (sacro, divino) datus, i. q. *Ἀσπαδάτης, Ἀσπάδης.* Pott etymol. Forsch. I. p. XLIII, Benfey Monatsnamen p. 197. Ges.

P. 134. A. אֶסְתֵּר n. pr. Cf. vedicum *stri* stella. Lassen ind. Biblioth. III, p. 8. 18. Ges. [Zend. *çtâr, çtâre* et *açtâr,* in compos. etiam *çtehr.* Vid. Burnouf Yaçna p. 552 et nott. p. 116, Journ. asiat. 1846. Febr. p. 109—114. Armen. quoque est աստղ stella. Roed.]

— - אַף particulam mutata ratione tractavit Ges. in Lex. man.

אפד P. 135. B. אֵפוֹד num. 1: Inde copt. ⲉⲫⲱⲧ epomis, amiculum ascetarum. Peyron lex. p. 45. — Ad num. 2: Iud. VIII, 27 Arabs interpres secutus est Syrum, apud quem legendum ܐܦܘܕܐ pro ܟܘܡܪܐ, quod

habent edd. Vid. Roedigeri commentat. de interpr. arab. p. 75. Ges. [Addo glossam Bar Ali ex cod. Gothano: [Syriac] الوثن الصنم الصغير والتمثال i. e. [Syriac] *est simulacrum parvum, ἀνδριάς* etc. Roed.]

P. 135. B. אַפֶּדֶן v. sub rad. פדן p. 1092.

אפה P. 136. A. אֲפֹד. Vid. Lex. man. Ges.

אפז — B. אוּפָז. Dan. l. c. nonnulli codd. habent אוֹפִיר. Ex lingua aegyptiaca vc. *Uphas* illustrare studet editor cod. Chis. ad Dan. l. c. Ges.

אפל P. 137. A. אָפֵל. [Arab. أفل potissimum est: *occidit* (sol, luna, stella). أفل autem non est *exiit e loco* (نَشَطَ), sed *alacer fuit* (نَشِطَ). Roed.]

— B. אָפִיל. [Syr. [Syriac], quod in Pesch. ponitur pro אָפִיל, ita explicatur a Bar Alio: [Syriac] ويقال الزرع الافلى اى المتاخر quae affero, quia testimonio sunt, arabicum quoque افلى certe Bar Alii tempore dictum esse de *serotinis* iusto longius in terra latentibus. Roed.]

אפס P. 139. A. אֶפֶס. Vid. Lex. man. Ges.

אפק P. 140. A. אֲפֵק n. pr. num. 1. [De situ huius urbis vid. etiam Thomson in Biblioth. sacra. Vol. V. 1848. p. 5. — Ad num. 2: Lex. geogr. Marâsid ed. Juynboll. I, p. 86 s. v. أفيق. Roed.]

אפר — B. Rad. אפר 1) *texit*, 2) *subalbus fuit* i. q. arab. عفر. hinc אֵפֶר *cinis*. Ges. cf. Lex. man.

P. 141. A. אֶפְרָת [scrib.: 1) i. q. sequens אֶפְרָתָה num. 1. Gen. XLVIII, 7. 2) i. q. אֶפְרָתָה num. 3. 1 Par. II, 19. Roed.]

— B. lin. 2 — 6 dele verba: „de qua — negare", et confer Addenda ad כָּלֵב pag. 684. Ges.

— - אוֹפִיר. [De *Ophira* eiusque situ recentioribus temporibus disputarunt Gesenius in Encyclopaedia Halensi sect. III. s. h. v., Keil über die Hiram-Salomon. Schiffahrt 1834, Quatremère mém. sur le pays d'Ophir, in Mémoires de l'Institut, acad. des inscriptt. Tom. XV. 1845, Knobel die Völkertafel 1850. p. 190 sqq., inprimisque Car. Ritter Erdkunde, Asien VIII, 2. p. 348 sqq. et Lassen Ind. Alterthumskunde I, p. 537 sqq., qui Ophiram in India quaerendam esse ostenderunt, nempe ad Indi fluvii ostia, in quorum vicinia comparet nomen gentis *Abhîra*, quod ipsum nomen *Ophir* esse videtur. — Ceterum p. 141. B. lin. 27 lege: Jes. XIII, 12. — p. 142. A. lin. 28: عامرة كثيرة الساكن, v. Abulf. geogr. ed. Paris. p. 359, cf. Gildemeister de rebus Ind. I. p. 45 Roed.]

P. 143. A. אַפְרְסָיֵא, אֲפַרְסְכָיֵא, אֲפַרְסַתְכָיֵא v. Add. ad פָּרַס.

אפת — - אֲפַת. Dele hanc radicem, מוֹפֵת pone sub rad. יָפָה, ubi vid. p. 612 sq. Ges.

ארב P. 145. A. lin. 13. [scr. نسج. Adde arab. بشك suere et mentiri, لفق II suere et calumniari, melit. *schellel* 1) i. q. شل assuere, 2) sermonem mendaciis miscere. Vassalli lex. melit. p. 635. Roed.]

P. 146. A. אֲרִידַי et אֲרִידָתָא n. pr. pers., vid. Benfey Monatsnamen p. 197. Hoc alterum Benary et Bohlenius interpretati sunt sanscr. *Haridatta* i. e. a Vischnuo datus, prius *Haridayas* i. e. Vischnui deliciae. Hari nomen Vischnui est. Ges.

ארה — B. Adde: אֲרוּ chald. quaere s. rad. רָאָה p. 1247. B. Ges.

— - אֻרְוָה. Est germ. *Raufe* a verbo *rupfen*, ut illud ab אָרָה. Ges. [Juda ben K. interpretatur مذاود وهى اراوى. Roed.]

P. 148. A. אַרְיוֹךְ n. pr. cf. sanscr. *âryaka* venerabilis, nobilis. Ges.

— - אֲרִוָד n. pr. vid. s. rad. רוד p. 1269. Ges.

ארז — B. אֶרֶז. [Arab. أرز apud Libani incolas etiamnunc de cedris in usu esse, testatur J. Wilson the Lands of the Bible. Edinb. 1847. vol. II, p. 392. Idem vero أرز de iunipero dictum audivit. Atque de *iunipero* hebr. אֶרֶז certe Lev. XIV, 4. 6 accipiendum videtur, quia in deserto cedri non crescunt, iuniperum in deserto Sinaitico, in vicinia montis Serbâl et ad montem Hor vidit J. Wilson. Roed.]

ארח P. 149. A. אָרַח. Duas huius radicis significationes ita coniungit Maurerus, ut primam ponat *extendere*, germ. recken, dehnen, reihen, hinc 1) protinus tendere, germ. ziehen (coll. אָרַךְ), *proficisci*, 2) germ. richten, zurichten (coll. עָרַךְ), *definire*. Ges.

— - אֲרֻחָה scrib.: אֲרֻחָה.

ארך P. 150. B. אֶרֶךְ n. pr. urbis Babylonicae. [Rawlinsonus tum in Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. X, p. 22, tum in Outlines of Assyrian History (The XXIX Report of the R. As. Soc. 1852) p. XVI אֶרֶךְ LXX *Ὀρέχ* eandem urbem esse coniecit, quae apud Strabonem *Ὀρχόη* vocetur, sitamque fuisse, ubi nunc sunt ruinae Warka (وركا), ad ripam occidentalem fluvii el-Hay (شط الحى), prope locum ubi in Euphratem influit. Postea in Athenaeo Londinensi 1854, 18. Mart. p. 341 idem vir ingeniosus narrat, ruinas loci vicini, qui hodie *Umm Kir* (ام قير i. e. mater picis) audit, in inscriptionibus cuneatis ibi repertis monogrammate designari, quod *Hur* vel *Hurik* appellandum sit, id vero esse אֶרֶךְ, *Ὀρχόη*; semperque hoc nomen in illis inscriptionibus coniunctum esse cum nomine *Akkad*, plane ut Gen. X, 10 אֶרֶךְ וְאַכַּד iungantur. Addit praeterea, hoc *Hur* sibi videri idem esse quod *Ur Casdim*. Roed.]

ארם P. 151. A. אֲרָם. Vid. Gust. Baur comm. in Amos. p. 65 sqq. 228 sq. — Pro אֲרָם legendum אֱדוֹם 2 Par. XX, 2, nec non 2 Sam. VIII, 13 cf. 1 Par. XVIII, 12 et Ps. LX, 2. Contra אֲרָם ponendum pro אֱדוֹם 1 Par. XVIII, 11 cf. 2 Sam. VIII, 12. Movers die Chronik p. 88 sq. — De syriaco ܐܪܡܝ vid. Roediger de interpr. arab. p. 23. 56. Ges. [Adde Larsow de dialectorum linguae syr. reliquiis. 1841. p. 9 sqq. Roed.]

— - Adde: אֲרוֹמִים 2 Reg. XVI, 6 Kethib, quod pro אֲרַמִּים esse posset, nil nisi mendum est. Repone אֲדוֹמִים *Idumaei*, quod Keri habet. Ges.

— - Adde: אֲרוּמָה n. pr. loci Iud. IX, 41. Vid. רוּמָה p. 1275. Ges.

ארץ P. 153. B. אֶרֶץ *terra*. Rad. ארץ fortasse coniungenda cum חָרַץ incidere, arare, ut pr. sit *ager*. Ges. [Maurer: „kratzig, rauh seyn, vgl. ערס, הרס, חרס, גרש, oder krumm, uneben seyn, vgl. ערשׂ, כרשׂ." Roed.]

P. 155. A. אֲרָרָט. Vid. de hac provincia St. Martin mém. sur l'Arménie I, 106 sqq., II, 367; de monte II, 260 sqq. Nomen Bohlenius comm. in Gen. p. 94 explicat sanscr. *Aryavarta* i. e. terra sancta, quod a Benfeyo probatur, Monatsnamen p. 197. Ges.

— B. אַרְתַּחְשַׁשְׁתָּא. [In inscriptionibus pers. cuneatis hoc nomen sonat *Ârtakhschathrâ*, compositum ex *arta* = zend. *arĕta* vel *ĕrĕta* venerandus, et *khschathra* imperium. Vid. Burnouf Yaçna p. 462. Lassen ind. Alterthumsk. I. p. 6 et in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. VI, p. 159 sq. Rawlinson in Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. X. p. 50. vol. XI. p. 35. Legitur in inscriptione Artaxerxis II. in Richii Narrative of a journey to the site of Babylon 1839. tab. XXIV, et in vase Venetiana, ubi his litteris constat: *Ardakhćaséa* (v. Oppert. in Journ. Asiat. 1852. Febr. p. 196). — Esr. VI, 14 pro דָּרְיָוֶשׁ וְאַרְתַּחְשַׁשְׁתָּא prob. scr. דָּרְיָוֶשׁ בַּר־אַרְתַּ׳. ut coniecit Ewaldus Jahrb. V. 1853. p. 233. Roed.]

P. 156. A. lin. 22: [scrib. خشم وقهر وغضب. Roed.]

אשר — - אֲשֵׁרָה. [Cf. etiam דָּת num. 3. p. 358. Roed.]

אשל P. 159. B. אֵשֶׁל. [In glossa Abulwalidis scrib. نان اثل وهى شجرة تشبه الطرفاء وعليه اكثر المفسرين وربما كان اخرى من الاشجار i. e. *est i. q. arab.* اثل, *arbor tamarici similis, eaque est interpretum plurimorum sententia. Fortasse autem est alia species arborum* etc. Roed.]

אשם P. 160. B. אָשָׁם num. 3. [De hoc sacrificii genere singillatim et acute disputant Ed. Riehm in Theol. Stud. u. Krit. 1854. p. 93 sqq. et Rinck ib. 1855. p. 369 sqq. Roed.]

P. 162. A. אַשְׁפְּנַז n. pr. [Videtur significare: equi nasus, a sanscr. *açva* equus, et *nâsâ* nasus, in compositis etiam *nas*, e. g. *Sunas*. Cf. Indrae epitheton in Vedis lectum *susipra*, quod exponitur: pulchrum nasum habens. Apud Arabes cognomen est انف الناقة i. e. nasus cameli. Roed.]

אשר P. 163. A. אֲשֵׁרָה. [Luci s. nemoris significationem defendit Ewaldus hist. Israel. ed. 2. vol. III. p. 390. Ceterum graec. ἄλσος sensu latiore accipere licet, siquidem omnem locum sacrum notat, etiamsi arboribus careat, *κἂν ψιλὸς ὤν*, ut ait schol. Pindar. Olymp. III, 1 cf. Boeckhii not. crit. p. 364. — *Basis* significatum defendere studet Gumpachius Alttestam. Studien. 1852. p. 237 sqq. — Lin. 7 scrib. *Ussa* عزى pro Asi. Roed.]

— B. אַשּׁוּר *Assyria*. [In inscrr. pers. cuneatis scriptum exstat *Athurâ*, v. c. inscr. Behistun. col. I. lin. 14. 15 all., et litteris pehlevicis in numis Sasanidarum אתוריא et breviatum אתורי, אתור, אתו, vel etiam את. Roed.]

P. 164. A. אֲשׁוּרִי [2 Sam. II, 9 legitur הָאֲשׁוּרִי, non הָאַשּׁוּרִי. Illius loco autem scribendum videtur הַגְּשׁוּרִי secundum Syr. (cum Ar.) et Vulg. Vid. Thenius ad h. l. et Ewald. Gesch. Isr. ed. 2. T. III. p. 145. Roed.]

P. 165. B. lin. 20 sq. dele verba: „ubi refertur ad rem incertam." — Ibid. ad אֲשֶׁר num. 3 adde: Hos. XIV. 4. ubi R. Tanchum interpretatur בִּי. لأن, بأن. Ges.

P. 166. A. אֲשֶׁר num. 10. Locum Iob. IX, 15 delevit Ges. [Equidem non modo hanc omnino nego significationem sub num. 10 assumtam, sed illam quoque s. num. 8 expositam. Roed.]

— B. lin. 9 scrib.: respondet chaldaeo בְּדִיל. Ges.

— - Post אֲשֶׁר proprie dicendum erat de שֶׁ, שַׁ, שָׁ et שֶׁ = אֲשֶׁר. Vid. p. 1344. Ges.

את P. 167. B. אֵת I, B. num. 1, b: Huc refer Jer. XXXVIII, 5, eumque locum dele sub num. 3; verte: nam rex nihil valet *apud* vos i. e. vobis, non rege, imperii fasces tenentibus. Ges. [Leg. igitur אִתְּכֶם pro אֶתְכֶם, cum Hitzigio. Roed.]

P. 168. A. את num. 3 adde: Dan. XI, 2. Ges.

— - מֵאֵת. Ps. XXII, 26 ita explicetur: *a te hymnus meus* i. e. tibi debeo salutem meam, hymni causam. — Ibid. lin. ult. scrib.: ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ. Cf. lat. *a se*, Hand. Tursell. I. p. 23. Ges.

— B. lin. 13 scrib.: Joseph. Arch. VIII, 13.

— - אֵת II, num. 1. Rarius ponitur ante nomen indeterminatum Exod. XXI, 28: אֶת־אִישׁ אוֹ אֶת־אִשָּׁה, II, 1: אֶת־בַּת לֵוִי (eine Levitentochter). 2 Sam. XVIII, 18. Ez. XLIII, 10. Prov. XIII, 21. Eccl. III, 15. Ges. [Adde: 1 Sam. XXIV, 6. Jes. L, 4. Iob. XIII, 25. Roed.] — Ad num. 2: Nominativi casu אֵת poni prorsus negat Maurerus ad Hagg. II, 5. Certe accusativus agnoscendus in locis, in quibus cum verbis passivis coniungitur [vid. gramm. hebr. ed. XVII. §. 143, 1, *a. b*.]. Ceterum cf. Lex. man. Ges.

P. 170. A. lin. ult. scrib.: v. rad. מוּל p. 777.

אתק — B. Radix אָתַק eliminanda. אַתִּיק et עַתִּיק pertinent ad rad. נָתַק. „אַתִּיק architecturae vocabulum,

idque *incrementum, eminentiam* tabulati s. porticus significans, nostrum *Absatz*, verbale Hiph. a נָתַק Hiph. avellit, abscidit (abschneiden). Ita nuper Böttcherus specc. p. 350, et iam diu ante eum Abulwalides." GES. lex. man. ed. alt. p. 104. [Abulw. s. rad. נָתַק: وقد اشتقوا من هذا المعنى אַתִּיק אֶל־פְּנֵי אַתִּיק اى فصيل بازاء فصيل أن الشى المنفصل من الشى فهو مجتذب مقتلع مخرج منه واصله אנתיק على زنة אכזיב i. e. *Ab hoc significatu* (verbi נתק, scil. avulsit, abscidit, seiunxit) *ducunt* אַתִּיק Ez. XLII, 3 *i. e. excedens* (s. redundans) *ex adverso excedentis, nam res excedens ex re alia est extracta, abscissa, educta ex illa. Forma primaria fuit* אַנְתִּיק *ad analogiam formae* אַכְזִיב. ROED.]

ב

ב P. 172. A. בְּ praep. num. 1, b. dele verba: „Eodem referri potest Ps. XVIII, 9 — eius." GES.

— B. lin. 6 dele: „Deut. XXVI, 2." GES.

P. 173. B. בְּ num. 14 dele exempla Iob. XXXVII, 10 et Jes. XLVIII, 10, nec non verba: „Impr. huc referendae — Exod. XXX, 34." GES.

P. 174. A. בְּ num. 19: Huc pertinet idiotismus in locutionibus חָרַק בְּשִׁנַּיִם, פֵּרַשׂ בְּיָדַיִם Thren. I, 17, הִפְטִיר בְּשָׂפָה Ps. XXII, 8 et similibus. GES. [Praeterea GES. in hac de praepos. בְּ disputatione plura dubitationis signo notavit in margine, nec non varii usus exempla addidit, quae nunc repetere non opus est. Nonnulla emendata ratione tractata sunt in Lex. man. edit. altera. ROED.]

באר P. 175. B. בְּאֵר num. 4. scrib.: oppidum Palaest., in quo habitavit Jothamus. — *Beer* a Maundrello memoratum, vel potius *Bîreh* vicus eundem locum tenet atque antiquum בְּאֵרוֹת. v. p. 176. A., Robinson. Palaest. II, 347. GES.

P. 176. A. בְּאֵר שֶׁבַע. Locus nunc vocatur *Bir es-Seba'* in *Wâdi es-Seba'*, ubi Robinsonus Palaest. I, 338 sqq. duos tantum puteos vidit, quanquam Arabum geographi septem memorant, vid. s. v. שֶׁבַע litt. c. p. 1355. A. In collibus adiacentibus ruinae supersunt urbis, quae episcopi sedes quondam fuit. GES.

— - בְּאֵרוֹת nunc est vicus *Bîreh* nominatus. Vid. ad בְּאֵר dicta. GES.

- B. Adde: בֵּרִים scriptura suspecta 2 Sam. XX, 14: *et transiit Ioabus omnes tribus Israëlis usque ad Abelam et Beth-Maacham* וְכָל־הַבֵּרִים וַיִּקָּהֲלוּ וַיָּבֹאוּ אַף אַחֲרָיו *et omnes Beraei(?), et congregati sunt eumque secuti sunt.* Si sana lectio, בֵּרִים esset n. gent. plur. a בְּאֵר, sed quid hoc? LXX: *πάντες ἐν Χαῤῥί* (בכרי). Vulg. *viri electi.* Lege vel הַבַּחֻרִים *iuvenes* [hoc vult etiam Thenius] vel cum Hamakero (de vit. prophet. p. 144) הַכָּרִי s. הַכָּרִים *satellites*, coll. vs. 7. GES.

בגה P. 178. A. בַּגַּי n. pr., prob. pers., cf. *Βαγαῖος* Herodot. 3, 128, sanscr. *bhagavân* beatus. GES.

— B. בִּגְתָא n. pr. pers. [Vid. אֲבַגְתָא in Addend. p. 61. ROED.]

— - בִּגְתָן n. pr. pers., cf. sanscr. *bhagadâna* dos fortunae. GES.

בדא — - בָּדָא [cf. rad. בָּטָא et בָּדַד num. II. ROED.]

בדד P. 179. A. לְבַד num. 2. [*Solus* adj. etiam in lingua coptica simili modo circumscribitur, ut ⲟⲩⲁⲁⲕ tu solus, ⲟⲩⲁⲁϥ ille solus etc., quod est a numerali ⲟⲩⲱⲧ, ⲟⲩⲁⲓ unus, adiecto pronomine suffixo (non a radice pronominali ⲟⲩⲁ, ut putabat Schwartzius gramm. copt. p. 346). ROED.]

— B. בַּד num. III. pertinet ad num. I: *pars*, spec. *filum*, collect. *fila*, nostr. *Zwirn, Garn* (cf. אֵטוּן), maxime linea, inde *linteum*. GES. Lex. man.

— - Adde: בֵּדְיָה n. pr., prob. i. q. עֲבַדְיָה, v. Add. ad rad. עָבַר, cf. ad בְּדָן dicenda. GES.

בדל P. 180. A. lin. 5 inf. scrib.: Plin. H. N. XXXIV, 16. GES. [Abulwalid.: בְּדִיל هو القلعى اعنى القزدير i. e. ב' *est stannum, κασσίτερος.* Cf. Add. ad אֲנָךְ. ROED.]

בדן P. 181. A. Radix בָּדַן eliminanda. N. pr. בְּדָן prob. est pro עַבְדָּן = עַבְדּוֹן Iud. XII, 13, abiecto ע, quod in voce עבד apud Phoenices persaepe abiici solet, v. c. בדעשתר pro בדאשמן ,עבדאשמן *Βοδόστορ* pro עבדעשתרת. Vid. Monumm. Phoenicia p. 174. 175. GES. Cf. Lex. man.

בדק — B. בִּדְקַר. Vid. de hoc n. pr. p. 349. A. GES.

בהם P. 182. A. בֹּהַם fortasse i. q. aram. בְּהַת, ܒܗܬ et hebr. בּוֹשׁ [ubi vid. Add.] pr. *albus fuit, palluit*, et בַּהַם *marmor album.* GES.

בהק P. 183. B. בֹּהַק *vitiligo alba*, legitur Lev. XIII, 39. Adde glossam Bar Ali: ܒܘܗܩܐ هو البهق وهو لونين اسود وابيض. GES. [In cod. Gothano adiicitur الوضح. In glossa Barbahluli autem corrige والبرص. Verba denique والبهق أصح, quae in uno codice addita sunt, hoc sibi volunt, interpretationem البهق *veriorem* esse quam alteram البرص. ROED.]

בהר P. 184. A. בָּהִר. Origo est in vibrando, micando, Zittern des Lichts, cf. בָּהַל. GES.

בוא — B. בּוֹא. Praet. bis בָּאו = בָּאוּ Jer. XXVII, 18. L, 5. — Ad num. 1, a. adde: *βαίνω* de coitu animalium, vid. lexica graeca. Herodot. II, 115: *παρὰ τὴν γυναῖκα ἦλθες*, IV, 1: *αἱ γὰρ τῶν Σκυθέων γυναῖκες ἐφοίτεον παρὰ τοὺς δούλους.* Apud Sinenses medici de coitu verecunde dicunt *hangfang* intrare cubiculum. GES.

P. 185. A. בּוֹא num. 1, i. adde: Luc. I, 7. 18. II, 36, cf. locos classicos apud Wahlium clav. N. T. s. v. Arab. طعن في أيامه provectus est diebus suis. GES.

P. 186. A. בּוֹא num. 2, e. adde: sq. בְּ Jer. XLVI, 20. — num. 3 dele exempla Gen. XXIV, 62. Iud. XIX, 3, et vid. potius 1 Sam. XVII, 14. Gen. XLV, 17. Iob. II, 11. — num. 3, a: Locum Ps. XL, 8 retracta-

tum habes s. rad. כָּתַב p. 723. — num. 3, c. pone sub num. 1. Ges.

P. 187. A. מָבִיא num. 2: Iud. I, 24 et 25 מְבוֹא הָעִיר non est porta urbis, sed *aditus ad urbem* i. e. locus ubi facilem habet aditum. Ges.

— - תְּבוּאָה num. 1. *proventus*. Ita syr. ܥܠܠܬܐ a rad. ܥܠ intravit. Ges. [arab. غَلَّة id. Roed.] — num. 2. *lucrum*, *quaestus*. [Cf. arab. دَخْل id. a rad. دخل introiit, gr. *πρόςοδοι*, germ. Einkommen, Einkünfte. Roed.]

בום P. 188. A. בָּמָה num. 2. בָּמֳתֵי אָרֶץ potius *montes terrae*. — Lin. 40 scrib.: ipsi. Ges. — [Lin. 41 scrib.: 1 Par. XXI, 29 sq. Roed.]

— B. lin. 20 scrib.: Diod. 20, 65. Ges.

— - lin. ult. De Syro interprete vid. Roediger de interpr. arab. libr. hist. p. 55. Ges.

בוס P. 189. A. בּוּס. Zach. X, 5 verte: *et erunt instar heroum, qui incedunt super luto platearum* i. e. super hostibus luto comparandis. Cf. רָמַס sq. בְּ et דָּרַךְ sq. בְּ. Ges. — [Ad *Pil.* בּוֹסֵס cf. בּוֹשֵׁשׁ s. rad. בּוּשׁ memoratum p. 250. Roed.]

ביץ P. 190. A. בִּיץ *album esse*. Cognata sunt chald. אֲבַץ, בִּיצָא, אֲבָץ stannum, plumbum album, it. בּוּשׁ. Ges. Cf. Lex. man.

— - lin. 5. dele verba „i. e. bombycinus“, lintea enim erant panni byssini. Vid. Wilkinson manners and customs of the ancient Egyptians III, 115. Ges. Cf. Lex. man.

בוש — B. בּוּשׁ propr. *album*, *pallidum fieri*. cogn. יָבֵשׁ et בּוּץ, spec. *horrore pallescere*. Ges.

— - lin. 11 inf. dele Jer. IX, 16. 19. Ges.

P. 191. A. בּוֹשֵׁשׁ Pil. [Pro ܫܘܒܩܐ Assem. bibl. or. II. 260 cum Doepkio glossar. ad Mich. chrestom. syr. p. 168 potius scribendum est ܫܘܟܢܐ quies, tranquillitas, vita tranquilla et solitaria (non silentium, taciturnitas, ut habet Castellus, qui in lexicis Syrorum male legit سكوت pro سكون), ut ibid. p. 246. Vid. Chrestom. meam syr., glossar. p. 59. Roed.]

בית — B. בַּיִת ex duriore בַּנְת ortum et a rad. בָּנָה ducendum, ut *δόμος*, *domus*, a *δέμω*, et, si formam spectas, ut אִישׁ ab אֱנָשׁ, אֱנָשׁ, בַּיִת autem pro radice secundaria habenda. Cf. Lex. man. Ceterum adde phoen. בת domus, monumm. phoen. p. 348. Ges.

P. 192. A. בַּיִת num. 4: Zach. VII, 2 בֵּית־אֵל potius urbs *Bethel* est, intelligendique eius incolae *Bethelenses*. Vid. Hitzig. ad h. l. Ges.

P. 193. A. בַּיִת num. 8. [Ad hanc vocis בַּיִת ad spatium interius translationem praepositionisque בְּ derivationem inde factam apprime quadrat origo adverbiorum graecorum *ἔνδον* et *ἐνδοῖ*, si modo vera est ingeniosa Pottii coniectura (Etymol. Forschungen I. p. 261), qui illa ad *δῶ* = *δόμος* pertinere idemque vocabulum fortasse in goth. *du*, angl. *to* et germ. *zu* inesse arbitratur. Roed.]

P. 193. B. בֵּית אָוֶן n. pr. explica domum vanitatis i. e. idolorum. Ges. [בֵּית אָוֶן ubique nomen Bethel esse evicit C. A. Graf in Theol. Stud. u. Krit. 1854. p. 851 sqq. Roed.]

P. 194. A. בֵּית אֵל n. pr. De ruinis huius urbis hodie *Beitin* dictis vid. Robins. Palaest. t. II. p. 340 sqq. Ges.

— - בֵּית הָאֵצֶל. Scrib.: בֵּית הָאֵצֶל.

— - בֵּית אַרְבֵאל. Scrib.: בֵּית אַרְבֵאל.

— B. בֵּית גָּמוּל significat domum ablactati, nam retributio est גְּמוּל. Ges.

— - בֵּית חָגְלָה. Nomen antiquum servatum videtur in *ʿAin Haǵla*, *Kasr Haǵla*, vid. Robinson. Palaest. II. p. 509. Ges.

P. 195. A. בֵּית חוֹרוֹן. Duo haec oppida etiamnunc nomen antiquum gerunt, unum, quod in monte situm est, *Beit-ʿÛr el-fôkâ* بيت عور الفوقا (superius), alterum, quod in valle, *Beit-ʿÛr et-taḥtâ* بيت عور التحتا (inferius): inter utrumque est ascensus acclivis et angustus (מַעֲלֵה בֵית חוֹרֹן Jos. X, 10, מוֹרַד ב׳ ח׳ ib. vs. 11. 1 Macc. III, 16. 24). Et oppida et angustias hodie transeunt, qui Ramla Hierosolymam proficiscuntur. Vid. Robinson. Palaest. III, 273 sqq. Nomen hodiernum, licet aliquatenus mutatum (בית עור pro בֵּית חוֹרוֹן), primus inter itineratores nostri temporis ad antiquum oppidum pertinere perspexit Clarke (Travels P. II. vol. 1. p. 628 sq. ed. in 4[to]). Nomen *Bait-Horon* etiam in monumentis aegyptiacis comparet, v. Champoll. gramm. égypt. p. 160. Ges. [Add. Williams the Holy City I. p. 11. ed. 2. Roed.]

— - בֵּית פַּר n. pr. Cf. Hamaker de vit. prophet. p. 194. Ges.

— - בֵּית הַכֶּרֶם n. pr. [Hoc oppidum in monte situm fuisse, qui hodie „der Frankenberg“, ab Arabibus *el-Fureidîs* appellatur, Rich. Pocockius contendit, J. Wilson defendit (The Lands of the Bible I, 396) Roed.]

— - בֵּית לֶחֶם *α*, oppidum Iudae. [Vid. librum: Bethlehem in Palaestina . . geschildert von Dr. Titus Tobler. St. Gallen 1849. 8. Roed.]

— B. בֵּית לֶחֶם *β*, oppidum Sebulonitarum. [Et hoc oppidum hodie exstat, visum ab Eduardo Robinsono in itinere secundo anno 1852 facto, v. Zeitschrift der D. Morgenl. Ges. VII. p. 46. Roed.]

— - בֵּית הָעֵמֶק n. pr. [Hodie vicus *ʿAmkah* عمقة, v. Robinson in Zeitschr. der D. M. Ges. VII. p. 45. Roed.]

— - בֵּית עֲנוֹת n. pr. [Hodie *Beit ʿAinûn* بيت عينون, v. Robinson. Palaest. II. p. 412. J. Wilson the Lands of the Bible I. p. 384. Wolcott in Biblioth. sacra vol. I. p. 58. Roed.]

P. 196. A. בֵּית צוּר n. pr. [Situm huius loci bene definivit cl. Robinsonus (Palaest. I. 360) prope ed-Dirweh, ubi extant ruinae, quae *Beit Sur* بيت صور vocantur (v. Wolcott in Biblioth. sacra 1843. I. p. 56).

Cf. John Wilson the Lands of the Bible I, 385. Roed.]

P. 196. A. בֵּית שֶׁמֶשׁ n. pr. Hanc urbem recte agnovit Robinsonus in ruinis prope vicum *'Ain Schems* conspicuis (Palaest. III, 224 sqq.). In nomine hodierno عين شمس (i. e. fons solis, quanquam fons ibi non invenitur) certe pars veteris nominis servata est. Eandem urbem habuisse nomen עִיר שֶׁמֶשׁ (v. p. 196. B. lin. 6), contra Relandum (Pal. p. 168. 656) Robinsonus demonstravit l. l. p. 226 sq. Ges.

— - בֵּית תַּפּוּחַ n. pr. [hodie vicus Teffûh تفوح, v. Robins. Palaest. II, 700. Roed.]

בזה P. 197. A. lin. 22 scrib.: Ps. XXII, 7. Ges.

— B. בַּז extr. leg.: cf. supra v. בַּג p. 177. B. Ges.

בחר P. 199. A. lin. 7 scrib.: Exod. XIV, 7 pro Iudd. XIV, 7. Ges.

בין P. 203. A. lin. 30: Verba וְלֹא יִתְבּוֹנָן Iob. XI, 11 verte: (peccatum) *quod ne animadvertit quidem* ullus hominum. Ges.

— - בַּיִן. Adde: בֵּין אוּלָי Dan. VIII, 16 inter Eulaeum fluvium, puta, inter utramque eius ripam, vel sequere Ch. Bened. Michaelis sententiam, qui, Forte, inquit, Eulaeus ibi flexuosus aut in duo pluraque brachia scissus erat, ita ut loquens visus fuerit ***medio inter flexus illos aut brachia loco*** constitisse. Ges.

ביר P. 204. B. בִּירָה. Cf. Benfey Monatsnamen p. 192. Ges.

— - [בֵּרִי et בֵּרִים, quae fortasse hic quaeris, vid. s. rad. בָּאַר p. 176 ibique Add. Roed.]

בכא P. 205. A. עֵמֶק הַבָּכָא fortasse nomen planitiei fuit prope planitiem Rephaim, ad hanc enim regionem spectat commemoratio fruticum בְּכָאִים 2 Sam. V, 22—24. Nomen igitur habuisse videtur ab illo frutice, quanquam facile concedi potest, poetam Ps. LXXXIV, 7 ad plorationis significatum alludere. Ges. [Abulwalid. בְּכָאִים exponit توت *morus*: quod arbitrarium est. Roed.]

בכר P. 206. A. בָּכַר pr. *fidit*, prorupit, i. q. affine בָּקַר. Ges. lex. man.

בלד P. 207. B. בִּלְדַּד n. pr. contr. ex בֶּן־לְדַד filius litis, litigator, v. בִּדְקַר p. 349. A. Ges.

בלה P. 210. A. בְּלִיַּעַל. Not. [Bar-Bahluli verba ܘܐܬܢܣܒܬ ܡܢ ܐܐܪ verte: *et sumtum est* (hoc nomen ܒܠܝܐܪ) *de voce* ܐܐܪ (i. e. ἀήρ). Roed.]

— B. בִּלְתִּי num. 3. Locum Jes. X, 4 infra s. rad. כָּרַע p. 315 retractavit Ges.

בלל P. 211. B. בָּבֶל. [In inscriptionibus cuneatis vet. Pers. nomen Babel est *Babiruš*, in babylonicis auctore Opperto (in Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. VIII. 1854. p. 595) *Babilu*, scriptum quattuor litterarum elementis, quorum primum notat portam (باب, talm. בָּבָא), alterum signum est dei (*ilu* = אֵל), tertium Saturni, quartum denique notionem urbis exprimit, ita ut significatio nominis sit: *porta dei Saturni*. — Istakhrii, Ibn Haukali et Jakuti temporibus parvum oppidum بابل nomen gerens adhuc extabat prope ruinas veteris urbis, v. Istakhri ed. Moeller. p. 49. lin. 8. Ibn Haukal apud Abulfidam ed. Paris. p. 304. Lex. geogr. Marâsid ed. Juynboll. T. I. p. 113. Ruinas urbis nuper descripserunt Layard discoveries in the ruins of Nineveh and Babylon, Lond. 1853. 8., p. 530 sqq., Fresnel in Journ. asiat. 5. ser. T. I. et II. 1853. Roed.]

P. 212. B. שַׁבְּלוּל [sic enim scriptum extat Ps. LVIII, 9, non שַׁבְלוּל, ab Abulwalide exponitur حلزون *limax*, a Tanchumo in lex. talmud. Murschid limax certe planis verbis describitur. Roed.]

P. 213. A. תְּבַלֻּל. Locus talmudicus ab Abulwalide allatus non Gemarae est, sed Mischn. Bechoroth VI, 2.

בלס — B. בָּלַס. [Interpretamentum *χαρακῶν συκαμίνους* Theodotionis est, Symmachus explicat: sycomoros habens, ut Chaldaeus. Roed.]

בלע — - Radices a לע ordientes non sub לָעַט, sed sub לוּע congessit Ges.

בלש P. 214. B. בִּלְשָׁן n. pr., contr. ex בֶּן־לָשׁוֹן i. e. filius linguae, loquax, v. בִּדְקַר p. 349. A. Ges.

P. 215. A. בִּמְהָל (contr. ex בֶּן־מָהָל filius circumcisionis i. e. circumcisus, cf. בִּדְקַר p. 349. A.) n. pr. m. 1 Par. VII, 33. Ges. lex. man.

בנה P. 220. A. בַּת num. 10: De בָּנוֹת צָעֲדָה Gen. XLIX, 22 aliter statuit Ges. s. rad. צָעַד no. 1. p. 1176.

— B. יַבְנֶה n. pr. De vico Jebna vid. Irby and Mangles travels p. 182. Correspondance d'Orient V. p. 373 sq. Ges. [Cf. Robins. Pal. III. p. 230. Roed.]

— - יַבְנְאֵל num. 1 [idem oppidum videtur fuisse, quod alibi יַבְנֶה vocatur. Roed.]

בעה P. 222. B. בִּי. In Targg. non solum בְּבָעוּ adhibetur, sed etiam בְּמָטוּ מִנָּךְ cum venia a te Gen. XLIII, 19. XLIV, 18. Ex. XXXII, 31 Pseudoj. Cf. talmud. בְּבָעוּ מִנָּךְ id., et בְּעָא מָטוּ petiit veniam Ps. LXXII, 11 Targ. Ges. [Adde sententiam Ewaldi Lehrb. d. hebr. Spr. §. 101, c., qui בִּי curtatum dicit ex אֲבִי particula, cf. supra Add. ad p. 8. B., et Maureri, qui בִּי breviter dictum putat pro שְׁמַע בִּי *audi me*. Roed.]

בעט P. 223. A. lin. 9 scrib.: ܟܒܥܛܐ. Ges.

בעל P. 224. A. lin. 13 dele verba: „Sed non — dantur." Nam רַבָּא apud Onkelosum potest esse i. q. כָּהֲנָא רַבָּא princeps sacerdotum. — Ibid. בַּעַל num. 2: Cf. sanscr. *pati* dominus, maritus. Ges.

— - בַּעַל num. 4: [Hoc sensu frequentatur aeth. በዐል: et amhar. ባል: (Isenberg. diction. I. amhar. p. 83, item pers. خداوند, v. c. خداوند اين مرض dominus huius morbi i. e. hoc morbo praeditus. Roed.]

— B. בַּעַל num. 5. *Baal*: vid. Monumm. phoenic. p. 348, Münter Religion der Babylonier p. 16 sqq., Movers die Phönizier I. p. 169 sqq. Ges.

P. 225. A. בַּעַל פְּעוֹר vid. פְּעוֹר p. 1119.

P. 226. B. lin. 21 scrib.: composita. Ges.

— - בֵּלְשַׁאצַּר [In inscriptione quadam Babylonica Rawlinson invenit nomen *Bel-schar-zar* (vel *Bel-sar-ussur*, ut legit Oppertus, v. Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. VIII. p. 598), ut filii regis Nabonnedi. Hinc ille argute concludit, Belsazarum, qui forte urbi praefectus fuerit, ab hostibus interfectum esse (ut est in libro Danielis), ipsum vero regem, ut narret Berosus, Borsippam (i. e. hodiernum Birs Nimrud) fugisse et superstitem mansisse. Vid. litteras Rawlinsoni in Athenaeo Londinensi 1854. mens. Mart. p. 341. Sed tamen restat altera difficultas, quod Belsazar in libro Dan. V, 2. 11. 13. 18. 22, ut Baruch. I, 11. 12, filius non Nabonnedi, sed Nebucadnezaris exhibetur. Roed.]

בצע P. 228. B. lin. 19 inf. scrib.: *comminue ea.* Ges.

בצק P. 230. A. בָּצְקַת n. pr. i. e. terra lapidosa, quae se attollit. Ges.

בצר — B. בֶּצֶר. Glossam Abulwalidis ex hoc loco transscripsit Fuerstius in Concordant. hebr. Ges. [et quidem cum sphalmate فالفضة, ubi scribendum erat والفضة, pro هذا recte posuit هذه, male autem אללפטח pro אללפטה. Roed.]

P. 231. A. בָּצְרָה num. 2. Bosram, Idumaeae urbem primariam, non eandem cum Auranitica Bostra, sed intra ipsos Idumaeorum fines et eo quidem loco sitam fuisse, ubi nunc extat vicus parvus *Busairae* nomine (بُصَيْرَى demin. vocis بُصْرَى), Raumeri, Hitzigii, Robinsoni (Palaest. III, 125) aliorumque sententia est, eaque mihi quoque nunc probata. Ges. Cf. Lex. man.

— - מִבְצָר m., semel construitur cum fem. ad analogiam vocis עִיר Hab. I, 10. Ges.

בקק P. 233. A. בִּקְיָה corrige: בִּקְיָהוּ. Ges.

— - יַבֹּק, Cod. Samar. ter cum art. היבק. Ges.

בקר P. 234. A. lin. 8 lege: iisque femininis. Ges.

— - בֹּקֶר: de tempore antelucano Ruth. III, 14. Ges.

ברה P. 238. A. בְּרִית. Haud spernenda est sententia a Sam. Lee commendata (lex. hebr. h. v.), בְּרִית proprie non aliud esse atque *coenam, convivium*, a rad. בָּרָה no. 2, quandoquidem *coenari cum aliquo* in Oriente idem fere sit atque amicitiam cum eo iungere. In ipsis foederibus iungendis epulatos esse Hebraeos apparet ex Gen. XXXI, 54: bene etiam hoc modo explicatur, quid sit בְּרִית מֶלַח foedus (pr. *comestio*) salis, v. מֶלַח p. 790. A. Ges. cf. Lex. man.

ברח P. 239. B. lin. 21 scrib.: sequ. לְ, non: praevio לְ. Ges.

P. 240. A. adde: בַּרְחֻמִי pro בַּחֲרוּמִי, vid. בַּחֻרִים p. 199. B.

ברך P. 241. B. lin. 9 sq. scrib.: *diei septimo.* Ges.

P. 243. A. בְּרָכָה num. 4: E graeco εὐλογία barbarum verbum *oblegium* et hinc germ. vet. *oblei* (xenium) ducit Graff. althochd. Sprachschatz p. 101. Ges. [Addo arab. تبركات de donis regi oblatis, ap. Mirkhond. hist. priorum regum etc. ed. Vienn. fol. 7. v. lin. 10. Roed.]

P. 243. A. בְּרָכָה num. 6, a. [Est haec vallis eadem quae hodie vocatur *Wâdi Bereikût* prope Tekoam. V. Wolcott in Biblioth. sacra 1843. p. 42, cf. Robins. Palaest. II, 416, J. Wilson the Lands of the Bible. vol. I. p. 386. Roed.]

ברם P. 243. B. בְּרֹם. De huius rad. vi onomatop. vid. Ges. lex. man.

ברע P. 244. A. בֶּרַע n. propr., contr. ex בֶּן־רַע, cf. בִּרְשַׁע, בִּדְקַר. Ges.

ברק — B. בָּרָק. Cf. aeg. theb. ϐρηϭε, memph. ϐρηϫ fulgur. — Sub num. 2. leg.: poët. ipsum telum coruscans. Ges.

— - בָּרֶקֶת: cf. sanscr. *marakata* smaragdus. Ges.

P. 245. A. בַּרְקוֹס n. pr., fort. contr. ex בֶּן־רְקוֹשׁ pictor, coll. رقش, coloribus pinxit, cf. בִּדְקַר p. 349. A. Ges. lex. man.

— - בַּרְקָנִים *spinas* etiam Aquila, Raschi, Kimchi, Studerus et Bertheau interpretantur, D. Michaelis *pyritas.* Ges.

ברר P. 246. A. lin. 12 [scrib.: بورة pro بورة. Roed.]

— - בַּרְבֻּרִים. Cf. Roediger. de interpr. arab. libror. histor. p. 34. Ges.

ברש P. 247. A. בִּרְשַׁע n. pr., i. q. בֶּן־רֶשַׁע filius malitiae, cf. בִּדְקַר p. 349. A. Ges.

בשׂר P. 248. A. B. Ges. in etymo vocis בָּשָׂר a Simoni proposito persistit, coll. לְחִי et אָדָם, vid. Lex. man. — Ad Ps. CII, 6 cf. Thren. IV, 8: צָפַד עוֹרָם עַל־עַצְמָם. Ges.

P. 249. A. adde: בְּשַׂר chald. i. q. hebr. בָּשָׂר *caro* Dan. VII, 5, in st. emphat. בִּשְׂרָא ib. II, 11, de genere humano ibid., כָּל־בִּשְׂרָא cuncta animantia IV, 9. Ges.

בתל P. 250. B. בְּתוּלָה a maturitate (i. q. בְּשֵׁילָה matura sc. viro) virginem dici potuisse arbitratur Ges. Cf. Lex. man. [Erat hoc Fürstii commentum in Concordant. h. v., in Lexico nuper ab eodem reiectum. Roed.]

בתח P. 251. B. בַּת: dele verba: „decima bathi pars עֹמֶר dicebatur", nam non bathi sed Ephae pars decima est. Ges. [Ceterum de ambitu huius mensurae vide supra dicta in Add. ad v. אֵיפָה. Roed.]

ג

P. 252. A. De figura litterae ג, qualis in monumentis phoeniciis aliisque comparet, vid. Ges. monum. phoen. p. 22. — Arabes in compluribus regionibus, ut in Hiǵazo, Aegypto, in provincia Mahra duriorem litterae ج pronunciationem *g* retinuerunt. — Commutationis litterae ג cum י exemplis sub num. 1 litt. c. adde: יְטוּר hodie جيدور, יָסַר aeth. ገሠጸ: castigavit. — Praeterea haec littera palatina quandam affinitatem habet cum ץ (v. hanc litteram p. 1144. A.) et cum aliis sibilantibus, ut גִּיר coll. שְׁאַר, שְׂאַר, סִיר. Ges.

גאל P. 255. A. lin. 4 scrib.: שְׁנַת גְּאוּלַי. Ges.

גבל P. 258. B. גְּבַל. [Vid. Thomson in Biblioth. sacra vol. V. 1848. p. 6—8. J. Wilson the Lands of the Bible vol. II. p. 400 sq. Roed.]

P. 259. A. גַּבְלֻת [In glossa Abulw. leg. التقدير pro التقرير. Roed.]

גבע P. 260. A. Paulo accuratius inter nomina גֶּבַע et גִּבְעָה distinxit Ges. in Lex. man. nova editione, q. v. [Hoc videtur certum esse, גֶּבַע בִּנְיָמִין Jud. XX, 10. et גֶּבַע ibid. vs. 33 esse Gibeam Benjaminitarum s. Sauli, eandemque גִּבְעַת vocari Jos. XVIII, 28 (itaque corrige quae sub גִּבְעַת p. 260. B. leguntur). De aliis locis, ut 1 Sam. XIII, 3. 16. XIV, 5. 16, adhuc dubitare licet. Vicus, qui hodie vocatur *Geba* جبع, non est Gibea Saulis, ut Robinsonus Palaest. II, 325 statuerat, sed גֶּבַע, vid. eiusdem viri docti dissertationem subtilem in Biblioth. sacra 1844. p. 598—602, ubi praeterea probat, Gibeam Sauli in colle situm fuisse, cui nunc nomen est Tuleil el-fûl تليل الفول (cf. Palaest. II, 569). Secus statuit Knobel. ad Jes. X, 29. Roed.]

— B. גִּבְעוֹן [hodie vocatur *el-Gîb* الجيب, v. Robins. Palaest. II, p. 352 sq. Roed.]

P. 261. A. גִּבְעֹל [Ad Ex. IX, 13 cf. Add. ad אָבִיב. Roed.]

— - גִּבְעֹל [In glossa Tanchumi scrib.: يتعميس pro يتعميس. — In verbis ex Abulwalidis opere allatis primum corrige تَرْجَمَةٌ. Deinde mendum latet in verbo postremo, quod Gesenius pro lubidine scripsit بارطب i. e. in tenero, non, ut ipse vertit, in involucro suo. In Schnurreri apographo legitur באלטר, ad marginem autem Schnurrerus indicavit, partem vocabuli extremam in codice ipso esse incertam. Equidem auctorem arbitror scripsisse באלטרף بِالطَّرْفِ, quod de plantis dicitur, quarum flores adhuc latent in involucris s. folliculis suis (Kam.: الطَّرْفُ ما كان في أَكْمامه النبت). Apud Judam denique (lin. 4 inf.) corrige في غلافه. Roed.]

גבר P. 263. A. גְּבִירָה domina, de regina, ut saepe gr. δέσποινα. Ges.

גג — B. גָּג. Non displicet Redslobii etymon, cui גָּג ortum videtur ex גָּגַג, גַּגְגַ, et hoc quidem ex גַּנְגַן (ut שַׁרְשָׁה ex שַׁרְשְׁרָה, كرك كرك ex כַּרְכַּר), a rad. גָּנַן texit. Ges. [Cf. lat. *tectum* a tegendo dictum, gr. *στέγη* a verbo *στέγειν* tegere, germ. *Dach* a verbo *decken*. Roed.]

גדד P. 264. A. גָּדַד. Huius radicis prima significatio sistatur *incidere, secare,* secunda *penetrare, irrumpere* (Ps. XCIV, 21). Ges., vid. Lex. man.

— - גְּדַד chald.: scrib.: Dan. IV, 12. 20. Ges.

- גַּד num. 2: De גַּדְּא Talmudistarum vid. Neumann astronom. Beiträge I, 34. Ges.

P. 265. A. גְּדוּד: [adde talmud. גונדא turma. Roed.]

— - מְגִדּוֹן *Megiddo* in monumentis aegyptiacis legitur, Champoll. gramm. égypt. p. 160. Post doctam Robinsoni demonstrationem (Palaest. III. p. 412—415) vix potest dubitari, quin Megiddo urbs eodem loco sita fuerit, quo Eusebii Hieronymique tempore erat *Legio*, hodie *el-Leǵǵûn* اللجون, *planities*que Megidduntis eadem quae iisdem vocatur *πεδίον τῆς Λεγεῶνος*, campus Legionis. Ges.

גדל — B. גָּדַל. Exempla radicum, in quibus *ligandi* vis ad *firmitatem* et *robur* translata est, vid. s. rad. חָזַק p. 462. Ges.

P. 267. B. מִגְדָּל num. 3 scrib.: *areola in medio altior,* Beet, Blumenberg. Ges.

— - מִגְדַּל־אֵל, prob. hodiernus vicus *el-Meǵdel* المجدل. [Cf. Robinson. Palaest. III, 529—531. J. Wilson the Lands of the Bible II, 136. Imago vici turrisque collapsae exhibetur in Bernatzii Bilder des heil. Landes tab. 34. Roed.]

P. 268. A. Post c) adde: d) מִגְדַּל הַחֲנַנְאֵל vid. s. v. תַּנּוּר p. 1513. B.

גהה P. 270. A. גֵּהָה Prov. XVII, 22. *Faciei* significatio commendatur loco simillimo Prov. XV, 13: לֵב שָׂמֵחַ יֵיטִב פָּנִים. Ges.

גוב — B. גֵּב lin. 6 scrib.: גבים, efferendum גֵּבִים, in Keri יוֹגְבִים. Ges.

גוג P. 271. A. מָגוֹג. Syllabam huius nominis priorem מָ *regnum* significare, Fraehnius ex lingua pehlevica demonstravit, ut in nominibus Mâsenderân, Makrân (مكران contr. ex ماه كران), ماى هند al., v. Fraehn. de musei Sprewitz. numis Kuficis p. 93 sqq. Ges.

גוה P. 272. A. גּוֹי *populus*, pr. corpus, ut גְּוִיָּה, cf. gall. *corps*, germ. *Staatskörper*, *Körperschaft*, *Corporation*, lat. corpus reipublicae, corpus populi, civitatis. Ges.

גור P. 275. A. lin. 9 sqq. [dele verba: „Jes. V, 17 גָּרִים videntur — Jeremiae tempore“. Nam in loco Jes. non גֵּרִים legitur, sed גָּרִים particip. *migrantes*. Roed.]

— - גּוּר et גּוֹר *catulus*, a lactendo dictus. Ges. Vid. Lex. man.

— B. מְגוּרָה. [In glossa Tanchumi scrib.: على الميم المركبة منهما اخرى. Roed.]

גוש P. 276. A. lin. 17. [In loco Gemarae a Kimchio laudato scrib.: בגושיהון, et in lin. proxima del. verba: „in quo — Chethibh“. Certe in novissima lexici Kimchiani editione et in ipsis Talmudis exemplaribus, Baba mezia fol. 101, *a*, sic legitur. — Lin. 22 scrib.: كتيحة. — Ceterum ad etymon vocis גּוּשׁ conferas arab. جَسَأَ et جَسِيَ *induruit* terra, manus etc., جَسْءٌ cutis aspera. Roed.]

— - [Ad rad. גּוּשׁ pertinet etiam: גַּיְשָׁן (fort. spurcus, vel asper) n. pr. m. 1 Par. II, 47. Roed.]

גזה — B. [De גּוֹזָן nuper disputarunt Thenius ad 2 Reg. XVII, 6, Bertheau ad 1 Par. V, 26, Juynboll histor.

Samar. p. 26, Ewald hist. Israël. ed. 2. vol. III. p. 612, alu. Roed.]

גזל P. 277. B. גּוֹזָל. Adde nasor. ܘܙܠܐ columba. Ges.

גזם P. 278. A. גָּזָם est *locusta*, eaque nondum alata, *bruchus*. vid. Credner. ad Joël. I, 4. Ges.

גזר P. 279. A. גְּזֵרָה [In loco Kamusi scrib. يصيبها et غليظة. Ceterum اجزر conj. IV significat: pabuli inopia laboravit, ut امحل. — אֶרֶץ גְּזֵרָה Boettcherus specc. p. 348 bene explicat: Land der Abgeschiedenheit, Einöde. Roed.]

— B. גִּזְרָה [quid sit apud Ezechielem, bene docet Boettcher in specc. p. 348. Roed.]

גחל P. 280. A. lin. 8 scrib.: carbo niger. Ges.

גיא P. 281. A. גַּיְא litt. c. [De situ vallis יִפְתַּח־אֵל vid. Ed. Robinson in Zeitschrift der D. M. Ges. vol. VII. 1853. p. 45. Roed.] — litt. d: *Vallis salis* haud dubie quaerenda ab austro maris mortui prope montem salis, qui ibi est, v. Robinson. Palaest. III, 25. Ges.

גיח — B. גִּיחוֹן num. 1: Gihon ab occidente Hierosolymorum a שִׁלֹחַ differt. Ges. Cf. שִׁלֹחַ pag. 1416.

P. 282. A. lin. 28 scrib. Acesinae, et lin. 48 Acesines.

גיל P. 283. A. lin. 18 [scrib. כילי בבן גילי. Roed.]

גיר — - גִּר [arabico جير exponit Juda b. K. Roed.]. Cf. σκῖρος, σκεῖρος [σκιῤῥός] gypsum. Ges.

גלב — - גַּלָּב cogn. etiam גָּרַב. Ges. Lex. man.

גלד — B. גֶּלֶד. Haec radix *levoris* et *glabritiei* significatum habuisse videtur, cogn. חָלַד q. v. p. 474, nec non יָלַד. Ut arab. جلد ita graecum δείρειν pellem detrahere, flagellare, cui ortum dedit δέρος cutis. Ges.

גלל P. 286. A. גָּלַל. De etymo huius radicis vid. notam in Ges. Lex. man. p. 193. Cf. aeth. ቍልቍለት: declivitas montis [amhar. ቍልቍለት: id.], ቀለቀለ: praecipitium montis, a devolvendo dictum, it. ፈንለለ: vertigo, et copt. κελ, κωλ volvere. Ges. [Adde copt. ϫαλιλ, sahid. ϭαλιλ orbis, rota = גַּלְגַּל, גִּלְגָּל, it. ϫλολ, κελωλ, κελωλι vas, urceus = גֻּלָּה. Roed.]

P. 288. A. גִּלְבֹּעַ. In illa regione vici (non montis) nomen *Gelbôn* audivit Robinson Palaest. III, 388. 404. Ges. [Montem quoque vicinum vocari *„Jebel Jelbûn"*, testis recens est J. Wilson, Lands of the Bible II, 88. Roed.]

— - גֻּלָּה. Iud. I, 15 et Jos. XV, 19 גֻּלֹּת (fontes) n. pr. loci est, et gemini quidem, unius superioris (Iud. l. c. גֻּלַּת עִלִּית, Jos. l. c. גֻּלֹּת עִלִּיּוֹת), alterius inferioris (גֻּלַּת תַּחְתִּית, 'תַּחְתִּיּוֹת ג), in Palaestina australi (בַּנֶּגֶב); appellative quidem accipiendum est in verbis quae antecedunt גֻּלֹּת מַיִם *scaturigines aquae*, sed ita tamen ut ad n. pr. illud referatur. Ges.

— B. גִּלְגָּל. [De variis oppidis *Gilgal* appellatis nuper commentatus est Grafius in Theolog. Studien u. Kritiken 1854. p. 870 sqq. Roed.]

P. 289. A. lin. 8 inf. leg. مُجَلَّة. Ges.

גלם — - lin. ult. [וַיִּגְלֹם 2 Reg. II, 8 ab Abulwalide exponitur verbis وشدّه, وطواه. Roed.]

P. 290. A. גַּלְמוּד no. 2. Cf. χέρσος de femina liberis carente Soph. Oed. R. 1502. Ges.

גמא — - *Pi.* Iob. XXXIX, 24: Sic transfertur etiam rapiendi vc. خطف 1) rapuit, 2) celeriter incessit camelus [نهب الارض rapuit terram, de equo, Kosegart. chrest. p. 80. lin. penult. et alia similia]; nec non fodiendi vc. كرا 1) fodit, 2) pede terram concussit (equus), vehementer cucurrit. Ges.

— B. גֹּמֶא. Copt. κααι, ϫααι arundo, iuncus. Ges. [Adde ϫωμ, ϫωμμε liber, volumen [papyrus], charta 2 Ioann. 12. Roed.]

גמר P. 292. A. [גַּמָּדִים Ez. XXVII, 11 milites *fortes, audaces* esse, equidem sine dubitatione dixerim, licet plurimi interpretes in dubio haeserint, ita ut vel doctus Hitzigius ambigeret, utrum גַּמָּדִים *transfugas* verteret collato arab. جمّاح, an per coniecturam גִּבֹּרִים poneret, Ewaldusque in opinione LXX interpretum et Syri acquiesceret. Recte autem hic vocabulum ex lingua syriaca illustratum iri arbitratus est. Itaque lexica syriaca excutienda duxi, quo facto sententia mea, quae Gesenio quoque placuerat, maiorem in modum mihi probata est. Verbum Pe. ܓܡܕ in Lex. Adler. (quod ex Bar Bahluli opere maxime compilatum est) his verbis arabicis explicatur: تسفه تجاسر حرن في الكباس (i. e. dementer egit, audax fuit, restitavit in incursione, كباس enim est incursio, inopinatus impetus, a كبس cum impetu aggressus est Abulf. ann. V, 96. Tanch. ad 1 Sam. XXX, 17. Juynboll ad lib. Jos. Samar. p. 271. al.) et latinis „audax, impudens, contumax, refractarius fuit." Pa. ܓܡܶܕ ibidem: تواقح تحكك لج اجترى (ubi اجترى est pro اجترأ ausus (sic!), importunus, molestus, refractarius fuit." Aph. ܐܓܡܕ Bar Ali cod. Gotting.: لج تحكك اصرّ, cod. Gothan.: اجترا اقام على خطا امر (i. e. ausus est, perstitit in peccato, perseveravit), Lex. Adl.: جسر تواقح اجترى „ausus est, audax evasit" (v. c. Barhebr. de amore divino carm. I. vs. 71). Ethpe. ܐܬܓܡܕ Lex. Adl.: تجاسر تواقح جترى قبح „audax, petulans, insolens evasit." ܓܡܝܕܐ (partic.) Bar Ali cod. Goth.: ܡܬܐܡܪ ܥܠ ܣܘܣܝܐ ܘܟܘܕܢܐ حرون (i. e. proprie dicitur de equo et mulo restitante), Lex. Adl.: متجاسر حرون „restitans, contumax." ܓܡܕܐ Lex. Adl.: تجاسر حرون تخبيل „audacia, impudentia, contumacia, restitatio."

ܥܘܙܕܡܐ Bar Ali cod. Goth.: ܥܘܙܕܡܘܬܐ اللجاج القحة البهت الاصرار (i. e. contumacia, pertinacia, impudentia, inopinata oppressio, perseverantia), Lex. Adl.: لجاجة وقاحة قباحة اجتراء „importunitas, molestia, audacia.“ ܥܘܙܕܡܢܐ Bar Ali: ܥܘܙܕܡܐ اللجوج الوقح الصفيق الوجه المصرّ السفيه (i. e. contumax, pertinax, impudens, inverecundus, perseverans, demens), Lex. Adl.: لجوج جسور قبيح ذو صفاقة وجه „importunus, gravis, molestus, impudens, audax.“ ܥܘܙܕܡܢܝܐ Lex. Adl.: مماحك مجاسر „importunus, audax, impudens, molestus, petulans.“ ܥܘܙܕܡܢܝܬܐ Lex. Adl.: مماحكة صفيقة الوجه „importuna, impudens“ etc. ܥܘܙܕܡܢܘܬܐ Lex. Adl.: لجاجة وقاحة جسارة „audacia, molestia, impudentia.“ ܡܥܙܕܡܢܐ Lex. Adl.: لجوج مجاسر جسور „importunus, petulans, audax.“ ܥܙܕܡܐ Lex. Adl.: جسور وقح مجترى „contumax, audax, restitans.“ Adde ܥܙܕܡܘܬܐ petulantia Ephr. I, 522, C. et ܥܙܕܡܢܐ petulans ib. 541. B. — Abunde haec docent, radici ܥܙܕܡ inesse notionem strenuae audaciae, contumaciae, inopinati impetus, quae quidem omnia me iudice procedunt a primaria notione *rigoris*, cf. arab. جمد et hebr. גָּמַד. Roed.]

P. 292. A. גֹּמֶד. Chald. כּוּרְמִיזָא non est baculus, fustis, ut Buxtorf. contendit, sed *pugnus* (Faust), ponitur enim pro hebr. אֶגְרֹף. Nasoraeum autem ܓܘܡܕܐ Cod. Nas. III, 6, lin. 12. 13. 17 sine dubio baculum significat, quo percutitur, I, 186 et 190 autem spinam dorsi. Chald. denique גַּרְמִידָא tum brachium (Pseudoj. Exod. II, 5), tum ulna (Iud. III, 16) est, ut in locis Talm. a Buxt. allatis. Ges. [Ceterum ego baculum גֹּמֶד non ab amputando dictum puto, sed a rigore, v. supra. Roed.]

גמז — B. גִּמְזוֹ oppidum hodie *Gimzu* vocatum, paululum ab oriente Lyddae situm, v. Robins. Palaest. III. p. 271. Ges.

גמל — - גָּמַל. In digerendis huius radicis significationibus a Schultensii sententia aliquatenus discedit Ges. in Lex. man.

גמם P. 293. B. גַּם. Significationes huius particulae aptius dispositas v. in Lex. man. — 1, a. dele locum Prov. XIX, 2, nam ibi vertendum: *etiam in imprudentia nil boni,* item locum Gen. XVI, 13, ubi גַּם pertinet ad proximum verbum הֲלֹם, nec non Iob. VII, 11 et Ps. LXXI, 22; adde autem Jes. XXX, 33. Ges.

P. 294. A. lin. 16 adde: גַּם ter positum Jes. XLVIII, 8. — Ad 3, a: Ps. CXXXIII, 1: גַּם־יָחַד *una omnes.* גַּם־כֹּל vid. etiam Jes. XXVI, 12. Ges.

P. 294. B. גַּם no. 4 pro „advers. *tamen, sed*“ scrib.: *etiam* i. q. vel sic, nihilominus. Quae sub no. 3 sunt גַּם־כִּי etc. pone post no. 4. Ges.

P. 295. A. lin. 11 scrib.: quique in exercitu etc.

גנב — B. lin. 2: Cf. sanscr. *pârçvaka* fur, a *pârçva* latus. Ges.

גנז P. 296. B. גְּנָזִךְ. [Terminatio huius vocis ךְ— persica est. Roed.] Cf. Benfey, Monatsnamen p. 190 sq. Ges.

גנן — - lin. ult. Dele verba: „et de — aromatiferis.“ Ges.

P. 297. A. מָגֵן. Adde pluralis formam מְגִנּוֹת 2 Par. XXIII, 9. Ges.

געה — B. גָּעָה *mugiit.* Legitur 1 Sam. VI, 12. Iob. VI, 5. Cf. sanscr. et zend. *gau-s* bos, lat. *ceva* i. e. vacca Col. VI, 24 fin., germ. *Ko, Kuh,* Grimm. gr. germ. III, 327. Ges. [Rad. sanscr. *gu* sonare, ut *ku, kû, khu*, unde ved. *gô* vox, pers. گو, گفتن dicere, cogn. gr. *βοή, βοᾶν*, lat. *bovare, boere*, hinc *βοῦς, bos.* Roed.]

P. 298. B. Post rad. גָּעַשׁ adde: גַּעְתָּם rad. quadril. inusitata. Arab. تَجَعْثَمَ ut et تَجَعْثَنَ contracta in se fuit res [sese contraxit vir ut assiliret], جُعْثُمٌ vir pusillus et macer, جَعْثَمَةُ vel جُعْثُمَةُ n. pr. tribus arabicae. Hinc גַּעְתָּם (vir pusillus et macer) n. pr. filii Eliphasi Gen. XXXVI, 11. 16. vid. Roediger, Versuch über die himjar. Schriftmonum. p. 38. Ges. [Cf. Ibn Duraid, genealogisch-etymolog. Handbuch ed. Wüstenfeld. Gotting. 1854. 8. p. 300. Olim גַּעְתָּם a Gesenio explicabatur „tactus eorum“: id quod merito reiecit. Roed.]

גפף P. 299. A. גַּף. Cf. syr. ܓܦܝܦܐ concameratus, fornice tectus. Ges. [Ceterum lin. 10 ab imo scribe: chald. עַל־גַּבֵּי. Roed.]

— B. גַּף chald. *ala.* Ortum videtur ex hebr. כָּנָף. Ges. Lex. man.

— - אֲגַף. [Juda b. K. ms.: אֲגַפָּיו اجنحة عساكره يعنى اطرافها تلتفّ بعضه على بعض i. e. אֲגַפָּיו *alas exercituum eius, i. q. extremitates eorum, ubi pars parti iuncta est*, coll. Jes. VIII, 8. Roed.]

גרב P. 300. B. גָּרָב *scabies* Deut. XXVIII, 27, sed Lev. ll. cc. *qui scabie laborat.* Ges. [imo in Lev. etiam est *scabies*, licet scabiosum quodque significetur, abstr. pro concr., ut in iisdem locis יַבֶּלֶת, יַלֶּפֶת, עַוֶּרֶת. Roed.]

— - גָּרֵב no. 2: prob. is collis, qui apud Josephum b. j. V, 4, §. 2 *Βεζεθά* vocatur, sec. Schleussner. et Hitzigium. Ges.

גרד — - גָּרַד. Etymologica vid. s. rad. חָרַם. Ges.

גרז P. 301. B. גְּרִזִּים. Hodie mons Garizim vocatur *Ǵebel et-Tûr* جبل الطور, v. Robins. Palaest. III, 317. Ges. [Cf. Juynboll ad libr. Josuae Samaritanorum p. 242. Roed.]

גרל P. 302. A. גּוֹרָל *sors.* Plur. ubique est גּוֹרָלוֹת, nusquam

גּוֹרָלִים, itaque hoc delendum. — Lin. 2 inf. scr. iacienda. Ges.

גרן P. 303. B. גֹּרֶן *area:* etiam fem. Jer. LI, 33. Ges.

גרף P. 304. A. גָּרַף lin. ult. [Inda h. K. ms. quoque جرفهم. Idem verba תַּחַת מֶגְרְפֹתֵיהֶם Joel. I, 17 explicat في مواضع ازبالهم اجروفة. Roed.]

גרר P. 305. A. גָּרַר *Niph.*: Huc refer נִגָּרוֹת corrasa i. e. divitiae corrasae Iob. XX, 28. Verte: *evanescet proventus domus eius, opes* eius evanescent *die irae eius.* Cf. אָגַר. Ges.

— B. גֵּרָה no. 2. [Non siliquae granum ut pondus minimum in usu erat, neque granum hordei, quale גֵּרָה fuisse nuper Saalschuetzius contendit, sed globuli aenei vel ferrei, obolis similes, et eiusmodi obolum Hebraei vocabant גֵּרָה. Cf. Boeckhii metrolog. Unters. p. 58. Roed.]

— - גְּרָר [Huius urbis vestigia vidit Rowlands Anglus in loco جرف الجرار 3 hor. a Gaza meridiem versus sito in valli quae hodie „Wady Gaza“ vocatur, ubi ruinae sunt خربة الجرار ad viam quae Khalasam ducit. Vid. Williams the Holy City ed. 1. p. 488. Roed.]

P. 306. A. lin. 3. [Syr. ܓܝܓܪܬܐ, non ܓܝܓܪܐ, ut scripsit Gesenius, est graecum *γίγαρτα* vinacea semina, acinorum nuclei. Idem error infra recurrit s. v. חַרְצַנִּים p. 527. A. Ceterum gr. *γίγαρτον* sine dubio ex semitico גַּרְגַּר ortum duxit, eodemque videtur pertinere *γεργέριμος* vel, ut Suidas scribit s. v. *ἐλάα*, *γεγέριμος* adj. epitheton olivarum. Roed.]

— - מְגֵרָה. Pro מְגֵרוֹת 1 Par. XX, 3 legendum מַגְזְרוֹת secundum locum geminum 2 Sam. XII, 31, iudice Moversio krit. Unters. über d. Chron. p. 84. Ges.

גרש P. 307. A. מִגְרָשׁ no. 3: Pro מִגְרְשׁוֹת Ezech. XXVII, 28 in quibusdam exemplaribus legitur מִגְּרֹשׁוֹת *migrôschôth*, teste van der Hooght. Ges.

גשם — - גָּשַׁם: Maurero auctore verbum onomatop., cf. germ. *giessen.* De *Pual* v. mox addenda ad גֶּשֶׁם. Ges.

— - גֶּשֶׁם no. 2. [גַּשְׁמוּ Neh. VI, 6 cum terminatione arabica, ut in nominibus quae in inscriptionibus Sinaiticis leguntur, v. c. כלבו, עמרו, אושו al.; erat enim גֶּשֶׁם ille, qui et גַּשְׁמוּ vocatur, homo Arabs (גֶּשֶׁם הָעַרְבִי Neh. II, 19. VI, 1), vid. Tuch. in Zeitschr. der D. Morgenl. Gesellsch. vol. II. 1848. p. 396 et vol. III. 1849. p. 139. Roed.]

— - גֶּשֶׁם: Pro גֻּשְׁמָהּ Ezech. XXII, 24 potius leg. גֻּשְּׁמָה = גֻּשְׁמָה *Pual* verbi גָּשַׁם. Vulg. *compluta est*, pluvia rigata est. Ges.

גשן P. 308. A. גֹּשֶׁן terram a glebarum copia appellatam (i. q. גּוּשָׁן a גּוּשׁ gleba) putabat Redslobius. Ges.

גשר — B. גְּשׁוּרִי no. 1. [Adde 2 Sam. II, 9, ubi leg. הַגְּשׁוּרִי pro הָאֲשׁוּרִי, v. Thenius ad h. l. et Ewald. hist. pop. Israel. vol. III. p. 145 ed. 2. Adde Hitzigii disputationem de Gephyraeis in Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. IX. 1855. p. 741 sqq. Roed.]

— - גַּת vid. rad. נָגַן infra p. 848. B. Ges.

ד

דאה P. 309. B. Ad rad. דָּאָה pertinet etiam דַּיָּה, quod locum invenit s. rad. דִּיָּה pag. 335. A. Ges. [Syriacum ܕܝܬܐ lexicographorum glossis illustravit Larsow de dialector. I. syr. reliquiis, Berol. 1841. 4. p. 17 sqq. Roed.]

דבא P. 310. A. דֹּבֶא: dele verba „Malim quietem poët. — opponitur mors.“ Ges.

דבל P. 311. A. דְּבֵלָה. Cf. etiam Buxtorf. lex. talm. col. 2102 s. v. קְצִיצָה. Ges. [Pro ܩܒܠܬܐ scrib. ܩܒܠܬܐ. Roed.]

דבר P. 313. B. דִּבֶּר non semel legitur c. acc. pers., ut dictum est lin. 9 inf., sed bis; adde Gen. XXXVII, 4. Ges.

P. 314. A. litt. *γ*, lin. 5 inf. adde: etiam sq. אֶל 2 Sam. VII, 19, quanquam in loco gemino 1 Par. XVII, 17 est עַל. Ges.

P. 315. A. דִּבֶּר no. 2, *insidiatus est, exitium paravit.* Haec significatio tribus locis, quibus adhibita est, certa ratione non efficitur; est enim in his quoque locis *loqui, colloqui.* Vid. Lex. man. Ges. [Equidem arbitror, 2 Par. XXII, 10 pro וַתְּדַבֵּר corrigendum esse וַתְּאַבֵּד *et perdidit*, quod in loco gemino 2 Reg. XI, 1 legitur; Gen. XXXIV, 13 וַיְדַבֵּרוּ *et locuti sunt*, coniungendum cum וַיֹּאמְרוּ vs. 14; Ps. CXXVII, 5 denique דִּבֶּר אֶת־אוֹיְבִים בַּשַּׁעַר est *litigare in porta* i. e. in foro *cum adversariis.* Roed.]

P. 317. B. דָּבְרַת Jos. XXI, 28. XIX, 12. 1 Par. VI, 15 [cur non idem oppidum fuerit, quod hodie vocatur *Dabburija* دبّوريا, ego non video. Roed.]

P. 318. B. lin. 8. [dele دفتر, quod est gr. *διφθέρα.* Roed.]

דגה P. 320. A. דָּגוֹן *Dagon:* Bocharti sententiae accedunt Hamaker. miscell. phoenic. p. 168 et Movers die Phoenizier I, p. 590. Ges. [Adde Movers in Encyclop. Halensi sect. III, vol. XXIV, p. 405, et Ewald. über die phönik. Ansichten v. d. Weltschöpfung, Gotting. 1851. 4, p. 13. Roed.]

דגל — - דֶּגֶל [Apud Abulwalidum pro والشتار ex ואלאשתאר, quod est in apographo Geseniano, coniicio والاشتهار, et sic denuo والاشتهار pro والاشتهادة. Nihil igitur his verbis inest, quod *cippi* notionem habeat, quae Gesenium offendit. Roed.]

דגר P. 321. B. דָּגַר [Abulwalidus quoque Jes. loco adhibet arab. حضن, loco Jerem. جمع. Roed.]

דדה — - דָּדָה [lin. 5 pro دول leg. ذبل. Locus Mischnae est Schabbath c. 18. §. 2. Roed.]

P. 322. A. דֹּדָנִים Dardanos esse infra s. v. רֹדָנִים p. 1266. B. dixit Ges. [Cf. de hoc aliisque populorum terrarumque nominibus Gen. c. X. memoratis doctam Knobelii diss.: Die Völkertafel der Genesis. Giessae 1850. 8. Roed.]

— B. דָּהֲוָא: Dahas equites sagittarios cum Medis et

Elymaeis nominat Liv. XXXV, 48 coll. XXXVII, 38. 40, acerrimos omnium bellatores Ammian. Marcell. XXII, 8. Adde Arrian. exped. Alex. III, 28, 13. [III, 11, 4. V, 12, 3]. Saint-Martin (mémoires sur l'Arménie I, 74) Daharum terram fuisse censet provinciam, quae hodie *Daikh* appelletur. Ges.

דוד P. 324. B. דּוּדָאִים: Mandragoram *vernalem* agi in S. S. locis, cuius poma mense Maio maturescant, verbis בִּימֵי קְצִיר חִטִּים Gen. XXX, 14 evincitur, quum mandragora officinarum auctumno demum fructus proferat, vid. Tuch. ad Gen. l. c. Ges.

דוץ P. 329. B. דּוּץ. Huic radici vicinae sunt דוש et דָּרַשׁ. Dele quae scripsi de radice quadam inusitata דָּנַץ. Ges.

דור P. 330. B. [adde: דָּר m. chald. i. q. hebr. דּוֹר *aetas* (a circumeundi significatione hebraea). דָּר וְדָר i. q. hebr. דֹּר וָדֹר Dan. III, 33. IV, 31. Roed.]

דות P. 332. B. דֹּתָן cisterna probabiliter dicta ab eiaculatione aquae, rad. יָדָה iecit, cf. דָּת p. 358 sq. et p. 568. Ges. [*Dothan* hodie nomen collis est cum fonte et ruinis in planitiei Jesreel parte orientali, qui locus plane convenit cum verbis Eusebii cumque iis quae in S. S. leguntur, vid. Ed. Robinson. in Zeitschrift der D. Morgenl. Ges. vol. VII. 1853, p. 47 (= Biblioth. sacra 1853. Jan. p. 122), et Van de Velde Reise durch Syrien u. Palaest. ed. germ. I, p. 273 sqq., qui paullo ante Robinsonum locum recognovit. Roed.]

דחח P. 333. A. דַּחֲוָה lin. 16 lege: hoc enim vestimenta notaret etc., deletis verbis: „non est vc. graecum, et si esset". Ges.

דחק — B. דָּחַק: dele verba: „Congruit gr. *διώκω*". Ges.

די P. 334. A. דִּי זָהָב adde: Deut. I, 1. Ges.

דין P. 336. A. post lin. 3 adde: דִּין rad. chald. i. q. hebr. Part. pl. דאנין (Kethib) vel דָּיְנִין (Keri) *iudicum munere fungentes* Esr. VII, 25. Ges. Lex. man.

P. 337. A. infra adde: דִּיפַת 1 Par. I, 6 varia lectio pro רִיפַת loc. parall. Gen. X, 3, ubi multi codd. cum intpp. graecis et latt. scribunt *Riphath*, v. רִיפַת. Ges. Lex. man.

דכא P. 338. A. דָּכָא *Pu.* Jer. XLIV, 10 potius: *contritus est* (poenitentiâ). Ges.

דלג P. 339. A. דִּלֵּג *Pi.*: lege Jes. XXXV, 6. Ges.

דלה P. 340. A. דְּלָיָה n. pr.: Phoenices habent n. pr. *Δελαιαστάρτος* (Joseph. c. Ap. I, 18) i. e. דלי עשתרת liberatus ab Astarte, v. Monumm. phoenic. p. 406. Ges.

דלל — B. דָּלַל: Pro דַּלְיוּ Prov. XXVI, 7 facilius fuerit cum R. Juda Chajug, R. Jona et nonnullis codd. legere דָּלְיוּ = דָּלוּ, a rad. דָּלָה. Ceterum dele دَبِيُوبٌ, verum enim est دَيْبُوبٌ. Ges.

דלף P. 342. A. post lin. 3 adde: יִדְלָף (lacrumans) n. pr. filii Nahori. Gen. XXII, 22. Ges. Lex. man.

דלק — — דָּלַק lin. 10 dele verba: „In linguis occidentalibus — transfertur". Ges.

דמה P. 343. A. דָּמָה no. II, Not.: Meliora de significationibus radicis דָּמָה digerendis docuit Hupfeldus in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenlandes T. III, p. 399. Ges.

P. 343. B. דְּמִי [Abulwalidis glossam, quam hic legis معنى الهلاك وذكر, mancam et imperfectam esse suspicor. In ipso apographo Gesen. sic scripta est: ברמי ימי אלכה מ׳ אלהלאך ודכר פיה, quae ita transcribenda puto: בִּדְמִי יָמַי אֵלֵכָה معناه الهلاك وذكر فيه .... Roed.]

דמם P. 344. B. דָּמַם: De huiusmodi radicibus, quae in ם desinunt, aliisque his vicinis docte disputavit Hupfeldus in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. T. III, p. 397 sqq. Ges.

דמן P. 345. A. דִּמְנָה n. pr.: Jos. XXI, 35 pro eo reponendum videtur רִמּוֹנָה, vid. רִמּוֹן no. 1, *c.* pag. 1292. A. Ges.

דמר — B. תָּמָר: תַּדְמֹר in relatione antiquiore (1 Reg. IX, 18 Kethib) eadem urbs videtur esse, quae alibi חַצְצוֹן תָּמָר vocatur, „in deserto" videlicet Iudae deserto (בַּמִּדְבָּר) adeoque in ipsa „terra" Iudaea (בָּאָרֶץ) sita, vid. Movers die Chronik p. 210: pro qua Paralipomenon auctor (2 Par. VIII, 4) posuit Palmyram תַּדְמֹר et, quo hanc suam fictionem adornaret, Hamathae mentionem iniecit. Ges. [Similem, etsi non eandem, in hac quaestione difficillima dirimenda rationem secuti sunt Thenius ad 1 Reg. IX, 18 et Hitzigius in Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. VIII. 1854. p. 222 sqq. Sed ea quoque consideratione digna sunt, quae Ewaldus (hist. pop. Israel. T. III. p. 344. 377) et Bertheau (ad 2 Par. VIII, 4) commentati sunt. — Ceterum تتمر non „passim" legitur apud scriptores, sed mendum est codicis Lugdunensis (vid. Lexicon geogr. مراصد الاطلاع ed. Juynboll. T. I, p. 198. annot. 7), alibi semper hoc nomen scribitur تدمر; illud autem تدمير *Todmír,* secundum idem lexicon geographicum (l. l. p. 200) ab oriente Cordubae situm, nec Palma potest esse, ut coniecturavit Casirius, neque ullo modo cum Tadmor coniunctum est, ut Hitzigius l. c. demonstravit, qui ne Palmyrae quidem nomen ad palmas pertinere contendit. Roed.]

— — דַּמֶּשֶׂק [ܕܪܡܣܩ est coniectura Dav. Michaelis; apud Bar Bahlulum et in Lex. Adler. legitur ܕܪܡܣܘܩ دمشق الشام. Hitzigius in Zeitschrift der D. Morgenl. Ges. vol. VIII. 1854. p. 222) sibi persuasit, דַּרְמֶשֶׂק esse sanscr. *tâmrâksha* i. e. qui oculos habet rubore suffusos, idque epitheton Dionysi quondam fuisse, a quo urbs illa nomen acceperit. Roed.]

דקק P. 348. B. post דַּק adde: דֹּק m. pr. inf. verbi דָּקַק *tenuitas, subtilitas,* hinc *pannus tenuis* et *subtilis* Jes. XL, 22. Ges. Lex. man.

דרב P. 349. B. דָּרְבָן [In verbis e Tanchumi lexico allatis illud والاحدات sine dubio mendosum est. Ipsum apographon Gesen. habet והו אלדי יסאק בה אלדואב וקת אלחראת, quod sic videtur emendandum esse: وهو الذى يساق به الدواب وقت الحرث i. e. *et*

est (instrumentum) *quo propelluntur iumenta tempore arationis* (agri). Roed.]

P. 349. B. דַּרְדַּע n. pr., דַּרְדַּר *tribulus*, et דָּרוֹם *plaga australis*: vid. s. rad. דָּרַר p. 355. A. et B. Ges.

— - דָּרְיָוֶשׁ Darius. In inscriptionibus persicis cuneatis regum Achaemenidarum saepe legitur

D Â R(a) Ya W U S

et haec nominativi forma in hebraea דָּרְיָוֶשׁ ad singulas litteras expressa est. Praeter eam in illis inscriptionibus etiam accusativus *Dâryawum* legitur [et genit. *Dâryawahus*]. Ad radicem *dar* = sanscr. *dhri* (tenere) Lassenius quoque refert hoc nomen hoc sensu: qui tenet i. e. sustentat ordinem. [Rawlinson vocabulary in Journ. of the Asiat. Soc. vol. XI. p. 185: „possessor", Oppert in Journ. asiatique 1851. Febr. p. 261: „celui qui tient, possède".] Darii nomen hieroglyphice scriptum habes apud Champollion. gramm. égypt. p. 142, Rosellini II, tab. XI. litt. C. no. 149. Ges. Roed.

P. 353. B. אֲדַרְכּוֹן *daricus*. Cf. Hengstenb. Beitr. I. p. 51. Movers die Chronik p. 26. Ges. [Adde Schimk. de numis biblicis P. I. Vienn. 1835. 4. p. 10—27. Cavedoni bibl. Numismatik übers. von Werlhof. Hannov. 1855. 8. p. 84 et tab. nr. 12. 13. 14. Roed.]

P. 354. B. אֶדְרֶעִי n. pr. urbis: Adraa in numis, v. Eckhel. III, 499. Ges. [Adde inscriptiones duas ibi repertas: Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἀδρααηνῶν Πετραίων μετροπόλεως τῆς Ἀραβίας, et: Ἀδρααηνῶν πόλις ἡ τῆς Ἀραβίας, v. Letronne in Revue archéologique tom. V. p. 283. 284; أذرعات v. Lex. geogr. Marasid ed. Juynboll. T. I. p. 39. Roed.]

דרר P. 355. A. דָּרַר no. 1: Cf. aeth. ሠረረ: volavit. Ges. [it. arab. طار volavit, طير volucris. Roed.]

— - דַּרְדַּע n. pr.: fortasse i. q. דַּרְדַּר tribulus, ut קַרְקַע prob. ex קַרְקַר ortum est, v. pag. 1210. Ges.

— B. דַּרְדַּר *tribulus*. [In Bar Ali cod. Goth. ܕܪܕܪܐ pluribus vocibus arabicis exponitur, quae spinarum genera significant, ut حرش, دردر, عوسج (vid. lexica s. v. حرشون), حسك, حاج, عاقول, et quibus Gesenii emendatio confirmatur. Roed.]

דרש P. 357. A. מִדְרָשׁ 2 Par. XXIV, 27. XIII, 22: Bene de his locis disputat Movers, die Chronik p. 175. Ges.

דתא P. 359. B. Adde: דֶּתֶא m. chald. st. emphat. דִּתְאָה i. q. hebr. דֶּשֶׁא *herba tenera*. Dan. IV, 12. 20. Ges. in Lex. man.

ה

ה P. 360. A. lin. 24 [scrib.: p. 4 lin. 5, p. 11 lin. 14. Hoc autem هل in linguae arabicae dialecto hodierna syriaca proprie non articuli, sed potius pronominis demonstrativi vim habet, ita ut هل كتاب sit i. q. هذا الكتاب hic liber. Vid. Marcel vocabulaire, Boethor dictionnaire et Berggren guide s. v. *Ce*. Beduini tamen eo pro simplici articulo uti videntur, vid. Wallin in Zeitschr. der deutsch. morgenl. Ges. vol. VI. 1852. p. 197 et 217. Roed.]

P. 360. A. lin. 36. [הֲ in הַאֲשֶׁר 2 Reg. VI, 22 vix ac ne vix quidem articulus est, sed particula interrogationis, v. Ewald Lehrb. §. 104, b. Thenius ad l. c. Roed.]

הגא P. 363. B. הֵגֵא [non הֵגָא] et הֵגַי n. pr. eunuchi in aula Xerxis. Benfey (Monatsnamen p. 192) confert sanscr. *âǵa* eunuchus, et turc. Agha اغا. Ges. [Ἡγίας Xerxis comes memoratur a Ctesia Pers. c. 24, cf. Herodot. IX, 33. Roed.]

הדד P. 365. B. הֲדַד n. pr. no. 1: vid. Movers Phönizier I, p. 197 sq. Ges. [Adde Encyclop. Halens. sect. III, vol. XXIV, p. 395 sq. Roed.]

הדה P. 366. A. הֹדּוּ India: [*Hapta Hĕndu* Vendidad I, §. 73 ed. Spiegel., in inscriptionibus cuneatis persicis *Hidus*, in hymnis vedicis *Sapta Sindhavas* (i. e. septem flumina). Vid. Lassen Keilschr. p. 113, id. in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. vol. VI, p. 62, et eiusdem Ind. Alterthumsk. vol. I, p. 2 sq., Oppert in Journ. asiat. 1852, Febr.-Mart. p. 143 sq. Roed.]

הדם — - הַדָּם, הֲדָם chald.: Est הַדָּם potius pers. هندام, اندام membrum, et הַדֵּם verbum denominativum vid. Fleischer in Ergänz.-Bl. z. Allg. Lit.-Zeit. 1838, no. 20, p. 155 sq. Ges. [Lacrozio eadem tribuitur sententia in libro „Zur Urgeschichte der Armenier". 1854. p. 7. اندام زدن demembrare Cast. lex. pers. Alias Persae dicunt پاره پاره كردن plane eodem sensu quo chald. dicitur עֲבַד הַדָּמִין. Roed.]

הדר P. 367. B. הֲדוֹרָם: [add.: 2, n. pr. viri 2 Par. X, 18, alibi אֲדֹרָם, q. v. sub אֲדֹנִירָם pag. 329. B. Roed.]

הוא P. 367. B. הוּא, הִיא: Vide de his pronominibus docte disserentem Hupfeldum in Zeitschr. f. d. Kunde d. Morgenl. II, p. 127 sq. 149 sqq. Ges.

הוה P. 370. B. lin. 1 scribe: הֲוָה Dan. IV, 26. V, 19 et הֲוָא VI, 11. VII, 13. Esr. V, 11 fut. יֶהֱוֵה etc. Ges.

— - lin. 9 scrib.: לֶהֱוֵין Dan. V, 17. Ceterum vid. ad לְ part. p. 734. A. Ges.

הום P. 371. A. תְּהוֹם: [Abulwalidus ms.: תהום ... تفسيره الغمر وهو الماء الكثير ... وقد يسمى بهذا الاسم الموضع المطمئن الحامل للغمار i. e. 'ת *est i. q.* غمر *h. e. aqua multa... eademque hac voce appellatur locus solidus* (fundus), *qui sustinet aquas* (maris). Extat etiam in dialecto Nasoraea תאומא abyssus, cod. Nasor. ed. Norberg. T. II, p. 202, lin. 1. Roed.]

היה P. 372. B. lin. 7 inf.: dele verba „temporis et". Ges.

— - lin. ult.: וְהָיָה *et accidet* in exemplis, quae sequuntur (p. 373) omnibus impersonaliter positum est. Rare, et apud recentiores tantum scriptores, personaliter construitur, ut Jer. XLII, 16: וְהָיְתָה

וַיִּהְיוּ כָל־הָאֲנָשִׁים ... וַיָּמוּתוּ, v.17: הַחֶרֶב ... תַּשִׂיג. Ges. [At similem verborum structuram habes in vetere libro Num. V, 27: וְהָיְתָה ... וּבָאוּ בָהּ. Roed.]

P. 373. B. no. 2, dd, adde: הָיָה כְּ *se gessit tanquam* ... Exod. XXII, 24. Num. XI, 1. Iob. XXIV, 14. Hos. IV, 4. V, 10. XI, 4. Ges.

P. 375. A. Niph. no. 2 init. scrib.: Part. fem. Prov. XIII, 19: תַּאֲוָה נִהְיָה etc. Ges.

הכל — B. הֵיכָל: Bene hoc Ewaldus gramm. hebr. ed. 3. §. 336 [Lehrbuch §. 162, b] refert ad rad. יכל = כול capere, ut sit *capax* aedificium. Ges.

חכר P. 376. A. הכר Iob. XIX, 3: Praestat verbo הכר tribuere vim arab. حكر *iniuria affecit* aliquem, litigavit pertinaciter, nisi quis malit (cum nonnullis codd.) scribere תַּחְכְּרוּ. Ges., cf. Lex. man. [R. Jonae s. Abulwalidi glossa ms. haec est: תהכרו לי تهكرون مني اى يشتد تعجبكم مني والهكر بفتح الكاف اشد التعجب في كلام العرب وربما كان مجانسا لقول العرب ايضا كهرت الرجل اى استقبلته بعبوس ونكرة وان كان الكاف فيه قبل الهاء i. e. תהכרו לי *est arab.* تهكرون مني, *hoc autem est, magnopere me miramini;* هَكَرٌ *enim in lingua Arabum magnam admirationem significat. Fortasse etiam* (hebr. הכר) *finitimum est ei quod Arabes dicunt* كهرت الرجل *i. e. austere et inique egi cum eo, licet* (in كهر) *Câf litteram Hâ antecedat.* Nempe كهر nonnunquam dicitur pro قهر, ut in Corano Sur. 93 vs. 9 Ibn Masʿûd legebat فلا تَكْهَرْ pro eo quod vulgo legitur فلا تقهر. In glossa Abulwalid. بعبوس ex coniectura scripsi pro בעבוס quod extat in Gesenii apographo. Ceterum cf. Saad. ad loc. Iobi ap. Ewald. Beiträge I, p. 99. Roed.]

הל — B. הָלְאָה: Saadianum تقدّم Gen. XIX, 9 non est *recede*, sed *progredere*. Ges.

הלך P. 380. A. lin. 46: [dele Prov. XXIII, 31, nam ibi יִתְהַלֵּךְ de vino dictum est, vid. no. 3. Roed.]

הלל — B. הָלַל: Ad vim huius radicis onomatopoeticam illustrandam afferre iuvat, quae docet Isenberg. dictionary of the Amharic language, Lond. 1841. 4., p. 112: „እልል፡ *ĕllĕl* sound of *exultation*, which is raised by women at public rejoicings; hence እልል፡ አለ፡ to say ĕllĕl, to exult, to shout for joy .. cf. hebr. הָלַל. The mode of exultation is, to repeat the sound *ĕllĕl* many times, saying *ĕllĕllĕllĕllĕllĕl*, etc." Ges. [Altera significatio apparet in copt. ⲓⲁⲗ splendor, ⲓⲉⲗⲉⲗ fulgor. Roed.]

P. 382. B. תָּהֳלָה: [In glossa Saadiana, vel potius Ben Gekathae, ad Iob. IV, 18 post في الملائكة omissa sunt verba وانما هو نقص بالاضافة الى ذاته الكاملة الاوصاف i. e. *defectus autem non est nisi ex ratione essentiae eius* (sc. Dei) *ab omni parte perfectae.* الاوصاف scripsi pro mendoso אלאואף. Ipsius autem Saadiae interpretatio haec est: هوذا مقربوه لا يوثقهم مثله ولا الملايكته يصير لعا i. e. *en ipsis, qui aditum habent ad eum, aeque fidem non habet, neque angelis suis facit nitores.* Roed.]

חלם P. 383. A. הֲלֹם: hoc ad pronominalia refertur ab Hupfeldo (Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. II, p. 160) et Ewaldo (gramm. ed. 3. §. 448 = Lehrb. §. 103, f.). Ges.

חמה P. 384. A. lin. 21 scrib.: Psalm. XXXIX, 7.

הן P. 386. A. הֵן: vid. Hupfeld. in Zeitschrift f. d. Kunde des Morgenl. II, p. 151. Ges. Cf. Lex. man.

P. 387. A. lin. 31: dele numeros 7 et 9. Ges.

הפך P. 388. A. lin. 6 scrib.: urbem 2 Sam. X, 3, terram 1 Par. Ges. [Ibid. no. 3 ex. Ps. CXIV, 8 ad significationem transitivam pertinet. Roed.]

הרה P. 389. B. הָרָה: Origo potius videtur esse in *intumescendo*, coll. הַר, הָרָר, הַרְהַר. Ges. Cf. Lex. man.

הרר P. 391. B. הַר post nr. 2 scrib.: Nomina propria sunt: a) הַר חֶרֶס (mons solis) oppidum Danitarum, certe una cum horum oppidis, Ajjalon et Saalbim (Jos. XIX, 42) commemoratum Iud. I, 35, fortassis i. q. עִיר שֶׁמֶשׁ Jos. XIX, 42. Ges. [b) הַר יְעָרִים (mons silvarum) n. pr. oppidi in tribu Iudae Jos. XV, 10, quod etiam nomen gerebat כְּסָלוֹן, vid. ibid. Roed.] Fortasse scribendum est עִר יְעָרִים. LXX πόλις Ἰαρίμ. Ges.

P. 392. A. lin. 3: [dele Num. XXXIV, 7. 8, pertinent enim haec ad הֹר sub litt. b. Roed.]

— B. הררם in cod. Sam. pro אֲרָרָט, alludit nomini הַר (mons). Ges.

חתת — - הָתַת: [Abulwalidi verba sic legenda sunt: اذ اشبهه باللفظ العربي اعني بقولهم (ms. בק) هتّت الرجل بنقطتين الخ. Roed.]

ו

ו P. 394. A. lin. 8 adde: Jes. LVII, 18: לוֹ וְלַאֲבֵלָיו *ipsi* (populo) *et* praecipue *lugentibus.* Porro sequentibus locis, in quibus praeponitur nomen specialius, adde Jes. III, 1. V, 3. XXII, 21. Ges.

— - litt. c adde: Iud. VII, 22: וּבְכָל־הַמַּחֲנֶה *et quidem in totis castris.* Ges. [Eodem modo explicari potest, si lectio certa, 2 Sam. XX, 14: אָבֵלָה וּבֵית מַעֲכָה *Abelam et eam quidem quae vocatur Abel Beth Maacha*, cf. vs. 15 et 18. Roed.]

— - lin. 29 scrib.: וּמְלֹכָם *idque diu.* Ges.

— - litt. d: Gen. I, 14 sic verte: *erunt in signa eaque pro temporibus* i. e. temporibus dispescendis inservientia (zu Zeichen und zwar für die Zeiten) etc. Ges.

— B. litt. e adde exempla: Gen. XXXII, 16: גְּמַלִּים מֵינִיקוֹת וּבְנֵיהֶם שְׁלֹשִׁים *cameli lactantes cum pullis suis triginta* (ubi cameli parentes tantum

videntur numerari). Iud. VII, 10: *si te piget degredi* (sc. solum) רֵד אַתָּה וּפֻרָה נַעַרְךָ *degredere tu cum Pura puero tuo.* 1 Reg. XX, 20: *eripuit se Benhadad rex* עַל־סוּס וּפָרָשִׁים *equo insidens et equites* i. e. *cum equitibus* nonnullis. Eccl. VII, 25: סַבּוֹתִי אֲנִי וְלִבִּי *me converti ego et animus meus* i. e. animo meo (mit meinem Herzen) me applicui, nisi forte cum 28 codd. Kenn. et 44 Ross. scribendum est בְּלִבִּי. Ges.

P. 395. A. litt. i: וְ disiunctive poni, Maurerus ad Jer. XLIV, 28 prorsus negat, sed nescio an satis certum exemplum insit verbis 1 Reg. XVIII, 27: כִּי־שִׂיחַ וְכִי שִׂיג וְכִי־דֶרֶךְ לוֹ *si forte meditatio ei est vel secessio vel iter.* Fortasse liceat etiam recurrere ad Iob. XXVIII, 17: *sapientiae non aequiparatur* זָהָב וּזְכוֹכִית *aurum vel vitrum.* Ges.

— B. post k) pone l) pro 2). Ges.

— - Ad aa) adde exempla Iud. VI, 13 (וְיֵשׁ) et Ezech. XXVII, 2 (וְאַתָּה). Ges.

P. 396. B. litt. dd, *β* dele locum Iob. XXI, 6; at ibid. litt. *α* adde Ps. XXXI, 12: וְלִשְׁכֵנַי *et* ipsis *vicinis meis.* Ges. [Singularis exaggeratio inest in verbis 1 Reg. II, 22: *cur pro Adonia mulierem expetis?* וְשַׁאֲלִי לוֹ הַמְּלוּכָה *immo pete regnum.* Roed.]

P. 397. B. Quae sub no. 3 posita sunt exempla pleraque ad no. 2 revocari possunt, ut Gen. XX, 3: *quum tamen ea maritum habeat,* Ps. LX, 13: *quum vanum sit auxilium hominum.* Ges.

ודן P. 398. B. וְדָן n. pr. urbis arabicae, unde textilia (מְאוּזָּל), ferrum fabrefactum (בַּרְזֶל עָשׁוֹת), cassia et cinnamomum (קִדָּה וְקָנֶה) Tyrum advehebantur Ezech. XXVII, 19. Nihil probabilius, quam agi h. l. de urbe et emporio *Aden* (عدن), cui has ipsas merces tribuit Edrisi I, 51 ed. Jaubert: „La ville d'Aden est petite, mais renommée à cause de son port de mer, d'où partent des navires destinés pour le Sind, l'Inde et la Chine. On y apporte de ce dernier pays des marchandises telles que *le fer, les lames de sabre damasquinées, ... la cannelle,* le cardamome, les myrobolans, *diverses étoffes tissues d'herbes et d'autres riches et veloutées* caet." Itaque ap. Ezech. reponendum עדן vel ועדן, nisi forte statues, דָּן ortum esse ex עֲדָן, Ain initiali abiecto. Ges. cf. Lex. man. [Movers in Encyclop. Hal. sect. III. vol. 24. p. 355 et ipse Aden emporium intelligit, sed ודן *Uden* secundum Phoenicum pronuntiationem scriptum esse suspicatur. De urbe Aden vid. Wellstedii itin. Arab. ed. germ., Hal. 1842. 8., II, 290—305 et a me notata ibidem, adde J. P. Malcomson account of Aden, in Journ. of the R. Asiat. Society vol. VIII. p. 279—292, Harris' highlands of Ethiopia vol. I. p. 16 sqq., J. Wilson the lands of the Bible, Edinb. 1847. 8., vol. I. p. 10 sqq., Lex. geogr. ed. Juynboll. vol. II. p. 241. Moschtarik ed. Wuestenfeld. p. 304. 362. Kazwini ed. Wuestenf. II, 67. Ritter Erdkunde XIII, 241—250. 677—702. — Extat quidem in Arabia urbs *Waddân* (ودان), inter Meccam et Medinam s. Istakhri ed. Moeller. p. 12. lin. 8, Lex. geogr. III, 280), sed mihi quoque in loco Ezech. mendum videtur inesse. Roed.]

והב P. 399. A. lin. 2: Scripturam receptam dico אֶת־וָהֵב in duo verba distinctum. Nam alia ratione Verss. antiquae a recepta scriptura discedunt. LXX: *τὴν Ζωὸβ ἐφλόγισε* [ubi בְּסוּפָה videtur omissum esse. וָהֵב autem duplici modo, falso utroque, expressum, nempe זהב et לַהַב]. Pesch.: [illegible] (אֶת־לַהַב). Saad.: مِنَ ٱلدَّرَادِيرِ ٱلقلزم i. e. *ex voraginibus* (mare) *Kolsum* (?). Samar.: עם רעמה בסופה. Gr. Venet. tamen ipsum hebraeum אתוהב transcripsit sic: *Ἐτεβαὲβη ἐν λαίλαπι.* Ges. [Salomo Norzi quoque in certis iisque bonis codicibus mss. אתוהב continuis litteris scriptum esse testificatur. Roed.]

וזר — B. וָזָר: Praeter وزر cf. etiam أثقال onera de peccatis dicta. Ges. [Cor. Sur. 29, 12. Roed.]

— - וַיְזָתָא: Benfey Monatsnamen p. 199 hoc nomen explicat *ex haóma natum* putatque compositum esse ex zend. *vahya* melior, quod est Haomae epitheton, et *zâta* natus. Ges. [Ab iisdem verbis ducit Oppertus, sed explicat „mieux-né, bien-né", Journ. asiat. 1851. Jul. p. 63. Roed.]

— - וַשְׁנִי: Locum feliciter emendat Movers Chronik p. 84: הַבְּכוֹר יוֹאֵל הַשֵּׁנִי אֲבִיָּה, coll. 1 Sam. VIII, 2. Ges.

— - וַשְׁתִּי: Benfey l. c. = zend. *vahisti* optima. Pott Etymol. Forsch. T. I. p. LXIV = pers. بهشتی q. d. paradisiaca. Ges.

ז

זאב P. 400. B. זְאֵב *lupus*: Hieroglyph. et hierat. *sib, sebi, sibi* lupus, vid. Champoll. gramm. aeg. p. 73. 83. 84, proprie autem canis aureus (Schakal), cuius imagini hoc nomen alicubi ascriptum est, v. Rosellini monum. civil. tab. XX. no. 4. T. I. p. 211. Lupus copt. vocatur ⲟⲩⲱⲛϣ. Hodie Aegyptii canem aureum quandoque appellant *dhib* i. e. ذيب. Ges. [Vid. Marcel, vocabulaire français-arab. s. v. Chakal. — Fleischero auctore (v. Schriften der kön. Sächs. Ges. d. Wiss. 1847. p. 430) זְאֵב proprie notat *abactum* vel *profugum* animal, a verbo ذأب propulit, abegit, i. q. ساق, طرد, خوّف sec. Kam., cf. ذبّ huc illuc ivit, ذهب abiit, ut شقد et شقذان lupus, a شقذ i. q. ذهب (Kam.) abiit, IV i. q. طرد abegit. Roed.]

זבב P. 401. A. זָבַב: Hoc potius eandem significationem habet quam זָמַם (v. ad hoc Add.), nempe *susurravit, bombum fecit*, germ. *summen*, hinc זְבוּב, ut vox *musca*, a susurro et bombo dicta, affinitatem prodit cum verbis mutire, mussare, mussitare, *μύζειν*. Ges. Cf. Lex. man. [Melitense *dybbyn* musca, est arab. vulgare دُبَّان *dubbân*. Roed.]

— - זַבַּי n. pr.: [Pro „Keri" scr. Kethib. Roed.]

זבד — - infra: Adde *Ζαβδίβηλος* n. pr. praefecti Arabum ap. Polybium V, 79. Ges. [In glossa Bar Alii scrib. العِهْر pro العَفْر, et sic in sqq. p. 401. B. scrib. ܠܒܒܕܐ pro ܠܒܒܕܐ. Ibid. verba Abulwalidi, quae in codice paene evanuerunt, ut monet Ges. in apogr., sic restituo: مجانس للفظ العرب التى تقول زبدتُ الرجلَ وزبدنى الرجلُ اى اعطيته او اعطانى شيا

P. 402. A. זַבְדִּי n. pr. no. 1, Jos. VII, 1: add. vs. 17. 18, ubi LXX *Ζαμβρί*, quod aptum est ad scripturam Chronistae זִמְרִי. Ges. [No. 4: cf. Add. ad זִכְרִי. Roed.]

זבח — - זָבַח: Cf. aeth. ሠዋዐ: sacrificare. Ges. [Adde phoen. זבח sacrificavit, inscr. Massil. lin. 15. 16, et subst. זבח sacrificium ibid. lin. 12. 14. 15, בעל הזבח is qui offert sacrificium ibid. lin. 4. 6. 8. 10. 21. Roed.]

זבל P. 403. A. זְבוּל: Hab. III, 11 pro „suum locum in coelis obtinet" scrib. abscondita, abdita se tenent, non lucent. Ges.

זגג — B. lin. 7 a fine: dele verba „quam potestatem habet חרצנים q. v." Ges.

זה P. 404. A. lin. 25: pro „raro indefinite" scr.: raro sine articulo. Ges.

P. 405. A. no. 2: Cf. germ. vet. *ir* (i. e. er) i. q. qui, v. Graff Sprachschatz p. 40. Ges.

— - no. 3: Cf. aeth. ዝየ: hic, እምዝ: hinc, chald. מִדֵּין hinc. — Ut זֶה nonnunquam reddi potest *en*, ita זֹאת certe in uno loco Zachar. V, 7: וְזֹאת אִשָּׁה אַחַת *et en mulier*. — Ceterum vide Hupfeldi doctam de pronominibus disputationem in Zeitschrift für die Kunde des Morgenl. II, p. 430 sqq. Ges.

P. 406. B. הַלָּזֶה: pro „Milêl" scrib. Milra. Ges.

P. 407. B. lin. 1 sq.: dele verba: „Cf. germ. — dictum". Ges.

זהם — - זָהַם: Vicinae radd. sunt سخم, زخم, cf. Hupfeld. in Zeitschr. f. d. Kunde d. Morgenl. III, 408. Ges.

זוז P. 410. A. זִיז: [Melit. *zejzæ* est arab. vulg. زيزة. Roed.]

— B. [Adde: זָזָא n. pr. viri e tribu Iudae 1 Par. II, 33. Roed.]

זוף P. 411. B. זֶפֶת: dele verba „סֶלֶת a סֹלֶת, rad. סלל", nam סֹלֶת est a rad. סָלַת, q. v. Ges.

— - זִיף n. pr. 1): Collem *Tell Ziph* appellatum et urbis ruinas ei vicinas invenit Ed. Robinson (Palaest. II, p. 417). Ges.

זור P. 412. A. II. זוּר: lege: cui vicinum סוּר, et s. no. 2, a, dele verba „Jes. I, 7: כְּמַהְפֵּכַת זָרִים", nam זָרִים h. l. est i. q. זֶרֶם *imber* vehemens, *inundatio*. Ges.

— B. זָרָא *fastidium*: add. Num. XI, 20. Ges.

— - lin. ult.: Vid. Add. ad מָזוֹר.

זכר P. 414. B. זָכַר no. 1 litt. e: Jer. II, 2 זָכַר non in malam, sed in bonam partem dictum est. Ges.

P. 416. A. lin. 3: Lex. Adler. quoque nil habet nisi ܕܟܪܐ ذكر من كل شى كبش i. e. *mas in quacunque re, aries*. Ges. [Bar Alii glossa arabica: الذكر من كل شى والكبش خاصة يسمى بهذا الاسم i. e. *mas in quacunque re, et aries specialim sic vocatur*. Praeterea, ut arab. ذَكَر, penem notat Barhebr. chron. p. 382. lin. 10. Roed.]

— - זֵכֶר: Aeth. ዝክር: memoria, sed etiam ዝክር: monumentum huc pertinet. Ges.

— B. זִכְרִי n. pr. no. 2: Adde Neh. XII, 35. Idem vocatur זַבְדִּי Neh. XI, 17, ut apud Syr. in Paralip. quoque. Ges.

P. 417. A. lin. 1: זְכַרְיָה Neh. XII, 16 memoratus idem est qui sub no. 4. Ges.

זלג — - מִזְלָג: Talm. transpositis litteris מַלְגֵּז furca bidens vel tridens, qua stramen accipitur et miscetur, v. Buxt. lex. col. 1123. Ges.

זלל — B. זֻלּוּת Ps. XII, 9: verte cum Maurero: *undique ambulant improbi, ut si exsurgit* ingruit *procella* s. *tempestas in homines*, nam זֻלּוּת est *procella, tempestas*, ut syr. ܙܠܥܐ, a זָלַל concussit, quassavit, cf. زَلْزَال [non زَلْزَل ut s. Niph.] terrae motus. Ges. cf. Lex. man.

P. 418. A. lin. 3. זַלְזַלִּים: scrib. זַלְזַלִּים.

זמם — B. זָמַם: *meditatus est* aliquid, consilium cepit, sibi proposuit aliquid. Origo potius est in *mussitando, murmurando* et voce submissa, qua uti solent qui secum loquuntur et meditantur, cf. זמזם, זָבַב (Add.), הָמָה, הָמַם. Ges., cf. Lex. man. s. h. v. et s. זָמַר.

P. 419. A. זִמָּה: Verba Ps. XVII, 3 זַמֹּתִי בַּל־יַעֲבָר־פִּי explices: *cogitationes meas non praeterit os meum* i. e. sermones mei nil discrepant a mente mea, vel: quod *cogito* (זַמֹּתִי), *non discedit os meum* ab eo. Ges., cf. Lex. man.

זמר P. 420. A. זָמַר: Huius radicis aliarumque finitimarum origines exploravit ipsasque nova ratione dispescuit Hupfeldus in Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. III, p. 394 sqq., eique magna ex parte astipulatus est Ges. in Lex. man. — [Ceterum زبر „putavit vitem" apud Arabes orientales, quod sciam, non est in usu, sed in Mauritania frequentatur. Dombay gramm. p. 132: „Putare arborem زبير *zebîr*". Marcel vocabular.: „Tailler un arbre زبر, Taille des arbres زبير *zebîr*". German. de Siles. fabrica l. arab. p. 792: „Potare, tagliare come viti, Putare, ut vites

زبر بزبر الكرم, Potatore, Putator زبار“. Legi زبر pro hebr. זָמַר ap. Arab. Erpen. Lev. XXV, 3. 4, ap. Saad. Jes. V, 6, et in prov. ازبر كرمك بيدك لا بيد غيرك puta vitem tuam propria tua manu, non alius manu. Cf. melitensia. — Pro „زبر III. villosus fuit“, lege زابر villosus fuit, verb. denom. a زِئْبر villosa panni superficies, vid. Ǵauhari lexicon. Est lapsus Golii. Apud Freytag. autem زابر omissum est. Roed.]

P. 421. A. זְמוֹרָה no. 2: [Virgultorum fascis a Persis solem colentibus gestatus (zend. *barĕçman*, rad. *berez* crescere) agitur Vendidad farg. XIX, §. 19 ed. Westergaard. vol. I, p. 470 (Spiegel der neunzehnte Fargard §. 63. 64, partic. II, p. 98 sqq., cf. Rud. Roth ibid. p. 133). Roed.]

— B. מִזְמוֹר: Praeter arab. مزمور cf. زبور psalmi, زبور psalterium. Ges. [مزمور pl. مزامير de psalmis maxime a Iudaeis Christianisque arabice scribentibus frequentatur, زبور de psalmorum libro legitur in Corano Sur. IV, 161 et XVII, 57 (ubi Hamza lector pronunciabat زبور i. e. libri, pl. vocis زبر scriptum, a verbo زبر scripsit). Et زبور quoque scriptum librum notat, cuius pl. زبر (libri, v. c. Labîd Muall. vs. 8) in Corano potissimum de libris Iudaeorum pseudepigraphis videtur dici Sur. III, 181. XXXV, 23 (ubi Baidhav.: كصحف ابراهيم). XVI, 46. XXVI, 196. LIV, 43. Roed.]

זנק P. 424. B. אֲזִקִּים Jer. XL, 1. 4 esse manuum vincula s. manicas, e vs. 4 apparet. Ges.

זעק P. 426. A. זְעָקָה: Quo sensu זַעֲקַת שֶׁבֶר sit dictum, monstrant verba Jer. XXX, 15: מַה־תִּזְעַק עַל־שִׁבְרֵךְ. Ges.

זרב P. 428. B. זָרַב: [In Kimchi verbis lin. 3 scr. כמ־זב pro במרזב, lin. 4 רבותינו, lin. 8 post ז״ל adde כלומר, lin. 9 scr. יזרבו pro יקרבו, et in horum interpretatione *poculum* (כָּסָא), non solium. Tres loci a Kimchio adhibiti sunt Baba bathra 58, b, Joma 78, b et Cholin 76, a. Roed.]

P. 429. A. lin. 8 [pro „R. Samuel B. Zemach“ scr. R. Simeon ben Zemach Duran. Roed.]

זרד — - זֶרֶד: Cf. quae infra s. v. עֲרָב *salix* afferuntur a Ges. p. 1065. B.

זרח P. 430. B. זֶרַח no. 2, e scrib.: זֶרַח הַכּוּשִׁי n. pr. regis ducisve Aethiopum, qui Asa regnante Iudaeam invasit 2 Par. XIV, 8. Champollione auctore (Précis du système hiéroglyph., ed. 2., p. 257) idem ille est, cuius nomen in monumentis Aegyptiis **OCOPKH** scriptum est, et qui apud Manethonem sec. Africanum et Eusebium *Ὀσορθών* (scrib. *Ὀσορχών*) vocatur, rex secundus dynastiae XXII. Bubasticae, Sesonchis (שִׁישַׁק) successor. Cf. Rosellini Monumm. storici II, 87—91 [Bunsen, Aegypt. III, 128]. Ges.

זרם P. 431. B. זְרִים pro זֶרֶם dictum Jes. I, 7. Hoc verum est, v. Add. ad זור. Ges.

זרע P. 434. A. יִזְרְעֶאל no. 1: Situm erat hoc oppidum, ubi nunc extat vicus *Zer'in* زرعين cum fonte (1 Sam. XXIX, 1) in praecipitio collis ad marginem planitiei situs. Vid. imprimis Ed. Robinson. Palaestina III, 395 sqq. Apud Willermum Tyrium idem locus „parvum Gerinum“ vocatur, apud Benjam. Tudel. mendose זרזין. Ges. [Benj. itin. ed. Asher p. 24: זרעין היא יזרעאל ושם מעין אחד גדול. Roed.]

זרף — B. זַרְזִיף: conflatum e radd. זָרַף et רָזַף = syr. ܙܠܦ stillavit. Ges. Lex. man.

זרר P. 435. B. זַרְזִיר: In Talm. Baba kama f. 92, 2 haec vox significat *sturnum* avem. Ges. [ut arab. زرزر et زرزور. Roed.]

זרש — - זֶרֶשׁ: Cf. Benfey Monatsnamen p. 199. Ges.

זתר P. 436. B. זֵתַר: Benfey l. c. hoc nomen persicum exponit *sacrificans*, i. q. zend. *zaótar*. Sed eunucho id parum aptum fuerit. Ges.

ח

חבא P. 437. A. חָבָא: Cf. etiam aeg. **ⲕⲱⲡ**, **ⲕⲁⲡ** occultare, abscondere. Ges.

חבה — B. חוֹבָה: Cf. Rosenm. bibl. Alterthumsk. I, 2. p. 289 et Tuch ad Gen. XIV, 15. Ges. [Prope Damascum est vicus *Dschóbar*, جوبر, Jobar ap. Buesching., sacer Iudaeis, quod eum pro חוֹבָה habent. Vid. Alfr. von Kremer, Mittelsyrien und Damascus, Vienn. 1853. 8., p. 170 sq. Roed.]

חבל P. 439. B. חֵבֶל: Pele verba extrema „De aliis doloribus etc.“ nam Iob. XXI, 17 חֲבָלִים sunt *sortes*, Loose, Geschicke: quod add. sub חֶבֶל 1, a, *α*. Ges.

P. 440. A. lin. 5: De loco Jos. XIX, 29 vid. Add. ad חֶלְבָּה p. 473. B. Ges.

— B. חֲבַצֶּלֶת: [Lutherus hoc non rosam interpretatur, sed in Cant. florem („eine Blumen“), ap. Jes. lilia. Roed.]

חבר P. 442. A. חָבִיר: [Syr. ܚܒܝܪ et ܚܒܘܪܐ Assem. l. c., nec non ܡܚܒܘܪܐ ibid. p. 227 et diss. de Monophys. s. v. Chabura. Roed.]

P. 443. A. חֲבַרְבֻּרוֹת: vel *maculae* sunt leopardi (נָמֵר, est enim maculosus leopardus), vel potius *virgae* s. *striae* tigridis, quum nomen נָמֵר hoc quoque animal, ut in lingua aethiopica, videatur complecti, vid. s. v. נָמֵר infra p. 889. B. Ges.

חגב P. 444. A. חָגָב lin. 8: „extrusor“. Expunge hoc verbum

monstrosum, quod nescio quo casu, dum plagula tertium castigaretur, irrepsit; volui exultantem (locustam), petauristam cum Varrone dixeris. Ges.

חדד P. 446. A. חָדַד Hiph. *acuit*: [Prov. locum verto: *ferrum acuit aliquis in ferro, et vir acuit* etc. Vid. quae de יָחַד et יַחַד dixi in Indice grammatico et analytico, supra p. 6. Roed.]

— - חֲדַד: Pro 1 Par. I, 50 leg. 1 Par. I, 30. Illic est nomen חֲדַד, quod nescio an et hic et Gen. XXV, 15, ubi non pauci codd. mss. et edd. חֲדַד, restituendum sit. Ges.

חדל P. 447. A. חָדַל no. 2: Iob. XIX, 14: חָדְלוּ קְרוֹבָי *desistunt cognati mei* scil. מִמֶּנִּי a me, i. e. me deserunt. Ges.

— B. חָדֵל lin. 2: pro דּוּמִיָּה scrib. דּוּמָה. Ceterum Olshausenius observv. crit. p. 18 pro חָדֶל Jes. XXXVIII, 11 ex coniectura poni vult חֶלֶד (ut ceteri homines qui habitant) *mundum*. Ges. [Nec aliter Hupfeldus comm. ad Ps. XVII, 4. Roed.]

P. 448. A. חִדֶּקֶל: Vid. Benfey Monatsnamen p. 202 sq. Ges. [In lingua vet. pers. Tigris fluvius vocatur *Tigrâ*, v. inscript. Behist. col. 1, §. 18, cf. Rawlinson in Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XI. p. 159. Benfey die pers. Keilinschriften p. 82. Oppert in Journ. asiatique 1851. Apr.-Mai p. 420 sq. In inscriptionibus Assyriis cuneatis hoc nomen non uno modo scriptum est, Rawlinson dubitanter legit Hattikkar vel Hattiggar (Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XII. p. 428), et De-ig-lat (pronunc. Diglat) in inscriptionis Behist. parte assyrio-babylonica legit Hincks (in Transactions of the R. Irish Acad. vol. XXII. 1852. p. 341). Roed.]

חדר — B. חַדְרָךְ: Varias de hoc nomine coniecturas attulerunt Maurerus Hitzigiusque ad Zachar. IX, 1. Ges. [Adde: Ewald. die Propheten I, p. 312, in ephemerid. Gotting. 1852. April. p. 596 et nuper ibid. 1856. April. p. 665, ubi affert nomen idoli in Mabug culti ܚܕܪܢ (pro quo ܚܕܪܟ scribi iubet) ap. Cureton. spicileg. syr. Lond. 1855. p. 25 lin. 16. Roed.]

חדש P. 449. A. חָדַשׁ: Affinis est rad. קָדַשׁ pr. nituit, hinc קָדַשׁ purus, sanctus fuit, et חָדַשׁ recens, novus fuit. Ges.

חדת P. 450. A. חֲדַת: [Hinc etiam חָצוֹר חֲדַתָּה (castellum novum) n. pr. oppidi, q. v. infra s. חָצוֹר p. 513. A. Roed.]

חוד — B. adde: מְחִידָה (fort. coniunctio a chald. Pa. חַיֵּד coniunxit, Ges. lex. man. s. v.) n. pr. m. Esr. II, 52. Neh. VII, 54.

חוט P. 451. B. חוּט. Ad hanc radicem adde: *Aph. resarcivit* murum Esr. IV, 12. Cf. רְפָא. Ges.

P. 452. A. חוּט lin. 11 scrib.: *ne hilum quidem lucri habeo ex te*. Ges. [Add. Coranicum لَا يُظْلَمُونَ فَتِيلًا Sur. IV, 52. 79. XVII, 73. Roed.]

חול — B. חוּל: [Ad „thes. append." Ges. hic ablegat lectorem, sed nihil dat praeter ea, quae s. rad. אול exposuit in Lex. man. Roed.]

P. 455. A. adde: חַלְחוּל n. pr. oppidi in montanis Iudae, teste Hieronymo (v. Elul) haud procul a Hebrone. Jos. XV, 58. Ibi locorum, unius leucae spatio, in itinere Hierosolyma ducente, ad moscheam Neby Yûnas extant rudera hodie *Halhûl* dicta, v. Robinson. Palaest. I, p. 359, cf. Niebuhr itiner. III. p. 69. Ges. [J. Wilson the lands of the Bible I. p. 384. Ibn Nabulusi itiner. Hieros. cod. Berolin. f. 170 recto. Roed.]

— - [adde: מְחוֹלָתִי, v. אָבֵל מְחוֹלָה pag. 15. Roed.]

חוץ P. 456. A. חוּץ: [Pro חוּצוֹת Jes. V, 25 in bibliis Bombergianis aliisque scriptum extat חֻצוֹת, v. J. H. Michaelis ad h. l. Roed.]

חזה P. 460. B. חָזָה no. 2: [Abulwalidi glossam ita restituo, ut pro verbo, quod Ges. in cod. ms. fere evanidum esse et in apographo suo dubitanter vel צרדנא vel ינדרנא legi posse indicat, ipse autem postea ينظرنا legit, confidenter ponam يُنْذِرُنَا (ינדרנא), et post بِهِ ex ipso apographo Geseniano adiiciam عنه, quo facto haec prodit e verbis sententia: *non improbabile est, si* חזה Jes. XXVIII, 15 *repetas a* חָזָה (Ps. LVIII, 11) *spectandi significatu et vertas: posuimus ei excubitores* (Ges. apogr. טליעא, rectius طليعة), *qui nos praemoneant de ea* (morte), *ubi appropinquet nobis, et tum eam avertemus*. Roed.]

P. 461. A. חוֹזָי 2 Par. XXXIII, 19: Vide quomodo huic loco mederi studeat Movers Chronik p. 81. Roed.]

— - חָזוֹן no. 2 scrib.: *vaticinium* quodvis etc. — In inscriptionibus Jes. I, 1 al. חָזוֹן est i. q. סֵפֶר חָזוֹן, quod et ipsum legitur Nah. I, 1, ut תּוֹלְדוֹת Gen. VI, 9 i. q. סֵפֶר תּוֹלְדוֹת Gen. V, 1. Ita bene Hitzig. ad Jes. I, 1. Ges.

— B. חֲזָאֵל: Altera scripturae forma etiam 2 Par. XXII, 6 invenitur. Ges. [Huius regis nomen in obelisco Assyrio legitur *Kha-za-ah-il*, vid. Hincks in Transact. of the R. Irish Acad. vol. XXII. 1852. p. 322. Roed.]

חזק P. 464. A. חִזְקִיָּה: Hiskiae nomen apud LXX non Ἐζεχίας scribitur, sed Ἐζεκίας. Plenior et antiquior nominis forma est יְחִזְקִיָּה (quem *Jehova roborat*) Hos. I, 1. Jes. I, 1. Ges. [In monumentis Assyriis, ut in obelisco et in inscriptionibus Sanheribi extat huius regis nomen *Khazakiyau*. Roed.]

חיה P. 468. A. *Pi.* חִיָּה no. 1, a, Hab. III, 2: Perbene Hieron.: vivifica quod pollicitus es h. e. imple promissum. Et ita quoque Raschi. In membro versus parallelo est תּוֹדִיעַ. Ges.

— B. חָיָה chald. *Aph.* part. מַחֵי Dan. V, 19: in plurimis libris מָחֵא, fortassis quia exponebant *percutiens*, a rad. מְחָא. Ges. [Immo מָחֵא idem est quod מַחֵא, quemadmodum Syri plerumque quidem ܡܚܐ scribunt, nonnunquam vero etiam ܡܚܝܐ. Roed.]

P. 468. B. חִיאֵל: scrib. 1 Reg. XVI, 34.

חיי P. 470. A. חַיָּה A. 2. כָּעֵת חַיָּה: De simili Syrorum locutione vid. Michael. ad Castelli lex. syr. p. 478. Ges. [Nempe Castellus in lex. heptagl. s. v. כמא syr. haec habet: ܠܫܢܬܐ ܕܐܬܝܐ, ܠܫܢܬܐ, ܠܫܢܬܐ ,, postea, Luc. 13, 9. Duobus abhinc diebus. Nov. 331. Ar. نعم قابل BB." In quibus illud ܠܫܢܬܐ corruptum est, ut et ܠܫܢܬܐ, quod in lex. Adler. sine interpretatione ponitur, et Bar Bahluli glossa corrigenda لعام قابل i. e. anno proximo. In graecis Luc. l. c. est εἰς τὸ μέλλον, quod in vers. Harclensi redditur ܠܗܘ ܕܥܬܝܕ, in Pesch. autem sec. Polygl. Paris. et Angl. editionemque Urumiensem a. 1846 factam ܠܫܢܬܐ, sec. Widmanst. tamen ceterasque edd. ܠܫܢܬܐ ܗܝ. Quod utrum recte explicetur *anno proximo*, ego non definio. Roed.]

P. 471. A. חַיָּה no. 4: חַיַּת נַפְשׁ Ps. LXXIV, 19 praestat interpretari *agmen sanguinolentiae* i. e. agmen hominum sanguinolentorum, vid. חַיָּה B, 2 et נֶפֶשׁ no. 3. Ges.

חכה — B. חָכָה pr. *spectavit* (vic. שָׂכָה et aram. סְכָא, vid. infra p. 1329), inde sq. לְ *exspectavit, desideravit* aliquid (qs. oculos mentemve defixit in alq., germ. *ausschauen nach* etwas). LXX Iob. III, 21 ἱμείρομαι. Sq. gerundio Jes. XXX, 18: וְלָכֵן יְחַכֶּה יְיָ לַחֲנַנְכֶם *et propterea Jehova desiderat vobis* denuo *propitius esse*, nihil magis in votis habet quam ut vobis denuo favere possit. In altero hemistichio respondet יָרוּם assurgit ad aliquid faciendum, quod prope accedit ad vim arab. رام, ὀρέγεσθαι. Ges., cf. Lex. man.

חכל — - חָכַל: Propria huius rad. vis est *nigrum esse*, quod in derivv. dicitur de *oculorum nigrore* coruscante et scintillante, eius nimirum qui vino incaluit, et 1) primum quidem in bonam partem Gen. XLIX, 12: חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיָּיִן *oculis nigris* et scintillantibus *a vino*, quod ad vini in tribu Iudae ubertatem pertinet; 2) in malam partem Prov. XXIII, 29, ubi חַכְלִלוּת עֵינָיִם *nigror* radians *oculorum* (Wuth sprühende Augen) pertinet ad ferociam ebrii. In Gen. l. c. egregie Aquila vertit (ὀφθαλμοὶ) κατάκοροι i. e. saturati, saturo colore, LXX χαροποιοί laetifici, sed sec. alios codd. χαροποί [ut Symm. etiam Prov. l. l.] i. e. vel rutili, vel caesii i. q. γλαυκοί, vel, ut in schol. graeco est, θερμοί, διάπυροι. Syr. ܐܘܟܡܐ rutili vel caesii (cf. ܐܬܟܚܠ scintillavit, fulsit, et arab. زرق caeruleum et lividum colorem habuit oculus). Nigredinis significationem habes in vic. כָּחַל denigravit oculos stibio, obscuritatis autem notio in rad. arab. حكل secundaria est. Ges. [Nigrorem habes in rad. חָלַךְ quoque, q. v. Ceterum خاكل sine dubio est i. q. مخمر, sic enim recte legitur in turcica Kamusi interpretatione ab 'Asim Efendi (non a Wankuli) facta, falso in ed. Calcutt. مخمر. Pro חַכְלִילִי autem pone חַכְלִיל, ־ִי enim terminatio est illa, de qua egi in gramm. hebr. §. 90, 3, *a*, ed. 17. Roed.]

חכר P. 473. A. Adde rad. חָכַר, quae in certis codd. Iob. XIX, 3 legitur pro הָכַר, vid. ad hanc Add. Ges.

חלא — - חֶלְאָה *aerugo*: videtur et hoc esse ab aegrotando, pr. *morbus externus, scabies, lepra* metalli, ut arab. حلأ dicitur de pustulis in labio, germ. Ausschlag. Ges., cf. Lex. man.

חלב — B. חֶלְבָּה n. pr. oppidi Iud. I, 31: Studerus idem hoc esse opinatur, quod hoc ipso loco אַחְלָב vocatur. Probabilior eiusdem viri docti coniectura, pro חֶבֶל Jos. XIX, 29 ponendum esse חֵלֶב = חֶלְבָּה. Ges. [Ex his igitur emendanda sunt, quae leguntur in Lex. man. ed. altera p. 309 s. v. חֶלְבָּה. Roed.]

— - חֶלְבּוֹן Ezech. XXVII, 18: [Sunt, qui non Halebum urbem (Aleppo) intelligant, sed vicum parvum, *Helbón* حلبون nunc appellatum, cum valle cognomine ad Antilibani radices, a septentrione Damasci. Is enim locus vitibus abundat, e quarum uvis vinum paratur, quod optimum per totam Syriam putatur, quum contra Halebi regio, certe nostris temporibus, boni vini fama prorsus careat. Vid. Robinson in Zeitschr. der D. morgenl. Gesellsch. vol. VII. 1853. p. 69 sq., von Kremer Mittelsyrien u. Damascus. (Wien 1853. 8.) p. 184, J. L. Porter in Bibliotheca Sacra a. 1854. m. Jul. p. 450 eiusdemque libr. Five Years in Damascus (Lond. 1855. 8.) vol. I. p. 332 sqq. Roed.]

נדה P. 854. A. I. נָדָה *Pi:* [וַיַּדַּא 2 Reg. XVII, 21 non ad Pi., sed ad Hiph. pertinet, v. Ind. analyt. Roed.]

נדר P. 855. B. אִדַּר chald. *area:* potius ad rad. אָדַר pertinet, vid. ad h. rad. Add. Ges.

נהד P. 856. B. adde: הוֹדְיָה (splendor Dei) n. pr. Levitarum nonnullorum Neh. VIII, 7. IX, 5. X, 11. XIV, 19. Ges. lex. man.

נוב P. 859. B. adde: נֹב (fort. locus editus, altior, a rad. נוב = נָבָה) n. pr. oppidi prope Hierosolyma a parte septentrionali, Jes. X, 32, ubi Saulis tempore Ahimelech summus sacrorum antistes cum sacerdotum collegio habitabat, 1 Sam. XXI, 2 sqq. Hinc locus עִיר הַכֹּהֲנִים vocatur 1 Sam. XXII, 19, quanquam eius nomen in urbium sacerdotalium indice Jos. XXI, 10 sqq. non legitur. Ahimelechum illum, quia Davidem fugitivum hospitio accepisset esurientemque pane sacro cibavisset, cum octoginta quinque sacerdotibus Saul rex interfecit, totamque urbem excidit penitus et evertit, vid. 1 Sam. XXI. XXII. Noba ad fines Beniaminitarum pertinebat, (etsi inter eorum urbes Jos. cap. XVIII. non numeratur), certe post exilium Babylonicum Beniaminitae reduces ibi consederunt, Neh. VII, 32. Cum He locali נֹבֶה (pro נֹבָה) Nobam versus 1 Sam. XXI, 2. XXII, 9. Ges. Roed. [Est aliud oppidum prope Lyddam situm, Beit Nuba appellatum, quod non pauci cum nostro confuderunt, ut Beniaminus Tudel. (ed. Asher. p. 42 text.). Vid. Robinson Palaest. II, p. 369 eiusdemque lib. Neuere bibl. Forschungen in Palaestina, Berolin. 1857, p. 185. 187. 190. Roed.]

נום P. 864. A. adde: יָנוּם (somnus [dormitans]) Jos. XV, 53 Kethib, pro quo Keri est יָנוּס (fuga [fugiens]) n. pr. oppidi tribus Iudae. Ges. lex. man.

נוס — B. adde: יָנוּס Jos. XV, 53 Keri, n. pr. oppidi. Vid. quae de יָנוּם modo dicta sunt.

נוע P. 865. B. lin. 1 — 2 dele verba: „quo loco — malim.“ Ges.
— - adde: נֵעָה (motus, fort. motus terrae) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. XIX, 13. Ges. lex. man.
— - adde: נְעִיאֵל (fort. i. q. יְעִיאֵל, יְעוּאֵל) n. pr. oppidi Naphtalidarum Jos. XIX, 27. Ges. lex. man.

זול P. 869. B. מַזָּלוֹת [De verbo, quod in numis Ciliciis a Gesenio legebatur מזדך, aliter statuendum est, v. O. Blau in Zeitschr. der d. morgenl. Ges. VI. 1852. p. 481. Deinde quaeritur, num forte מַזָּלוֹת fuerint lunae stationes viginti et octo, quas Arabes certe simili nomine المنازل vocant. — Ceterum Gesenius hic lectores ablegat ad Appendicem, ubi nova quaedam dicenda promittit de rad. אָזַל, cui primam *volvendi* significationem erat vindicaturus, quemadmodum fecit in Lex. man. nova editione, q. v. Roed.]

נזם P. 870. A. נֶזֶם: vide de hac rad. Hupfeld in Zeitschr. für die Kunde des Morgenl. III, 400. Ges.

נחם P. 874. A. נַחוּם: Hoc nomen rarius est inter Iudaeos recentiores, sed non inauditum, v. c. Nahumus Medus נחום המדי aliquoties commemoratur in Mischna tr. Schabbath 2, 1. Nazir 5, 4. Baba bathra 5, 2, et. *Καφαρναούμ* = כְּפַר נַחוּם. Ges.

נטה P. 877. B. יֻטָּה n. pr.: Euseb. in Onomast. *Ἰεττάν, φυλῆς Ἰούδα, πόλις ἱερατική. ἔστι νῦν κώμη μεγίστη Ἰουδαίων, Ἐλευθεροπόλεως ἀπὸ σημείων ιη πρὸς νότον ἐν τῷ Δαρωμᾷ.* Eundem vicum magnum *Jatta* يطا repperit Robinson (Palaest. II, 417. 422 sq. III, 193). Relandus Pal. p. 870 aliique etiam verba *εἰς πόλιν Ἰούδα* Luc. I, 39 ad Juttam referunt. Ges.

P. 881. B. נִינְוֵה *Nineve*: [Monumenta huius urbis antiqua quot et qualia his nostris diebus reperta, eruta, collecta, examinata sint, nemo est qui nesciat. Virorum celeberrimorum Bottae, Rawlinsonis, Layardi nomina in omnium ore sunt, eorumque scripta cognita omnibus et aestimata. Ipsius loci, in quo urbs diruta iacet, et conterminae regionis descriptionem copiosam et accuratam eamque trigonometricis rationibus definitam exhibuit Felix Jones in Journ. of the Royal Asiat. Soc. vol. XV. (Lond. 1855.) p. 297 — 397, addita graphica delineatione tribus tabulis magnis comprehensa. Nomen urbis litteris cuneatis scriptum vir cl. Hincks efferri iubet *Ninua*, vid. Transactions of the R. Irish Acad. vol. XXII. 1852. p. 328. Idem litteris נינוי vel נינוי scriptum in quibusdam numis Achaemenidarum regum animadvertit O. Blau, v. Zeitschr. der d. morgenl. Ges. vol. VI. 1852. p. 486 sqq. eiusque diss. de numis Achaemenidarum aramaeo-persicis. Lips. 1855. p. 5 et 7. Nomen نينوى etiam regioni proprium est, in qua Kerbela urbs sita est, vid. Lexicon geogr. Marásid ed. Juynboll. vol. III. p. 262, et *Νινόη* vocabatur urbs in Cariae et Lydiae finibus sita. Roed.]

נכה P. 885. B. נְכֹה *Necho* Pharao: adde, quod anno Jojacimi quarto a Nebucadnezare proelio ad Circesium commisso victus est, ut legitur ap. Jer. XLVI, 2, cf. 2 Reg. XXIV, 7. Ges.

נלה P. 888. B. מִנְלָה: [„منال impetratio rei; donum. Fakih.

al-Kholaf. p. 5." Freytag. lex. arab. Tom. IV. p. 355. Roed.]

P. 888. B. נְמוּאֵל n. pr.: Sic etiam 1 Par. IV, 24 legitur, sed rescribendum est יְמוּאֵל, v. Gen. XLVI, 10. Ex. VI, 15. Ges.

נמל P. 889. A. נְמָלָה *formica*: Cf. חֲנָמַל p. 499.

נסה — B. נָסָה: [In verbis Gauharii lin. 1 pro نَبِسم scrib. نَسِيم. Roed.]

נסך P. 890. A. lin. 4 a fine: נָסַךְ מַסֵּכָה legitur Jes. XXX, 1.

— - lin. 5 a fine: lege *effundatis*.

— B. lin. 2: [נָסַךְ Ps. II, 6 non est „unxit" (regem), sed *constituit*, ut praeter Hengstenbergium et Hupfeldum ad h. l. docuit etiam Böttcherus in spicileg. (Lips. 1849. 8.) p. 40 sq. Eodemque referendum Niph. Prov. VIII, 23 et נָסִיךְ no. 3. Roed.]

P. 892. B. נִסְרֹךְ idolum: [LXX in variis codicibus *Νασαρὰχ*, *Ἀσαράχ*, *Ἐσοράχ*, *Μεσεράχ*. Rawlinson in inscriptionibus Assyriacis nomen dei Assarak legit, sed hoc valde dubium mihi videtur. Nec certiora docet Ewaldus, qui confert מזרך illud numorum Ciliciorum (sed vid. Add. ad מַזָּלוֹת p. 869) et ipsum חַדְרָךְ Zach. IX, 1. Bohlenii hallucinationes prorsus mittendae. Roed.]

נער P. 893. B. I. נָעַר lin. 3: [pro شهنق scrib. شهق. Roed.]

נפל P. 897. B. נָפַל no. 1 litt. c: [Arab. وقع, etsi de abortu non dicitur, de fetu vitali in usu est, ut testatur Zamakhscharius in lexico metaphorarum, quod أساس البلاغة inscripsit. Roed.]

נצב P. 903. A. lin. 4 a fine leg.: auctoribus Lud. de Dieu et aliis. Ges.

— B. נְצִיב no. 4. n. pr. oppidi: hodie Beit Năsîb, vid. Robins. Palaest. II, 660. 665. III, 218. Ges.

— - צוֹבָה: Hamathae ditio regno Sobaeo contigua quidem (1 Par. XVIII, 3: Davides regem Sobae vicit [et persecutus est] חֲמָתָה *ad Hamatham usque*, 2 Par. VIII, 3: חֲמַת צוֹבָה *Hamatha prope Sobam*), sed non subiecta erat, certe proprium suum habebat regem 2 Sam. VIII, 9 sq. Ges. [Cf. Ewaldi hist. pop. Israel. III, 199 sq. et Bertheau ad Par. ll. cc. Roed.]

נצר P. 907. A. I. נצר: [אֶצָּרְךָ Jes. XLII, 6 et XLIX, 8 de mea quidem sententia non ad rad. יָצַר pertinet, sed ad hanc rad. נָצַר no 1 litt. a. Roed.]

נקד P. 909. B. נֹקֵד: [In glossa Tanchumi, quam totam e codice exscripsi in libro de origine et indole arabicae libror. V. T. histor. interpr. [Hal. 1829. 4.) p. 10 pro غالب غنم emendandum est جالب غنم, quod eum significat, qui oves venumdat. Roed.]

P. 913. B. נֵרְגַל: [*Narikul* hoc idoli nomen in inscriptionibus cuneatis legit Oppertus, ut et n. pr. *Νηριγλισσάρ*, apud Ptolem. *Νηρικαλόσορος*, eodem auctore in monumentis Babylonicis Narikulusarrusur scribitur (Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. VIII. 1854. p. 595.), Nergal-shar-uzur secundum Rawlinsonium (v. Athenaeum Londin. 1856. April. p. 523). Roed.]

P. 914. A. נֵרְדְּ: [„Sanscr. ***narada*** Indian spikenard findet sich im Gaṇa zu Pāṇini 4, 4, 53 und in *gonarda*, auch ***nalada*** im Kauçika-sutra 51." A. Weber Ind. Skizzen p. 75. — *nartaka* autem est arundo karka, v. Lassen Ind. Alterthumskunde I, 289. Roed.]

נשא — B. נָשָׂא no. 1. litt. c. נָשָׂא פָנִים sq. אֶל Iob. XXII, 26 et 2 Sam. II, 22 potius eodem sensu dictum est ut Iob. XI, 15, germ. frei aufblicken zu jem. Ges. [Ut נָשָׂא ראשׁ litt. b. apud Persas saepe dicitur سر افرازى يافتن capitis elationem nancisci i. e. ad dignitatem evehi. Roed.]

נשה P. 920. B. adde: יִשִּׁיָּה (quem Jehova mutuum dat) n. pr. m. 1) 1 Par. VII, 3. — 2) Esr. X, 31; praeterea plurium Levitarum. Ges. lex. man. [nempe a) 1 Par. XXIII, 20. b) 1 Par. XXIV, 21. 25. Roed.]

— - adde: יִשִּׁיָּהוּ (id.) n. pr. m. 1 Par. XII, 6. Ges. lex. man.

נשך P. 922. A. נָשַׁךְ litt. b: Deut. XXIII, 20 verba אֲשֶׁר יִשַּׁךְ potius de ipsa usura (נֶשֶׁךְ) dicta esse videntur; verte: (usura) *quae mordet* i. e. vexat, premit. Ges. [Ad litt. a: Aethiopicum መንዘራን: Hen. 10, 13 non significat „mordentes", sed spurios vel homines spurcos, vid. Add. ad מַמְזֵר p. 781. Roed.]

נשף P. 923. A. נֶשֶׁף: Pro „crepusculo matutino" dicendum mihi erat diluculum. Ges.

נתן P. 927. B. נָתַן no. 1 litt. cc: adde Ez. XXVII, 19. Ges.

P. 929. A. נְתִינִים: Cf. quae de hierodulis disseruit Movers. Phoenic. I, p. 678 sqq. Ges.

נתק P. 930. A. נָתַק: Ad hanc rad. pertinent אַתִּיק et אַתּוּק, quae sub rad. אָתַק posita sunt p. 170. Ges. Vid. ad h. l. Add. p. 73 sq.

— B. נָתַק: [Ut Saad., sic Abulwalides quoque interpretatur كلف. Roed.]

נתר — - נָתַר no. 2: [Quae hic indicatur notio verbi تَرَّ, fere iisdem verbis in lexico Goliano sistitur: „Decidit, excidit, praesertim volitando, edens sonum Terr." Haec autem Golius effecit ex hac glossa Ǵauharii (quam Firuzabadius neglexit): تَرَّ i. e. ترّت النواة من مرضاحها تترّ وتتراى ندرت

F. u. et i. dicitur de ossiculo dactyli, quod prosilit (et decidit) ***de lapide quo confringitur.*** — Ad usum illum aramaeum magis congruit arab. نثر VI sparsim decidit, de foliis arborum dictum, v. c. Sacyi chrestom. ed. 2. vol. I. p. ١٤. Roed.]

ס

סבא P. 933. A. סְבָא: [Nota nomen gentil. סְבָאִי pl. סְבָאִים Jes. XLV, 14. Roed.]

סגר P. 938. A. סְגֹר Ps. XXXV, 3: [Verba „شجار hasta lignea", ut hic leguntur, sic et in De Wettii, Stierii, aliorumque commentarios irrepserunt ex J. D. Michaelis supplemm. lexx., quanquam is hastae ligneae significatum hebraeo סְגֹר tribui posse ait, scilicet quia arab. شجار lignum significet. Eichhornius affert شجير ensis, et شجر confodit. Roed.]

סדם P. 939. A. סְדֹם: Sodomae nomen ad hunc diem inhaeret monti salis fossilis ad litus maris mortui australe sito, quem Arabes eius regionis *Hağar Usdûm* (حجر اسدوم) vel *Khaschm Usdûm* (خشم اسدوم) appellant. Cf. Galen. de simpl. med. fac. IV, 19: *προςαγορεύουσι δ'αὐτοὺς (τοὺς ἅλεις) Σοδομηνοὺς ἀπὸ τῶν περιεχόντων τὴν λίμνην ὀρῶν, ἃ καλεῖται Σόδομα.* Vid. Relandi Palaest. p. 243. Robinson. Palaest. II, 435. III, 15. 23 sqq. Ges. [Adde quae nuper de hac re narrarunt Lynch, de Saulcy, van de Velde, alii. Roed.]

סדר — B. מִסְדְּרוֹן: [In glossa Abulwalid. pro „per aestatem sedent" scrib.: per ordines sedent. Nam تصاف non pertinet ad صاف med. ى, sed ad صف conj. III. Roed.]

סות P. 941. A. סוּת lin. 2 scrib.: Verba Ibn Esrae, quae.

סור P. 944. B. סוּר no. 2: Difficile illud וַיָּסֹרּוּ עָלָיו 1 Reg. XXII, 32 a Chronista 2 Par. XVIII, 31 explicatur וַיָּסֹבּוּ עָלָיו. Ges. [Immo ita etiam 1 Reg. l. c. cum LXX. legendum esse videtur. Roed.]

P. 945. B. Ad rad. סוּר videtur posse referri, quod hic omissum est: סִיסְרָא (acies, cf. syr. ܣܝܣܪܐ „exercitus, acies, cuneus, coetus" auct. Ferrar. et Cast., fortasse pro סרסרתא, a rad. סוּר = سار adsiliit, impetum fecit) n. pr. m. 1) ducis Cananaei, qui exercitui Iabini regis praefectus, a Baraco fugatus et a Iaele muliere necatus est, Iud. IV, 2 sqq. Ps. LXXXIII, 10. — 2) viri Iudaei, Esr. II, 53. Neh. VII, 55. Ges. lex. man. [Quum سار illud sit syr. ܫܘܪ, chald. שׁוּר, cui in hebraeo quoque et cananaeo sermone congruum fuerit שׁוּר littera שׁ scriptum, nomen proprium סִיסְרָא forte putaveris redire ad rad. סרר arab. شرّ malus fuit, ita tamen ut non tam pravum et malignum, quam austerum, truculentum, severum et strenuum hominem significet, coll. germ. ein böser, schlimmer Mann, ut rad. באשׁ apud Aramaeos pravitatis, arab. بئس strenuitatis notionem habet. Sed optimum videtur esse quod proposuit Hamaker miscell. phoenic. p. 251, סִיסְרָא proprie significare *catenam*, coll. שַׁרְשְׁרָה, q. v. sub rad. שָׁרַר p. 1483, adde graec. *σισάριον* ornamentum mulierum, scil. catena. Cui sententiae Gesenius quoque accessit in nota manu sua scripta. Roed.]

סחף P. 946. A. סָחַף lin. 1 pro סֹחֵף scrib. שֹׁחֵף, et lin. 9 הִדַּף leg. הֲדַף Ges.

סין P. 948. A. סִינַי *Sinai*: Copiosam huius montis descriptionem doctamque eius historiam dedit Ed. Robinson Palaest. I, p. 145 — 187. Ges. [Omnia deinceps, quae ad hanc rem pertinent, scite collegit diligenterque digessit Car. Ritter Erdkunde vol. XIV. Adde Ed. Robinson Biblical Researches 2. ed. (Boston 1856. 8.) vol. I. p. 105 sqq. 588 sqq. — In Corano mons Sinai vocatur طُورُ سِينَآءَ (ut apud Ibn Haukal) Sur. XXIII, 20 (ubi alii legunt سِينَآء, alii سِينَا) et طُورُ سِينِينَ Sur. LXXXXV, 2. In significatione nominis definienda interpretes Corani fluctuant, plerique splendorem exponunt (arab. سَنَآء, سَنَا), unus adeo ad aethiopicum ሠናይ: recurrit et montem pulchrum interpretatur (al-Farrâ al-Baghawi, cod. Hal., ad Sur. LXXXXV, 2, v. Arnold chrestom. arab. p. 199). Forte aliquis dixerit סִינַי, pro סְנַי = שְׁנַי positum, montem dentatum i. e. plura cacumina habentem notare, cf. שֵׁן, ܫܢ et سن dens, cacumen montis, vid. שֵׁן no. 2 litt. b. Ego autem vix dubito, quin סִינַי sit mons *deo Luno* sacer (cf. Tuch in Zeitschrift der D. Morgenl. Ges. vol. III. 1849. p. 203), qui deus, a Sabiis Harranensibus potissimum, *Sin* (سين, ܣܝܢ) appellabatur, vid. Jacob Sarug. ap. Asseman. bibl. orient. I, 327, Michaelis lex. syr. p. 108, Bernstein in Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. IV. 1850. p. 316, Chwolsohn die Ssabier (St. Petersb. 1856. 8.) I, 403. 450. II, 22 sqq. 156 sqq. 808 sq. Roed.]

— - סִינִים: adde Vincent periplus of the Erythrean sea p. 484 sqq., Classical Journal 1811, III, p. 295. Ges.

P. 950. not. † lin. 3 a fine scrib.: Coreensi. Ges.

סיר P. 951. A. סִיר no. 2: [Cf. aegypt. ⲥⲟⲩⲣⲉ, ⲥⲟⲩⲣⲓ spina, tribulus, aculeus. Roed.]

סכך P. 952. A. סָךְ [Veteres intpp. fere omnes *umbraculum* reddunt, et sic etiam Saad. ظلال, coll. סֹךְ, sine idoneo sensu; sed ad usum talmud. cum aliis Rabbinis refert Abulwalides MS.: סָךְ . . . والاحسن عندى ان يكون مجانسا لقول الاوايل סך זבינתא الذى تفسيره جملة الشرا فدن تفسير כי אעבר בסך اذا جزت بالملا فى الجماعة احدوهم الى بيت الله اى اتبعهم واسوقهم i. e. סָךְ *me iudice optime refertur ad maiorum dictum* סך סבינתא, *quod significat summam emtionis; itaque verba* כִּי אֶעֱבֹר בַּסָּךְ (Ps. XLII, 5) *ita reddantur: quum praeterirem coetum in multitudine* hominum, *quos agerem ad templum Dei, hoc est, quos prosequerer propelleremque.* Roed.]

סכן P. 953. B. lin. ult.: R. Jona סֹכֵן et סֹכֶנֶת interpretatur אוֹצֵר, אוֹצֶרֶת: [nempe arab. الخازن i. e. *thesaurarius*. Ceterum cf. سَكَن i. q. اهل الدار domestici, schol. Harir. p. 119 ed. 1. Sac., سَكَن de uxore dictum ibid. p. 495. Roed.]

סכר P. 954. B. סָכַר [Cf. melit. *sakkar*. clausit ianuam pessulo vel vecte, *sakkâra* pessulus, vectis. Vassalli lex. p. 590. Roed.]

סלה P. 955. B. lin. 12: dele numerum I ante סָלָה. — lin. 7 a fin.: scrib. אֲשַׁעְה. Ges.

P. 956. B. סֶלָה: adde Augustin. in Ps. IV, Forkel Gesch. der Musik I, p. 329 sqq. Ges. [J. Ge. Sommer, bibl. Abhandll. 1, p. 1—84. — lin. 8: Ps. LXVIII, 8 Abulw. interpretatur قدما. — lin. 11. scrib.: ut רש״י pro ר׳ שלמה יצחקי. Roed.

סלך P. 957. A. סַלְכָה n. pr.: nunc صلخد *Salkhad*, E. Smith in Robins. Palaest. III, p. 913. Ges. [Vid. J. L. Porter, Five years in Damascus, Lond. 1855, 8., vol. II, p. 176—186. Roed.]

סלל — B. lin. 13 sqq.: dele verba „צַנְעֶנֶת — plexuit.“ Ges.

סלע P. 958. A. סָלַע prob. *glaber fuit*, סֶלַע pr. *lapis glaber*. Cf. arab. صلع calvus (pr. glaber) fuit, صَلْعَة lapis glaber, صَلْع et صُلاع saxum latum et durum, صَلْعاء arboribus nuda terra. Ges.

— - סֶלַע no. 2: Vid. etiam Robinson. Palaest. III, p. 60 sqq. 128 sqq. Ges.

— B. סָלְעָם unde סָלְעָם *locusta*: [Cf. arab. سلغف et سَلْعَف deglutivit. Roed.]

P. 959. B. סַמְגַּר Jer. XXXIX, 3 Hitzigius putat esse pers. جامگر „pocillator“, et ut nomen muneris ad antecedens, נְבוּ autem ad sequens nomen trahit. Ges. [Obstat, quod جامگر non potest significare eum qui poculum ministrat, sed cum qui pocula conficit, cf. شيشه‌گر, كوزه‌گر, كاسه‌گر all. Ceterum cf. n. pr. שַׁמְגַּר. Roed.]

— - סְמָדַר [In glossa Abulwalid. lin. 3 a fin. scrib.: فاذا هو من اقوى الادلّة. Roed.]

P. 960. not.*) lin. 5 a fin. [leg.: ומי הגפנים וסמדר מותרים בערלה. Ceterum tertius locus, quem Abulwalides affert, non est Mischnicus, sed, ut Kaempfius Pragensis per litteras interrogatus prompto animo me docuit, in Barajta extat tr. Baba Kamma fol. 58 b infra, quanquam in nostris editionibus pro המפסיד legitur המבכיר. Indicavit mihi idem vir doctus, Maimonidem ad Mischnae tr. Orla 1, 7 הסמדר explicare הפרח שממנו יהיה הפרי. Roed.]

סמך — B. Ad rad. סָמַךְ pertinet שְׂמִיכָה, quod infra positum est p. 1333. Ges.

סמל P. 961. A. סֶמֶל [Vide num hoc vc. aliquo modo coniunctum sit cum gr. *σμίλη*, q. e. scalprum sculptoris, *σμιλεύειν* sculpere, *σμίλευμα* opus sculptile. Roed.]

סמן P. 961. A. סָמַן: pr. *posuit*, *constituit*, ut aegypt. ⲤⲘⲚ est stabilire, ponere, fulcire, scil. transit. verbi ⲘⲚ durare, stare = hebr. אָמַן, copt. ⲘⲎⲚ manere. Ges.

סמר — - סָמַר [Abulwalid. ms.: الانتفاض والاقشعرار i. e. quassari horrore et tremere. Roed.]

— B. lin. 5 a fin. scrib.: Targ. Num. XVI, 14. Ges.

P. 962. A. סַנְחֵרִיב [Sanheribi Assyriae regis in Ninives ruinis plura monumenta detecta sunt, palatium praecipue illud quod prope pagum Koyungik obrutum per secula iacuerat. In inscriptionibus cuneatis illic in lucem protractis cum aliae eius expeditiones describuntur, tum belli, quod cum Hiskia Judaeorum rege gessit, mentio facta est: qua de re vide Layardi, Rawlinsonis, Hincksii, Opperti scripta, imprimis Rawlinsonis Outlines of Assyrian history, in „The XXIX annual Report of the R. Asiat. Society“ 1852. p. XXX sqq. Nomen litteris assyriis scriptum Hincksius sic legit *Sin-akhi-irib*, quod Oppertus in Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. X. 1856. p. 290 interpretatur: Sin (ܣܝܢ deus Lunus) fratres auget. Roed.]

P. 962. A. סַנַּפִּיר [Locus Mischnae, quem Abulwalides laudat, est in tr. Cholin c. 3, §. 7, corrigendum autem est הפורח. Praeterea סַנַּפִּיר aliquoties legitur in Gemara, ut Cholin fol. 27 b. 63 b. 66 a. b. 67 b. Roed.]

סעף — B. שְׂעִפִּים: Ut hoc retuli ad rad. סָעַף, sic aequo iure huc referendum mihi erat שַׂרְעַפִּים *cogitationes*, quod infra posui p. 1340. Ges. [Ceterum pro שְׂעִפִּים Iob. IV, 13 in pluribus codd. mss. legitur סְעִפִּים. Ad rad. סָעַף autem cf. arab. سعف fissuris affecta fuit manus, et سَعْفَة ramus palmae, cf. סְעִפּוֹת et סָעִיף no. 2. Roed.]

ספא P. 964. A. מִסְפּוֹא [שִׁבֹּלֶת שׁוּעָל *spica vulpis*, quod in Mischna legitur Kilajim c. 1. §. 1. Pesachim c. 2. §. 5, licet sit avena (Raschi = אבינא), maxime sterilis, *αἰγίλωψ*, tamen non credo Kimchium sic voluisse appellare id quod Arabibus vocatur قَتّ vel قِتّ (quo verbo Saadias quoque pro hebr. מִסְפּוֹא utitur). Id enim est Medica herba, nobis *Luzerne*, in Kamuso explicatur voce اسفست (= اسپست, سفست, in Kam. Turc. يونجه اسفست كبى), quae huius herbae persica appellatio est, arab. quoque فصفصة. — Onk. כִּסְתָא, Pesch. ܟܣܬܐ pabulum, intp. Samar. Gen. 24, 25 et 32 [Samaritan] id., et sic vel [Samaritan] etiam Gen. 42, 27 et 43, 24 scribendum pro [Samaritan]. Roed.]

ספד — סָפַד: cf. gr. *κόπτεσθαι* v. c. Matth. XI, 17. Ges.

ספן P. 965. B. סָפַן: cf. amhar. ሸፈነ: texit e. g. velo. Isenberg.

diction. amhar. p. 67. Ges. [Adde መጋረጃ: velum ibid. p. 28. — סִפּוּן Abulwalid. ms. exponit الستر والغطية. Roed.]

ספר P. 966. B. סֵפֶר no. 2, c. [סֹפֵר, denom. a סֵפֶר ductum, minus ad artem scribendi quam ad librorum maxime sacrorum cognitionem spectat et fere legis peritum notat. Roed.]

— - מִסְפָּר no. 2 infra: [adde Cor. II, 74. III, 23. XII, 20. Thaâlibi dicta ed. Valeton p. 36, l. 8. p. 40, l. 18 all. Roed.]

— B. מִסְפָּר adde: 3, n. pr. m. Esr. II, 2, pro quo מִסְפֶּרֶת Neh. VII, 7. Ges. lex. man.

— - סְפָר Gen. X, 30: vid. Roediger Versuch über himjar. Schriftmonumente, Halle 1841, p. 8. Ges. [Plura dedi ad Wellstedii itiner. II, 347 not. 317. Adde Jakut Muschtarik ed. Wüstenfeld. p. 301. Lex. geogr. ed. Juynboll. II, p. 222. Ritter Erdkunde XII, p. 251 sqq. Roed.]

P. 969. A. סְפָרַד: [Lassenius nuper in Encyclopaedia magna Halensi s. v. Persepolis (Sect. III. vol. 17. p. 362) contendit, SPaRDa illud in titulo cuneato indicare satrapiam Lydiam, ab urbe eius primaria, quae forte Svarda ab indigenis appellata fuerit, unde apud Graecos fieret *Σάρδεις*, apud Persas Sparda. Roed.]

— - סְפַרְוַיִם: [prob. eadem urbs, quae Sifris appellatur apud Procopium de bello Persico lib. I et apud Syros scriptores ܐܣܦܪܝܣ et ܣܦܪܝܣ, v. Assem. bibl. or. T. II. diss. de Monophys. §. IX. litt. l, T. I. p. 276. T. II. p. 338. In inscriptt. Assyriis quoque nomen Sippara legit cl. Rawlinsonus. Roed.]

P. 970. A. סַרְבָּלִין no. 1: huc pertinet quoque amhar. ሰናፊል: „*sanâfîl*, the better sort of Abyssinian drawers or trowsers Exod. XXXIX, 28." Isenberg diction. p. 59. Ges. [Zendicum autem *çdravâro* potius capitis operimentum significat. Roed.]

P. 972. A. סַרְגוֹן: [Huius regis palatium magnificum prope pagum Khorsâbâd detexit eruitque Botta Galliae consul. Nomen regis non tantum in monumentis illic repertis frequens est sed servatum etiam in appellatione صرعون, veteris urbis, ut ait Jacut geographus Arabs, quae in eo fere loco sita erat, ubi nunc est pagus Khorsâbâd, cf. Lex. geogr. ed. Juynboll. T. II, p. 153. Roed.]

סרה — - [Post rad. סָרַד adde: סָרָה rad. inusit. i. q. שָׂרָה, שָׁרָה *conseruit.* Hinc סִרְיוֹן m. plur. סִרְיֹנוֹת *lorica* (i. q. שִׁרְיוֹן q. v.) Jer. XLVI, 4. LI, 3. Roed.]

סרס P. 973. A. סָרִיס: In loco Kimchiano pro „testiculis *praeditus*" scribe: testiculis *privatus*. Ges. [Simile etymon apparet in pers. آختة castratus, a verbo آختن extrahere, spec. testiculos extrahere, castrare. Ceterum qui in aula othmanica olim Kyslar Aga vocabatur, nunc titulum habet دار السعادة الشريفة اغاسى. Roed.]

סתר P. 975. A. סָתַר: [Kal inusitatum est; nam quod Prov. XXII, 3 in Kethib est יסתר, id legi debet יִסָּתֵר, non יִסְתֹּר, huius enim formae vocales pertinent ad Keri נִסְתָּר, cf. XXVII, 12. Roed.]

ע

P. 976. B. ע litteram in nominibus geographicis rarissime eiici, observavit Robinson Palaest. II, p. 8 cf. p. 353 et III, p. 388. 439. 469. Cf. פָּשׁ s. rad. פָּשַׁע infra p. 1136. — Radices med. ע et med. ו inter se cognatas vide s. v. קָצַר p. 1225. — ע affine litterae ר et ל vide infra s. litt. ר p. 1245, adde צָלָה arab. صلا et صغا inclinavit. Ges.

P. 977. A. lin. 13 pro „Ekhlili" lege Ehkili. Ges.

עבד P. 979. B. עֲבֵד נְגוֹ: Sunt inter Iudaeos, qui נגו ex נֹגַהּ, i. e. stella Veneris, contractum esse dicant, non male. Ges. [Nescio an נְגוֹ fuerit extraneum nomen serpentis s. draconis divino honore culti, nempe sanscr. *nâga* serpens. Cf. narrationem apocrypham de Belo et dracone. נגו autem ex נבו factum esse, iam Saadias contendit, quanquam, ut Ibn Esra ait, id non probavit. Roed.]

עבר P. 984. B. עָבַר *Hiph.* no. 1, litt. d: 1 Sam. II, 24 fortasse est *ad iram incitavit*, cf. Hithpa. et עֶבְרָה, vel pro מַעֲבִרִים scribendum מַעֲבִדִים *fatigantes.* Ges. [Cf. Thenius ad h. l. Roed.]

עגב P. 988. B. עָגַב no. 2 *amavit:* Hanc significationem habet *ègéb* (i. e. عجب) in Ehkili, lingua Mahrae, provinciae Arabiae australis. Ges. [Vid. Fresnel in Journ. asiat. ser. III. tom. V. 1838. p. 513. Roed.]

עגר P. 990. A. עָגוּר: [*hirundo* sec. Abulwalidem quoque, cuius verba sunt: فسر فيه السنونية وفى الخطاف. Roed.]

עדה P. 992. A. עַד litt. C. no. 1: עַד אֲשֶׁר לֹא nonnunquam est *adeo ut non* 2 Sam. XVII, 13. 1 Reg. XVII, 17. Ges.

עוד P. 999. A. עוֹד no. 4: [Quod ʿ*âd* (pr. عاد 3. sing. perf.) in lingua Melitensi adverbialem usum imitatur, id ab eo loquendi genere profectum est, quod s. rad. שׁוּב tetigi p. 1372, ubi v. c. dicunt ما عاد يعرفنى non novit me amplius, ما عاد وضعنا nondum deponimus, v. Nawawi biograph. diction. ed. Wüstenf. p. 190, lin. 6. Adverbialem usum habes in lingua Jemenensium teste Niebuhrio, Beschr. von Arabien p. 86, v. c. *ettaʿam gâhel* ʿ*âdu* (الطعم جاهل عاده) holcus adhuc humilis est, ʿ*âd bo minhu* (عاد بِهِ منه) num adhuc superest aliquid? nec non ʿ*âdu* (عاده) nondum, prorsus ut apud Meli-

tenses (cf. gall. jamais, ital. mai), et apud Saadiam Jes. IX, 19: وعاد جايع et adhuc esuriens est, cf. V, 25. IX, 11. 16. 20 et X, 4, ubi Saadias pro hebr. וְעוֹד יָדוֹ נְטוּיָה ponit verba وعاد يده ممدودة. Roed.]

עוח P. 1000. B. עַיּוֹן n. pr.: [Fortasse hoc nomen servatur in hodierna appellatione Merǵ ʿAyûn, ubi collem ruinis tectum vidit Thomson Anglus. V. Robinson. Palaest. III, 887, van de Velde itiner. I, 88 ed. germ. Roed.]

עון P. 1001. B. עוֹנָה: [Ad hoc vc. ἅπαξ λεγόμενον pertinere videtur arab. عوان nupta, virum experta. Roed.]

— - מָעוֹן: [معان est locus, statio, sedes, vid lexx. s. radd. عان med. ى et معن. Roed.]

P. 1002. A. מָעוֹן no. 3. n. pr.: adde Robinson. Palaest. II, 422. Ges. [J. Wilson lands of the Bible I, 323 sq. Lex. geogr. ed. Juynboll. III, p. 118. Wallin in Journ. of the Geogr. Soc. of London, vol. XXIV. 1854. p. 121 sq. Roed.]

עוץ P. 1003. B. עוּץ: [Cf. W. Fries, das Land Uz: in Theol. Stud. u. Krit. 1854. p. 299 — 305. Roed.]

— - adde: יְעוּץ (consiliarius, a rad. עוץ no. I, vel a יָעַץ) n. pr. m. 1 Par. VIII, 10. Ges.

עור P. 1006. A. lin. 2. עִיר שֶׁמֶשׁ: Cf. בֵּית שֶׁמֶשׁ in Add. ad p. 196. A. Ges.

— - עוֹר: [Phoen. ערת cutis (victimae), inscr. Massil. lin. 4. 6. 8. 10. Roed.]

— B. [Ad rad. עור no. III. pertinet omissum vc.

מְעָרָה cstr. מְעָרַת pl. מְעָרוֹת *caverna, spelunca.* (Chald. מְעָרָא, syr. ܡܥܪܬܐ, arab. مغارة id.) 1 Sam. XXIV, 4. 9. Jes. XXXII, 14. Jer. VII, 11 all. Speluncis antrisque abundat Palaestina, eaque in V. T. saepe commemorantur ut latibula, quo homines refugiebant maxime in bellicis turbis aliisque vexationibus [Jos. X, 16 sqq. Iud. VI, 2. 1 Sam. XIII, 6. XXII, 1. 2 Sam. XXIII, 13. 1 Reg. XVIII, 4. 13. XIX, 9. 13. Jes. II, 19. Ez. XXXIII, 27), ubi habitabant (Gen. XIX, 30), et ubi mortuos condebant (Gen. XXIII, 9 sqq. XXV, 9. XLIX, 29 sqq. L, 13). — Jos. XIII, 4 מְעָרָה nonnullis est n. pr., ut Hieronymo (*Maara*), sine necessitate. Roed.]

עזב P. 1008. A. עָזַב no. 1. litt. a. עָצוּר וְעָזוּב: Cf. etiam locutionem הָרָוָה אֶת־הַצְּמֵאָה *irriguum cum sitiente* Deut. XXIX, 18. Ges. [Adde שֹׁגֵג וּמַשְׁגֶּה infra p. 1362 et quae ibi ex Arabismo attuli. Ceterum Ludovici de Dieu sententia, quam Keilius comm. ad 1 Reg. XIV, 10 inconsiderate secutus est, interpretatione Kamusi falsa et ridicula nititur; verba enim اعصر ابو قبيلة nil aliud significant nisi: A. est auctor gentis cuiusdam, scil. n. pr. viri. Roed.]

עזה P. 1009. A. Post rad. עָזַב adde:

עָזָה rad. inusit., arab. عزى *consolatus est*, unde יַעֲזִיאֵל (quem *Deus consolatur*) n. pr. m. 1 Par. XV, 18, pro quo vs. 20 עֲזִיאֵל.

יַעֲזִיָּה (quem *Jehova consolatur*) n. pr. m. 1 Par. XXIV, 26. 27.

מַעֲזְיָה et מַעַזְיָהוּ (solatium Jehovae) n. pr. m. 1 Par. XXIV, 18. Neh. X, 9. Ges. lex. man.

עזז — B. Adde: עֱזוּז m. *robur*, de potentia Dei Ps. LXXVIII, 4. CXLV, 6, de vehementia belli Jes. XLII, 25. Ges. lex. man.

— - עֵז *capra*: [cf. phoen. עז inscr. Massil. lin. 7. Roed.]

P. 1010. B. עֹז no. 4: [vid. Hupfeld. ad Ps. VIII, 3. Roed.]

— - עַזָּה *Gaza*: [Cf. K. B. Stark, Forschungen zur Gesch. u. Alterthumsk. des hellenist. Orients: Gaza etc. Jen. 1852. 8. Roed.]

P. 1011. A. lin. 2: pro „Kamez puro“ leg.: Kamez impuro. Ges.

עזר P. 1014. B. lin. 2: 2 Par. XXII, 6 pro עֲזַרְיָהוּ sine dubio scribendum est אֲחַזְיָהוּ, ut 2 Reg. VIII, 29 et ap. LXX: Ὀχοζίας. Ges.

עטף P. 1016. A. עָטַף no. 3: עָטוּף *debilis* i. q. arab. ضعيف, cf. rad. צָעַף. Ges.

עטר — - עֲטָרוֹת n. pr. no. 2: fortasse vicus, qui hodie vocatur ʿAtâra, in vertice montis situs. Cf. Onomast. s. v. Atharoth, Ἀρχιαταρώθ, Robinson. Palaest. III, 297 sq. Ges.

עים — B. עֵיטָם: 2 Par. XI, 6 Etam iuxta cum Bethlehemo et Thecoa nominatur. In Talmude Etam locus dicitur, unde aqua ducebatur ad templum Hierosolymitanum. Quaerendus igitur locus prope piscinas Salomonis in vicinia Bethlehemi, ubi nunc est vicus ruinosus, Ertâs nomine. Vid. Robins. Palaest. II, 167. 390. Cf. Relandi Palaest. p. 304. 558. Ges. [J. Wilson, lands of the Bible I, 389. Roed.]

עין P. 1019. A. עֵין גֶּדִי: Cf. Robinson. Palaest. III, 439 — 448. Ges.

— - עֵין גַּנִּים litt. β: Γινάια Josephi (Ant. XX, 6, 1. bell. iud. III, 3, 4), fortasse eadem urbs quae hodie appellatur Ǵenîn, Robins. Palaest. III, 386. Ges. [Sic quoque J. Wilson, lands of the Bible II, 84. Neque hoc mihi dubium est. Circumdatur urbs hortis fonte irrigatis meritoque olim nomen accepit עֵין גַּנִּים. Roed.]

— - עֵין דֹּאר: cf. Robinson. Palaest. III, 461. 468. Ges.

— - עַיִן litt. k, α: Jos. XXI, 16 pro עַיִן potius scribendum est עָשָׁן, ut 1 Par. VI, 44. Jos. XV, 42. LXX: Ἀσά. Vid. כּוּר עָשָׁן supra p. 672. Ges.

— - עַיִן litt. k, β: [הָעַיִן Num. XXXIV, 11 appellativum videtur esse et nil nisi fontem significare prope Riblam scaturientem. Cf. J. L. Porter, Five years in Damascus 1855. vol. II, p. 335 sq. Roed.]

— - litt. aa, עֵין רֹגֵל: vid. Robinson Pal. II, 138 — 142. Ges.

P. 1019. A. litt. bb: [Scrib.: עֵין הַתַּנִּין (fons draconis) fons etc. Roed.]

— - עֵינָן n. pr. urbis, vid. s. rad. עָנָה p. 1000.

עלה P. 1023. B. עָלָה *Hiph.* no. 2: Ad locum Nah. III, 3 illustrandum affero Jer. XLVI, 9: עֲלוּ הַסּוּסִים *erigite vos, equi!* (germ.: bäumet euch, ihr Rosse!). Parall.: insanite, currus! (raset, ihr Wagen!). Ges.

P. 1024. A. עַל subst. lin. 2: „c. acc. conj. עַל“ scrib.: c. acc. disjunct. עַל. Ges.

P. 1027. B. עַל praep. litt. e: Ad hunc usum nunc refero quoque Dan. II, 1: שְׁנָתוֹ נִהְיְתָה עָלָיו *somnus eius fuerat apud eum*, germ.: war dahin bei ihm. Ges. [Equidem in huiusmodi locutionibus semper aliquid inesse puto, quod animum molestia quadam gravatum monstret. Arabes dicunt: ما كدّر على خاطرى i. e. quod animum meum in me contristavit. In Libro hebraeo משלי סנדאבד ed. Venet. fol. 49, b: ויהפכו בניו עליו להקיא. Roed.]

P. 1030. A. adde: עֵלָּא chald., sq. מִן *super* Dan. VI, 3. Ges. lex. man.

— - adde: עִלָּי chald. *supremus, summus.* אֱלָהָא עִלָּאָה Dan. III, 26. 32. V, 18. 21, et simpl. עִלָּאָה IV, 14. 21. VII, 25, de Deo summo et unico. In Kethib ubique עליא, ad formam syr. ܥܠܝܐ. Ges. lex. man.

— B. מַעֲלֵה עַקְרַבִּים: Cf. Robinson. Palaest. III, 46. 172. Ges.

עלל P. 1034. B. adde: עֻלָּא (iugum) n. pr. m. 1 Par. VII, 39. Ges. lex. man.

עלם P. 1037. B. adde: יַעְלָם (quem *abscondit* Deus) n. pr. filii Esavi. Gen. XXXVI, 5. 14. Ges. lex. man.

עלס P. 1038. A. עָלַס: Ad hanc rad. revoco בַּעֲלִיס (i. q. בֶּן־עֲלִיס filius exsultationis, v. בִּדְקַר) n. pr. regis Ammonitarum. Jer. XL, 14. Nonnulli codd. suffragante Josepho (Ant. IX, 3) habent בעלים. Ges. lex. man.

עלק — B. עֲלוּקָה *hirudo:* Mirum in modum concinit sono vox sanscrita, quae hirudinem notat, *ģalukâ* s. *ģalaukâ*, sed tamen diversa est et a *ģala* (aqua) ducta. Vid. Pott in Zeitschr. für die Kunde des Morgenl. IV, 36. Ges.

עמד — - עָמַד *stetit.* [Huius significationis in lingua syriaca unum tantum vestigium extat in deriv. ܥܡܘܕܐ = עַמּוּד columna. Alius generis est ܥܡܕ (nec non ܥܡܕ secundum Lex. Adler.) baptizatus est, pr. autem immersus est, se immersit, vid. Barhebr. de amore div. ed. Leng. 1, 18. Id. in Horreo ad l. Iob. apud Bernst. chrestom. p. 209. Euseb. de Theophan. ed. Lee lib. I, sect. 17. Ephr. II, p. 367. C. (ubi leg. ܥܡܕܐ pro ܥܡܘܕܐ). Habes hunc significatum in arab. غمس immersit, cf. غمس id., غمد immersit (spec. gladium in vaginam), غمر submersit, ܥܡܫ immersit. Cf. Bernstein lex. ad chrestom. p. 378, et Benj. Davies, qui accurate hanc rem tractat in Bibliotheca sacra a. 1851. p. 554—563. Roed.]

עמם P. 1041. A. עַם no. 1: constr. cum plur. pronominis [1 Sam. II, 23]: מִכָּל־הָעָם אֵלֶּה. Ges.

P. 1042. A. עִם litt. d: [Verbis אָמְנָם כִּי אַתֶּם עָם Iob. XII, 2 simile est dictum poetae ap. Ibn Khallikan. ed. Wüstenfeld. no. 6 (P. I. p. 11): وكانّما انت الخليقة اجمع. — עַם no. 2: cf. Cor. Sur. VI, vs. 38, et מִשְׁפָּחָה no. 3. Roed.]

— B. עִם 1. d: adde Hos. XII, 1: רָד עִם אֵל, vid. rad. רוּד infra p. 1269. Ges.

עמס P. 1045. A. מַעֲמָסָה: Huiusmodi lapis, qui roboris experiendi causa tollitur, arabice appellatur ربيعة. Ges. [Et sic dicitur ربع الحجر et ارتبع sustulit lapidem roboris experiendi causa. Roed.]

עמק — B. lin. 20: pro Jos. XVII, 5 scrib.: Jes. XVII, 5. Ges.

עמר P. 1046. A. עֹמֶר no. 2: Quia mensura decimam Ephae partem continens alibi in Pentateucho עִשָּׂרוֹן nominatur, icirco J. D. Michaelis in supplemm. ad lexx. hebr. s. h. v. et Hengstenbergius Beiträge zur Einl. ins A. T. III, p. 212 עֹמֶר non tam certum mensurae genus fuisse contendunt, sed supellectilem Israelitarum, prob. catinum vel poculum, ut arab. غمر. Ges. [Id si concedatur, necesse est et hoc concedas, omnia pocula ista eiusdem fuisse magnitudinis; id enim ex tota illa narratione consequitur. Quae cum ita sint, nescio an multo sit probabilius, עֹמֶר certam constituisse mensuram. Quae sententia cum in verbis Exod. XVI, 36: וְהָעֹמֶר עֲשִׂרִית הָאֵיפָה הוּא (cf. Ez. XLV, 11) et vs. 18: וַיָּמֹדּוּ בָעֹמֶר (ut וַיָּמָד אַלְפַּיִם בָּאַמָּה Ez. XLVII, 3) habet quo nitatur, tum veterum interpretamentis commendatur, siquidem LXX nec ποτήριον, neque φιάλη, nec σκεῦος, nec ἀγγεῖον verterunt, sed ipsum hebraeum posuerunt γομόρ, Syr. ܓܡܘܪ mensura, Samar. ࠏࠌࠓ id., Saad. مرزبان, Pers. پيمانه mensura, Raschi: עומר שם מדה. Roed.]

— B. lin. 10. leg.: tiro Jovae. Ges.

עמש — - Post עָמַר pone: עָמַשׂ cum derivatis v. s. rad. עָמַס p. 1044.

ענב P. 1047. A. עֲנָב n. pr. oppidi: usque ad hunc diem ʿAnâb عناب, v. Robinson. Pal. II, 422. 423. Ges.

— - Adde: עֲנוּב (coniunctus) n. pr. m. 1 Par. IV, 8. Ges. lex. man.

ענה P. 1049. A. עָנָה II. *Niph.:* [Jes. LIII, 7 refero ad nr. 2, ut Ewaldus fecit atque David Luzzatto (ap. Ro-

senmüll. scholl. in compend. red.), qui verba talmudica affert: נִעֲנֵיתִי לָךְ מְחוֹל לִי me tibi submitto, da mihi veniam, Berachoth f. 28, a. Joma f. 22, b. Kethuboth f. 67, 6 (quae Raschi quidem explicat: דברתי יותר מדאי, et Buxtorf. in lex.: exoratus sum tibi, responsavi tibi: sed uterque falsus est. Roed.]

P. 1049. A. עָנֵר: Cf. Hitzig ad Ps. IX, 13. Ges. [it. Hupfeld. ad eundem locum Psalm. Roed.]

P. 1050. A. lin. 4. [leg.: Hengstenberg Christol. II, p. 127. ed. 1. Roed.]

P. 1051. A. Adde: יַעְנַי n. pr. m. 1 Par. V, 12. Ges. lex. man.

ענך P. 1052. A. תַּעְנָךְ: hodie vicus Taᶜannuk cum ruinis. Schubert itiner. III, 164. Robinson. Pal. III, 387. Ges.

עפל P. 1055. A. הָעֹפֶל: cf. Robinson. Pal. II, 29. Ges.

עקר P. 1062. A. עֶקְרוֹן: adde Robinson. Pal. III, 230 sqq. Ges.

ערב P. 1065. A. בֵּין הָעַרְבַּיִם: [Cf. Ideler Handb. der techn. Chronol. I, 483. Wieseler chronol. p. 343. Joh. v. Gumpach alttestam. Studien p. 224 — 236. Ewald. ad Ps. LXV, 7. Roed.]

— B. עֲרָב no. 2 *salix:* adde Lev. XXIII, 40, ubi עַרְבֵי נַחַל dictum est de salicum frondibus, quae in festo tabernaculorum gestantur. Ges. [Talmudici constanter utuntur singulari עֲרָבָה (Mischna tr. Succa c. 3, §. 3. 4. c. 4, §. 1. 3. 5, et Gemara ibid. fol. 42 sqq.), quae forma feminina communis est in lingua syriaca ܥܪܒܬܐ; eandem igitur, non עֲרָב, olim Hebraeis usitatam fuisse crediderim, licet syriace, certe Lexic. Adleriano teste, ܥܪܒܐ quoque dicitur, cui in lingua hebraea vel עָרָב vel עֶרֶב (cf. arab. غَرَبٌ) respondere poterat. Roed.]

P. 1066. B. הָעֲרָבָה: vid. Robinson. Palaest. III, 153 sqq. Ges.

ערד P. 1068. A. lin. 1: vid. Robinson. Pal. III, 12. 13. Ges.

ערה — B. lin. 13. [leg.: يَتَخَوَّفُ. Roed.]

ערף P. 1072. A. עֲרִיפִים: [Apud Saad. Jes. V, 30 أقطار sunt tractus coeli. Ceterum Saadias quoque צַר l. c. القمر lunam interpretatur, ut Dav. Kimchius. Roed.]

ערר P. 1074. A. עֲרוֹעֵר no. 2. litt. c: Hodie ab oriente Beersabae est Wadi ᶜAr âra عرعرة, v. Robinson. Pal. III, 181. Ges. [Cf. J. Wilson the lands of the Bible I, 346 sq. Roed.]

עשר P. 1078. B. עָשַׂר lin. 12 pro „Pi." scrib.: Kal. Ges. [Ibid. lin. 2 pro عَشَّرَ leg.: عَشَرَ. Roed.]

עשת P. 1080. A. adde: עָשַׁת rad. inusit., unde עַשְׁוָת n. pr. m. 1 Par. VII, 33. Ges. lex. man.

P. 1082. B. עַשְׁתֹּרֶת: [Templum Astartes in urbe Sidon ab Esmunazare rege eiusque matre Amastoreth, Astartes antistita (אמעשתרת כהנת עשתרת), extructum vel instauratum memoratur in epitaphio illius regis, eiusdem sarcophago inscripto lin. 14 — 18. — Caput statuae Astartes detruncatum in ruinis urbis Basaniticae קְנָת = قنوات nuper invenit J. L. Porter, vid. imaginem in eius libro: Five Years in Damascus, vol. II, p. 106. Astarten cornutam in monumentis Aegyptiis pictam exhibet Rosellinius monum. stor. tab. 48. 52. 56. 59, imagines deae Phoenicias Ed. Gerhardus, Ueber die Kunst der Phoen. tab. 3. n. 11. 12. 13. 24. — In inscriptionibus cuneatis Astarte vocatur Yastara, ut Rawlinsonus, vel Ischtar, ut Hincksius legit, idemque nomen appellativum est et deam significat, v. Rawl. in Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XII, p. 449. 466 eiusque Outlines of Assyrian History in The XIX. annual Report of the R. As. Soc. 1852. p. XX. — עתתר in inscriptt. Himyaricis Arnaudianis (Journ. asiat. 1845. Sept. — Oct.) n. XV. XL. lin. 1. LV. lin. 5. LVI. lin. 4 a fin. (cf. Fresnel ib. p. 196) deus potius ἀφροδίσιος, quam dea fuisse videtur, cf. Selden. de dîs Syris syntagma II, c. 2. p. 239 ed. Lips. 1668. 8. Roed.]

P. 1083. A. עַשְׁתְּרוֹת צֹאן: [In verbis Abulwalidis sec. Schnurreri apographum scrib. أخرى (אחרי), non أخرى (אכ֗רי), item كانت pro كانه, et والمراة pro والمراة עש' צ' נעשתרות צאנך. Sic verte: ע' צ' *est i. q. arab.* جفرات غنمك *agni gregis tui; arabicum autem* جَفْرٌ *notat foetum ovis praestantiorem;* עַשְׁתֹּרֶת vero *et* לַעַשְׁתָּרוֹת Iud. II, 13] *bina nomina sunt simulacrorum, quae* talium *agnorum figuram habebant.* ceterum ע' צ' *secundum interpretes femellas potissimum designat.* Roed.]

— עַשְׁתָּרוֹת no. 3. [Huius urbis ruinas, hodie *Tell ᶜAschtereh* appellatas, descripsit Newbold Anglus in Journ. of the R. Geogr. Soc. vol. XVI, p. 332 sq. Roed.]

עתם P. 1084. A. lin. 5 a fin. scrib.: عُتْمٌ.

פ

פאה P. 1086. A. [In glossa Abulwalidis lin. 1 ante عملى adde هو, lin. 2 تفسى (תפס') est pro تفسيره, lin. 3 scrib. اقصيهم, lin. 7 فاشتقوا, deinde اشْتَقَّه. Sic enim haec scripta sunt in Gesenii apographo. Roed.]

P. 1087. A. פֶּה no. 1: [Aeth. አፍ: non est *facies,* sed *os,* neque pertinet ad rad. אָנַף, sed ad אָפָה = פָּאָה, plur. enim est አፈው: Roed.]

P. 1089. A. Ad rad. פָּאָה praeterea videtur pertinere: מְפִיבֹשֶׁת et מְפִבֹשֶׁת (contr. ex מִפְּאֵר בֹּשֶׁת sec. Simon. exterminans idolum) n. pr. m. 1) 2 Sam. XXI, 8. — 2) 2 Sam. IV, 4. IX, 6. Ges. lex. man. — פִּיתֹם n. pr. vid. s. rad. פָּתַם p. 1140.

פרה P. 1092. A. adde: יִפְדְיָה (quem Jehova liberat) n. pr. m. 1 Par. VIII, 25. Ges. lex. man.

פים P. 1093. B. פּוּט n. pr. [Hoc nomen litteris cuneatis *Putiyd* scriptum extat in epitaphio Darii regis, ut dudum Hitzigius monstravit, cui Rawlinsonus et Oppertus adstipulati sunt. Roed.]

פזז P. 1097. A. lin. 14: Pro فض scrib.: فضة. Ges.

– B. lin. 7: [Pro فاشدت scrib.: فاشتدت. — lin. 21: pro متكحرم scrib.: محتزم. Roed.]

פלה P. 1104. B. פְּלֹנִי no. 2: Quod 1 Par. XI, 27 [nec non XXVII, 10] legitur הַפְּלוֹנִי, id secundum loc. parall. 2 Sam. 23, 26 corrigendum est הַפַּלְטִי, 1 Par. XI, 36 autem pro הַפְּלֹנִי ex 2 Sam. XXIII, 34 restituendum הַגִּלֹנִי. Ges.

פלם P. 1105. A. פָּלִיט adde: i. q. פָּלֵט.

— B. פַּלְטִי. [Adde: 3) הַפַּלְטִי n. pr. m. (sive n. patron. a n. pr. פֶּלֶט, sive gentil. a n. pr. oppidi בֵּית פֶּלֶט, q. v. p. 195, litt. II.) 2 Sam. XXIII, 34. Roed.]

— – adde: יַפְלֵט (quem Deus *liberat*) n. pr. m. 1 Par. VII, 32. 33. — Patron. יַפְלֵטִי Jos. XVI, 3. Ges. lex. man.

פלץ P. 1107. A. מִפְלֶצֶת *horror* vel potius *horrendum, verendum* i. e. phallus. Vulg. in lib. Reg.: simulacrum turpissimum — in sacris Priapi, 2 Par. l. c.: simulacrum Priapi. Cf. Movers Phoen. I, p. 571. [Thenius, Bertheau ad ll. cc.]. Ges.

פנג P. 1108. A. פַּנַּג: [Abulw. شهد i. e. mel. Roed.]

פנה — B. פָּנִים: in lingua Ehkili *fené* facies. Ges. [Cf. amhar. ፊት: „the face, countenance, the anterior part, the surface, the outside of a thing; በፊት: (= בִּפְנֵי) before." Isenberg dictionary p. 194. Roed.]

P. 1111. A. לִפְנֵי: Adde Jer. XXXIX, 16: וְהָיוּ לְפָנֶיךָ *et erunt* (illa verba) *coram te*, tibi manifesta erunt. Ges.

P. 1113. A. adde: יְפֻנֶּה (fort. cui via *paratur*, vid. rad. s. Pi.) n. pr. 1) patris Calebi Jos. XV, 13. Num. XIII, 6. XIV, 6. — 2) alius viri 1 Par. VII, 38. Ges. lex. man.

פנק P. 1114. A. פָּנַק [Praeter פַּרְנֵק oblectavit, cum hebr. Pi. cf. chald. פַּנֵּק delicate habuit et nutrivit, unde מְפַנַּק delicatus, v. Buxt. lex. Roed.]

P. 1116. B. פְּסַנְטֵרִין: Terminationis *ιον* in *in* contractae exempla sunt קִילוֹרִין *κολλάριον*, קילורין *κολλύριον*, ܩܘܡܛܝܪܝܢ *κοιμητήριον*, *παλάτιν* et *ὑπάτιν* apud Malalam, *ιος* in *is*, קִירִיס *κύριος*. Ges. [Exempla passim obvia sunt in inscriptionibus graecis, apud scriptores nonnullos Byzantinos et in hodierna Graecorum lingua, ut *μανιάκιν, μάτιν* (= *ὀμμάτιον*), *Δημήτρις, Βάκχις* all. Cf. Keil spec. onomatologi graeci p. 78 sq. Ross inscr. gr. ined. II, p. 88. Mullach Gramm. der griech. Vulgarsprache p. 157. 173, plurima autem in graecis verbis, quae Syri, Arabes et Judaei recentiores in scripta sua receperunt. Roed.]

פעה P. 1117. B. פָּעוּ [Hoc legitur Gen. l. c., פָּעִי 1 Par. I, 50. Roed.]

פעם P. 1118. B. פַּעַם: Extat in lingua Ehkili فعيم *faim* pedes, auctore Fresnelio. Ges. [Sing. فعم *faʿm* pes, ut ait Fresnel in notis mss., quae penes me sunt. In lingua Phoen. quoque extat פעם pes, vid. inscr. Massil. lin. 4. 6. 8 et 10. Roed.]

פקד P. 1121. A. פְּקִדוּת potius est *custodia* (Aufseheramt). Hinc Jer. XXXVII, 13: בַּעַל פְּקִדוּת custos (ad portam urbis). Ges.

פרה P. 1125. B. lin. 3: [Talm. אפוריא, cum praepositione compositum, semper significat *in lectum*, ut recte monuit Delitzschius comm. ad Cant. p. 25. — Adde syr. ܦܘܪܝܐ sec. lex. Adler. i. q. سرير, مخفة, كرسي. Ceterum scrib. ܦܘܪܝܐ. Roed.]

פרם P. 1127. A. פֶּרֶט: [In verbis Abulw. lin. 9 pro النجس sine dubio scribendum النغم i. e. *cantum*. In MS. est אלנגם. — Ibid. الذى dictum est pro الذين, ut solet in sermone vulgari. — المنثر et انتثر in ipso codice scriptum est pro المنتثر et انتثر. Roed.]

פרס P. 1128. B. [Ad hunc locum Gesenius p. 143 ablegavit quidem nomina propria, quae sequuntur, sed promissi sui oblitus est.]

אֲפָרְסָיֵא [in libris nonnullis אֲפָרְסָיֵא] chald. plur. n. pr. gentis, ex qua in Samariam colonia deducta est Esr. IV, 9. Hillerus [onomast. p. 655] Parrhasios Mediae orientalis gentem intelligit, nos [ut Raschi] ipsos *Persas* intelligere malumus. Aleph est prostheticum. Ges. lex. man.

אֲפַרְסְכָיֵא Esr. V, 6 et אֲפַרְסַתְכָיֵא Esr. IV, 9 chald. plur. n. pr. duarum gentium assyriarum aliunde non cognitarum, nisi forte pro una eademque habendae. Satis idonee [a Hillero onomast. p. 655. 745] comparantur *Paraetaceni* Persiam inter et Mediam habitantes, de quibus Herod. I, 101. [Plin. hist. nat. VI, 16. Strab. Diod. all.]. Ges. [In inscriptionis magnae Bagistanensis parte ea, quam scythicam appellare solent, *Afarti* nomen legitur Susianorum, quod cum nomine *Ἄμαρδοι* vel *Μάρδοι* (Strab. XI, 13, §. 3. 6) comparat doctus Norris in Journ. of the Royal Asiat. Society vol. XV, p. 164. Indeque Rawlinsonus (ibid. p. 239) sollerter concludit, אֲפַרְסְכָיֵא esse *Afar-Sacae*, et אֲפַרְסַתְכָיֵא *Afar Sittaces*. Roed.]

פרע P. 1129. B. lin. 5. [pro فراعنة scrib. فراعنة i. e. Pharaones, plur. nominis فرعون. Roed.]

— – פַּרְעֹה: vid. etiam Wilkinson, Egypt and Thebes p. 5, eiusd. Customs and Manners of the Egyptians I, 43, Leemans monum. p. 25. Ges.

פרר P. 1132. A. פַּרְפַּר [prob. is fluvius est qui hodie Aʿwag نهر الاعوج vocatur, vid. Add. ad אֲמָנָה p. 70 et

Robinson Neuere bibl. Forschungen in Paläst. p. 583. Roed.]

P. 1133. B. פַּרְשֶׁגֶן et פַּתְשֶׁגֶן: [Gesenius, licet lectores ad „Appendicem" ablegct, nihil tamen de his vocabulis scriptum reliquit. Nuper autem de iis egerunt Gildemeister in Zeitschr. für die Kunde des Morgenl. IV, p. 208 sqq., Oppert in Journ. asiat. 1851. Febr. p. 278, et Haug in Ewaldi Jahrb. V. p. 163. Atque hoc iam extra dubium positum est, 1) illis verbis proprie non *edictum* significari, sed *exemplar*, *ἀπόγραφον* vel *ἀντίγραφον*, id quod cum Gesenio recte contendit Gildemeister, qui armen. quoque *patgên* affert, quod eandem habet significationem (zab. פארשיגנא de exemplo quo aliquid probetur, v. Stäudlin Beiträge V, 22); 2) compositi persici partem priorem in una forma פַּת־ esse praepositionem *pati* (zend. *paiti*, sanscr. *prati*, prakrit. *pati*, gr. *προτί* et *ποτί* = *πρός*, cf. פַּתְבַּג et פִּתְגָּם), in altera פַּר־ praep. *fra* (sanscr. *pra*, gr. et lat. *πρό*, pro, neopers. فر *far*, v. c. in فرمودن). Altera pars difficilius explicanda, prob. ducenda ab rad. vet. pers. *thah* = sanscr. *çañs*, zend. *çâh*, *çangh*, *çĕngh* dicere, praedicare, ita ut verba illa in lingua vetere persica essent *patithañhana* et *frathañhana*. Roed.]

P. 1134. A. פַּרְשֵׁז: [Cogn. etiam sunt arab. فرشح pedes disiunxit, syr. ܦܘܪܫܚܐ divaricatio, it. hebr. פָּשַׂק = arab. فشج divaricavit crura, فشح id. Roed.]

פרת P. 1135. A. פְּרָת: [Euphratis nomen *Ufratus* (casu nomin.) in inscript. Darii magna Bagistan. col. I. lin. 92 legitur. Zend. *frathô* latitudo, v. Burnouf Yaçna, notes p. 12. 20. Roed.]

פשט — B. פָּשַׁט fut. יִפְשֹׁט [semel יִפְשׁוֹט 1 Sam. XIX, 24. Roed.]

— - פִּשֵּׁט *Pi.* [non est causat. „exuere fecit", sed iterat. *spoliavit multos*, ut קִבֵּר sepelivit multos, et similia. Roed.]

P. 1137. A. פַּתְבַּג: [pr. portio additicia, compos. ex *pati* = sanscr. *prati* = gr. *προτί*, *ποτί*, *πρός* (cf. modo dicta ad פַּרְשֶׁגֶן) et sanscr. *bhaga* s. *bhâga* portio; cf. sanscr. *pratibhâga* i. e. sec. Wilsoni lex.: *a share of small articles, as fruit, flowers etc. paid daily to the Raja for household expenditure.* Athen. XI. p. 503. F.: *Δίνων ἐν τρίτῳ Περσικῶν φησιν οὕτως· ἔστι δὲ ποτίβαζις ἄρτος κρίθινος καὶ πύρινος ὀπτὸς καὶ κυπαρίσσου στέφανος καὶ οἶνος κεκραμένος ἐν ᾠῷ χρυσῷ, ου αὐτὸς βασιλεὺς πίνει.* Vid. Gildemeister in Zeitschr. für die Kunde des Morgenl. IV. p. 213 sqq. Haug in Ewaldi Jahrb. V. p. 164 et in Zeitschr. der D. Morg. Ges. IX, p. 698. — Ceterum in verbis Judae pro مظيرة scrib. مصيرة (Ms. מצירה). Roed.]

— - פִּתְגָּם: [Et hoc sine dubio persicum est, compositum ex praep. *pati* (vid. ad פַּתְבַּג) et rad. *gam* ire, et proprie notare videtur id quod perfertur ad aliquem, germ. was einem zugeht, Zufertigung, hinc mandatum regis; postea autem eius significatio ita amplificata est, ut rem quamcunque nuntiatam notaret et adeo synonymum fieret verbi hebraei דָּבָר. Vid. Gildemeister l. c. p. 214. Adde armen. *padkam* mandatum, dein verbum. Roed.]

פתה P. 1138. A. פִּתָּה *Pi.*: [Ita arab. فَتَّاهُ إِبْلِيس seduxit eum diabolus, quod apud poetam legi. Roed.]

פתח P. 1139. A. lin. 13 [lege: manum aperire. Roed.]

P. 1141. B. פַּתְרוֹס: [Quum ⲡⲁⲧⲟⲩⲣⲏⲥ ventum tantum significet ab austro flantem, non regionem australem, et nomen Aegypti superioris in scriptura demotica ⲡⲁϩⲁⲑⲱⲣ sonet, Brugschius praefert interpretationem: regio sacra Hathori, vid. eius Lettre à M. le vicomte Emmanuel de Rougé au sujet de la découverte d'un Ms. bilingue sur papyrus, Berol. 1850. 4. p. 35 sq. — Nominum Aegypti et Thebaidis iunctim positorum exempla ex scriptoribus ecclesiasticis plura affert Abraham Ecchellensis in Eutych. vindicat. P. I. p. 118. 119. Roed.]

צ

צאל P. 1144. A. צֶאֱלִים: [Quod in loco Abulwalidis cod. ms. offert صدر البرى, id rectius scribitur السدر البرى lotus silvestris. Roed.]

צבה P. 1148. A. adde: מְצֹבָיָה n. pr. loci aliunde ignoti 1 Par. XI, 47. Ges. lex. man. [Nomen articulo auctum הַמְּצֹבָיָה, sive aliquo modo nomini antecedenti adiungendum, sive emendandum est, fort. הַמְּצֹבִי *Mesobaeus*, Bertheau coniicit מִצֹּבָה ex urbe Soba. Roed.]

צבע — B. צָבַע: cf. amhar. ጠበቀ፡ tinxit. Ges.

צדד P. 1149. B. צְדָד n. pr. [Hodiernum oppidum Sadad commemorant Abulfida annal. II. p. 496, Wood and Dawkins ruins of Palmyra and Baalbek p. 54, J. L. Porter Five years in Damascus, Lond. 1855, vol. II. p. 354 sqq. Roed.]

צדק P. 1150. B. צָדוֹק n. pr. no. 2: [Hic est sacerdos ille summus, Davidi regi eiusque filio Salomoni addictus 2 Sam. XIX, 11. XX, 25. 1 Reg. I, 8. 26. 32. 34 sqq. II, 35. 1 Par. V, 34. VI, 8. 53. XXIX, 22, cuius posteri vocantur בְּנֵי צָדוֹק Ez. XL, 46. XLIII, 19. XLIV, 15. XLVII, 11. Roed.]

צהר P. 1152. B. צֹהַר Gen. VI, 16: [Abulwalid. צֹהַר مضوا اى كوة يدخل منها الضوء i. e. 'צ *est locus lucis seu fenestra per quam lux intrat.* (مضوى pl. مضاو Ibn G'ubair itiner. ed. Wright p. 81. lin. 17. 19.) Roed.]

ציד P. 1154. B. צִידוֹן: cf. Edrisi ed. Jaubert I, 354. Ges. [Movers Phoen. II, 1. p. 92 sqq. Hodiernae urbis descriptionem dedit van de Velde itiner. ed. germ.

l. p. 62 sqq., imaginem delineavit Bartlett in libro The Christian in Palestine p. 39. Roed.]

צוה P. 1156. B. צִי lin. 2: [Targ. Onk. Num. XXIV, 24 pro צִיָּן alii legunt סִיעָן turmae, ut Pesch. ܠܓܝܘܢ̈ܐ legiones. — Quae lin. 4 sq. de Saadiae interpretatione dicta sunt, in errore versantur. — lin. 6 pro דִּירְנֵי בִּבְתָא scrib. בִּירְנֵי רַבְּתָא. Roed.]

— - צִיּוּן: [In verbis Tanchumi ad Jer. l. c. lege: وكذلك يقول الاوايل. Roed.]

צוף P. 1158. A. צוּף no. 2: Est צוּף etiam n. pr. terrae s. regionis 1 Sam. IX, 5. Ges.

— - צַפְצָפָה: adde amhar. ሰፍሰፍ: salix Jes. XV, 7. Isenberg dict. p. 62. Ges.

— - not. *): [In Bar Alii etiam cod. Gothano et in Lex. Adler. luculenter scriptum exstat ܦܨܦܨܐ, eaque forma in chaldaicis quoque libris ubique restituenda est unice vera. Roed.]

צור P. 1161. A. lin. 4 scrib. بيت. — De Tyro vid. Edrisi ed. Jaubert I, 349. Benj. Tudel. ed. Asher I. p. 30 cf. II. p. 73 sqq. De Bertou notice on the site of ancient Tyre, in The Journal of the R. Geogr. Soc. vol. IX. p. 268. Irby and Mangles travels p. 197. Ges. [Adde Robinson Palaest. III, 664 sqq. Movers Phoen. II, 1. all. Roed.]

P. 1162. A. lin. ult. [scrib.: צַוְּאר c. suff. צַוְּארָךְ chald. id. Roed.]

צלח P. 1166. A. צָלַח no. 3: Cf. amhar. ሰላ: bene processit res. Ges.

צנף P. 1175. B. מִצְנֶפֶת: [Idem fere significat verbum syr., a Castello et Michaeli omissum, ܡܨܢܦܬܐ, quod in Pesch. ubique pro hebr. מִצְנֶפֶת positum est (Ex. XXVIII, 4 etc. cf. Ephr. opp. I, 140. A.) et pileum quoque patriarcharum Maronitarum significat (v. J. Aloys. Assemani cod. liturg. ecclesiae universae P. III. p. 67. 243. P. II. p. 142, cf. Nic. Wiseman horae syr. I. p. 125), nec non amictum Phrygio opere, qui ad paramenta episcoporum Jacobitarum pertinet (Assem. bibl. or. tom. II. diss. de monophys. §. IX litt. *k*). Bar Ali fluctuans varia dat interpretamenta: ܡܨܢܦܬܐ العمامة او الردا او الخمار او المقنعة قلنسوة نصيف خرقة عصابة شستكه. Ex his عمامة est fascia virorum, commune capitis tegumentum (Turban), رداء pallium, خمار capitis operimentum (v. Gol. lex., Hamas. p. 816, Makrizi ap. Arnold. chrest. p. 155. lin. 7), مقنعة calartica (v. Gol.), قلنسوة pileus, mitra, نصيف calyptra, cidaris, خرقة pallium (v. Dozy diction. des noms des vêtemens p. 153 sq. 437), عصابة vitta, cidaris (Dozy ibid. p. 300 sqq.), شستكه denique voc. pers., in cod. Gothano non perspicue scriptum, reticulum esse suspicor. ܡܨܢܦܬܐ apud Ferrarium nomencl. syr. p. 327 exponitur: pileus, galerus, mitra, tiara, cidaris. Lex. Adl.: ܡܨܢܦܬܐ مصنفة عمامة عصبة تاج منديل. Roed.]

צער P. 1178. B. צֹעַר n. pr. oppidi: vid. Robinson Palaest. III, 21. 755 sqq. Ges.

צפה P. 1179. B. צְפַת n. pr.: Congruum est nomen *as-Safâh* الصفة, quod hodie gerunt pylae in monte praerupto, per quas ab austro ascenditur ad Palaestinam, vid. Seetzen in von Zach monatl. Corresp. XVII. p. 134 sq., Bertou in Bulletin de la Soc. de géogr. 1839. Jun. p. 323, Schubert itiner. II, 448, et inprimis Robinson Pal. III, 145 sqq. Ges. [Cf. quae contra monuit Tuch in Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. I. p. 183 sq. Roed.]

— - מִצְפָּה no. 2: Hoc oppidum Robinson (Pal. II. 362) non sine veri similitudine situm fuisse credit in monte, qui ab Hierosolymis caurum versus duarum horarum spatio abest et *Neby Samwîl* (St. Samuel) hodie appellatur. Sed nescio an Mizpa ibi potius quaerendum sit, ubi nunc est *Soba* صوبا, cuius ipsum nomen aliquo modo cum nomine מִצְפָּה cohaerere possit, quanquam Soba ex sententia Robinsonis Rama Samuelis fuerit. Ges.

צפח P. 1180. A. צַפַּחַת: cf. etiam. arab. شَبَحَ latus fuit, شَبَّحَ extendit, expandit. Ges.

P. 1181. B. צָפְנַת פַּעְנֵחַ: Iam Ewaldus annotavit (gramm. hebr. ed. 3. 1838. § 95), צָפְנַת ex צְפוּנַת inversum esse. Ges. [Novam huius tituli aegyptiaci interpretationem attulit Brugschius in „Lettre à M. le vicomte E. de Rougé au sujet de la découverte d'un ms. bilingue sur papyrus“ (Berol. 1850. 4.) p. 52: *p.so-nto-p.anch* i. e. princeps mundi vitae. (Mundum vitae Aegyptii appellabant orcum occidentalem, ubi sol occidens delitescit, alias *Ament.*) Sed nescio, quomodo hoc ad Josephi munus honorificum possit referri. Roed.]

צפר P. 1183. A. צָפַר no. 3. [In Abulwalidianis lin. 3 in ms. legitur التى تدار على الراس, et lin. 5 init. والكعب. — De rad. צפר data opera disputavit F. Böttcher in Hoeferi Zeitschrift III, p. 1 sqq. Roed.]

P. 1184. A. צִפּוֹר: [cf. phoen. צפר inscr. Massil. l. 12. 15. Roed.]

צרע P. 1187. A. צָרְעָה n. pr. [Simsonis patria, hodie vicus *Sûr'ah* صرعة. Agnovit locum Robinson in priore suo itinere a. 1838 suscepto (Palaest. II, 592. 599.), postea ipsum vicum adiit anno 1852 (v. ejusd. Neuere bibl. Forschungen in Palaest. p. 200. Roed.]

— - adde: צְרוּעָה (leprosa) n. pr. matris Jerobeami 1 Reg. XI, 26. Ges. lex. man.

צרף — B. adde: מַצְרֵף m. *catinus liquatorius* aurifices Prov. XVII, 3. XXVII, 21. Ges. lex. man.

P. 1189. A. adde: צָרְתָן n. pr. urbis in tribu Manasse Jos. III, 16. 1 Reg. IV, 12. VII, 46. Vid. צְרֵדָה supra p. 1185. Ges.

ק

P. 1189. A. lin. 12. [lege: i. q. قفّا. Roed.]

קבב — B. lin. 16 a fin. scrib. קֻבָּה. Ges.

קבע P. 1190. B. קֹבַע: [De syr. ܩܘܒܥܐ pro hebr. וָו posito Ex. 26, 32. 37. 27, 10. 11. 38, 10. 11. 12. 17. iam J. D. Michaelis recte indicavit. Est tamen etiam *pileus* Ephr. I, 230. C., demin. ܩܘܒܥܘܢܐ cucullа episcoporum, Assem. bibl. or. II, diss. de Monophys. §. IX. init. litt. *k*. Roed.]

קדם P. 1194. B. נַחַל קְדוּמִים: Hunc rivum Benjaminus Tudel. (I, p. 77. ed. Asher.) prope Accam in mare influere tradit. Intellexit sine dubio Kisonem, hodie vocatum نهر القطع, et recte quidem. Ges.

קדש P. 1197. A. קָדֵשׁ no. 2: Kades Barnea ibi quaerendum esse, ubi nunc est ʿ*Ain el-Weibeh*, fons trium fere horarum spatio a Wady Musa caurum versus distans, Robinsonis sententia est probabilis, v. eius Palaest. III, 137 sqq. 171 sqq. Ges. [J. Rowlands (apud G. Williams, the Holy City, vol. I, p. 488, ed. II. p. 466) Kades se repperisse putat in deserto occidentali, prope viam magnam, quae ab Aila s. Akaba ducit Beersabam, ubi nomen ʿ*Ain Kŭdês* se audivisse ait fonti proprium. Huic sententiae adstipulantur Tuch (Zeitschr. der d. morg. Ges. I, 184 sqq.), Winer (Bibl. Realwörterb. I, p. 641), et W. Fries (in Theol. Studien u. Krit. 1854. p. 50 sqq.); contradicit Robinson (in Bibliotheca sacra, vol. VI. 1849. p. 377 sqq. et Biblical Researches in Palestine ed. 2. vol. II, p. 194), qui illud ʿAin Kŭdês nil esse suspicatur nisi nomen ʿAin el-Kudeirât perperam acceptum; ad hunc enim locum Rowlandsius videtur collineare, Kudeirât autem est nomen tribus Arabicae et ad Kades nil pertinet. Cf. etiam Raumer Palaest. ed. 3., Ewald Gesch. des Volkes Israel II, p. 250 ed. 2., Ritter Erdkunde vol. XIV, p. 1077 sqq. Roed.]

P. 1198. A. קֶדֶשׁ n. pr. no. 2: hodie vicus *Kedes* cum ruinis, v. Robins. Palaest. III, 622. Ges. [Cf. De Forest in The Journ. of the American Oriental Society vol. II, 1851. p. 242 sq. Roed.]

קהל P. 1200. A. lin. 3: [scrib. عَلَّامَةٌ. Vim intensivam habent طاغية tyrannus, خائنة valde perfidus, خافية prorsus occultus, راقية veneficus magnus, نسابة genealogiae valde peritus, alia. Roed.]

קום P. 1202. B. lin. 8: יְקוּם Iob. VIII, 14 [Gesenius neque hic neque s. rad. קָטַט, quo lectorem ablegat, de hoc vocabulo egit. De mea quidem sententia est a verbo intrans. קוּט = arab. قاص med. ى rimas egit solutis compagibus, fissuras habuit, v. c. ovum, vas, murus, aedificium (etiam trans., ut قاص med. و rupit, fidit), VII fissus ac dissolutus fuit citra ruinam, germ. brüchig sein, Iob. l. c. de spe et fiducia fragili. Cf. arab. نقص. Roed.]

קום P. 1206. A. קוֹמָה: [Adde arab. قامة statura, قوام id. Roed.]

קין P. 1207. B. lin. 2: [Adde arab. قَيْن faber ferrarius. Roed.]

קוף P. 1208. A. קוֹף: In monumento Aegyptiaco cercopitheci imagini adscriptum est nomen *KaF*, vid. Rosellini mon. civ. I, 214. Ges. [Persicum quoque est كپى et كبى simia. Roed.]

קור P. 1209. B. *Pilp.* קַרְקַר [scrib. קַרְקֵר, vid. Num. l. c. Roed.]

קטן P. 1212. B. קָטַת scrib.: n. pr. oppidi Sebulonitarum. Ges.

— יָקְטָן: [Pro جُرْهُم leg. جُرْهُم. Roed.]

P. 1214. A. קִיקָיוֹן: [Ricinum esse, John Forbes Royle quoque, doctus rei herbariae existimator Anglus, iudicat (apud Kitto, Cyclopaedia of biblical literature, vol. II, p. 203 sq.], item C. E. Stowe (in Biblioth. sacra vol. X. 1853. p. 760 et vol. XII. 1855. p. 399 sqq.). H. Lobdell in litteris Mosulâ datis d. 2. Octobr. 1854 (Bibl. s. vol. XII. p. 396 sqq.) ricinum quidem scribit in illis regionibus satis frequentem, sed eam cucurbitae speciem, quae arabice قرع vocetur, multo frequentiorem esse, ejusque palmites foliaque saepe tegendis casis et pergulis umbrae causa adhiberi *). Eodem viro reverendo auctore, qui in illa regione nunc vivunt Iudaei, Christiani et Muhammedani omnes consentiunt, in historia Ionae posci cucurbitam قرع, et quanquam in arabica Versione, qua Syri Christiani nunc utuntur, عشقة legitur, vocabulum latioris notionis, tamen hoc cucurbitae *kar'a* significatione accipiunt. Quae omnia licet minime sint levia, tamen et altera sententia habet quo nitatur. Roed.]

קמל P. 1220. A. קָמַל: [Syr. quoque est ܩܠܡܐ ricinus, pediculus, pro gr. φθείρ, v. De Lagarde de geoponicon versione syriaca, Berol. 1855. 4., p. 15. Roed.]

קנה P. 1222. A. קָנָה no. 1: [Hanc vallem rivo irrigatam, hodie Wadi Kânah appellatam, agnovit E. Robinson in altero itinere a. 1852 suscepto, v. eius Neuere bibl. Forschungen in Palaest. p. 176. 181. Roed.]

---

*) „قرع *ker'a*, a kind of pumpkin peculiar to the East. The leaves are large, and the rapidity of the growth of the plant is astonishing... It is grown in great abundance on the alluvial banks of the Tigris, and on the plain between the river and the ruins of Nineveh... I have seen, at a single glance, dozens of these booths covered with the vines of the *ker'a*." H. Lobdell l. c.

P. 1222. A. קָנָת n. pr.: [Hoc oppidum, alias נֹבַח Num. XXXII, 42, de quo Eusebius agit in Onomast., Relandus Palaest. p. 681 sq. et E. Smith in Robins. Pal. III, 911, nuper uberius descripsit J. L. Porter in libro „Five Years in Damascus" vol. II. (Lond. 1855. 8.) p. 89—115. Roed.]

— - מִקְנֶה: [phoen. מקנא id., inscr. Massil. lin. 15. Roed.]

— B. Adde: יָקְנְעָם (a populo possessus, ex קָנָה et עָם compos.) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. XII, 22. XIX, 11. XXI, 34. Ges. lex. man.

— - Adde: מִקְנֵיָהוּ (possessio Jehovae) n. pr. m. 1 Par. XV, 18. 21. Ges. lex. man.

קנם P. 1223. A. קִנָּמוֹן: [in lingua Malaica quoque *kainamanis*. cf. Lassen ind. Alterthumsk. I. p. 282. — Formam syriacam קִינְמָא habet Targ. Prov. VII, 17, in Targ. Pent. et Cant., ut et in Talm., extat forma hebraea קִנָּמוֹן. Roed.]

קפז P. 1226. A. קִפּוֹז: [Arab. قَفَّازَةٌ (sic enim pronuntiandum), quod Castellus in lex. heptagl. ex Avicemna notavit, proprie significat salientem, ut recte dicit Bochartus hieroz. III. p. 199 ed. Lips. Roed.]

קרב P. 1235. B. קָרְבָּן: [De pronuntiatione vocis הַקֻּרְבָּן Ez. XL, 43 Ewaldus sententiam suam mox mutavit in gramm. anno 1828 edita p. 67, cf. eiusd. Lehrbuch (1855) §. 163, d. Roed.]

קרת P. 1237. A. קִרְיַת־סַנָּה et קִרְיַת־סֵפֶר = דְּבִיר: [Huius urbis antiquissimae, a Brocardo monacho (Locorum terrae s. exactissima descriptio, Onomastico per Clericum edito adiecta, cap. IX ex., p. 185) et Felice Fabri (Evagator. ed. Hassler. II. p. 354) olim commemoratae situm in praerupto monte, qui circiter unius horae spatio ab Hebrone occidentem versus distat, nuper investigavit Georgius Rosen. Extant ibi ruinarum lapides disiectae, vocaturque locus *Dewirban* دوربان. Vid. Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. vol. XI. 1857. p. 50 sqq. Roed.]

קרץ P. 1240. A. קֶרֶץ Jer. XLVI, 20: prob. *oestrus*, vid. Hitzig. ad h. l., cf. Schult. origg. II, 34 sqq. et considera usum vocis צִרְעָה. Ges.

— - קְרַץ chald. [De obtrectatione et calumniis Arabes utuntur ipso verbo قَرَضَ. Sic dicunt قارضنى منه قارضة i. e. laceravit me conviciis. Reisk. ad Gol. Alicubi legi: وقرضوا من لحمه et roderunt de carne eius i. e. et obtrectarunt eum, et عضه بلسانه momordit eum linguâ suâ i. e. eum calumniatus est. Roed.]

ר

ראה P. 1247. B. אַרְוָה: adde: chald. Ges.

ראם P. 1249. B. adde: רְאוּמָה (elata) n. pr. f. pellicis Nahoris Gen. XXII, 24. Ges. lex. man.

רבב P. 1255. B. [adde: רַב־סָרִיס (i. q. רַב סָרִיסִים princeps eunuchorum, cf. רַבְשָׁקֵה, רַב־מָג) n. pr. vel titulus 1) unius procerum Assyriorum, quem Sanheribus una cum Rabsaca et Tartano legatum misit ad Hiskiam regem 2 Reg. XVIII, 17; 2) ministri aulici vel ducis exercitus Chaldaeorum, qui sub Nebucadnezare Hierosolymorum expugnationi interfuit Jer. XXXIX, 3. — Omissum hoc est in omnibus lexici Geseniani editionibus, ut et in Simonis, Wineri, Maureri, aliorum lexicis. Roed.]

— - adde: מֵרַב (multiplicatio, ad formam מֵסַב) n. pr. filiae Sauli regis 1 Sam. XIV, 49. XVIII, 17. 19. Ges. lex. man.

רבה P. 1256. B. רָבָה Hiph. no. 2: [Infin. semel הַרְבֵּה Jer. XLII, 2. Roed.]

רבל P. 1258. A. רִבְלָה n. pr. [Ribla vicus ad Orontem cum vado, conterminus planitiei amplae, castris collocandis admodum opportunae, in qua vetus monumentum, قاموع الهرمل appellatum, circiter octoginta pedes altum, in pyramidis formam desinens et sculpturis ornatum. Vid. W. M. Thomson in Bibliotheca sacra vol. V. 1848. p. 693 sqq., J. L. Porter ib. vol. XI. 1854. p. 668 sq. 673, eiusdemque libr. Five Years in Damascus vol. II. 1855. p. 325—337, Robinson Neuere bibl. Forschungen in Palaest. p. 710 sq. Roed.]

רגב P. 1260. B. רֶגֶב: [Apud Abulwalid. بطون الاودية nil sunt nisi *interiora vallium* s. partes earum depressiores. (Lex. geogr. ed. Juynb. I. p. 159: البطن الموضع الغامض من الوادى, Gauhari ms.: البطن الغامض من الارض.) Quum رجبة pl. رجاب (sic Ms. רגבה, רגאב, et quidem באלגים) hac significatione apud Arabes inauditum sit, suspicor animo eius obversatum esse رغيب pl. رغاب (רגאב) i. e. *amplus et multum aquae capiens*, de valle dictum. Roed.]

— - אַרְגֹּב: Huius nominis graecam translationem esse *Τραχωνῖτιδα*, observat Hamaker, vitae prophetarum p. 145. Ges. [Eandem sententiam, sane probabilem, geographicis rationibus munitam proposuit J. L. Porter in libro „Five Years in Damascus vol. II. p. 268—271. Certe Râǵib, quod E. Smith conferebat (ap. Robins. Pal. III. p. 921) nimium versus austrum distat. Roed.]

רגם P. 1263. A. אַרְגָּמָן et אַרְגְּוָן *purpura*: Originem ex lingua sanscrita probabiliter aperuit Ferd. Benary in Annal. litter. Berolin. 1841. p. 141. Est enim אַרְגָּמָן sanscr. *râgaman*, אַרְגְּוָן sanscr. *râgavan* (them. —*mat*, —*vat*) colore rubro praeditus s. infectus, a *râga* color ruber, cum syllaba formativa *mat*, *vat*. Vid. H. H. Wilson diction. of the Sanscr. language p. 700. Ges. [In inscriptionibus Assyriacis quoque legitur *argaman* purpura (Inscrr. Musci Brit. 69, 1, 7), et *argamanu* purpureus,

idque coniunctum cum *takiltu* caeruleus, cui respondet hebr. תְּכֵלֶת, Botta monum. Ninev. 67, 12. Vid. Hincks in Transactions of the R. Irish Acad. vol. XXII. Dublin 1852. p. 356. 361. Roed.]

רדה P. 1265. B. רָדָה no. 2, *β*: [Verba Abulwalidis فيه اضمار (sic enim leg.) indicant, hebraea eiusmodi esse, ut aliquid mente supplendum sit. — Pro اسبار, quod falsum est, in apogr. Gesen. extat אכבר i. e. اخبر. Pro استغرار fortasse scrib. استجرار i. e. arripere. Roed.]

P. 1266. A. רָדָה *Pi.* [Abulwalid. leg.: اى انه يكسر هاولى الجبابرة الخارجين لنا ويحطمهم i. e. *frangit illos heroes* etc. (هاولى = هولاء). Roed.]

רוד P. 1269. A. אַרְוַד: Aradum insulam a. 1845 visitarunt et sedulo descripserunt W. M. Thomson (v. Biblioth. sacr. vol. V. 1848. p. 251—253) et Newbold (v. Journal of the R. Asiat. Society vol. XVI. 1854. p. 32—36). Roed.]

רום P. 1275. A. הָרָמָה n. pr. [De oppidis hoc nomine nuncupatis diligenter nuper disseruit Graf in Theolog. Stud. u. Krit. 1854. p. 858—869. Roed.]

P. 1276. A. lin. 7 sqq.: [Vid. quae contra hanc Gesenii sententiam monui in Allgem. Lit. Zeit. 1842. no. 72, assentiente Robinsone (Biblioth. sacr. 1843. p. 204). Roed.]

— - רָמָה litt. c: Diversa sunt oppida Rama Naphtalitarum Ios. XIX, 36, et Rama Asseritarum ibid. comm. 29. Utrumque visitavit Robinson descripsitque in itinerario secundo (Neuere bibl. Forsch. in Palaest.), illud p. 100—102, hoc p. 81. Roed.]

רון P. 1277. A. lin. ult. pro العقل scrib. عقل.

רוץ P. 1278. A. רוּץ lin. 1: pro ܪܗܛ scrib. ܪܗܛ.

— B. רוּץ Hiph.: Jer. L, 44 non est *accurrere fecit*, sed *fugavit*, v. רָצַץ no. 2. Ges.

רחש P. 1285. A. רָחַשׁ: [Ex syriaco sermone *ebulliendi* potestas non potest demonstrari; nam ܪܚܫ, ut et nasor. ܪܗܫ et chald. רחש est repsit (pro hebr. רָמַשׂ Gen. I, 26), scatuit (pro hebr. שָׁרַץ Gen. I, 20. 23), motus fuit, ut arab. رخش V et VIII. Roed.]

רכב P. 1288. A. רֶכֶב: [Currus bellicos Assyrii quoque habebant, ut videre est in eorum monumentis, v. Bottae et Layardi libros. Roed.]

רמם P. 1291. B. רִמָּה: [Praeter arab. رمّ et رمّة cf. etiam syr. ܪܡܬܐ putredo, caries ossium: quod Cast. et Mich. falso posuerunt s. rad. רום. Roed.]

— רִמּוֹן: corrige theb. ϩⲣⲙⲁⲛ, ϩⲉⲣⲙⲁⲛ. — no. 2, a: Rimmon deum Syris appellatum eundem fuisse, qui Phoenicibus Adonis vocaretur, sententia est Hitzigii ad Zach. XII, 11. Ges.

רפד P. 1303. B. אַרְפָּד: [Hoc nomen servatum videtur in ارفاد *Arfâd*, nomine vici magni in Syria septentrionali prope Azâz عزاز, ab Halebo versus aquilonem siti, qui memoratur in Lexico geogr. Marâsid dicto ed. Juynboll. vol. I. p. 47. Roed.]

רצה P. 1307. A. תִּרְצָה n. pr. no. 1: [Est hodie vicus Tallûza ad septentriones Nabulusi, quem Robinson (Neuere bibl. Forsch. in Palaest. p. 397) Tirzam fuisse coniicit, quanquam nomen طلوزة nimium quantum differt ab hebraeo תרצה. — Eodem modo Arabes nomen Tolosae, urbis Hispaniae, scribere solent, Abulf. geogr. ed. Paris. p. 219. Roed.]

רקם P. 1309. B. רָקַם: proprie, ut puto, lapidibus sternere, inpr. lapillis parvulis s. tessellis, coll. רָגַם et רִקְמָה de lapidibus 1 Par. XXIX, 2, deinceps translatum ad omne opus tessellatum. Ges.

רשש P. 1315. A. תַּרְשִׁישׁ: [Cf. G. M. Redslobii dissertationem: Tartessus. Ein Beitrag zur Geschichte des phoenic.-span. Handels. Hamburgi 1849. 4. Tartesso comparat Dertosam, Hispaniae urbem (hodie Tortosa) ad Iberum fluvium sitam. Roed.]

שׂ

שׂבע P. 1319. A. שָׂבַע: cf. amhar. ጠገበ: pinguefactus est. Ges. [Melit. *schaba'* satiatus est, aegypt. *sbo* sec. Horapollinem satiatus cibo. Roed.]

שׂוך P. 1323. A. שׂוֹכוֹ n. pr. [adde שׂכֹה 1 Reg. IV, 9. Roed.]

שׂום — - שׂוּם: adde amhar. ሾመ: praeposuit aliquem, constituit in munere, unde ሹም: magistratus (ein Angestellter). Ges.

שׂכך P. 1330. A. [Add.: שׂךְ (lege *sôch*) m. = סֹךְ *casa* Thren. II, 6. Vid. s. rad. סָכַךְ p. 952. Roed.]

שׂכר P. 1331. B. שָׂכִיר: de milite mercenario Jer. XLVI, 21. Ges. [שְׂכִירָה Jes. VII, 20 de mea sententia adiectiv. *mercenaria*, conducta, תַּעַר fem., ut nomen instrumenti. Roed.]

שׂמח P. 1332. B. שָׂמַח: cf. samar. [illegible] risit. Ges.

שׂמם P. 1333. B. שְׂמָמִית: [Nasor. שמימא stellio, v. lib. Adami ed. Norberg. III, 288, 7. 294, 1. cf. III, 50, 2. Roed.]

שׂער P. 1335. B. שֵׂעִיר: [De montium tractu, qui hodie *Scherâ* vocatur, v. J. Wilson the lands of the Bible I, p. 340, et praecipue Wallin in Journal of the R. Geogr. Soc. vol. XXIV. 1854. p. 129 sqq. Roed.]

שׂקר P. 1337. A. שָׂקַר *Pi.* [Verba Abulwalidis sec. apogr. Gesen. sunt: مومصات العيون اى مبرقات يقال اومصت المراة بعينها اذا برقتهما اى حدرهما والمعنى اكثرت النظر والالتفات ex quibus supplenda sunt et corrigenda, quae Gesenius dedit. Illud حدرهما tamen mihi suspectum est. Fortasse vult *pupillas* oculorum; tum aut حدر est pro حندور

pupilla, aut, quod praefero, pro חדרהמא scribendum חדקהמא ܚܕܩܗܡܐ. Roed.]

שרד P. 1337. B. שְׂרָד [Apud Abulwalid. lin. penult. scrib. المصبوغ et قَطْعَة, lin. ult. وإخراجه, et pag. proxima lin. 1 قوله. — בִּגְדֵי שְׂרָד vertit quidem ثياب الخدمة, sed deinde alios esse ait, qui ثياب الوشى interpretentur: quo Saadiae interpretationem tangit. Roed.]

שרת P. 1338. B. [Adde: שִׂרְיֹן (i. q. שִׁרְיֹן et סִרְיֹן thorax, cf. Add. rad. סָרָה) n. pr. montis. Sic in libris non paucis legitur Deut. III, 9 pro vulgari שִׂרְיֹן, q. v. p. 1481. Roed.]

ש

P. 1345. B. שֶׁ: [De Punicis hic non disputo, hoc tantum dico, quod nemo nunc nescit harum rerum peritus, אש in lingua Phoenicum fuisse pronomen relativum. Roed.]

שאל P. 1348. B. שְׁאוֹל: [Cf. Böttcher de inferis l. l. c. 4. §. 143 sqq. Hupfeld ad Ps. VI, 6. Roed.]

P. 1349. A. adde: מִשְׁאָל (preces) n. pr. oppidi Levitarum in finibus Asseritarum Jos. XIX, 26. XXI, 30, contr. מָשָׁל 1 Par. VI, 59 (74). Ges. lex. man.

— - adde: מִשְׁאָלָה f. *preces* Ps. XX, 6. XXXVII, 4. Ges. lex. man.

— - אֶשְׁתָּאֹל: adde Iud. XVI, 31. Ges. [Gentil. est אֶשְׁתָּאֻלִי 1 Par. II, 53. Roed.]

שאר P. 1350. B. lin. 9: dele Lev. XVIII, 17; quod ibi legitur שַׁאֲרָה, v. suo loco. Ges. [שְׁאֵר phoenic. v. inscr. Massil. lin. 4. 6. 8 et 10. Roed.]

שבא P. 1351. A. שְׁבָא: [Adde nomen gentil. plur. שְׁבָאִים Sabaei Joel IV, 8. — Nomen *Saba* ሰበአ identidem legitur in inscriptionibus Himyariticis, quas Arnaud, auctore Fresnelio, Maribae, olim Sabaeorum sede ac domicilio, collegit et cl. Mohl typis exscribi curavit in Journal asiatique 1845. p. 169 sqq. Roed.]

שבה P. 1352. B. [Adde: שְׁבָיָה n. pr. m. 1 Par. VIII, 10 sec. plures codd. mss. et edd., ubi in aliis codd. est שָׂכְיָה, q. v. p. 1403. Roed.]

שבט P. 1353. A. lin. 5 a fin. scrib.: 2 Sam. XVIII.

שבל P. 1354. A. lin. 13. pro حر scrib. جر.

— - [Adde: שׁוֹבָל n. pr. m., quod gesserunt 1) unus ex filiis Seïri, princeps Idumaeorum Gen. XXXVI, 22. 23. 1 Par. I, 39. 40. — 2) nepos Calebi 1 Par. II, 50. 52, cf. IV, 1, ubi idem filius Judae vocatur. Roed.]

שבע P. 1355. A. שֶׁבַע n. pr. litt. c: [Locum lexici geographici v. in Juynbollii editione vol. II. p. 10. Roed.]

— - lin. antepen. leg. Cor. 9, 81.

שבץ P. 1357. A. שָׁבָץ: [Non tam nova et insolita erat Braunii sententia, qui שָׁבָץ tunicam scutulatam exponeret; similem enim ante eum interpretationem alii dederant, ut ipse ait l. c. p. 296. Vere singularis autem sententia est Abulwalidis, qui postquam radice שָׁבַץ opus ocellatum notari animadvertit (توشية وتعيين اى عيون عيون على صنعة الوشى), verba כִּי אֲחָזַנִי הַשָּׁבָץ sic interpretatur: فقد ضبطني العيان اراد حلقة اى قد احيط بي واحدق حولي ويئس منجية لي من هنا. Vult igitur agmen (حَلْقَة) hostium undique Saulum regem cingentium et omni salutis spe intercludentium. Roed.]

שבר P. 1358. B. lin. 8. pro Jer. LI, 19 scrib. Jes. LI, 19. Ges.

Hactenus Geseniana.

Pauca denique adiicio, quibus augeantur emendenturque ea quae, ut Thesauri Geseniani complementum efficerent, a me ipso conscripta sunt inde a pag. 1359 usque ad pag. 1522.

Aem. Roediger.

שבת P. 1359. B. שַׁבָּת no. 1: Bar Alii glossa fere totidem verbis legitur in codice Gothano.

P. 1360. A. שֶׁבֶת: Vix dubito nunc, quin שִׁבְתּוֹ Ex. XXI, 19 quoque sit *sedere*, scil. de eo dictum qui vulneratus sedet domi invitusque cessat ab opere: ita ut שֶׁבֶת ubique ad rad. יָשַׁב sit revocandum.

שגה P. 1362. B. שִׁגָּיוֹן: Hupfeldus, collega venerabilis, ad Ps. VII, 1 'שׁ putat esse i. q. הִגָּיוֹן carmen; sed si reputaveris verba Hab. III, 1 עַל־שִׁגְיֹנוֹת, illud potius certum carminum genus fuisse dixeris, quorum modum carmen Habacuci sequeretur. Nec possum eiusdem viri sententiam probare, שָׁגָה et שָׁגַג proprie esse mussitare, dein meditari, ut הָגָה et הָגַג, quum illud potius sit errare ex incogitantia et sine praemeditatione.

שׂדשׂ P. 1369. A. lin. 2 a fine scrib.: שְׂטָה.

שׂוא P. 1370. A. שׂוֹא: Sub hac radice posui מַשׂ־אֵת, שְׂאֵת etc., quae Gesenius sub שָׂאָה non commemoraverat. Sed me fugerat dicere, quod multi olim, ut Coccejus, Simon. in Arcano formarum (secus atque in lexico), et nuper Ewaldus (Lehrb. §. 53, b) ista rectius ad rad. שָׂאָה retulerunt. Praeterea lege Hupfeldum de hac re disserentem ad Ps. VII, 15.

שׂוה P. 1376. B. שָׂוָה Nithp.: נִשְׁתַּוָּה Prov. XXVII, 15 Hitzigius in comm. Prov., qui modo ad manum venit, non Nithp., sed Niphal esse contendit, et fem. quidem 3. pers. sing. perf., pr. נִשְׁוְתָה, pro quo propter soni ו tenuitatem dixerint נִשְׁתְּוָה et in pausa נִשְׁתָּוָה. Quod licet exemplis a viro cl. allatis (עֲלָוָה pro עַוְלָה Hos. X, 9, ואוצאה Esr. VIII, 17 Kethib, נִשְׁתְּוָן a pers. (نوشتن) non extra dubium ponitur, — habes enim formas יִגְוָעוּ Iob. XXXVI, 12, יַלְוְךָ Deut. XXVIII, 44, יִרְוְיֻן Ps. XXXVI, 9, עַוְלָה, עֲלָוָה passim, et לְרָוְחָתִי Thren. III, 56, neque ego video, cur non licuisset dicere in pausa נִשְׁוָתָה, quemadmodum dicebatur יִגְוָעוּ et יִצְוָחוּ, — tamen ita rem potuisse fieri, vix quisquam negaverit.

שׂוט P. 1378. B. שׂוֹט: Hoc in dictione בְּשׁוֹט לָשׁוֹן Iob. V, 21 videtur esse subst. verbale s. infin. Kal signif. 1, non flagellum, sed *flagellatio* linguae, ut olim docuerunt Seb. Schmidius, Schultensius, alii.

— - שַׁיִט no. 1: proprie, ut videtur, *remigatio*, ut צַיִד venatio, דַּיִשׁ trituratio.

שׂון P. 1379. B. הַשּׁוּלַמִּית: Miror, verba mea ita accipi a nonnullis, quasi ego Sulamitidem in Cantico celebratam eandem fuisse dixerim atque Sunamitidem in libro Regum commemoratam: id enim nullo modo dixi.

שׂור P. 1382. B. I. שׁוּר: Adde melit. *tavvar* aravit, cf. Vassalli lex. p. 83.

— - שׁוֹר: Praeter *tora* pehlew. Anquetilus *touna* quoque affert, n pro r posito.

שׂושׂ P. 1384. B. שֵׁשׁ: ***Byssum***, qua Aegyptii corpora pollincta involvebant, pannum linteum fuisse, non bombycinum, nunc explorationibus microscopii ope factis cognitum atque perspectum est. Vid. imprimis Dutrochet in Compte rendu de l'Acad. des Sciences, vol. IV. 1837. p. 737 sqq.

P. 1385. A. שׁוּשַׁן *lilium:* Cf. etiam n. pr. *Σουσαμίθρης* = *susamithra* i. e. liliorum amans.

— B. שׁוּשַׁן no. 2: De Susa et Susiane vid. W. Kennet Loftus Travels and Researches in Chaldaea and Susiana, Lond. 1857.

שׁחר P. 1393. A. lin. 33 scrib.: ut נְהַר מִצְרַיִם Gen. XV, 18.

שׁטף P. 1395. B. שָׁטַף no. 2, d, *Niph.* no. 2 et *Pu.*: Lavandi abluendique significationem usu arabico et talmudico illustrat Juda ben K. ms.: מרק וְשֻׁטַּף בַּמַּיִם يُمَضمَض ويُشْطَف بالماء وهو بلשון משנה שטיפת ידים ושטיפת כוסות. Arab. شطف *lavit* ad dialectum Sawâdi, regionis Iracae, pertinet (Kam.: شطف .. غسل وهذه سوادية. Kam. turc.: يقال شطفه اذا غسله وبو سواد عراق لغتيدر.) Omissum a Ǵauhario, apud scriptores rarissimum est. Unum tantum exemplum possum afferre, quod Freytagius in lex. tetigit, Ibn ʿArabschâhi in Fâkihat alkhulafâ ed. Freyt. p. 116. lin. 28, ubi تشطيف *lavatio* legitur cum synonymo تنظيف. Usum targumicum (שְׁטַף lavit, adeo pro hebr. רָחַץ 2 Sam. XI, 2. 8. 1 Reg. II, 38. Ez. XVI, 4, et שְׁטַף רִגְלוֹהִי pro hebr. עָשָׂה רַגְלָיו 2 Sam. XIX, 24) et talmudicum monstrat Buxtorf. lex.

שׁכל P. 1405. B. אֶשְׁכֹּל: adde chald. אַתְכְּלָא id.

שׁכם P. 1407. A. lin. 11 pro „diffilici" leg. difficili.

— B. שְׁכֶם no. 2: Arabicis adde مَتْن et سَرَاة dorsum, et tractus terrae elatior.

שׁכר P. 1409. B. שָׁכַר: Ad illustrandum locum Jes. XXIX, 9 etc. (*ebrius, at non vino*) facit versus Mutanabbii, quem Gesenius confert in comm. ad Jes. LI, 21. In Thaʿâlibii Jatîma legi: ولكنى للحيرة سكران بلا سكر i. e. *sed ego propter stuporem eram ebrius absque potu inebriante.* Cf. De Sacy exposé de la relig. des Druzes II, 597.

שׁלה P. 1412. B. Post *Kal* verbi שָׁלָה adde: ***Niph. in errorem se duci passus est*** 2 Par. XXIX, 11. — ***Hiph. fefellit*** 2 Reg. IV, 18 (i. q. כִּזֵּב comm. 16).

שׁלח P. 1416. B. שִׁלֹחַ: adde librum Titi Tobleri, Die Siloahquelle u. der Oelberg, St. Gallen 1852. 8.

שׁלל P. 1420. A. שָׁלַל no. 2: Cf. arab. شَلَّ abegit (camelos), Hamas. ed. Freyt. p. 385: نَهْب وشَلّ *praedatio et abactio.*

שׁלם P. 1423. B. lin. 1. dele: vs. 5. — Ceterum ad rad. שלם Gesenius supra p. 249 reiecit, quod ego hic adiicere neglexi:

בִּשְׁלָם n. pr. magistratus persici Esr. IV, 7, quod ex בֶּן־שְׁלָם contractum esse statuit s. rad. בָּקַר, v. בִּדְקַר p. 349.

שׁמה P. 1433. B. שָׁמַיִם: Quod Philo Byblius pronunciat *Βεελσαμήν*, syriace scribitur ܒܥܠܫܡܝܢ apud Assem. bibl. or. I. p. 225. 327.

P. 1434. B. שְׁמוּאֵל n. pr. no. 1: adde Jer. XV, 1.

— - שְׁמִירָמוֹת: Semiramidis nomen „Sammuramit" Rawlinsonus legit in assyriaca inscriptione statuae Neboni deo dicatae, quae ex tumulo Nimrud eruta est et nunc Londini asservatur in museo Britannico. Vid. Athenaeum Londin. 1854. Apr. p. 465 et Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XV. p. 253.

שמם P. 1436. A. שָׁמַם *Hoph.*: De forma בְּהָשַּׁמָּה cf. etiam S. D. Luzzatto, grammatica della lingua Ebraica, fasc. II. (Padova 1854. 8.) §. 181.

שמע P. 1439. B. שָׁמֵעַ no. 2: שׁוֹמֵעַ Prov. XXI, 28 Bertheau interpretatur *attentum*, Hitzig. comm. ad h. l. pro שׁוֹמֵעַ לָנֶצַח scribi iubet שֹׁמֵר לָנֶצַח i. e. qui libenter tuetur (homines), ut 1 Reg. III, 9 pro שֹׁמֵעַ pari modo ponit שֹׁמֵר, ubi Thenius coniecerat לִשְׁפֹּט.

P. 1440. A. שָׁמַע *Hiph.* no. 1: Ut הִשְׁמִיעַ *cecinit*, causat. verbi שָׁמַע *audivit*, ita pers. سرائيدن *canere*, verbum causat. ductum a rad. sanscr. *çru* audire, cf. zend. *frâçrâvayat* recitabat, vid. Spiegel, der 19. Fargard d. Avesta p. 51.

— - שֶׁמַע in pausa שָׁמַע: Quum שֶׁמַע appellativa significatione non legatur in V. T., sed ubique scribatur שֵׁמַע, hoc potius cum pausali forma שָׁמַע usu copulatur, ut סֵתֶר cum סָתֶר, שֶׁבֶט cum שָׁבֶט.

— B. שִׁמְעִי n. pr. no. 2: adde 2 Sam. XIX, 16 sqq.

P. 1441. A. הַשְׁמָעוּת: Ez. XXIV, 26 verte: *ad nuntiandum auribus*, pr. ad efficiendum ut aures audiant.

שמר P. 1444. B. שָׁמִיר: De Rabbinorum commentis vid. Paul Cassel, Schamir, Erfurt. 1856. 8. p. 62 sqq.

שנה P. 1448. B. שָׁנָה *annus*: etiam in lingua assyriaca *schanath* annus, quod in tabulis lexicographicis, quae in museo Brit. asservantur, syllabatim expressum est *scha-na-ath*. Vid. Hincks report to the Trustees of the Brit. Mus., Lond. 1854. 12., p. 17.

P. 1450. A. annot.: De pronuntiatione voc. שְׁתַּיִם cf. Heidenheimii librum משפטי הטעמים p. 42, et Jos. Dernburg in libro cui titulus est Orientalia ed. Juynboll, Roorda et Weijers, vol. II. Amstelod. 1846. 8. p. 105.

— B. שֵׁנִי: adde pehlev. תני *alter*.

שנן P. 1454. A. שֶׁנְהַבִּים: Quod ex hoc vocabulo duo feci, ebur et ebenum, in eo F. Boettcherum assentientem inveni; respuit tamen vir doctus coniecturam הָבְנִים, putatque הַבִּים potius ex illo contractum esse, ut יַסֵּק ex יִסְלַק. — Ceterum sanscr. *ibha* in recentioribus tantum scriptis elephantis nomen est, v. Roth. ad Nirukt. p. 79, A. Weber Indische Skizzen p. 74. — lin. 5 a fine scrib.: Diodor. I, 55.

— B. שִׁנְעָר: In inscriptionibus Babylonicis cuneatis Nebucadnezar passim se regem Sinearis vocat. Cf. Brandis, über den histor. Gewinn aus der Entzifferung der assyr. Inschriften (Berol. 1856. 8.) p. 78.

P. 1456. B. שַׁעַטְנֵז: ex aegypt. ϣⲁⲛⲧ *textura* et ⲛⲟⲩⲍ *falsus* compositum, fortasse שַׁעַטְנֹז efferendum putat Knobelius comm. ad Lev. l. l., non sine probabilitate.

שעל P. 1457. B. שַׁעֲלַבִּים: imo scrib. שַׁעַלְבִּים cum ב raphato.

שפן P. 1467. A. שָׁפָן: Animal id esse, quod Arabes وبر vocant, Seetzenius quoque perspexit, v. eius itiner. vol. II., Berol. 1854. 8., p. 228 sqq. 354.

שקל P. 1475. B. שֶׁקֶל: In ponderibus Assyriacis, quae supra commemoravi in Add. ad v. מָנֶה p. 97, insculptum legitur מנה מלך *mina regia*, ut videtur, eodem sensu, quo Hebraei siclum ponderis regii dicebant, v. Norris in Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XVI. p. 221. — גרה non esse fabam siliquae, sed obolum, dixi supra in Add. ad h. v. p. 81. — Siclos, quos dicunt, Maccabaicos, quorum hic mentio iniecta est, nuper summa contentione denuo examinatos esse, breviter indicare satis habeo. Vid. Celest. Cavedoni numismatica biblica o sia dichiarazione delle monete antiche memorate nelle Sante Scritture, Modena 1850 et 1856. 8. (germ. vert. A. v. Werlhof, 1855. 56. 8.), Lenormant sur les monnaies de Simon Machabé in Revue numismatique T. X. 1845. p. 173—195, Saulcy recherches sur la numismatique judaïque, Paris 1854. 4., et maxime H. Ewald in Göttinger gelehrte Anzeigen 1855. April. nr. 55—56, ibidemque Nachrichten nr. 8. — De pretio sicli v. etiam Winer bibl. Realwörterb. s. v. Sekel, Thenius ad 2 Sam. XII, 30 et ad 1 Reg. VI, 35, et de siclis persicis O. Blau diss. de numis Achaemenid. (Lips. 1855. 4.) p. 12.

P. 1476. A. אַשְׁקְלוֹן: Hoc nomen Starkius (Forschungen, Gaza etc. 1852. p. 112) interpretatur locum lapidosum, coll. rad. סקל. Huic sententiae conveniens fuerit arab. عَسْقَلَةٌ locus durus et lapidibus albis constans. — De ruinis urbis, quae hodie supersunt, v. Guérin description des ruines d'Ascalon, in Bulletin de la Société de Géographie 4. ser. t. XIII. 1857. p. 81—95.

שקץ P. 1478. A. שָׁקַץ *Pi.*: pro „Deut. XVII, 26" scrib.: Deut. VII, 26.

שרא P. 1479. B. שְׁרָא: pelhev. שריתונתן solvere.

שרב P. 1480. A. שָׁרָב no. 2: Phaenomenon Sarâbi describit J. L. Porter in libro Five years in Damascus, Lond. 1855. 8., vol. II. p. 11 sq. vol. I. p. 154. Cf. On the mirage of India by Major James Abbott, in Journ. of the R. Asiat. Soc. of Bengal, 1854. no. 2. p. 163—189.

שרר P. 1483. A. lin. 3: שׁוֹרֵר iam Raschi aliique Rabbini, ut et J. H. Michaelis, referunt ad rad. שׁוּר. Aqu. Ps. V, 9: ἐφοδεύοντας, Hieron.: insidiatores. Hupfeld. ad Ps. V, 9 שׁרר sola pronuntiationis quadam varietate differre a צרר docet.

— B. שַׁרְשְׁרָה *catenula*: Eiusdem significationis fortasse est סִיסְרָא n. pr., quod supra p. 101 in Add. ad rad. סור commemoravi.

ת

חבר P. 1493. A. חָבוֹר: Adde 4, אַזְנוֹת תָּבוֹר n. pr. oppidi, de quo vid. s. rad. אָזַן p. 60.

— - תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר: Semel dicam, ubi de etymo nominum Assyriorum agitur, memor sis dicti Tul-

liani: Quaeram omnia, dubitans plerumque et mihi ipse diffidens. Plurima enim in hac re adhuc dubia sunt atque incerta, ac praecipue etymis e lingua sanscrita persicave arcessitis diffidendum, etiamsi videantur tanquam ad normam exacta esse, quum lingua assyriaca in summa re sit semitica habenda. Oppertus nomen Tiglathpileseri sic exponit, ut sit Tiglat-pallu-sir, quod significare ait „adoration au fils de Sir“, v. Archive des missions scientifiques vol. V. (Paris. 1856. 8.) p. 219.

תכל P. 1502. B. תְּכֵלֶת: Assyr. *takillu* caeruleus, vid. Add. p. 112 lin. 1. (ad v. אַרְגָּמָן, rad. רָגַם). Cf. Mischna tr. Berachoth c. 1. §. 2, ubi de tempore antelucano et prima luce: מִשֶּׁיַּכִּיר בֵּין תְּכֵלֶת לְלָבָן ר' אֱלִיעֶזֶר אוֹמֵר בֵּין תְּכֵלֶת לְכַרְתִּי i. e. ex quo quis dignoscit caeruleum (filum) ab albo, vel, ut R. Elieser dicit, caeruleum a prasino. In loco Talm. tr. Menachoth fol. 72, b. apud Buxtorf. תכלת comparatur colori maris et coeli. — Gumprecht in Zeitschr. für allgem. Erdkunde, vol. VI. (Berol. 1856. 8.) p. 17: „Die Purpurschnecke ist unzweifelhaft *Ianthina fragilis*, eine Bewohnerin aller wärmeren Meere, deren in einem Rückengefäss befindlicher Purpursaft zum Färben dient.“ Addo, quod nuper comperi, vento procelloso exorto eiusmodi concharum magnam copiam saepe ad litora Phoenicia et Palaestinensia e mari eiici.

P. 1504. A. תְּלַאשָּׁר: Ut Rawlinson, sic Quatremère hoc cum tumulo Nimrud appellato composuit in Journ. des Savans 1849. p. 609. Rawlinson autem postea mutavit sententiam, Telassar = Resen ibi fuisse ratus, ubi nunc sunt ruinae Kileh-Schirgat, v. Journ. of the R. Asiat. Soc. vol. XV. p. XVIII. — In monumentis Assyriacis Ven. Hincks legit *Til-ash-shuri*, quód videtur esse תֵּל אַשּׁוּר; *til* enim assyr. est cumulus, acervus, ut in his verbis (Inscr. mus. Brit. 13, 11): *kima til abubi espun*, quae idem vir doctus anglice vertit: „like a heap of corn I swept away“. (Cf. nomen loci ad Chaboram siti תֵּל אָבִיב i. e. collis vel acervus spicarum Ezech. III, 15.) Vid. Hincks in Transact. of the R. Irish Acad. vol. XXII. 1852. p. 359.

תלה 1504. A. תָּלָה: cf. etiam radd. סָלָא, סָלָה.

P. 1507. A. תַּמּוּז: Adi locum Ibn an-Nadîmi, veteris scriptoris Arabici, apud Golium not. ad Alferg. p. 18 eundemque integriorem apud Chwolsohn libr. de Sabiis vol. II. p. 27, et quae annotavit editor ibid. p. 201 sqq., item quae Maimonides et Makrîzî ex libro de agricultura Nabathaeorum excerpserunt, ibid. p. 459, 606 sqq. Ephr. Syrus respiciens Ezechielis verba scribit (Opp. II, 374. B): ܠܒܢܝ̈ ܥܡܗ ܒܟܐ ܗܘܐ ܕܠܬܡܘܙ ܒܟܝ̈ܢ ܗܘܘ i. e. *populares suas deplorabat* (Ionas propheta), *quod deplorarent Tammuzum.*

תמר P. 1510. A. תָּמָר no. 2, b: Cf. Thenius ad 1 Reg. IX, 18 et Hitzig. ad Ezech. XLVII, 19.

תקן P. 1517. A. תָּקַן: Ad hanc radicem pertinet אֶלְתְּקֹן n. pr. urbis, quod v. supra p. 102. B.

P. 1518. B. תִּרְהָקָה: Cf. etiam Prisse monumens égypt. tab. 31 — 34.

תרף P. 1520. B. תְּרָפִים: Vid. Landau ad lex. Aruch I, p. 205 sqq., Chwolsohn die Sabier II, 154 sqq.

ברה P. 238. A. adde: בִּרְיָה f. *cibus* 2 Sam. XIII, 5. 7. 10. Ges. lex. man.

חפה P. 505. B. חָפָה. Adde: *Niph. obductus est.* Part. fem. נֶחְפָּה Ps. LXVIII, 15. Ges. lex. man.
